







Apud Marc. Mich. Bousquet et Soc.

VOCABULARIUM
JURIS UTRIUSQUE

Ex variis ante editis, præſertim ex

ALEXAND. SCOTI,

JO. KAHL, BARN. BRISSONII,

ET

JO. GOTTL. HEINECCII

ACCESSIONIBUS;

OPERA ET STUDIO

B. PHILIP. VICAT,

Juris utriuſque D. & Profeſſoris.

TOMUS SECUNDUS.

F — O

EX OFFICINA

BOUSQUETIANA

MDCCLIX.


Cum Privilegio S. Cæſareæ Majeſtatis.



VOCABULARIUM

JURIS UTRIUSQUE.

F.



ABA, non arista, sed siliqua continetur, & numeratur in frugibus: *l.* 77. D. *de verb. signif.*

FABER, opifex, passim in legibus. Dubia lectio *l.* 235. §. *ult.* D. *de verb. signif.* ubi Florentiæ: *Fabros ignarios dicimus non eos duntaxat, qui ligna dolarent, sed omnes, qui ædificarent:* ut nescias, L an T exciderit e vocabulo *ignarius.* Tignariorum certe fabrorum meminit Cic. *de clar. or. c.* 73.

Fabri etiam inter opifices castrenses recensentur; *l. ult.* D. *de jur. immun.* & apud Veget. *lib.* 2. *de re milit. c.* 11. quibus qui præerat, *præfectus Fabrum* vocabatur, ut vel ex una Cæsaris ad *Oppium Epistola*, quæ Epistolis Ciceronis *ad Attic. lib.* 3. *Epist.* 8. inserta est, abunde comprobatur. Vegetius, illo, quem modo citavi, loco, postquam de fabris carpentariis, balistariis, structoribus, aliisque id genus, quos unaquæque legio habebat, opificibus disseruit, subjicit: *Horum erat judex proprius, præfectus Fabrorum:* etsi *Fabrum* non *Fabrorum*, in usu fuisse Cic. *in oratore c.* 46. testatur.

FABIA Lex, *de plagiariis*, quæ propter notam litterarum B. & V. fraternitatem sæpe in *Faviam* transit. Hanc quidem male *Flaviæ* nomine nuncupant, quo vitio recentiores codicis Justinianei exemplaria quædam emendatorum beneficio laborant, non in inscriptione modo *rubricæ ad Leg. Fab. de plagiar.* sed & in contextu *l.* 1. 2. 3. 4. 5. 9. *C. eod. tit.* Pertinet autem lex hæc ad eos, qui liberos homines, vel servos alienos, scientes dolo malo supprimunt. Proinde in *l.* 51. *D. pro soc.* Ulpianus socium, si plagium fecit, vel suppressit, *Fabia* teneri, pronunciat. Unde & Legis Fabiæ crimen *suppressi mancipii* crimen vocatur; *l.* 3. *D. ad Leg. Fab. de plagiar.* Hac lege etiam tenetur, qui liberum hominem sciens vendit, donat, vel in donum dat: item, qui ex earum qua caussa, sciens esse liberum, acceperit, in eadem caussa habetur: *l.* 1. *l.* 4. D. *ad Leg. Fab.* Quæ præter hæc eadem Lege cauta fuerint, exponit *l.* 6. §. *ult.* D. *eod. tit.*

FABIANA, vel, ut sæpe scribitur, *Faviana* actio. Ea patronus utitur ad revocanda quæ in fraudem ejus a liberto alienata sunt;

ſunt; *l.* 38. *C. de uſur. l.* 16. *D. de jur. patron. l.* 2. *D. ſi a parente quis manumiſſ. l.* 1. §. 6. & *ſeq. l.* 2. *l.* 3. §. 2. *D. ſi quid in fraud. patron.* Hæc *Fabiana formula* vocatur a Paullo, 3. *Sent.* §. 1. & *Fabianum* judicium; *l.* 1. §. 16. & §. 22. *D. ſi quid in fraud. patron.* Ejuſdem rei gratia comparata eſt *actio Calviſiana*. Et hinc eæ actiones ſub alternatione plerumque in eadem cauſſa nominantur; *l.* 2. *D. ſi a parent. quis manum. l.* 1. §. 11. *l. ult. D. ſi quid in fraud. patron.* Sed inter eas hæc una differentia intercedit, quod *Fabiana* locum habet, ubi libertus, teſtamento facto deceſſit: *Calviſiana*, ubi inteſtatus mortuus eſt, quemadmodum colligitur ex *l.* 3. §. 2. 3. *D. ſi quid in fraud. patron.* & *l.* 2. *C. eod. tit.* Alienationes autem, in fraudem patronorum factæ, illis actionibus uſque ad debitam portionem revocantur.

FABIUS. *Cilo*, præfectus urbi; *l.* 1. *D. de offic. præf. urb. l.* 6. *D. de interd. & releg.* De eo etiam ſupra in *Cilo* quædam dicta ſunt. Hunc inter eos, quos Severus Imp. ditavit, numerat Sex. Aurel. *Epit. Cæſ. c.* 20. Ac plane eum Severus *amicum ſuum* vocat, in *l. ult. D. de offic. præf. vigil.* Geſſit autem conſulatum cum Libone, ut ex Caſſiodori *catalogo Conſulum* patet, & ex ſubſcriptione *l.* 1. *C. ſi cert. pet. l.* 2. *C. de excuſ. tut.* Et his Coſſ. ludos ſæculares editos Romæ eſſe, refert Cenſorin. *de die natal. c.* 17. Quamquam, quo anno Commodus cæſus eſt, conſulem eum fuiſſe deſignatum, docet Lamprid. *in Commod. c.* 20. De hoc *Cilone* hæc Spartian. in *Antonin. Caracal. c.* 4. ſcribit: *In ſummum diſcrimen etiam Cilo, iterum præfectus, & Conſul venit, ob hoc, quod concordiam inter fratres ſuaſerat.* Bis fuit conſul, ſuffectus primum anno Chriſti 193. cum Flavio Claudio Sulpiciano, Pertinacis ſocero, poſtea ordinarius cum Libone anno 204. Ejus nomen integrum præfert inſcriptio apud Gruter. *p.* 406. *L. Fabio M. F. Galer. Septimino Ciloni Præf. Urb.* C. V. *Coſ. II.* quamvis Boiſſardus *Part.* 5. *antiqu. p.* 72. eamdem proferens inſcriptionem pro *L. Fabio*, *M. Fabio* ſcripſerit.

FABRICA, confectio cujuſcumque operis. Hinc Romanæ civitatis *fabricæ*, apud Caſſiod. *lib.* 5. *Var. c.* 21. itemque *Romulæ fabricæ lib.* 7. *c.* 6. opera publica ſignificant, atque ita publicas & privatas fabricas accipe ejuſdem *lib.* 7. *Epiſt.* 17. Sic *Fabrica* horreorum vel ſtabulorum; *l.* 12. *C. de oper. publ.* id eſt, exſtructiones; *l.* 13. *C. Theod. de præt. & quæſt. publ. Fabrica* formæ, id eſt, aquæ ductus; *l.* 1. *C. Th. & Juſtin. de aqued.* inſulæ; *l.* 3. §. 7. *D. de eo quod cert. loc. Fabricæ* optio; *l. ult. D. de jur. immun.* publicæ fabricæ gratia; *l.* 30. *C. Theod. de oper. publ.*

Fabricæ etiam ſpeciatim ſunt armorum officinæ, ut oſtendit Juſtinianus *Novell.* 85. *c.* 1. his verbis latine e græco verſis: *Placuit, ne privatus quis arma fabricet, ſed illi ſolum arma conficiant, qui in publicas armorum officinas, ἐν ταῖς λεγομέναις φαβρίκαις eaſque, quæ fabricæ dicuntur, adſumti ſunt.* Fabricæ autem in Imperio Romano præcipue erant, in Illyrico quinque, in Italia ſex, in Galliis octo, erantque ſub diſpoſitione magiſtri officiorum, quemadmodum Notitia docet. Veteres quoque in Legionibus *Fabricas* ſcutarias, loricarias, arcuarias habuiſſe, in quibus ſagittæ, miſſilia, caſſides, omniaque armorum genera fabricarentur, Veget. *lib.* 2.

de

de re milit. c. 11. tradit. Ceterum publicæ illæ fabricæ, in quibus armis faciendis Fabricenfes infudabant, facræ vocantur; *l. 6. C. de fabricenf.* iifque & fervos publicos deputatos fuiffe, oftendit *l. ult. C. de furt.*

Fabrica ecclefiæ: *c. futuram. cauff.* 12. *qu.* 1. *c. fabrica de confecr. dift.* 1. & not. per Archidiac. *extra de relig. & ven. fanct. c. uno, fuper verbo fabrica lib. 6. & c. ult. de his quæ fiunt a major. part. cap.*

FABRICENSES, *tit. C. Juft. & Theod. de fabricenf.* hi funt, qui in facris fabricis operantur, & arma cudunt, qui *armorum factores & artifices* vocantur a Caffiodoro 7. *Var.* 19. & *fabri armorum*; *lib.* 7. *c.* 18. quorum æque, ac tironum, brachiis ftigmata inufta fuiffe, docet *l.* 3. *C. de fabric.* Fabricenfium corpus: *Nov. Theod. & Valentin. de bon. fabricens.*

FABRILES operæ, quæ fint Vid. infra in *Operæ.*

Fabrilem exercitum, pro fabrorum corporibus & collegiis, dixit Caffiod. *lib.* 7. *Var. c.* 5.

FABULA a *fando* dicta, in genere defignat narrationem, quæ poteft effe vel *ficta*, ut fabulæ Æfopi, quo fenfu Paullus *l.* 3. *D. fi pars hered. pet.* vocabulo utitur, vel vera, ut apud Sueton. *Domitian. c.* 15. Eodem modo & græcum μῦθος non modo fictum, fed & omnem fermonem defignat, idemque eft, ac λόγος, quemadmodum μυθίζειν, *dicere*, *loqui.* Nimirum veteres, quamvis permultas circumferri fictas narratiunculas, animadverterent, omnibus tamen veri quid omnino ineffe credebant, quippe hiftoriis, poëtarum ingenio interpolatis. Palæphat. *de incredibil. in præf. p.* 8. *edit. Tho. Gale.* hæc ait latine verfa: *Equidem fentio, talia minime effe poffe, quæ narrantur: hoc autem collegi, quod, fi minus facta effent, non item narrarentur. Facta autem quædam poëtæ & fabulatores ad incredibilia & miranda magis deflexerunt, ut homines obftupefcerent.* Hinc permultas fabularum veterum origines, latitantefque fub illo fpatio veras hiftorias, feliciter in lucem protraxerunt Sam. Bochart. *in Phaleg.* reliquifque operibus, & Jo. Cleric. tum in *Not. ad Hefiod.* tum in *Bibliotheca univerfali & felecta*, non æque ubique feliciter Dan. Huetius *in Demonftr. Evang.*

In jure noftro Fabula modo pro ficta narratiuncula accipitur, ut *l.* 1. *C. Theod. de rapt. virg.* Fabulis nutricum & pravis fuafionibus fæpe deluduntur parentum cuftodiæ modo.

Quilibet fermones inutiles *fabulæ* vocantur. Non iteratis fabulis fæpe recreata actio; *l.* 1. §. 1. *C. de annal. except.* Eodem fenfu accipiendus Juftinianus, dum §. 3. *Inft. proœm.* confcriptarum fuis aufpiciis inftitutionum hanc reddit rationem, ut cupida legum juventus *prima legum cunabula non ab antiquis fabulis*, fed ab Imperiali fplendore, adpeteret. Vid. Ulr. Huber. *Digreff. lib.* 1. *c.* 4.

FACERE accipientis; *l. ult. D. de condict. cauf. dat. l.* 55. *D. de condit. & dem. l.* 2. *D. de mort. cauf. don.* id eft, facere ut accipiens habeat.

Facere damnum, quod alias eft dare, *l.* 51. *D. de reg. jur.* aliquando tamen eft pati; *l.* 56. D. *de legat.* 1.

Facere vitium. Vid. infra *vitium.*

Facere, pro morari. Servus fugerat, & annum in fuga *fecerat*, id eft, moratus fuerat; *l.* 14. §. 1. D. *de ftatul.* Facere diem; *l.* 11. §. 5. *D. ad Leg. jul. de adult.* Senec. *Epift.* 66. *Quamvis autem*

paucissimos una fecissemus dies. Ubi frustra textum sollicitant Muretus & alii, quum phrasim latinam, nec inelegantem esse, jam pridem ostenderit Jo. Frid. Gronov. *ad locum illum Senecæ.* Vetus inscriptio apud Reines. *Class.* 20. 216. *Venerosa quæ vixit annos* 30. *& mens.* 2. *cum marito fecit annos* 13. *m.* 5. *& d.* 28. ubi & similia produxit laudatus Reines. *in Commentar.*

Facere pro exercere. Sic *facere* argentariam; *l.* 24. §. 1. D. *de edend.* artem; *l.* 37. *D. de oper. libert.* medicinam; *l.* 26. *D. eod. tit.*

Facere alias significat solvere, præstare: Facere ergo posse vel non posse intelligitur, qui solidum solvere potest, vel non potest; *l.* 21. §. *ult. D. rer. amot. l.* 23. *l.* 81. D. *pro soc. l.* 3. *D. de pecun. constit. l.* 8. *l.* 9. *D. de condict. indeb. l.* 24. §. 1. *& passim. D. eod. tit. l.* 35. D. *de negot. gest.* In quantum vero *facere potest*, *& in solidum conveniri*, opponuntur, *l.* 33. D. *de don.*

Facere admittere vel perpetrare, veluti *facere* adulterium; *l.* 12. D. *ad Leg. jul. de adult.* facinus; *l.* 27. §. *ult.* D. *ad Leg. jul. de vi publ.* furtum; *l.* 7. *l.* 18. *D. ad Leg. jul. peculat.* & alia *passim.*

Facere totum, elegans loquutio, qua quem omnia posse, vel rei cardinem in aliquo verti, indicatur. Ulpianus *l.* 35. §. 3. *D. de hered. inst. Facit quidem totum voluntas defuncti.* Ita & auctor de bello hispan. *c.* 28. loquitur: Ita, hac opinione fretus, totum se *facere* posse existimabat. Vid. Ducker. *de Latin. vet. Ictor. p.* 353. Hein.

Facere, parere Legi. *Facere* jussus, ut centum habeam, centum cogendus est dare; *l.* 73. D. *de legat.* 1. His enim verbis idem fere significatur, quod in *l.* 121. D. *de reg. jur.* Qui non *facit*, quod *facere* debet, videtur facere adversus ea, quia non *facit*, id est, quia legi non paret.

Facere sub custodia, est efficere, ut quis sub custodia sit, vel, in custodiam mittere; *l.* 2. §. *ult. D. de custod. & exhib. reor.* ubi vid. Cujac. *in Papiniano.*

Facito & *Fac*, inter quæ id discrimen observat Cujacius in *l.* 32. D. *de usufr. leg.* ut, qui dixit *fac*, properat, enixumque desiderium indicet, qui *facito*, etiam morari alterum aliquantum sinat.

FACIES domus; *l.* 3. *C. de ædif. privat.* locorum; *l. ult. D. de term. mot.* patrimonii; *l.* 55. §. *ult. D. de admin. & peric. tut.* id est status adparens. Prima facie; *l.* 10. D. *de alim. & cib. leg.* id est, prima fronte.

Facies, vultus in numis expressus. Et ita *faciei habitus* accipi debet in *l.* 1. *C. Theod. si quis solid. circul.*

FACILIS pronus. Facillimus quisque ad jusjurandum decurrit; *l.* 3. *pr. D. de jurejur.*

FACINOROSI homines; *l.* 3. *D. de jurisd.*

FACINUS, crimen, delictum, maleficium, & scelus significat; *l.* 20. *D. de obl. & act.* Facinoris atrocitas; *l.* 1. §. 43. *D. de vi & vi arm.*

FACTIO testamenti, id est, confectio. Vid. infra sub voce *testamentum.*

Factio, grex ludionum. *Factio* enim, ut ait Festus Pomp. *& factiosus honesta vocabula erant. Unde adhuc factiones histrionum & quadrigariorum dicuntur.* Sane in Circensibus honesto vocabulo aurigarum agitatorumque in contrarius partes divisi greges *factiones* adpellabantur; *l.* 1. *C. Th. de equ. curul.* Erant autem hæc pannorum coloribus, verbi gratia

Pra-

Prasino & *Veneto* distinctæ *factiones*. Suet. *in Domit. c. 7. Duas circensibus Græcorum factiones, aurati purpureique panni ad quatuor pristinas addidit.* Unde colligitur non duas tantum, sed quatuor, & eo plures factiones aurigarum Romæ fuisse, contra quam plerique sentiunt. Quod & Xiphilinus *in Nerone p. 717. seq.* notat: Idem Sueton. *in Vitell. c. 14. Quosdam & de plebe, ob id ipsum, quod Venetæ factioni clare maledixerant, interemit.* Sic & *Venetam factionem* interpretabimur in inscriptione, quæ Danii exstat in Hispania, & *factionem Prasinorum* apud Gruter. *Inscript. p. 337. & 338.* & apud Suet. *in Calig. c. 55.* At hæc *Prasinorum* ac Venetorum factiones demum distracta in partes plebe tantam consequutæ sunt potentiam, ut ipsi imperio essent formidabiles. Auctor est Victor Tununens. *Prasinorum Venetorumque turbas, adversus Anastasium Imp. unitas*, inter mille injurias atque mala, *incendium misisse in urbem, combustamque esse civitatem* ἀπὸ τῆς χαλκῆς *usque ad Constantini forum, supra longitudinem plateæ columnarum 94.* Quod malum eo tempore non modo Constantinopoli, sed per omnes urbes grassatum esse, refert Cedrenus *in Justino p. 299.* Et notum est, quum Justinianus & Theodora Venetæ favere dicerentur, parum abfuisse, quin a Prasinorum factione everterentur. Rem fusius enarrat Procop. *in Anecdot. p. 27. seq.* quamvis suo more injurius in Justinianum, quem omnium earum seditionum veluti flabellum fuisse, contendit, quum jam ab aliquot sæculis adflixissent rempublicam, & jam eo usque increvisset malum, ut ei impar esset legum severitas. *Hein.* §. Quum ergo tot turbas illi agitatores darent: non mirum est, *factionis* vocabulo, observante Festo, demum *seditiones & arma* dici cœpisse. Non. Marcell. *Factio* dicitur malorum consensus & conspiratio. Hoc sensu reperimus *factionem* cruentam; *l. 6. §. 9. D. de injust. rupt. irrit.* factionum duces; *l. 16. D. de adpell. Factio* Palmyrena; *l. 4. C. de ingen. manumitt.* id est, motus seu rebellio Palmyrenorum in Syria gentis, quam adversus Imperatores arma movisse, vel exemplo Zenobiæ ab Aureliano victæ, & in triumpho ductæ, liquet. De ea Zosim. *lib. 1. c. 58. seq.* Vopisc. *in Aurelian. c. 31. 33. & seq.* Trebell. Pollio *de trig. tyrann. c. 30.*

FACTIONARIUS, qui præerat factionibus agitatorum; *l. ult. C. Th. de equ. cur.*

FACTIOSUS. Factiosa familia; *l. 13. §. 2. D. de publican.*

FACTITARE; *l. 7. §. 8. D. quib. ex caus. in possess. eat.*

FACTOR, qui scelus admittit; *l. 6. §. 8. D. de re milit. l. 7. D. de custod. reor.* Factores sceleris; *l. 1. §. 17. D. de SC. Silan.* Proprium jurisconsultis hac notione vocabulum. *Malefactor* tamen dixit Plaut. in Bachid. *Act. 3. sc. 5. v. 11.*

FACTUM, idem quod actum, idque juri plerumque opponitur; *l. 170. D. de verb. obl.* Hinc illa: Ea res *facti*, non juris est; *l. 1. §. 1. D. de adquir. possess. Facti* magis, quam juris sunt solutio, venditio, traditio; *l. 7. §. ult. D. de curat. furios.* Legatum in annos vel menses singulos, vel habitationis in *facto* potius, quam in jure consistit; *l. 16. D. de cap. minut.* In stipulationibus jus continetur, in pactis factum versatur; *l. 27. §. 2. D. de pact.* id est, in illis magis id spectatur quod ex apicibus juris est, quam id, quod reipsa actum est, in pactis magis id in quod

quod pafcifcentes convenerunt. Ita: Quum dicimus, fervum debere, vel fervo deberi, *factum* magis demonftramus, quam ad jus civile referimus obligationem; *l.* 41. *D. de pecul.* In ftipulatione: *Habere licere*, non *factum* fed jus vertitur: De *facto* an de jure controverfia fuerit; *l. ult.* D. *de jurejur.* Alibi (puta in confefforia) de jure alibi de *facto*, ut in interdicto de itinere, quæritur; *l.* 2. §. *ult.* D. *fi ferv. vind.* Facti eft poffeffio; *l.* 8. §. 5. D. *fi is, qui teftam. lib. l.* 1. §. 1. D. *de adquir. poff.*

In *Factum* actiones quædam vocantur, e. g. actio, quæ datur patrono adverfus libertum, a quo contra edictum prætoris in jus vocatus fit; *l.* 25. §. 1. *D. de oblig. & act.* Ac plane quas actiones prætor ex fua jurifdictione introduxit, ut loquitur Juftinianus in §. 12. *Inft. de act.* generali in *factum* actionum nomine adpellantur; *l.* 3. §. 1. D. *naut. caup. & ftab. l.* 3. D. *de eo, per quem fact. l.* 13. *l.* 14. D. *de lib. cauf.* Aliæ ejufdem nominis, ubi vulgaria atque ufitata actionum nomina deficiunt, adcommodantur. Ceffantibus enim judiciis proditis & vulgaribus actionibus, quum proprium nomen invenire non poffumus, defcendimus ad actiones, quæ *in factum* adpellantur: *l.* 1. *D. de præfcr. verb.* Qui actionum non plenus numerus effet, ideoque plerumque in *factum* actiones defiderantur: fed & actiones, quæ legibus proditæ funt, fi lex jufta ac neceffaria fit, fupplet prætor in eo, quod legi deeft: quod facit in Lege Aquillia reddendo actiones *in factum*, adcommodandas legi Aquilliæ; *l.* 11. *D. eod. tit.* Gloffarium vetus græcum, juxta latinam interpretationem: Quum numero plures fint *in factum actiones*, eæ quatenus variis factis adcommodantur, varia habent judicia. Ait enim Papinianus: Ceffantibus enim judiciis . . . Aliæ vero earum prætoriæ funt, proditæ, fic ubi fpeciem aliquam neglexit Lex Aquillia, veluti fi neque corpore, fed alio modo nocitum, ut fi quis mifericordia motus vinctum folverit: & aliis multis cafibus. Atque ita interdum fit, ut quamvis *ad exhibendum* agi non poffit, *in factum* tamen actio datur, ut ait *l.* 4. §. 14. D. *ad exhib.* fimiliterque in *l.* 9. §. 4. *D. eod. tit. l.* 23. §. 5. *D. de rei vind.* Exemplum dabit *l.* 63. D. *de legat.* 1. Itemque deficiente vindicatione, *in factum* actione petitori extraordinem fubvenitur; *l.* 6. *D. de refcind. vend.* In quibus præterea cauffis *in factum* actiones habeant locum, difcet lector ex *l.* 55. *D. de adquir. rer. dom. l.* 15. §. 34. *l.* 18. §. 15. D. *de damn. inf. l.* 11. §. 17. & §. 12. D. *de Ædil. edict. l.* 52. D. *de rei vind. l.* 8. §. 1. D. *de procur. l.* 3. D. *ne vis fiat ei: l.* 50. §. *ult. l.* 66. §. 4. D. *de furt. l.* 10. D. *quæ in fund. cred. l.* 5. *D. de obfeq. par. l.* 13. D. *de obl. & act. l.* 9. §. *ult. D. quod falf. tut. l.* 63. *l.* 77. §. 2. *D. de legat.* 2. *l.* 5. C. *de revoc. iis, quæ in fraud.* Nec rei perfequutoriæ, fed & pœnales funt *in factum* actiones; *l.* 12. *D. de in jus voc. l.* 25. *D. de Leg. Cornel. de falf.* Interdum & loco actionis de dolo *in factum* actio redditur; *l.* 1. *C. de jur. dot. l.* 3. *C. an ferv. ex fuo fact. l.* 5. *C. de dol.* Liberis enim vel libertis adverfus parentes, patronofve actionem de dolo, quum fit famofa, non dari, fed *in factum* verbis temperandum actionem, ut bonæ fidei mentio fiat, ait Ulpianus *l.* 11. *in fin.* D. *de dol.* Interdictum quoque unde vi, quia atrocitatem facinoris in fe habet,

nec

nec liberto in patronum, nec in parentes liberis dandum esse, idem ait, meliusque erit, *in factum* his actionem competere; *l.* 1. §. 3. D. *de vi & vi arm.* Exemplo in factum actionis etiam *exceptio in factum* a prætore datur, seu in factum comparata, ut loquitur *l.* 4. §. 32. *D. de dol. except.* vel *in factum* data; *l.* 1. §. 4. D. *de superfic. in factum* composita; §. 1. *Inst. de except.* Cujusmodi exceptionis exempla habes in *l.* 14. §. 13. *D. quod met. caus. l.* 27. D. *de pecun. constit. l.* 14. *D. de except. l.* 1. §. 4. *D. de except. rei vend. l.* 9. *C. de non num. pec.* Sane est omnibus *in factum* exceptionibus doli oriri exceptionem, dicit Jurisconsultus: *l.* 2. §. 5. *D. de dol. mal. except.* Interdum etiam in locum exceptionis doli hæc exceptio sufficitur. Nam adversus parentes, patronosque neque doli exceptio, neque alia quidem, quæ patroni parentisve opinionem apud bonos sugillet, competere potest. *In factum* tamen erit excipiendum; *l.* 4. §. 16. D. *de dol. mal. except.* Ut porro reo exceptio, ita actori *replicatio in factum* nonnumquam indulgetur: *l.* 14. *D. de fidejussor. l.* 28. C. *de transact.* quæ *in factum* concepta replicatio adpellatur; *l.* 15. D. *ad Leg. falcid.*

Facti & *juris* quæstiones invicem opponuntur, non secus ac apud rhetores, *scripti* & *voluntatis* controversiæ: Hinc illa: *facti*, non *juris* quæstio; *l.* 17. *D. de don. int. vir. & ux. l.* 94. *D. de verb. obl. l.* 16. *D. de stat. hom. l.* 122. *D. de verb. signif. Facti* porro quæstio est, ubi dubium est, quid quis voluerit, intellexerit, senserit, quidve actum sit; *l.* 8. §. 13. & §. 16. D. *quib. mod. pign. l.* 41. *pr.* D. *de verb. obl. l.* 13. *D. de mort. caus. don.* Omnisque adeo voluntatis quæstio *facti* est: *l.* 52. *D. pro soc. l.* 15. §. *ult. D. de hered. inst. l.* 13. *D. qui pot. in pign. l.* 94. *D. de verb. obl. Facti* quæstionem accipe, ubi disceptatur, factum quid sit, an non, ut accidit in controversiis, quæ in statu conjecturali versantur.

Facti caussa non continetur postliminio; *l.* 52. *D. ex quib. caus. major.*

Facta vel caussarum merita; *l. un. C. Th. de offic. judic. civil.*

Facti vel *in facto* quid esse aliquando dicitur, ut a *dando* separetur: Et ita accipitur his verbis: Ex omnibus, quæ *facti* sunt, pars decedere debet; *l.* 1. §. 9. *D. ad Leg. falcid.* Quod *in facto* est, veluti, Alexandriam venire spondes; *l.* 46. §. 1. D. *de verb. oblig. In facto* stipulatio ista, per te non fieri, neque per heredem tuum, quo minus mihi jure agere liceat; *l.* 2. §. 5. *D. de verb. oblig.*

Factum generale est constitutio principis generalis, veluti edictum, vel sanctio pragmatica: *l. ult. C. Theod. de relat.* Nam ipsum Græcum πραγματικὸς τύπος, *sanctio pragmatica*, facti notionem involvit. *Hein.*

Factum argentum. Vid. supra voce *argentum.*

FACULTAS pro potentia. Pro facultate patrimonii; *l.* 12. §. 3. D. *de lib. & post.*

Facultas personæ dicitur, qua quis jure quid facere vel non facere potest. Sic *facultas* accusandi; *l.* 4. *D. ad Leg. jul. de adult.* abstinendi; *l. ult. D. de succ. edict.*

Facultates pro bonis; *l.* 14. *D. de muner.* & passim.

FACUNDIA, eloquentia; *l.* 7. *C. de profess. & med. l.* 1. §. 10. D. *de extraord. cognit.*

FALCIDIA Lex, plebiscitum est, quum eam Falcidius, Tri-

Tribunus plebis, Augusti temporibus rogaverit, ut Eusebius *in Chron. n.* 1970. *C. Falcidius*, Tribunus plebis legem tulit, ne quis plus testamento legaret, quam ut quarta pars heredibus superesset. Quod confirmat Isidorus *lib.* 5. *etymol. c.* 5. Dio Cassius *lib.* 48. *p.* 347. ubi non Caius sed Publius Falcidius memoratur. Et ita hanc Legem ipsum jus nostrum describit: Falcidia lege cavetur, ne plus legare liceat, quam dodrantem totorum bonorum: id est, ut sive unus heres institutus esset, sive plures, apud eum eosve pars quarta remaneret §. 1. *Inst. l.* 1. *D. ad Leg. falcid.* Ulp. *reg. tit.* 24. §. 32.

Ceterum *Falcidia* non solum pro quadrante, qui ab herede, a quo supra dodrantem legatum est, retinetur, sed & pro ea portione usurpatur, quam hereditatem restituere rogatus heres, ex SC. Trebelliano retinet; *l.* 1. §. 19. *l.* 58. §. 3. *D. ad SC. Trebell.* Ideoque & *Falcidiæ* commodum ea portio adpellatur; *l.* 2. *in fin. si quis aliqu. test.* & quarta, quæ per Legem *Falcidiam*, vel jure *Falcidiæ* retinetur; *l.* 51. *l.* 55. §. 1. *D. ad SC. Trebell.*

Quin etiam legitima portio, seu liberis debita, *Falcidia* adpellatur; *l.* 8. §. 11. *D. de inoff. testam. l.* 31. *C. eod. tit. l.* 5. §. 3. C. *ad Leg. jul. majest.* & apud Julianum antecessorem, *Novel.* 5. *c.* 5. *Novel.* 18. *c.* 10. & 23. *Nov.* 39. *c.* 1. *Nov.* 66. Vid. sub *art. quarta.*

FALLACIA, pro dolo, fraude, & calliditate; *l.* 1. §. 1. *D. de dol. mal. l.* 7. §. 9. D. *de pact.* & alibi passim.

FALLAX mendacium, emphatice, *l.* 2. *C. si minor. se major.*

FALSARE, corrumpere, supponere. Falsare pondera & mensuras; *l.* 32. D. *eod. tit.*

FALSARIUS, qui quid corrumpit, falsumque pro vero obtrudit; *l.* 1. §. 1. D. *de Leg. Cornel. de fals. l.* 24. C. *de prob.*

FALSUS, *a*, *um*. *Falsus* procurator, interdum est is, qui se falso procuratorem adseverat, quique mala mente, & intercipiendi animo, procuratorem se simulat: *l.* 43. §. 1. D. *de furt. l.* 19. *C. eod. tit.* Alias *falsus* procurator dicitur, qui procurator non est, sed ultro se negotiis alienis sine mandato offert; *l.* 12. D. *de solut. l.* 1. §. 13. *D. de vi & vi arm. l.* 3. §. *ult. l.* 12. D. *rat. rem. hab. l.* 1. §. *ult. D. quod juss. l.* 24. *C. de procur.*

Falsum, quod ad Legis Corneliæ pœnam attinet, committitur, si quis chirographum alienum imitetur, aut libellum, vel rationes intercidat, vel describat, non etiam, si alias in computatione vel ratione mentiatur; *l.* 23. *D. de Leg. Cornel. de fals. Falsum* autem ea lege id solum coercetur, quod in testamentis admittitur. Eadem tamen pœna etiam vindicantur cetera falsa ex SC. Principumque constitutionibus. Nam & qui in rationibus, tabulis, cerisve, instrumentis, vel alia qua re sine consignatione falsum fecerint, perinde atque falsarii puniuntur. Et hoc *quasi falsum* dicitur, in *l.* 1. §. *ult.* D. *de Leg. Cornel. de fals.*

Falsum, ait Justinianus Imperator *Novell.* 73. *de instruend. caus. in princ. nihil est aliud quam immutatio.* Crimen falsi sine dolo non committitur. *l. nec exemplum* 20. *cod. ad leg. Corn. de fals.* Unde qui falsum dicit, verum esse putans, falsi crimine non tenetur, cum non tam fallat, quam fallatur ipse. C. cum homines, cum *cap. seq.* 22. *q.* 2. Falsi crimen variis modis committitur, & multis comprobatur exemplis *tot. tit.*

De-

Decret. de crim. falsi ff. & C. ad leg. cornel. de fals. 1. committitur dicto, ut in teste, qui falsum deponit, aut verum supprimit. *cap.* 1. *extra de crim. fals. l.* 1. *ff. ad leg. Cornel. de fals.* & uterque reus est. *c.* 1. *& c. quisquis* 11. *q.* 3. & qui veritatem ocultat, & qui mendacium dicit, quia & ille prodesse non vult, & iste nocere desiderat. Vel scripto, ut si quis testamentum, aut instrumentum aliud falsum scribat, signet, recitet, celet, subjiciat. §. *item lex Cornelia de falsit. Inst. de pub. jud. l.* 1. §. *qui in rationibus l.* 2. *& l. quid sit falsum,* 23. *l. si quis legatum. ff. eod.* 2. facto: ut si quis falsam monetam percutiat, *l. qui falsa* 19. *ff. eod. & l.* 2. 3. 4. *& seq. C. de falsa monet. l.* 3. *C. de vet. numisinat. collat.* Si in aurum quid vitii addat, si argenteos nummos adulterinos conflet. *l. Cornelia* 9. *ff. ad l. Cornel. de fals.*

Tria enim ad justitiam cussæ monetæ requiruntur. *Glos. in c. quanto de jurejur.* Legitima authoritas, quæ solis Principibus competit: Materiæ bonitas: & justum pondus: Falsi crimen committit, monetam cudens tali potestate non præditus. *l.* 2. *&* 3. *C. de fals. monet.* Qui pondere iniquo vel materia adulterina falsam monetam cudit. *c. quatuor de jurejur. l.* 3. *c. de Veter. numismat. collat.* 3. Qui de justo monetæ pondere detrahit abscindendo, vel radendo. *l. quicumque ff. ad l. Corn. de fals.* Qui materiæ adulterinæ nummos tingunt, vel colorant, ut veri appareant. *l. cit.* Qui falsas monetas pro veris scienter expendunt, licet ab aliis decepti sint. *l. lege Cornelia ff. eod.* vel *usu* ut si pondera aut mensuras publice probatas corrumpat. *l. penult. ff. eod. si* signum adulterinum faciat, sculpat, exprimat. *dict. loc. instit.* si duobus eamdem rem in solidum vendat. *l. qui duobus* 21. *ff. eod.* si falsis literis utatur. *cap. ad falsarior.* 7. *extra de crim. falsi* si falsas leges alleguet. *l. fin. ff. eod. tit.* si falsum nomen aut cognomen sibi usurpet. *l. falsi* 13. *l. eos* 27. *ff. eod.* si insignia Episcopi aut Doctoris portet, cum non sit. Bart. in *l. eos* 27. *ff. eod. ad leg. Cornel. de fals.* si nomen mutet *in l. un. C. de mutat. nominis* vel si titulum nobilitatis sibi assumit, cum sit ignobilis. *Tiraquel. de nobilit. cap.* 13. alia apud Bald. *consil.* 106. *in fin. Card. Fuscus concl.* 50. *Verbo: falsi pæna.*

Hujus criminis pæna. *l.* 1. *ff. ad legem Cornel. de falsis* & ex jure canonico *in cap. ad falsariorum* 7. *extra de crim. falsi cap. penult. extra eod.* & in Bulla cœnæ Domini §. 6. *& in cap. cum non ab homine* 10. *extra de sua & cap. si Episcopus dist.* 50. Falsi pæna crimen publicum est, & de falso condemnatus, infami efficitur. *l. infamem ff. de publicis jud.* Hujus criminis pœna præscribitur, & tollitur per 40 annorum spatium. *l. querela c. de fals. Marsilius in rubric. ff. de fals. n.* 17. falsa demonstratio in legatis dispositionem non vitiat, si de corpore constat. *l. si quis ff. de Legat.* 1. falsa demonstratio certæ quantitati adjecta dispositorum non vitiat, neque legatum in dicta quantitate. *l. si non designata. c. de falsa causa, adjecta legat.* idem in libello. *l. demonstratio falsa. ff. de condict. & demonstr.* Plures caussæ in libello narratæ, si quælibet ad concludendum sufficiens est, etiamsi omnes falsæ sint, & una sola vera quæ ad concludendum sufficiat. libellus sustinetur.

FALX, *fænaria* aut *messoria*: *l.* 8. *pr.* D. *de instr. vel instr. leg.* De priore accipiendum falcis nomen; *l.* 31. D. *de verb. signif. Falces* putatoriæ; D. *l.* 8. §. 1. id

id eſt, quæ putandis arboribus deſerviunt: Pallad. *lib.* 1. *de re ruſt. c.* 35. *& c. ult.*

F A M A, rumor; *l.* 3. §. 2. D. *de teſtib.* Alias pro exiſtimatione ſumitur; *l.* 23. D. *quæ in fraud. cred.* & paſſim.

F A M E S. Si quis hominem fame necaverit; *l.* 9. §. 2. *D. ad Leg. Aquil.*

Fames multa habet privilegia: nam fames tempore, ut neceſſitati communi provideatur omnes vendere grana compelluntur juſto tamen pretio. *Bart. in l. un. c. ut nemini liceat lib.* 10. & ſuperior famis tempore poteſt mittere ad horrea divitum & compellere, ut etiam viliori pretio vendant. *jam in lege nec emere c. de jure delib.* omnesque pecunias conferre tenentur pro emptione, & omnes compelluntur. *leg.* 1. *cap. ut nemini liceat : & in Auth. ut judic. ſine quoquo ſuffrag.* §. *itaque Deo.* Hoc fit propter publicam utilitatem, & nulla major, quod fame liberentur homines. *Utilitas publica* (ait Imperator in *l.* 3. *c.* de Primip.) *præferenda eſt privatorum contractibus.* crudelior eſt enim mors propter famem, quam propter bellum: imo pro fame ne quis pereat, licitum eſt furari, tunc omnia bona communia ſunt, exceptiones pro utilitate publica ex utroque jure deſumptas eleganter affert *Clapmarius lib.* 4. *cap.* 16. *de jure Dominationis.*

F A M O S U S, mediæ ſignificationis vocabulum, at quod tamen frequentius in deteriorem partem accipitur, & tunc hominem infamem, vel aliquid ignominioſum ſignificat; *l.* 14. D. *de his, qui not. infam.* Sic *famoſa* actio, quæ infamiam importat; *l.* 73. *D. de procur.* & aliis locis. *Famoſum* carmen, quod in alterius injuriam conſcribitur, proponitur, cantatur, quod pudorem ejus lædit; *l.* 21. D. *de teſtib. l.* 18. D. *qui teſt. fac. poſſ.* Famoſus libellus, qui alicujus famam ſugillat, honoremque vellicat maledictis, liber ad infamiam alicujus pertinens; *l.* 16. D. *de pœn.* §. 1. *Inſt. de injur. Famoſum* porro abſolute pro libello famoſo dici, patet ex *l.* 7. *C. Th. de famoſ. libell. Famoſa* mulier; *l.* 2. §. 4. *D. ad SC. Tertull.* Famoſam apud Ulpian. 13. *regul.* 1. accipe, quæ palam quæſtum corpore fecerit, & a lenone lenave manumiſſa ſit, quæ ignominioſa vocatur; *l.* 48. §. 1. *D. de rit. nupt.*

F A M I L I A. Id nomen proprie quidem & ſpecifice de famulorum coetu uſurpatum fuit: poſtea vero per ſynecdochen latius diffuſa eſt ſignificatio, ita, ut non tantum ad perſonas liberas in familia noſtra deprehenſas; *l.* 12. §. 2. *D. de publican. & vectig.* ſed & ad res noſtras produceretur. Unde Ulpianus in *l.* 195. §. 1. D. *de verb. ſignif.* Familiæ adpellatio, ait, varie accepta eſt. Nam & in res, & in perſonas diducitur. In res, ut puta in Lege XII. Tab. his verbis: *Adgnatus proximus familiam habeto.* Hoc ſenſu dicitur *familiæ erciſcundæ* actio, quæ competit coheredibus in dividenda hereditate; §. 20. *Inſt. de actio.* Vid. ſupra ſub voce *erciſcere.* Item *Familiæ emtor*, qui imaginaria venditione a teſtatore hereditatem emebat, ut docet Ulpianus 20. *Reg.* 8. & Juſtinianus §. 1. *Inſt. de teſtam. ordin.* Quinctil. *Declam.* 308. Non dixerim ego teſtamentum, cui libripens, & emtor familiæ, & cetera jura neceſſaria deerunt. Suet. *in Neron. c.* 4. Ex hoc Domitius naſcitur, quem emtorem familiæ, pecuniæque in teſtamento Auguſti fuiſſe mox vulgo notatum eſt. Ita & *familiæ manci-*

mancipationem apud eumdem Ulpian. 20. *Reg.* §. 9. *&* *Tit.* 28. §. 6. accipimus. Si familiam quis rogatus sit restituere, id est, bona vel hereditatem; *l.* 14. §. *ult.* *conjuncta l.* 16. D. *ad SC. Trebell.* Nec aliter intelligenda sunt hæc verba Terent. *Heautont. Act.* 5. *sc.* 1. Decem dierum vix mihi erit *familia.* Ubi Calphurnius: *Familia*, ait, hoc loco pro re familiari ponitur. Unde judicium familiæ ercifcundæ.

Ad personas autem refertur *familiæ* significatio, ita, quum de patrono & liberto loquitur Lex XII. Tab. *Ex ea familia*, inquit, *in eam familiam.* Et hic de singularibus personis legem loqui constat *d. l.* 195. §. 1. *D. de verb. signif.*

Familiæ adpellatio refertur & ad corporis cujusdam significationem, quod aut *jure proprio* ipsorum, aut *communi* universæ *cognationis* continetur. Jure *proprio familiam* dicimus plures personas, quæ sunt sub unius potestate, aut natura aut jure subjectæ, ut puta patrem familias, matrem familias, filium familias, filiam familias, quique deinceps eorum vicem sequuntur, ut puta nepotes, neptes, & deinceps. *Communi jure* familiam dicimus omnium adgnatorum; *l.* 105. §. 2. D. *eod. tit.*

Sic *familiæ* adpellatione liberi continentur; *l.* 40. §. *ult.* D. *de verb. signif.* etiam adoptivi. Hinc *familia* adoptiva, & naturalis patris; *l.* 1. §. 4. D. *und. cogn. l.* 3. §. 9. *D. de bon. poss. cont. tab. l.* 1. §. 14. D. *de collat. bon. l.* 8. *l.* 10. §. 7. D. *de in jus voc.* Feminarum liberi in *familia* earum non sunt, quoniam, qui nascuntur, patris, non matris familiam sequuntur; *l.* 196. *D. de verb. signif.* Et hoc est, quod in *l.* 195. *in fin.* D. *eod. tit.* dicitur, mulierem suæ familiæ caput & finem esse. Plane quum fideicommissum *familiæ* relinquitur, ad ejus petitionem admittuntur, qui ex nomine defuncti fuerunt eo tempore, quo moreretur, quo in numero & liberi, & filii quoque emancipati habentur; *l.* 32. *in fin. l.* 66. §. *ult. l.* 77. §. 27. D. *de legat.* 2. *l.* 14. §. 15. D. *de legat.* 1. Quin ad hujusmodi fideicommissum, ubi nulla specialis certarum personarum mentio facta est, non solum propinquos, sed & iis deficientibus, generum & nurum invitari, constituit Justinianus, *l. ult. C. de verb. signif.* Immo & *Novell.* 118. *c.* 2. ubi hujus constitutionis mentionem facit Imp. quamvis vetus interpres, rerum verborumque ignarus, τὰς νύμφας verterit *sponsas*, quum ibi & plerisque aliis locis *nurus* significetur, quod post Cujac. 28. *obs. c.* 2. notat *Hein.*

Porro *familiam communi jure* dicimus omnium adgnatorum, (quamvis communi, potestatis vinculo non contineantur.) Nam etsi patrefamilias mortuo singuli singulas *familias* habent: tamen omnes, qui sub unius potestate fuerunt, recte ejus *familiæ* adpellabantur, qui ex eadem domo & gente proditi sunt: *d. l.* 195. §. 2. D. *de verb. signif.* Adpellatur enim *familia* plurium personarum, quæ ab ejusdem ultimi genitoris sanguine proficiscuntur: sicuti dicimus *familiam* Juliam, quasi de fonte quodam memoriæ: *d. l.* 195. §. *pen.* Sic & familia *Porcia* intelligenda; *l.* 2. §. 38. *D. de orig. jur.* Atque ita ex una gente plures familiæ prodire possunt. Suet. *in Ner. c.* 1. Ex Gente Domitia duæ *familiæ* claruerunt, *Calvinorum & Ahenobarborum.*

Servientium quoque solemus adpellare *familias*, ut in Edicto Prætoris de *familia publicanorum.* Sed ibi

ibi non omnes ſervi, ſed corpus ſervorum quoddam demonſtratur, hujus rei cauſſa paratum, hoc eſt, vectigalis cauſſa. Alia autem parte omnes ſervi continentur, ut *de hominibus coactis & vi bonorum raptorum:* idem in *redhibitoria*, ſi deterior res reddatur emptoris opera, aut familiæ ejus: Et in interdicto *unde vi*, *familiæ* adpellatio omnes ſervos comprehendit; *l.* 195. §. 3. *D. de verb. ſignif.* Familiæ ergo nomen tam liberos, quam ſervos complectitur. Atque adeo paterfamilias non minus ſervilis, quam liberalis familiæ intuitu adpellatur. Paterfamilias enim eſt, qui in domo dominium habet. Unde pater familias nihil aliud, quam principem familiæ ſignificat. Caius *l.* 196. *D. de verb. ſign.* Familiæ adpellatione & ipſe princeps familiæ continetur. Ulpian. *reg. tit.* 4. §. 1. Sui juris ſunt familiarum ſuarum principes, id eſt, paterfamiliæ, itemque materfamiliæ. Qua in re veterum clementiam & humanitatem laudat Senec. *Epiſt.* 47. his verbis: Ne illud quidem videtis, quam omnem invidiam majores noſtri dominis, omnem contumeliam ſervis detraxerint? Dominum patrem *familiæ* adpellaverunt: ſervos, (quod etiam in minimis adhuc durat,) *familiares.* Quæ verba ſuppreſſo nomine, ab eo mutuatus eſt Macrobius 1. *Saturn.* 11. Hinc feſtivus ille Martialis in Quirinalem jocus, qui ex ancillis vernas omnes ſuſceperat: Pater familias, ait, vere eſt Quirinalis. Feſtus: *Familia* antea in liberis hominibus dicebantur, quorum dux & princeps generis vocabatur pater, & mater familiæ. Unde familiæ nobilium, Pompiliorum, Valeriorum, Corneliorum. Et familiares ex eadem familia. Poſtea hoc nomine etiam famuli adpellari coeperunt, permutata I cum V littera. Proinde illis edicti Aedilitii verbis: *Si quid poſt venditionem traditionemque deterius emtoris opera familiæve ejus factum eſſe dicetur*, quæ habentur *l.* 1. D. *de Aedil. edict. familiæ* adpellatione continentur omnes, qui in ſervitio ſunt: etiam liberi homines, qui ei bona fide ſerviunt, vel alieni. Accipe eos quoque, qui in poteſtate ejus ſunt: *l.* 25. §. 1. D. *eod. tit.* Similiter in actione *vi bonorum raptorum*, quæ familiæ nomine competit, familiæ adpellatio ſervos continet, hoc eſt, eos, qui in miniſterio ſunt, etiam ſi liberi eſſe proponantur, vel alieni, bona fide nobis ſervientes: *l.* 2. §. 14. *D. vi bon. rapt.* In edicto porro *de publicanis*, in quo eſt: *Quod publicanus, familiave publicanorum* vi ademerit: *l.* 1. *D. de publican.* familiæ nomen non tantum ad ſervos publicanorum referemus: verum etiam ad eos, qui in numero familiarium ſunt publicani. Sive igitur liberi ſint, ſive ſervi alieni, qui publicanis in hoc vectigali miniſtrabant, eo edicto continebantur. Proinde & ſi ſervus publicani rapuit, non tamen in ea familia conſtitutus, quæ publico vectigali miniſtrat, hoc edictum ceſſabit: *d. l.* 1. §. 5. D. *de publican. l.* 195. §. 3. *D. de verb. ſign.* Alia ejuſdem edicti parte, cujus verba ſunt: *Quod familiæ publicanorum furtum feciſſe dicetur*, familiæ adpellatione, ait Ulpianus, ſervilem familiam contineri, ſciendum eſt. Sed & ſi bona fide publicano aliquis ſervus ſervit, æque continebitur: fortaſſis & mala fide. Ergo & ſi liber homo ſerviat, hoc edictum locum habebit: *l.* 12. §. 2. D. *de publ. & vectig.* Ita *familias publicanorum* accipe apud Hirtium aut Oppium *de bell. Alex. c.* 70. quæ

quæ nimirum publicanis operam in vectigalibus exigendis dabant. In Interdicto *unde vi*, cujus verba sunt hæc: *Unde tu illum vi dejecisti, aut familia tua dejecit*, *l.* 1. *pr. D. de vi & vi arm.* familiæ adpellatio servos continet, & eos quoque, quos loco servorum habemus: *d. l.* 1. §. 16. 18. *D. eod. tit.* Paullus 5. *sent.* 6. §. 3. de hoc interdicto agens: *familiæ nomine*, inquit, *& duo servi continentur.* Hoc amplius Ulpianus, in *d. l.* 1. §. 17. *de vi & vi arm.* &, si unus servus dejecerit, *familiam* dejecisse videri ait. Quamquam alias unicum servum familiæ adpellatione contineri, negetur, ac ne duo quidem familiam facere dicantur: *l.* 40. §. 3. *D. de verb. signif.* Quæ legum nostrarum discordia ita optime Ciceronis interventu sedabitur, si quemadmodum ille *in orat. pro Cæcin. c.* 19. scribit, dixerimus, ex vi quidem Latini sermonis in uno servulo familiæ nomen non contineri, familiam ex servis pluribus constare. Ceterum rationem juris interdictive vim, & prætorum voluntatem facere, ut & si unus servus dejecerit, familia intelligatur dejecisse. Non enim aliam esse caussam æquitatis in uno servo, & in pluribus. Sed & in Edicto: *si familia furtum fecisse dicatur*, servilem accipere debemus, *l.* 9. D. *de jurisd. l.* 32. *D. ad Leg. Aquil. l.* 32. *D. de dol. mal. l.* 1. *D. ad SC. Silan. l.* 5. *D. de petit. hered. l.* 31. *D. de nox. act.* Eadem significatione dicitur *familia* eorum, qui circa cursum publicum occupati sunt, *l.* 2. *C. Theod. de curs. publ.* & *familiam publicam*, in *l.* 1. D. *de offic. præfect. vigil.* interpretatur servos publicos, qui præsto Aedilibus erant: quales etiam curatoribus aquarum adfuisse, Frontinus *lib.* 2. *de aquæduct.* ostendit. Sed & *familiæ* militum, in *l.* 10. *C. de re milit. & l.* 3. *C. Th. eod. tit.* sunt militum uxores, liberi, servique illi, qui de peculio castrensi emti sunt. Ceterum *familia* servilis in *urbanam* & *rusticam* dividitur: *l.* 3. D. *de pen. legat. l.* 66. D. *de legat.* 2. *l.* 166. *D. de verb. signif.* Item in *domesticam*, & *venalitiariam*: *l.* 31. *D. de donat. int. vir. & ux.* seu venalem, ut loquitur Quinctilian. *lib.* 7. *inst. or. c.* 3.

Familia militum in *l.* 17. 28. 31. *C. Th. de erogat. mil. annon. l. ult. C. Th. de jur. fisc. l.* 1. C. *Th. & exact. & translat. annon.* esse videtur certus tironum, nondum in numerum relatorum numerus vel manipulus, uti suspicatur Jac. Gothofr. *in Comm. in d. l.* 17. *C. Th. de erog. milit. ann.*

FAMILIARE funus: *l.* 2. *in fin. D. de in jus voc.* id est, domesticum, ut in *l.* 4. §. 2. D. *si quis caution. Familiaria* sepulchra, quæ quis sibi familiæque suæ constituit: *l.* 5. D. *de religios.* in quæ tamen & heredes, etiam si extranei sint, inferri possunt: *l.* 4. *l.* 6. *l.* 13. C. *eod. tit.* non item adfines & cognati, nisi heredes scripti sint: *l.* 8 *l.* 14. *C. eod. tit. Familiaria* vestimenta, quæ ad familiam vestiendam sunt parata: *l.* 29. *in fin. D. de aur. arg. leg.*

Familiares, in constitutionibus recentiorum Imperatorum servilia ministeria præstantes intelliguntur: *l.* 6. §. 5. C. *de his, qui ad eccles. confug. l. pen. C. de his, qui accus. non poss.*

Familiaris res, id est, pecuniaria & privata *l.* 2. §. 1. D. *de interd. l.* 36. D. *de fideic. libert.*

FAMILIARITAS, amicitia, necessitudo, *l.* 4. §. 13. D. *de offic. proconf.* Alias similitudo est. Ita familiaritatem habet emtio & locatio, *l.* 2. D. *locat.*

Familiaritas, pro ministeriis &

& domesticis: *l. ult. C. qui accus. non poss.*

FAMULUS, servus: *l.* 1. 2. *C. de his qui in eccles. manum.* a *familia* deducitur, ut vult Festus I in U littera permutata.

FANATICUS proprie vel sacerdos, vel custos fani erat, qualis *Severus fanaticus ex vico Bellonæ*, apud Reines. *Inscr. Class.* 14. 139. Quum vero hi sibi plerumque numine afflati viderentur, responsa reddentes & vaticinia, id vocabulum postea fariolis & fatidicis tribui cœpit. Eo sensu *fanaticus* dicitur Ciceroni *pro domo c.* 60. fanaticum carmen apud Liv. *lib.* 38. *c.* 16. Hein. Hinc: si servus inter *fanaticos* non semper caput jactaret: *l.* 1. §. 9. D. *de Aedil. edict.* quod paulo post Ulpianus adpellat: *circa fana bacchari.*

FANUM, templum: *l.* 1. §. 10. *D. de Aedil. edict.* Fana autem adpellata, vel, ut Varro *lib.* 5. *de ling. lat.* scribit, *quod pontifices in sacrando fati sunt finem*, vel, ut Festus, *quod fando consecrantur.* Et quidem uni Deo publicæ consecratæ ædes, *fana*; pluribus simul, tamquam συμβώμοις dedicatæ *delubra* dicebantur. Is. Voss. ad Pomp. Mel. 2. 3. *p.* 147.

FAR, frumentum, unde molendo farina conficitur. Unde seges *farris* apud Liv. *lib.* 2. *c.* 5. *Far* vel *farreus* etiam panis, ex farre confectus, qui in sollemni sacrificio, quo in manum conveniebat uxor, adhibebatur. *Ulp.* 9. *fragm.* 1. *Farre* convenitur in manum, certis verbis, & testibus decem præsentibus, & sollemni sacrificio facto; in quo panis quoque *farreus* adhibetur. Plin. *lib.* 18. *c.* 3. Quin & in sacris nihil religiosius confarreationis vinculo erat: novæque nuptæ *farreum* præferebant. Servius *in* 1. *Georg. v.* 31. *Farre* nuptiæ fiebant, quum per Pontificem maximum & Dialem flaminem, per fruges & molam salsam conjungebantur, unde *confarreatio* adpellatur, ex quibus patrimi & matrimi nascebantur. Idem in *lib.* 4. *Aen. v.* 130. Quid enim aliud est *dextræ*, quæ in manum convenire? Quæ conventio eo ritu perficitur, ut aqua & igni adhibitis, duobus maximis elementis, natura conjuncta habeatur: quæ res ad *farreatas* nuptias pertinet, quibus flaminem & flaminicam jure pontificio in matrimonium necesse est convenire. Et paucis interjectis: Mos apud veteres fuit flamini & flaminicæ, ut per farreationem in nuptias convenirent, sellas duas jugatas ovili pelle super injecta poni ejus ovis, quæ hostia fuisset, & ibi nubentes velatis capitibus in *confarreatione* flamen ac flaminica residerent. Ait igitur *locari.* Locata enim uxor dicitur, quod simul cum eo sedeat, dum confarreatur. Confarreationes autem tonitru dirimit. Hæc de illo ritu veteres, quorum loca operose interpretantur Brissonius, Hotomani & si qui alii de ritu nuptiarum scripserunt, sed ita, ut in re obscura, multisque involuta tenebris, plerique intelligendo faciant, ut intelligamus nihil *Hein.*

FARCIMEN. Leo Novell. 58. *Perlatum ad aures nostras, quod intestinis, tamquam tunicis illum infarctum, velut consuetum aliquem cibum, ventri præbeant.* Eorum vero *farciminum* esum & commercium Imperator, proposita pœna publicationis bonorum, flagellationis, cum decalvatione conjunctæ, atque exsilii prohibet. Nimirum uti jam olim primævi patres orientales plerique canonem synodi Apostolicæ *de sanguine & suffocato*, *Act. Apost. c.* 15. *v.* 20. non temporarium, sed perpetuum præceptum continere

nere existimabant, quorum loca complurima congesserunt Guil. Spencer. *ad Origen. adv. Cels. p.* 90. & Casp. Suicer, *in Thesaur. patr. græc. Tom.* 1. *p.* 113. ita hanc majorem sententiam mordicus tenuerunt Græci, quibus & hodie sanguine vel suffocato vesci, piaculum est. *Hein.*

F A R I non posse dicitur, qui nondum infantis ætatem excessit, id est, qui infra septimum annum ætatis est, ut patet ex *l.* 1. §. 2. D. *de administr. & per. tut.* Et contra *fari* posse dicitur pupillus, post septimum annum: *l.* 1. §. 15. D. *de magistrat. conven. l.* 9. D. *de adquir. vel omitt. hered. l.* 1. *C. ad SC. Tertull.* Qui *fari* possunt quamvis actum rei non intelligerent: *l.* 5. *D. de reg. jur.*

Fari dicebatur prætor, qui certa legitima & sollemnia verba pronunciabat. Unde & *fastos* dies nomen traxisse, Varro *lib.* 5. *de ling. lat.* indicat his verbis: *Fasti* dies, per quos prætoribus omnia verba sine piaculo licebat *fari.* Macrob. 1. *saturn.* 16. *Fasti* sunt, quibus licet *fari* prætori verba sollemnia: *do, dico. addico.* Ovid. 1. *fastor. v.* 51. *Nam simul exta Deo data sunt: licet omnia fari, Verbaque honoratus libera prætor habet.* His contrarii *nefasti* dies erant, per quos prætori tria illa verba *fari* non licebat. Ovid. *eod. lib. v.* 47. *Ille nefastus erit per quem tria verba silentur: Fastus erit, per quem lege licebit agi.* Add. Macrob. 1. *Saturn.* 26. Ac plane nefastum diem ἄπρακτον ἡμέραν vocat Theophilus *in* §. 2. *Inst. de libertin.* Ulpianus vero ἄδικον dicebat, teste Athnæo *in Deipnosoph. lib.* 3. *c.* 20. *p.* 90.

F A R R A R I O R U M ager: *l.* 58. §. 1. D. *de usufr.* Situs ignotus est, nisi legere malis *farratiorum* vel *farraticorum*, cujus vici, Brixiæ proximi, meminit lapis apud Gruter. *p.* 1007. 7. Hein. Legunt alii *farrarium* & frugiferum interpretantur.

F A S licitum: *l.* 2. §. 18. *D. de orig. jur.* Virgil. 1. *Georg.* 269. *Fas* & jura sinunt, id est, ut interpretatur Servius: Divina humanaque jura permittunt. Nam *fas* ad religionem: jura ad homines pertinent, juxta interpretem Euripidis in *Hecubam.*

F A S C E S pro insignibus majorum magistratuum. *Fasces* consularitatis: *l. ult. C. Theod. ad Leg. jul. de ambit.* proconsulum: *l.* 14. *D. de offic. proconf.* Civilium partium *fasces*, id est, civiles, non militares dignitates: *l. un. C. Theod. qui a præbit. tiron.*

Fascis numero singulari, pro sarcina vel onere. Imponimus præsentis mulctæ *fascem*: *l.* 22. *C. Theod. de adpell.*

F A S C I Æ crurales pedulesque: *l.* 27. *in fin. D. de aur. arg. leg.* inter ornamenta muliebria ponuntur, quo loco *crurales* in *crinales* transformare infeliciter tentarunt. Veteres certe quidam pedes fasciis vincire & obvolvere solebant, maxime mulieres. Quod M. Tullius his verbis, quæ a Nonio Marcello relata, quibus Clodium, ut mulierarium insectatur, docet. *Tu*, ait, *quum vincirentur pedes fasciis, quum calanticam capiti accomodares.* Ejus rei Plinius quoque *lib.* 6. *hist. nat. c.* 2. indicium facit, narrans, *mures Carboni fascias, quibus in calceis utebatur* adrosisse. Et hæc erant *pedules fasciæ.* Etenim *pedule*, interprete Cornel. Frontone, *in lib. de nom. & verb. differ.* dicitur, *quod sub pedibus præstat utilitatem.* Hoc amplius & crura fasciis vestiri olim solita, Quinctilian. *lib.* 2. *Inst. or. c.* 3. non obscure significat, ut &, Valer. Max. *lib.* 7. *c.* 2. qui Pompeium candida fascia crus obligatum habuisse, docet.

F A S T I, dies. Vid. supra *fari.*

Fas-

Fasti, etiam libri, fastorum indices, qui a Kalendis hodie etiam Calendaria adpellantur. Veteres autem promiscue dixisse *fasti*, fastorum, & *fastus*, fastuum, jam Priscianus *lib.* 6. observavit. Et ita loquutos esse Columellam *lib.* 9. *de re rust. c.* 14. & Lucan. in *pharsal. lib.* 10. *v.* 187. jam Lexicographi notarunt. Hinc *fastibus* legimus in *l.* 7. *C. Theod. de tiron. l.* 9. *C. Th. de infirm. his, quæ sub tyr.*

FASTIGIUM ambitiosum adorationis: *l. un. C. Theod. de imag. Imperat.* pro quo in *l.* 2. *C. Just.* falso legitur *fastidia.*

FATALES, dies adpellantur ab Impp. tempora adpellationibus peragendis præstituta: *l.* 32. *C. de adpell. l. ult. C. de temp. adpell. l. ult. in fin. pr. C. ubi senat.*

FATERI. Qui tacet non utique fatetur: *l.* 141. D. *de reg. jur.* Usi nostri scriptores eodem vocabulo sunt passive. Vulgo *fatebatur*, id est, fatebantur omnes: *l.* 39. §. 6. D. *de legat.* 1. Nomen quod *confitetur*, id est, confessum: *l.* 15. §. 9. *D. de re judic.* Sed & Ciceronem 2. *Agrar.* 21. dixisse: *Hunc agrum excipere nominatim, qui publicus esse fateatur*, & *confiteri* a Gellio *lib.* 15. *c.* 13. & Prisciano *lib.* 8. *p.* 794. inter verba communia recenseri, jam observavit Ducker *de Latin. vet. ictor. p.* 358. *Hein.*

FATUM, secundum Tullium, ipso referente Servio *in Virgil.* 3. *Aen. v.* 376. est connexio rerum per æternitatem se invicem tenens, quæ sub ordine & lege variatur, ita tamen, ut ipsa varietas habeat æternitatem. Idem Serv. *in* 2. *Aen. v.* 777. *fata*, ait, sunt quæ Dii fantur, quæ indubitanter eveniunt. Quæ fuerit Jurisconsultorum veterum de fato sententiæ, docuit Bynkersk. 4. *obs.* 15.

Fatum pro casu. Si *fato fecerit*: *l.* 2. *D. de condit. & dem.* Quæ improviso casu potius, quam fraude accidunt, fato plerumque, non noxæ, imputantur: *l.* 1. *C. ad Leg. Cornel. de sicar.*

Fata caussarum: *l.* 3. *C. de legib. l.* 14. *C. de advoc. divers. jud.* ubi frustra Salmasius *in not. ad hist. Aug. p.* 259. rescribit: *facta caussarum.* Ibi autem significantur incerti caussarum eventus, quos eadem dicendi figura fortunam judicii vocat Quinctilianus *Inst. or. lib.* 10. *c.* 1. immo & Hermogenianus *l.* 13. *D. de stat. hom.* ubi pro *fortunæ judicio*, legendum esse fortunæ *judicii*, recte suspicatur Menag. *Amœn. jur. c.* 6. quia & in scholiis Basilicis legitur τῇ τύχῃ τοῦ δικαστηρίου. Sed & *fata* disceptationis, dixit Imp. *l.* 41. *C. Th. de adpell.*

Fatum etiam pro morte sumitur. Macrob. *in somn. Scip. lib.* 1. *c.* 13. Constat enim, numerorum certam constitutumque rationem animos sociare corporibus. Sic numeri dum supersunt, perseverat corpus animari: quum vero deficiunt, mox arcana illa vis solvitur, qua societas ista constabat, & hoc est quod *fatum* & *fatalia* vitæ tempora vocamus. Hinc in *fatum* concedere: *l.* 20. §. *ult. D. de liberat. leg. l.* 3. *C. de jur. delib. l.* 4. *C. si pend. adpell. l.* 4. *C. de solut. Fati* diem fungi: *l.* 5. *C. si reus vel accus. Fati* munus explere. *l. ult. C. Th. de metat.* implere: *l.* 1. *C. de obl. & act. & passim.*

Licet *Fati* nomen anile plerumque, & superstitionis plenum sit, huic tamen nobiliores philosophi mortis, vitæque imperium concesserunt. Servius 8. *Aen.* Tertul. *lib. de anima cap.* 39. Adrianus Turnebus *lib.* 3. *Adversar. c.* 9. Gellius *lib.* 13. *cap.* 1. Tribus quidem humana omnis vita contine-

tinetur, Servius 4. *Aeneid.* Natura, cui ultra centum & viginti solsticiales annos concessum non est diuturniore frui luce. Fato, cui nonaginta anni, hoc est, tres saturni cursus exitium creant, nisi forte aliarum stellarum benignitate tertium ejus superet cursum. Fortuna, & casu, qui ad omnia pertinent, quæ extrinsecus accidunt, ut ad ruinam, incendium, naufragium, venena, vim fatique diem occupatam. Virgilius in Didonis persona eleganter expressit 4. *Aeneid. Vixi, & , quem dederat cursum fortuna peregi.* Hic enim non ad naturam, & fatum mortem retulit: quia nec fato, merita nec morte peribat; sed ad Fortunam, quam violentæ mortis agnoscit authorem. Quare mors illa, quæ præter naturam accidit, fortunæ tribuitur, casui, quæ præter fatum. At natura & fatum ei, qui morbo, aut morte sua defungitur, Sueton. *in Jul. c.* 85. Demosthen. in *Epist. ad Lycurg.* Isocrat. *in laudat. Busirid.* Tempus autem continet fatum, & naturam. Hoc contulit Dn. Giron. J. V. D. Paris.

FATUUS, vel morio: *l.* 4. §. 3. *D. de Aedil. edict.* Fatuos autem insulsos interpretatur Donat. *in Ter. Eunuch. act.* 5. *sc.* 8. *v.* 49. Servius vero *in* 7. *Aen. v.* 47. inconsiderate loquentes, a Fatua, quæ adsidue divino spiritu impleta, velut per furorem, futura præmonebat. Unde adhuc, qui inspirari solent, fatuari dicuntur. Idem *ad Aen.* 3. *v.* 354. Meminit & Lactant. *lib.* 1. *de Divin. justit. c.* 22. *Fatuis* utique propter infirmitatem mentis curatores datos, ostendit *l.* 2. *D. de postul. & l.* 21. *D. de reb. auct. jud. possid.* hominibus quippe commotioris animi. *Fatuum* Cujas *l.* 2. *de postul.* pro simplici & inepto & parum idoneo ad res administrandas usurpat. Tractum autem nomen esse quidam volunt a sapore ciborum, qui cum non sapiunt, fatui dicuntur.

FAVIA lex & *Faviana.* Vid. supra *Fabia & Fabiana.*

FAVIUS Mela. Vid. infra *Flavius Mela.*

FAVOR. Favoris caussa constitutum: *l.* 8. D. *de minor. Favor* constitutionis: *l.* 2. *D. de fideic. libert.* quo nempe constitutio favet. *Favor* libertatis, quo libertati favetur, vel favendum est: *l.* 7. §. *ult.* D. *qui si e manum.* seu libertati deditus, ut loquitur *l.* 2. *C. de long. temp. præscr.* vel qui libertati exhibetur: *l.* 26. D. *de fideic. libert.*

Favor minax judicis: *l. un. C. Th. si quac. prædit. pot. nupt. pet.*

FAVORABILIS, favore dignus, ut Caussa favorabilis in *l.* 7. §. 3. *D. de bon. damn. l.* 122. *D. de reg. jur. l.* 1. §. 15. *D. de ventr. in possess. mitt. Favorabiliores* rei potius, quam actores habentur: *l.* 125. *D. de reg. jur.*

FAVORABILITER, in favorem, *l.* 8. §. 1. *D. de don. int. vir. & ux. l.* 7. *D. ad Leg. Cornel. de sicar. l.* 10. §. *ult.* D. *de manum. test.*

FAUSTINÆ Augustæ meminit *l.* 57. D. *de legat.* 2. Conjux hæc fuit Antonini Pii, de qua hæc exstant Julii Capitolini verba *in vota Antonini c.* 5. Uxorem *Faustinam* Augustam adpellari a Senatu permisit.

FAUTORES æquitatis: *l.* 8. C. *de pact.*

FAVI, si quos apes fecerint: *l.* 5. §. 3. *D. de adquir. rer. dom.* Si quis apes vel favum abstulerit: *l.* 26. D. *de furt.*

FAX. Si *facem* servo meo objeceris: *l.* 27. §. 6. D. *ad Leg. Aquil.* Ad *faces* parata: *l.* 55. §. *ult. D. de legat.* 3.

Faces calumniarum: *l.* 2. *C. Th. de curat. calend.*

FEBRICULA: *l.* 1. §. 8. D.

D. *l.* 4. §. *ult. D. de Aedil. edict.*

FEBRUARIÆ calendæ: *l.* 12. D. *de verb. obl.*

FELICITAS generis: *l.* 2. C. *Th. de senat. & gleb. coll.* ubi senatorium fastigium generis *felicitate dicuntur consequuti*, qui ex senatore progeniti sunt, & contra distinguntur illis, qui principis largitate & beneficio eam dignitatem adepti sunt, id est, *Senatoribus novis*, ut Symmachus adpellat.

FELIX embola, vid. supra *embola.*

FELIX, titulus Imperatorum, ut patet ex *proem. Inst.* Vid. de eo Gabriel. Trevor. *Observ. apologet. c.* 51. *p.* 287. *Tomo* 1. *Thesaur. jur.* & Ez. Spanhem. *de usu & præst. numism. diss.* 12. *p.* 441. *Tom.* 2. quorum prior ab Antoninorum temporibus hoc Imperatorum cognomen arcessit, deceptus procul dubio lapidibus Gruterianis *p.* 258. 9. 10. *p.* 359. 12. *p.* 260. 1. in quibus memorantur *Imp. Cæs. M. Aurelius Antoninus, Pius Felix.* Sed eos laudatus Spanhemius non ad M. Antoninum, sed ad Caracallam, cognominem pertinere, observavit. Commodo, Perenne occiso, peculiari SCo hanc adpellationem concessam esse, memoriæ prodidit Spartian. in *Commod. c.* 8. ejusque in numis titulum *Felicis* vel ΕΥΤΥΧΟΥΣ primum occurrere, animadvertit idem Spanhem. Ceterum ab eo tempore omnes Imperatores id cognomen retinuerunt. Quidam etiam *felicissimos & beatissimos*, se adpellari voluerunt, uti in numis Diocletiani & Maximiani frequens est hoc elogium, vel *Felicissimos* Cæsares, veluti Theodosius, in *l.* 90. C. *Th. de decur.*

FELICISSIMUS, *Felicissima*, nomen servi & ancillæ proprium: *l.* 41. §. 3. *D. de legat.* 3.

FEMINA. Moribus receptum, ut feminæ civilibus non fungantur officiis: *l.* 2. *D. de reg. jur.* *l.* 12. §. 2. *D. de judic.* *l.* 1. D. *ad SC. Vellei.* Femina nullum adoptare filium sine jussu principis potest: *l.* 29. §. 3. D. *de inoff. test.* In multis juris articulis feminarum conditio deterior est; *l.* 9. *D. de stat. hom.* Feminis ipse sexus denegat, quo minus honores vel munera injungantur: *l.* 3. §. 3. *D. de muner. & honor.* Ne feminæ pro viris aut ullo alio intercederent sunt *l.* 1. *l.* 2. D. *ad SC. Vellei.* Feminis pro parentibus agere interdum permittitur: *l.* 14. D. *de procurat.* Eas prætor prohibet pro aliis postulare: *l.* 1. §. 5. D. *de postul.* Remotæ sunt ab officio argentarii: *l.* 12. *D. de edend.* suos heredes non habent: *l.* 4. §. 2. *D. de bon. poss. contra tab.* tutores dari non possunt: *l. ult. D. de tutel.*

In *femina* nubere dicitur vir: *l.* 3. *C. Theod. ad leg. Jul. de adult.* pro quo Justinianus *l.* 31. *C. eod. tit.* in feminam dixit, non inusitata optimis scriptoribus loquutione, quorum plura loca congessit Jac Gothofred. in *Comm. ad d. l.* 3.

FENESTELLA, citatur in *l. un.* §. 1. *D. de offic. Quæst.* Intelligitur autem L. *Fenestella*, qui temporibus Tiberii vixit. Voss. *de histor. Latin. lib.* 1. *c.* 19. *p.* 101. Unde refutatur error Eberlini *de orig. jur. c.* 14. *n.* 24.

FENESTRÆ jus inter jura vel servitutes prædiorum urbanorum, memorat Cai. *Inst. lib.* 2. *tit.* 1. §. 3. Sed quum ita numquam loquuti sunt veteres, qui hanc servitutem semper *luminum* adpellitant: ea verba ab interpolatore esse, merito suspicatur Ant. Schulting. *in Jurispr. vet. antej. p.* 76. Hein.

Fenestræ luciferæ & prospectivæ:

væ: *l.* 12. §. 2. C. *de ædif. privat.* Iis opponuntur τοξικαὶ, id eſt, anguſtæ, uti in arcibus & mœnibus eſſe ſolent, per quas jacula mittuntur. Vid. Cujac. 13. *obſ.* 30. Hein.

FERA. Feras exercere, id eſt, venando agitare: *l.* 62. §. 1. D. *de uſufr.*

FERALES anguſtiæ: *l. un. C. Theod. de parricid.* & infandæ mentes apoſtatarum: *l.* 5. *C. Th. de apoſtat.* carcerum tenebræ: *l.* 1. *C. Th. de curioſ.* miniſtri, id eſt, qui carcerum & reorum cuſtodiam gerunt: *l.* 6. C. *Th. de cuſtod. reor.* *Feralia* antra, oratoria hæreticorum: *l.* 57. *C. Th. de hæret.* myſteria rebaptizantium, *l.* 4. *C. Th. ne ſanct. baptiſm.* *Feralis* peſtis: *l.* 6. *C. de malef. & math.* ſecta judæorum: *l.* 1. *C. Th. de judæis.*

FERIÆ, tempus, quo a forenſibus negotiis, & jure dicundo, vocatio concebatur: *tit. D.* & C. *de fer.* Earum vero aliæ erant *ſollemnes*, aliæ *repentinæ*, & quæ extra ordinem indicebatur: *l.* 26. §. 7. *D. ex quib. cauſ. maj. l.* 3. C. *de dilat.* Illæ ſtatæ & certæ erant, quarum exempla ex Varrone *l.* 5. *de ling. lat.* Macrob. *lib.* 1. *ſaturn. c.* 16. & Calendario Romano in promtu ſunt. Hæ vero e re nata indicebantur, ob res puta proſpere geſtis, & in honorem principis.

Feriæ latinæ: *l.* 2. §. 33. D. *de orig. jur.* celebrari ſolebant prid. Kal. Aprileſ. in monte Albano. Faſti diurnis apud Reineſ. *Claſſ.* 4. *inſcr.* 5. *Prid. Kal. April. Feriæ Latinæ celebratæ, & ſacrificatum in monte Albano, & data viſceratio.* Quum vero illis ſacris more majorum omnes magiſtratus intereſſe oporteret: interim creabatur præfectus urbi feriarum Latinarum cauſſa: *l.* 2. §. 33. D. *de orig. jur.* Tacit. *Annal. lib.* 6. *c.* 11. Ceterum circa ferias permulta mutata ſub Impp. Chriſtianis, qui & diem ſolis, & reliquos dies feſtos, quibus Chriſtiani ſacra faciunt, maxime vero tempus quadrageſimale, quo & criminales perſequutiones ceſſabant, & quindecim dies paſchales, feriis adſcripſerunt. Vid. *l.* 5. *C. Theod. de quæſtion. l.* 2. *l.* 8. *C. Th. de fer.* Syneſ. *epiſt.* 14. & quæ ex Theodulpho, Maximo, Auguſtino, & conciliis notavit Ægid. Menag. *Amœn. jur. civ. c.* 26. *p.* 150. & *ſeq.* Hein.

FERIATI dies: *l. pen. D. de fer.* menſes: *l.* 5. *C. eod. tit.*

FERIATICI dies Florentiæ legitur; *l.* 2. *D. de fer.* niſi ille librarii lapſus ſit.

FERIRI capitali ſupplicio: *l.* 5. C. *de malef. & mathem.* mulcta: *l.* 5. *C. Theod. de fabricens.*

FERITAS aliquando hominibus tribuitur. Sic feritas fructuarii vel ſævitia; *l.* 15. §. 3. *D. de uſufr.*

FEROX Urſeius, Ictus de quo infra voce *Urſeius.*

FERRACULUM, quidam legunt in *l.* 29. §. 2. *D. ad Leg. Aquil.* alii cum Haloandro *ferriculum*, alii *gubernaculum*, quum Florentiæ ſit *ſervaculum.* Dubiæ non modo notionis, ſed & ſcriptionis eſt hoc vocabulum. *Hein.*

FERRAMENTA, laniandæ carnis cauſſa parata; *l.* 18. *pr. D. de inſtr. vel inſtr. leg.* Sed & medicorum inſtrumenti: *ferramenta* accenſet Paullus 3. *Sent.* 6. §. 62. Vid. Briſſon. *Select. Antiq. lib.* 2. *c.* 4. *Schulting. juriſpr. vet. antejuſt. p.* 370.

Ferramenta ad effringendum oſtium, vel armarium; *l.* 54. §. 4. *D. de furt.*

FERRARIUS; *l. ult.* D. *de jur. immunit. l.* 1. *C. de excuſ. art.* & apud Veget. *lib.* 2. *c.* 11. qui

qui in Legionibus habebatur, fabricæ ferrariæ caussa.

Ferre pro auferre & consequi. Sic ferre aliquid dicitur actor; *l.* 41. *D. de oblig. & act.* & ferre quis aliquid ex bonis; *l.* 3. *D. de separat.* Adde Phædr. *lib.* 4. *fab.* 4. *v.* 16. quæ *tulerint* nihil, quamam ratione conferant pecuniam.

Ferre sententias; *l.* 1. D. *de adpell.* suffragium in curia; *l.* 8. *D. de muner.* Alio sensu, in *l. un. C. de suffrag.* postulare *ferri* sibi a quoquam suffragium, id est, opem sua commendatione ferri, seu patrocinium præstari.

Pro *tulisse* tollisse, dixit Ulpianus; *l.* 13. §. 4. D. *de acceptil.* Est is infinitivus vetus, a verbo cognatæ significationis, *tollo*, de quo Scalig. ad Varron. *lib.* 1. *de re rust. c. ult.* Voss. *Analog. lib.* 3. *c.* 37. Hein.

Ferrum Indicum: *l. ult.* §. 7. *D. de publican. & vectig.*

Ferrum pro gladio: *l.* 28. §. 10. D. *de pœn. l.* 1. §. 3. D. *ad Leg. Corn. de sicar.*

Ad *ferrum* venitur; *l.* 11. §. 2. *D. de pœn.*

Ad *ferrum* damnati in *l.* 8. D. *qui test. fac.* id est, qui ut ferro in arena depugnent, damnati sunt. Sic apud Ulpian. *Reg. tit.* 1. §. 11. Qui traditi sunt, ut ferro depugnarent, Sueton. de munere gladiatorum loquens *in Neron.* Exhibuit, inquit, ad ferrum quadringentos Senatores.

Ferrumen, id, quo quid ferruminatur. Ita partes duorum dominorum *ferrumine* cohærere dicuntur in *l.* 17. §. *ult.* D. *de adquir. rer. dom.* Utitur hoc vocabulo etiam Plinius *lib.* 36. *c.* 23.

Ferruminare alieno argento scyphum; *l.* 27. *D. de adquir. rer. dom.*

Ferruminatio, a plumbatura hoc distat, quod *ferruminatio* per eamdem materiam facit confusionem: *plumbatura* vero non idem efficit; *l.* 23. §. 5. D. *de rei vind.* Proinde si ferruminatione statuæ brachium junctum sit, unitate id majoris partis consumi, ait *ibid.* Paullus.

Ferula cæduntur impuberes; *l.* 1. §. 33. D. *de SC. Silan.*

Festivitas, de ludis & spectaculis, in *l.* 3. *C. Theod. de spectac. l.* 2. C. *Theod. de expens. ludor.* Natalium principis festivitates; *l.* 31. *C. Theod. de præt. & quæst.*

Festus, *a*, *um*. *Festi* dies; *l. ult.* D. *de aur. arg. leg. l.* 27. §. 1. *D. ad municipal.* Sunt, ait Macrob. *lib.* 1. *Saturn. c.* 16. Diis dicati, quos etiam *nefastos* vocari observat: quibus contrarii sunt *profesti*, id est, *hominibus ob administrandam rem privatam publicamve concessi*, vel, ut Non. Marcellus loquitur, *a festivitate* vacui. Plaut. *Aulul. Act.* 2. *sc.* 5. Festo die si quid prodegeris, profesto egere liceat, nisi peperceris.

Fetus. Vid. infra *fœtus*.

Fibula, magis ornamentum, quam vestis est; *l.* 25. §. 2. D. *de aur. arg. leg.* Vincula enim magis sunt, quam gestamina. Plin. *lib.* 33. *c.* 1. Fibulæ, & alia muliebris cultus. Fibulis utique vestes adstringebant & subnectebant. Virgil. *lib.* 4. *Æn. v.* 139. *Aurea purpuream subnectit fibula vestem.* Erant autem *fibulæ* orbiculi teretes. Ovid. *lib.* 8. *metam. v.* 318. *Rasilis huic summam mordebat fibula vestem.* De iis, earumque varia materia, forma, & usu egerunt Laur. Pignorius *de serv. p.* 82. & Jo. Jac. Chifflet. in *Anastasi Childerici c.* 16. *p.* 232. *seq.* ubi & ære earum figuras varias expresserunt. *Hein.*

Fictilia pro vasis & terra fictis; *l.* 3. §. 3. D. *de suppell. leg.* *Fictilis* suppellex; *l.* 7. *D. eod. tit.*

Fic-

FICTIO Legis est, quum id ponit quasi esset, quod tamen re ipsa non esse constat; vel ponit id non esse quod tamen esse adparet; vel facit, quid ita esse, quod tamen aliter se habere certum est. Primæ speciei fictionis, quam positivam dicunt, exemplum est *fictio* Legis Corneliæ, qua in captivitate moriens, antequam in eam pervenisset, obiisse concipitur; *l.* 22. *D. de capt.* Simili fictione in bello occisus vivere cogitatur, *pr. Inst. de excus.* Conf. *l.* 6. D. *de magistr. conv. l.* 7. D. *de stat. hom. l.* 26. *eod.* §. 4. *Inst. de Act.* Secundæ speciei, nimirum *negativæ* fictionis specimen est jus postliminii, quo, ex servitute, in quam bello captus civis Romanus inciderat, rediens, in ea numquam fuisse repræsentabatur; *l.* 25. D. *de capt.* Idem hoc exemplum & ad positivam fictionem referri potest, si nempe fingatur talis civis semper in civitate fuisse, quod fecit Tribonianus in §. 5. *Inst. quib. mod. jus patr. pot. solv.* Conf. §. 1. *Inst. eod.* & §. 5. *Inst. de act.* Ad tertiam speciem, quæ *translativa* est fictio, pertinet. (1) Personæ pro altera substitutio, quale exemplum est in *l.* 1. §. 12. D. *de vi & vi arm.* ubi Caio mandato Titii Sempronium de possessione dejiciente Titius ipse hoc fecisse dicitur, secundum vulgatum axioma: Quod quis facit per alios, id ipse fecisse putandus. (2) Rei pro alia repræsentatio: quorsum pertinet symbolica traditio; traditis enim clavibus, ea, quibus referandis inserviunt, tradita censentur; §. 44. 47. *Inst. de rer. divis.* Conf. *l.* 20. *D. de servit.* (3) Locus alius pro alio sumitur. Ita præsens habetur pro absente; *l.* 124. §. 1. *D. de reg. jur. l.* 2. §. 3. *D. de jur. codicill. l.* 27. §. 11. *D. de injur.* (4) Tempus aliud pro alio tempore, ita qui ante plures annos dolo desiit possidere, adhuc possidere creditur; *l.* 131. D. *de reg. jur. tot. tit.* D. *de reb. dub. l.* 37. *D. de rei vind.* Wurffel. *jurispr. defin.* §. 47.

Differt autem *fictio* Legis a præsumtione, quod in hac res pro certa ponitur, donec contrarium probetur; vel ita esse etiam creditur, ut contrarium ne pro possibili quidem habeatur in jure, nec proinde ejus probatio admittatur.

FICTITIÆ Actiones: Ulp. *fragm. tit.* 28. §. 12. ubi intelligi actiones utiles, monuerunt Charondas & Schulting. *ad h. l. p.* 674. Hein.

FICUS seu *ficos*, dulcium legato & adpellatione contineri, tradit *l. ult.* §. *ult.* D. *de trit. vin. ol. leg.* Idem de caricis, sapidissima ficuum specie, observat Paull. *lib.* 3. *Sent. tit.* 6. §. 77.

FIDEICOMMISSARIA Epistola, *l.* 37. §. 3. D. *de Legat.* 3. qua relinquitur fideicommissum, vel, ut est in *l.* 13. §. 1. D. *de jur. codicill.* fideicommissaria hereditas. Vid. supra art. *codicilli.*

Est & *fideicommissaria* libertas; *l.* 1. §. 7. *D. si is, qui test. lib. ess. juss.* id est, per fideicommissum data, cui *directam* adversari, supra dictum est in voce *directæ libertates.*

FIDEICOMMISSARIUS heres, vulgo pro eo, cui hereditas restituitur ex fideicommisso: aliquando tamen & pro illo, qui restituit, accipitur, ut in *l.* 51. D. *de judiciis.* & *Nov.* 108. Cujac. in *Quæst. Papin. ad l.* 24. *D. depos.* Sic & in *l.* 29. *D. quib. mod. ususfr. vel us. amitt.* legatarius, fideicommisso gravatus, fideicommissarius adpellatur.

Fideicommissarius prætor; *l.* 4. D. *quib. ad libert. procl. l.* 90. *D. de cond. & dem.* is est, qui de

fideicommissis cognoscit & jus dicit. Nam, ut Justinianus §. 1. *Inst. de fideic. hered.* refert, tantus fideicommissorum favor factus est, ut paullatim etiam prætor proprius crearetur, qui de fideicommissis jus diceret. Et ut Pomponius *l.* 2. §. 32. D. *de orig. jur.* scribit, sedecim prætoribus ab Augusto constitutis, duos D. Claudius adjecit, qui de fideicommissis jus dicerent, ex quibus unum D. Titus detraxit. Cujusmodi prætor accipiendus est in *l.* 43. D. *de act. emt.* & *l.* 2. *C. qui pot. in pign.* Fideicommissorum autem cognitio Romæ quidem Consulum erat, aut prætoris *fideicommissarii*, in provinciis, vero Præsidum provinciarum, ut Ulp. in *Reg. tit.* 25. §. 12. tradit. Inde in *l.* 8. §. 1. *D. de cond. inst.* Oportebit eos, qui de fideicommisso cognoscunt, subsequi prætoris voluntatem.

At concurrentem hanc fuisse Coss. & Prat. *fideicommissarii* de fideicommissis jurisdictionem, & apud hunc ad certam tantum summam agi potuisse, ex Quinctilian. 5. *Inst.* 6. patet, idque jam observarunt Cujac. 21. *obs.* 34. Merill. 5. *obs.* 36. & Ant. Schulting. *jurispr. Antejust. p.* 662. Principes etiam quandoque de fideicommissis jus dixisse, caussa fortassis ad eos per adpellationem devoluta, ex *l.* 26. D. *de probat.* intelligimus. *Hein.*

FIDEICOMMISSUM, quemadmodum Ulpianus *Tit.* 25. §. 1. definit, est, quod non civilibus verbis, sed precative, relinquitur, nec ex rigore juris civilis proficiscitur, sed ex voluntate datur relinquentis. Nam, ut Justinianus scribit §. 1. *Inst. de fideic. her.* omnia *fideicommissa* primis temporibus infirma erant: quia nemo invitus cogebatur præstare id, de quo rogatus erat. Quibus enim non poterant hereditatem vel legata relinquere, si relinquebant, fidei committebant eorum, qui capere ex testamento poterant. Et ideo *fideicommissa* adpellata sunt, quia nullo vinculo juris, sed tantum pudore eorum, qui rogabantur, continebantur. Et rursus §. 12. *Inst. eod. tit. Prima fideicommissorum cunabula a fide heredum pendent, & tam nomen quam substantiam acceperunt.* Sic beneficium, vel munus tum videbatur restitutio fideicommissi, & elegans est observatio Reinesii *ad Class.* 2. *Inscr.* 73. L. Cestium in marmore ideo profiteri, *hereditatem ex parte ad se, munere Agrippæ, pervenisse*, quod Agrippas, solo impellente pudore, hereditatem illi restituerit. In hoc vero verbo sæpe ludit Tertullianus, veluti *libro* 1. *ad ux. c.* 1. Tu modo ut solidum capere possis hoc meæ admonitionis *fideicommissum* Deus faciat. Item Arnobius *lib.* 6. *p.* 115. Per tramites ergo quosdam, & per quædam *fideicommissa*, ut dicitur, vestras sumunt atque accipiunt cultiones. Quoniam vero restituendi ejus quod fidei commissum est necessitas facta est; hinc *fideicommissum* dixeris quod quis tanquam heres vel legatarius adquisivit alteri restituendum ex voluntate defuncti.

Verba *fideicommissorum* in usu maxime habebantur hæc: Peto, rogo, volo, mando, fidei tuæ committo, cupio des, opto des, credo te daturum, exigo, desidero, ut des. Quæ singula perinde firma erant, atque si omnia in unum congesta essent; *l.* 115. *l.* 118. D. *de legat.* 1. §. 3. *Inst. de reb. sing. per fideic.* Ulpian. *Regul. tit.* 25. §. 6. Paull. 4. *Sent.* 1. §. 6. Alias fideicommissorum formulas pete ex *l.* 67. §. *ult. l.* 69. *D. de legat.* 2. *l.* 11. §. 4. & §. 9. *D. de legat.* 3. & ex Brisson. *formul. c.* 47. *seq.*

Fideicommissum singulare est singu-

gularum rerum; *rubr. Inst. de sing. reb. per fideic. relict.* quod *pecuniarium* adpellat *l.* 14. §. *ult. D. ad SC. Trebell. & speciale in l.* 32. D. *de fideic.*

Fideicommissum universale est hereditatis *l.* 39. D. *de admin. & peric. tut. l.* 17. D. *si quis omiss. caus. test.*

Rursus *fideicommissum* datur vel ab intestato, id est, quum datur ab heredibus ab intestato; *l.* 13. *D. de inoff. test.* vel testato, cum ab herede instituto datur.

Fideicommissum palam relictum intelligitur, quod testamento vel codicillis, quis rogatus est restituere, non domestica cautione, vel chirographo; *l.* 3. D. *de jur. fisc.*

Fideicommissum pecuniarium. Vide infra sub art. *pecuniarium.*

Fideicommissum autem ab illo dari dicitur, qui id præstare rogatur; *l.* 3. D. *de probat. l.* 126. *l.* 127. D. *de legat.* I.

Per *fideicommissum* data libertas; *l.* 55. D. *de manum. test.* quæ *directo* datæ opponitur; *l.* 12. §. 2. D. *de fideic. libert.* Vid. supra art. *fideicommissaria libertas.*

FIDEICOMMITTERE, fideicommissum dare, relinquere, seu rogare, mandare, petere, ut aliquid detur, præstetur, fiat.

Persona, cui injungitur restitutio, aliquando in casu secundo exprimitur, & tunc *fidei & committere* divelluntur. Sic fidei committere bonorum possessoris; *l.* 1. §. 6. D. *de legat.* 3. Alia exempla vide in *l.* 90. *D. ad Leg. Falcid. l.* 13. *D. de inoff. test. l.* 12. §. *ult. D. de injust. rupt. l.* 19. *D. de testam. milit.* Aliquando verbo huic subjungitur casus tertius. Nepotibus heredibus institutis fideicommisit; *l.* 14. §. 1. D. *ad Leg. Falcid.* Si tibi fideicommisero; *l.* 18. *D. de adim. leg.* Add. *l.* 13. *C. de legat.* Denique ab aliquo, veluti a patre *fideicommittere*, eandem habet significationem; *l.* 144. *D. de legat.* I. Similiter accipitur in §. 3. *d. l.* & *l.* 29. D. *ad Leg. falcid. l.* 2. §. *ult. D. de dot. præleg.*

FIDEJUBERE, fidem suam pro alio obligare: *l.* 27. *in fin. D. ad SC. Vellei. l.* 20. §. 6. *D. de liberat. leg.* & quidem stipulatu apud Romanos.

FIDEJUSSIO, actus quo quis alienæ obligationi, mediante stipulatione accedit; *l.* 7. §. 3. *D. de dol. l.* 12. *C. de fidejuss.* Quo verbo *accedit* præcedens jam aliena obligatio indicatur. Unde Theophilus: παρακολούθημα, ἤτοι ἐφόλκιον τῆς πρωτοτύπου ἐνοχῆς. Apud Plaut. in *Trinum.* Charmides, principalis ait: *Spondeo.* Callicles, ut fidejussor: *& ego spondeo idem &c.* Porro eodem verbo significatur, obligationem illam subsistere, nec in hujus locum succedere obligationem fidejussoris; nempe fidejussionem esse sine novatione. Qui enim alterius obligationem novando in se suscipit, adeoque liberato priore reo, se ipse obligat, is *expromittit: l. ult.* D. *ad SC. Maced.* §. 3. *Inst. quib. mod. obl. toll.* Item: Quo accedit fidejussio contractæ jam obligationi, eo ipsa differt a *mandato.* Mandat enim qui obligationem principalem antecedit; *l.* 12. §. 14. *D. mand.* Rursus: jure Romano, stipulatu factam esse *fidejussionem* observa. Qui enim pacto saltem interveniente alterius obligationi accedit, non fidejubet sed *constituit*: *l.* 1. §. 4. *l.* 11. §. 1. *D. de constit. pec.* quæ differentia moribus hodiernis nulla est. Denique, antequam beneficium ordinis fidejussori indultum esset a Justiniano, *Fidejussor* ut correus obligabatur, nisi in eventum non præstitæ a principali solutionis promiserit, & tunc spe-

ciali *sponsoris* nomine veniebat, qualis plerumque fuit qui non ultro se obtulit. Si autem debitor cui nemo credere volebat, undique conquireret, inveniretque demum, qui fidem suam interponeret, *sponsor* is dicebatur, dum ad rogationem: *Centum, quæ mihi Lucius Titius debet, eadem mihi dare spondes?* responderet: *spondeo.* Vid. Salmas. *de mod. usur. c.* 16. & Cic. *ad Attic. lib.* 1. *epist.* 6. *Tulliola, deliciolæ nostræ, tuum munusculum flugitat, & me sponsorem adpellat. Mihi abjurare,* i. e. jurejurando abnegare, *satius est, quam dependere,* i. e. solvere. Cujus rei Wurffel. *in jurispr. defin.* §. 715. *litt. c.* hanc rationem probabilem adfert: Sponsores quum non ultro se offerrent, sed a debitoribus precibus plerumque intempestivis adigerentur, ante omnia opus erat, ut constaret, sponte eos fidejubere. Ut autem de hoc constaret, interrogabantur: Utrum sponderent, hoc est, sponte intercederent? Spondere enim a sponte promittere dictum esse auctor est Varro *de ling. lat. lib.* 5. Quod si nunc sponderent, seu adfirmarent, se sponte intercedere, creditor securus erat adversus futuram exceptionem intercedentis.

FIDEJUSSOR quis sit ex præcedenti articulo patet. Adpromissorem quoque dici vid. supra in *adpromissor.* Fidejussor autem est vel *principalis*, qui scilicet debitoris obligationem in casum non factæ solutionis recipit; vel *succedaneus*, qui fidejussoris obligationem hoc modo recipit. Quo significatu *fidejussor fidejussoris & principalis* discernuntur in *l.* 27. §. 2. & §. *ult. D. de fidejuss.*

Fidejussor in omnem caussam acceptus, qui in id omne, quod ex obligatione, cui accedit, nasci potest, se obligat: *l.* 56. *D. de Ædil. edict. l.* 54. *D. locat. conduct. l.* 36. §. *pen.* D. *de fidejuss.*

Si *fidejussor* in rem suam spopondit, pro reo habendus est; *l.* 24. D. *de pact.*

Fidejussor ob evictionem datus, quem vulgo *auctorem secundum* vocant: *l.* 4. *D. de evict.*

Fidejussor exercitationis litis, a fidejussore judicati actionis separatur: *l.* 8. §. 3. *D. de fidejuss.*

Fidejussor idoneus, Vid. infra art. *idoneus*, item *Locuples* suo loco.

Fidejussor ad litem & pro lite datus; *l.* 41. D. *de hered. pet. l.* 10. D. *judic. solv.* qui scilicet vel judicio sisti, vel rem defendi, & judicatum solvi promittunt.

FIDEJUSSORIA caussa, (i. e. tanquam fidejussor,) conveniri; *l.* 8. D. *de usufr. ear. rer.*

FIDEPROMITTERE, pro fidejubere, dixit Paullus 1. *Sent.* 4. §. 5. *Minor se in his, quæ fidei. ssit, vel fidepromittit, vel spopondit, vel mandavit, in integrum restituendo, reum principalem non liberat.* Et formulæ stipulandi: *Fidepromittis? Fidepromitto*, mentio etiam sit §. 1. *Inst. de verb. obl.* At in Digestis exstare hujus vocabuli vestigium noluisse Tribonianum, notarunt Claud. Salmas. *de mod. usur. c.* 16. *p.* 707. & Schulting. *jurispr. antej. p.* 238. Hein.

FIDES; *l.* 1. *D. de pact. l.* 20. *C. de transact.* est, ut Cic. *lib.* 1. *de offic. c.* 7. definit, dictorum conventorumque constantia. Fidei enim nomen ipsum videtur habere, quum fit quod dicitur.

Fides catholica; *tit.* C. *de Summ. Trin. & fid. cathol.* Hæc est pietas sive religio nostra, quæ ideo catholica nominatur, quod non certo alicui populo tradita est, ut Judaico, sed toti generi humano: Vid. *l.* 2. C. *eod. tit.*

Fides pro cautione promissione. Sic *fidem* adcommodare in fraudem

dem juris; *l.* 10. D. *de his, quæ ut indign. l.* 43. §. *ult.* D. *de vulg. & pupill. subst. Fidem* dicere; *l.* 1. §. *ult.* D. *mand.* exsolvere: *l.* 5. §. 15. D. *de don. int. vir. & ux.* fallere; *l.* 5. *D. de leg. commiss.* frangere; *l.* 1. §. 4. *D. depos.*

Fidem habere emtori de pretio, dicitur venditor, qui nullo neque fidejussore, neque pignore accepto, & sine aliqua satisdatione, ejus fidem, quod ad pretii exsolutionem attinet sequitur; *l.* 19. *D. de contrah. emt.* §. 41. *Inst. de rer. divis.* Fidem sequi Ulpian. *l.* 1. D. *de reb. cred.* de eo dixit qui aliquem eligit, cum quo rem habere, aut negotium sibi esse cuive a se creditum esse velit.

Fide dominica agros colere dicuntur, qui non pensionis certa quantitate, neque mercede, sed arbitrio domini rationes reddituri colunt; *l.* 18. §. 4. *l.* 20. §. 1. *D. de instr. vel. instr. leg.*

Fides mensæ; *l. ult. D. de institor.* vulgo *creditum* adpellamus. Cicero *pro Lege Manil. c.* 7. Hæc fides atque ratio pecuniarum, quæ Romæ, quæ in foro versatur. *Eod. c.* 7. Sumas Romæ, solutione impedita, fidem concidisse. Cæsar. *de bell. civ. lib.* 3. *c.* 1. Quum fides tota Italia esset angustior, neque creditæ pecuniæ solverentur.

Bona *fide* emere in *l.* 4. D. *pro suo l.* 7. §. 11. D. *de public. in rem act.* dicitur, qui imprudens ab eo, quem dominum putabat, aut alienandi jus habere, emit.

Bona *fide* percipere fructus, est ad eum modum percipere quo diligens paterfamilias. Præstandum, quod bona fide percepisset; *l.* 58. §. 1. *D. de administr. & per. tut.*

Bona *fide* possidere, est opinione domini possidere, ut loquitur Paullus *l.* 22. §. 1. D. *de nox. act.*

Bona *fide* servire dicitur, qui bonæ fidei possessori servit. Proinde tam servus alienus, qui a non domino bona fide possidetur, quam liber homo, possessus ab eo, qui ejus statum vel conditionem ignorat, bona fide servire dicuntur; *l.* 19. *l.* 23. *l.* 49. D. *de adquir. rer. dom. l.* 7. §. *ult.* D. *pro emt. l.* 12. *D. de liberal. caus. & passim.* Bona fide servit servus ei, qui eum suum putat; *l.* 22. §. 4. *D. de Leg. Corn. de fals.*

Bona *fides* alias etiam æquum & bonum significat; *l.* 1. §. 1. D. *de act. emt. l.* 41. §. 1. D. *locat.* Etenim, quod in *l.* 5. D. *de oblig. & act.* Caius ait: *Quod alterum alteri ex* B. F. *præstare oportet*, hoc idem ipse in *l.* 2. D. *eod. tit.* exprimit: *ex æquo & bono.* Et ita *bona fides* stricto juri opponitur. Hinc *bonæ fidei judicia & contractus*: *l.* 7. *D. de negot. gest. l.* 5. D. *de in lit. jur. l.* 7. *D. de eo quod cert. loc.* Vocantur & judicia *bona fide*, *l. ult.* D. *de fidejuss.* & judicia quibus *ex bona fide agitur*, apud Cic. 3. *offic.* 15. videlicet, quæ ex B. F. oriuntur ac descendunt; *l.* 57. D. *de contrah. emt.* quibusque B. F. inest; *l.* 152. §. *ult.* D. *de reg. jur.* In his enim judiciis alter alteri obligatur de eo, quod alterum alteri ex B. F. seu ex æquo & bono, præstare oportet; *l.* 2. *l.* 5. D. *de obl. & act.* liberaque potestas judici permittitur æstimandi, quantum actori, præstetur: §. 30. *Inst. de action.* tantumque in illis judicis officium valet, quantum in stipulatione nominatim ejus rei facta interrogatio: *l.* 7. *D. de neg. gest.* Hanc potestatem nanciscebatur Judex, ut Cic. *in Top. c.* 17. & *pro Rosc. c.* 7. indicat, quum in formula a Prætore additum erat: *Ex fide bona*, vel *quantum æquius melius*, vel, *uti inter bonos bene agier oportet sine fraudatione.* Et

quæ moris sunt & consuetudinis, in his judiciis veniunt: *l.* 31. §. 20. *D. de Ædil. edict.* Consensu vero maxime hæc judicia sustinentur; *l.* 116. D. *de reg. jur.* In iis porro, quod, ad usuras attinet, tantum potest officium arbitri quantum stipulatio; *l.* 24. *D. depos.* & bonæ fidei ratione fructus præstantur; *l.* 21. *D de hered. pet.* & rationem adfectus haberi, prudentioribus placuit; *l.* 54. D. *mand.* Ob ea in litem juratur; *l.* 5. D. *de in lit. jur.* Iis denique exceptiones postea factæ, quæ ex eodem sunt contractu insunt; *l.* 7. §. 6. *D. de pact.* Ceterum *bonæ fidei* judicia enumerantur a Justiniano in §. 28. *Inst. de action. l.* 2. *C. de rer. permut. l. ult. C. de hered. pet.* De oppositis stricti juris judiciis & actionibus, Vid. infra sub art. *strictus.*

Bonæ *fidei* alias *mala fides* contraria; *l.* 48. §. 1. D. *de adquir. rer. dom.* Malam autem fidem dupliciter accipi sciendum est. Interdum enim pro rei alienæ scientia ponitur. Et ita mala *fide* emere; *l.* 2. §. 1. *l.* 8. D. *pro emt. l.* 19. D. *de adquir. possess.* Mala *fide* percipere fructus; *l.* 4. §. 2. D. *fin. regund.* possidere; *l.* 2. §. 13. D. *pro emt.* Et mala *fide* servire dicitur, qui malæ fidei possessori servit; *l.* 12. §. 1. *D. de publican.*

Alias *mala fides* dolum malum, calliditatem, fraudem, significat. Sic mala *fide* factum pactum; *l.* 9. C. *de pact.*

FIDICULÆ, tormenti genus; *l.* 1. *l.* 2. *C. Theod. de quæstion.* dictæ a fidibus, id est, nervis vel choriis, quibus in diris quæstionibus utebantur. *Hein.*

FIDUCIA *l.* 2. §. 15. *ad SC. Tertull.* & §. *ult. Inst. de legit. agn. success.* qua contracta manumitti dicebantur, quos patres, remancipandi vel redhibendi sibi lege mancipabant, & remancipatos manumittebant, ut jura patronatus salva haberent. Qui vero sub ea fiduciæ lege mancipatum filium accipiebat, is fiduciarius pater dicebatur, ut ex Caio 1. *Inst.* 6. §. 3. patet. Boeth. *in Topic. Cic.* Fiducia, ait, contrahitur, quum res alicui ea lege mancipatur, ut eam mancipanti remancipet, ut si quis tempus dubium timens, amico potentiori fundum mancipet, ut ei, quum tempus, quod suspectum est, præterierit, reddat. Hæc mancipatio fiduciaria nominatur, idcirco, quod restituendi fides interponatur.

Quum vero de pignoribus reddendis, sibi interposita *fiducia*, caverent debitores: *fiducia* etiam pro pignore accipitur, sed pro tali, per quod creditor adquirit, Paull. *lib.* 2. *Sent. tit.* 13. §. 2. id est, in quo dominium revocabile nactus est. Unde & creditor debitori fiduciam vendere non poterat, quippe quæ jam ex contractu fiduciæ erat remancipanda, Paull. *ibid.* §. 3. quum tamen nihil obstet, quo minus debitori pignus vendat creditor; *l.* 12. D. *de distr. pign.* Sed hæc a Salmasio etiam *de modo usur. c.* 13. *p.* 566. non satis intellecta, pluribus exsequuti sunt Schulting. in *Jurispr. antejust. p.* 284. & singularibus de contractu fiduciæ dissertationibus Franc. Carol. Conradi. *Hein.* Hinc *fiducia* & *pignore* junguntur sæpe a Paull. 2. *Sent. lib.* 2. *tit.* 4. *in rubr. lib.* 3. *tit.* 6. §. 16. *lib.* 5. *tit.* 26. §. 4. Symmach. *lib.* 4. *Epist. ad Turnum:* Nihil quidem loco fiduciæ pignorisque vel argenti sequestrans, vel obligans prædiorum. *Fiduciæ* verbum etiam Cic. *pro Flacc. c.* 21. Sic & *pignoribus fiduciari* dixit Tertullian. *de idolol. c.* 23. Sane

Sane inter *pignus* & *fiduciam* hoc interfuisse Isidorus *lib.* 5. *etym. c.* 21. significat, quod pignus, manente apud debitorem dominio, nudam possessionem transferebat: per fiduciam vero res aliqua, mutuæ pecuniæ gratia, vel mancipabatur, vel in jure cedebatur. Cui distinctioni ut verbum conveniat, necessario addendum videtur, ea lege factam fuisse mancipationem, ut soluta pecunia redderetur, vel restitueretur. Hinc

Fiducias distrahere: Paull. 2. *Sent.* 13. §. 1.

Fiduciæ judicium, apud Auctorem *Collat. Leg. Mos. & Rom. tit.* 10. §. 2. & apud Cic. 3. *offic.* 15. immo & apud Paull. 2. *Sent.* 13. §. 7. qui & *fiduciæ* actionem vocat *ibid.* §. 5. 6. Ejus formula erat: *Ut inter bonos bene agier oportet, & sine fraudatione*, ut testis est idem Cic. *lib.* 7. *ad famil. epist.* 12. Quod quidem judicium summæ existimationis fuisse, ait idem Cic. *pro Rosc. Comœd. c.* 6. & turpe ac famosum fuisse, idem *pro Cæcin. c.* 3. docet.

FIDUCIARIA hereditas, i. e. per fideicommissum relicta; *l.* 9. §. 1. D. *de reb. cred.* Hinc

Fiduciarius heres *l.* 46. & 67. *fin. D ad SC. Trebell.* dicitur is, cujus fidei commissum est, ut hereditatem restituat, qui aliquando & fideicommissarius adpellatur, ut in *l.* 51. *D. de judic.* & *Nov.* 108.

Fiduciarius pater, cui in emancipatione ea lege mancipabatur filius, ut eum remanciparet: Caius *lib.* 1. *Inst. tit.* 6. §. 3.

Fiduciarius servus apud Paull. 2. *Sent.* 13. §. 2. qui fiduciæ lege in pignoris caussam mancipatus est.

Fiduciaria tutela: Vid. infra sub *tutela*.

FIDUM obsequium; *l.* 44. *D. ad SC. Trebell.*

FIGERE tabulas ad januam: *l. ult.* §. 2. *D. quod vi aut cl.* Cic. *lib.* 12. *ad famil. Epist.* 1. *Tabulæ figuntur.* Diversi autem generis sunt, de quibus hæc loca agunt, tabulæ. Cicero loquitur de tabulis decretorum, beneficium aliquod Cæsaris continentibus, quas Antonius, tanquam in Cæsaris commentariis ea omnia essent reperta, in æs incisa proponebat, ad populum concitandum, ceu patet ex ejusdem Cic. 5. *Philip.* 2. & 12. 5. item *lib.* 14. *ad Attic. Epist.* 12. At Venuleius in *l. ult.* §. 2. D. *quod vi aut cl.* loquitur de more veterum, prædiis alienis titulos, vel tabulas nomine suo inscriptas adfigendi, ut ea sibi tanquam sua vindicarent, quod graviter fieri vetat Justinianus *Nov.* 17. *c.* 15. Augustin. *in Psalm.* 55. & *Tract.* 7. *in Epist. Joann.* Cassiodor. *Var. lib.* 4. *c.* 14. *lib.* 9. *c.* 18. Gregor. M. *lib.* 4. *epist.* 47. & 77. Edict. Theodorici Regis *c.* 45. *seq.* & in jure nostro *l.* 3. C. *de bon. vac. l.* 5. *C. de delator. tit. C. de his, qui potent. nom. tit. præd. adfig. Novell.* 28. *c.* 5. *Nov.* 29. *c.* 4. *Nov.* 30. *c.* 8. De ea veterum consuetudine consulendi Franc. Duaren. *lib.* 2. *disput. anniversf. c.* 40. D. Pithoeus *Glossar. seu obscuror. verb. Juliani Antecessoris interpretatio*, sub voce *titulos imponere* & Frid. Lindenbrog. in Glossario *vet. leg. Alamann. p.* 1488. Hein.

FIGULINÆ, officinæ, in quibus figuli suum exercent officium; *l.* 6. *D. de servit. præd. rust. l.* 25. §. *ult.* D. *de instr. vel instr. leg.*

FIGULINUM opus; *l.* 19. §. 1. D. *de serv. urban. præd.* Aliquando contracte *figlinum*.

FIGULUS *l.* 25. §. *ult.* D. *de instr. vel instr. leg.* D. Gregor. *Homil.* 23. *in Evangel.* Fingere,

gere, ait, componere dicimus, unde & compoſitores luti figulos dicimus.

FIGURA præter notam ſignificationem, dicitur pro ſpecie rei & cauſſæ, quam vulgo & factum, vel facti ſpeciem adpellitant; *l.* 31. *D. de mort. cauſſ. don. l.* 1. D. *de obl. & act. pr. Inſt. de legat.*

FIGURATIO monetæ; *l.* 7. *C. Th. de indulg. crim.* pecuniæ; *l. ult. C. Th. ſi quis pecun. conſl.*

FIGURATUS ſolidus; *l.* 1. *C. Th. ſi quis ſolid. circul.*

FILIA familias, i. e. quæ in patria poteſtate eſt; *l.* 9. §. 2. *D. de SC. Maced.*

Filiis pro filiabus dicitur *l.* 2. *C. Th. de ſecund. nupt. l.* 2. *C. Th. de lenon.*

FILIASTER, Filiaſtra, filius vel filia ex alio conjuge genitus vel genita, non ex eo quem modo habet, mulier. Can. *ſi quis filiaſtrum. cauſ.* 30. *qu.* 1. *cap. tuæ fraternitatis, de eo qui conſanguin.*

FILIPPI. Vid. *Philippi.*

FILIUS, definitur, qui ex viro & uxore ejus naſcitur; *l.* 6. *D. de his qui ſui vel alien. jur.* Attamen non nuptiis tantum, ſed & adoptione quæruntur; *l.* 1. *D. de adopt.* Hinc Senatoris *filium* accipere debemus, non tantum eum, qui naturalis eſt, verum adoptionum quoque; *l.* 5. *D. de ſenator.* Emancipatus vero nomen *filii* emancipatione amittit; *l.* 6. *pr.* D. *eod. tit.* Nec juſtis modo nuptiis procreati, ſeu legitimo matrimonio ſuſcepti, ſed & ex ancillarum contubernio, vel alia minus juſta conjunctione ſuſcepti, aut etiam vulgo quæſiti, *filiorum* nomen obtinent. Proinde hæc *filiorum* conſtituuntur differentiæ, adoptivi, juſti, legitimi, naturales, cujuſmodi adpellationes ſuis locis require. *Filius* juſtus. Vide *juſtus.*

Ceterum *filiorum* anguſtior, quam liberorum, eſt ſignificatio. Proprie enim filiorum nomine, aliter atque liberorum, nepotes non continentur; *l.* 6. *D. de teſtam. tut.* §. *ult. Inſt. qui teſtam. tut.* niſi quum aliud voluntatis conjectura ſuadet. Tunc enim benigna interpretatione, & ex ſententia magis, quam ex verbi proprietate poteſtateque, filiorum adpellatione nepotes etiam comprehenduntur; *l.* 84. *l.* 201. *l.* 220. D. *de verb. ſignif. l.* 59. D. *de rit. nupt. l.* 41. §. 5. D. *de legat.* 3.

At *filiorum* nomine filias quoque contineri non eſt dubium; *l.* 16. D. *de teſt. tut.* tametſi Labeoni quandoque aliter viſum eſſe, judicet; *l.* 116. *D. de verb. ſignif.* & in dubium quoque id non nullis ſpeciebus vocatum, ſignificet *l.* 122. *D. eod. tit.*

Filii familias dicuntur, qui in patris poteſtate ſunt: *l.* 4. D. *de his, qui ſui vel al. jur. l.* 195. §. 1. D. *de verb. ſignif,* qui quaſi domini, vivis etiamnum patribus exiſtimantur. Unde ut illi patres familias, ita & ipſi *filii famil.* adpellantur, ſola ea nota adjecta, qua genitor ab eo, qui genitus eſt, diſtinguatur: *l.* 11. *D. de lib. & poſtum.*

FINALIS controverſia; *l.* 1. *C. Th. fin. reg. l.* 10. *C. de evict.* quæſtio; *l. ult. C. Th. fin. reg. l.* 11. *D. eod. tit.* quæ ſcilicet de finibus oritur, & judicio finium regundorum finitur. *Finale* jurgium dixit *l.* 5. *C. fin. reg.* Alia autem eſt quæſtio de fine, alia de loco. Prior eſt de fine intra quinque pedes. Poſterior ultra, cum de loco in confinio, vel in medio agri, quam ad partem pertineat, quæritur. Finis uſucapi non poteſt, locus poteſt. Utraque controverſia eſt de latitudine; *l. ult.* D. *de pign.* Gothofred. *ad l.* 5. *C. fin. reg.*

FINGERE, ſimulare. Sic fingi-

fingitur dementia, vel furor: *l.* 6. D. *de cur. furiof.*

Fingere alias dicitur jus, ejus auctor. Sic poftliminium fingit: §. 5. *Inft. quib. mod.* jus *patr. pot. folv.* Vid. fupra *fictio.*

FINGE: id eft, pone, vel facito: *l.* 3. §. 5. *D. de Carb. edict.* & *paffim.*

FINIRE aliquando neutraliter ponitur, pro *finiri.* Ulpianus in *l.* 14. §. 4. D. *qui & a quib. manum.* Sed etfi bona gratia *finierit* matrimonium, id eft, *finitum* fit. Tacitus *lib.* 6. *Annal. c.* 1. Sic Tiberius finivit. Hinc Bynckersh. 5. *obf.* 25. in *l.* 22. *D. de ann. legat.* ingeniofe refcribit: *Tametfi totus annus nondum finiffet*, quum adhuc fine fenfu legatur: *Tametfi totus annus nondum fuiffet.* Hein.

Finire pro præfinire. Sic *finiuntur* anni: Ulp. 16. *fragm.* §. 1. Lege Papia finitos annos. Finitum tempore atque facto: *l.* 137. §. 2. *D. de verb. obl.* Sic Ovid. 5. *faftor. v.* 65. Finitaque certis Legibus eft ætas, unde petatur honos.

FINIS interdum pro modo ponitur: Itaque *fini* & *ad finem* fignificat, ufque ad concurrentem quantitatem. Quod loquendi genus Papiniano præ cæteris placuit. Amat enim ille ita loqui, ut fumta ex ejus potiffimum libris, exempla demonftrant. Sic: *Ad finem* centefimæ; *l.* 4. §. 1. D. *de naut. fœn.* Præftare actiones *ad* eum *finem*, quo prædium comparatum: *l.* 25. *D. de adim. legat. Fini* virilis partis: *l.* 5. *D. de dot. coll. Ad finem* peculii legata præftare: *l.* 17. §. *ult.* D. *de caftrenf. pecul.* Dabitur compenfatio peculii *fini*: *l.* 19. D. *de compenf.* Adde *l.* 26. D. *quand. dies legat. l.* 17. *D. locat. l.* 32. §. 24. *D. de don. int. vir. & ux. l.* 66. §. *ult.* D. *de evict. l.* 15. §. 4. D. *ad leg. falcid. l.* 42. §. 1. *D. folut. matr. l.* 1. §. 3. D. *de pignor.* Eodem modo Cato *de re ruft. c.* 113. Amphoras, inquit, nolito implere nimium anfarum infimarum *fini.* Et Hirt. *de bell. Afric. c.* 85. Per mare umbilici *fine* ingreffi.

Finis pro definitione, uti Græcum ὅρος, uti in *l.* 223. *pr.* D. *de verb. fignif.* In primis huc pertinent loci, quos ex Quinctilian. *Inft. or. lib.* 5. *c.* 10. *lib.* 7. *c.* 3. Sulpicii Victoris *Inftit. or. p.* 260. attulit Schulting. *Jurifpr. vet. antejuftin. p.* 272. Hein.

Præterea *fines* in *l.* 124. D. *de verb. fignif.* Proculus adpellat, quos dialecticis terminos.

Fines etiam agri, feu fundi terminos, & limites fignificant: *l.* 18. §. 2. *in fin.* & §. 3. D. *de adquir. poffef. l.* 2. §. 6. D. *pro emt.* Utramque fignificationem finium verbo Græco ὅρος reprefentari, docet Syrianus *Commentar. in Hermagoram* his verbis: Καλεῖται τοίνυν πρῶτος ὅρος, ὁ ἐν τοῖς χωρίοις διορίζων τότε τὸ οἰκεῖον, καὶ τὸ ἀλλότριον. Καλεῖται δὲ ὅρος καὶ ὁ διαλεκτικὸς, οἷος, εἰς ὃν ἡ πρότασις ἀναλύεται. *Finis* vocatur primum, qui in agris proprium & alienum fecernit. Deinde terminus, vel finis dialecticis eft, in quem propofitio refolvitur.

Finium regundorum actio, qua inter eos agitur, qui confines agros habent: §. 20. *Inft. de act.* ut & Ifidor. *lib.* 5. *etymol. c.* 25. tradit, *Regi* enim, interprete Boethio *in Topic. Cic. fines* dicuntur, quoties unufquifque ager propriis finibus terminatur. Hinc & *finitorem* dixit Plaut. *in prol. Pœnuli v.* 50. eum, qui terminos ponit, & fines ftatuit.

Fines metonymice pro domibus, in *l.* 20. *C. Th. de Epifcop.* ibi: Viduarum ac pupillarum domos non adeant, fed publicis extermi-

nen-

nentur judiciis, si posthac eos ad fines earum vel propinqui putaverint deferendos.

FIRMARE. *Firmata* ætas in *l. un. C. Th. de his qui ven. æt.* quæ inter adolescentiam & legitimam ætatem media est, & post annum vicesimum incipit. *Firmissima* vero juventus, seu ætas, in eadem lege adpellatur, quæ alias legitima dici solet.

FISCALE, quod ad fiscum pertinet.

Fiscales generatim iidem, qui censuales: *l. 1. C. Th. de decur. Urb. Rom.*

FISCALIA, absolute, adpellantur tributa: *l. 3. C. de episc. & cler.* D. Ambros. in *Epist. ad Rom. c. 13. Idem dicit tributa præstari, vel, quæ dicuntur fiscalia, ut subjectionem præstent, per quam sciat, non esse liberos, sed sub potestate degere, quæ ex Deo est.* Invenitur hoc verbum & in constitutione græca *l. 1. C. quib. mun.* In scholiis anonymi auctoris quæ post Novellas a Juliano antecessore ἐπιτομηθέντας, subjiciuntur, *cap. 72.* ad verbum: *tributa fisco: Nota, quando is qui nihil possidet, fiscalia dare cogitur.* Vetus Glossarium: *Fiscalia*, δημόσια. Alibi adpellantur *fiscale* onus: *l. 17. C. Th. de annon.* pensitatio fiscalis: *l. 12. C. Th. eod. tit.*

FISCUS. Eum D. Augustinus in *Psalm. 146.* & Isidor. *lib. 20. orig. c. 9.* interpretantur *saccum publicum*, Suidas cum Hesychio δημόσιον ταμεῖον. Quamquam *fisci*, id est, privatorum principis thesaurorum ratio, initio ab *ærario*, quod publicum populi Romani erat, separata fuit. Tacit. *lib. 6. Annal. c. 2.* Bona Sejani oblata ærario, ut in *fiscum* cogerentur. Plin. *Panegir. c. 42.* At fortasse non eadem severitate *fiscum* qua *ærarium* cohibes. Immo tanto majore, quanto plus tibi licere de tuo, quam de publico, credis. Spartian. *in Hadr. c. 7.* Damnatorum bona in *fiscum* privatum redigi vetuit: omni summa in *ærario* publico recepta. Seneca *lib. 7. de benef. c. 6.* Cæsar omnia habet: *Fiscus* ejus privata tantum, ac sua: ac universa in imperio ejus sunt, in patrimonio propria. Unde *Fiscales* res quasi proprias & privatas principis esse, ait *l. 2. §. 4. D. ne quid in loc. publ.* Glossæ Palæmonis: *Fiscum*, promtuarium Cæsaris, marsupium, & sacculum definiunt: Græci vero interpretes *Fiscum* aiunt esse κόφινον, ἐν ᾧ τὰ τῶν δημευομένων ἐτίθετο χρήματα μετὰ ταῦτα δὲ ταμεῖον γέγονε Καίταρος, ἐν ᾧ παρεφυλάττετο τὰ φισκάλια χρήματα, καὶ ἐγένοντο ταμειακὰ ἅτινα τὸ παλαιὸν ὄντα τοῦ δήμου μετενέχθησαν τῇ τοῦ βασιλέως οὐσίᾳ, fiscinam in qua, quæ publice redit, pecunia reponitur. Præter eam erat ærarium principis, in quo fiscales pecuniæ adservabantur, sed deinde & ea, quæ antiquitus populi fuerant, in fiscum influebant. Enim vero scite Trajanus, ut a Sex. Aurelio Victore *in Juliano c. 43.* refertur, *fiscum* lienem vocabat, quod eo crescente artus reliqui tabescant. Quod Trajani dictum eleganti epigrammate expressit Claudius Minos: *Humani quod splen est corporis, in populi re Hoc Cæsar, fiscum dixerat, esse suum. Fisco aucto reliqui tabescunt corporis artus: Fisco aucto arguitur civica paupertas.* Ceterum *fisci* nomen tractum ab eo, quod cophinis & sportellis sporteis antiquitus pecuniæ conditæ adservabantur. Ascon. *in Cic. Divinat.* Sportæ, inquit, sportulæ, sportellæ, nummorum sunt receptacula, ut facci, sacculi, saccelli, & crumenæ, & velleæ, & scorteæ, & manticæ, & marsu-

ſupia. Ita *fiſci*, fiſcinæ, fiſcellæ ſparteæ, ſunt utenſilia ad majoris ſummæ pecunias capiendas. Unde, quia major eſt ſumma pecuniæ publicæ, quam privatæ, ut pro cenſu privato loculos, & arcam, & faccellos dicimus, ſic pro publico theſauro ærarii dicitur fiſcus. Suet. *in Claud. c.* 18. Poſitis ante ſe cum pecunia fiſcis. Tacit. 1. *Annal.* 37. Primam ac viceſimam Legiones Cæcina, legatus, in urbem Ubiorum reduxit, turpi agmine, quum fiſci, de imperatore rapti, inter ſigna, interque aquilas veherentur. *Fiſci* patronus. Vid. art. *patronus.*

Fiſci quibus ad promendam oleam utimur: *l.* 19. §. 2. D. *locat.* de quibus vid. Columell. *lib.* 12. *de re ruſt. c.* 49.

FISTULA, canalis, per quem aqua ducitur: quamvis alicubi *fiſtulæ & canales* ſeparentur, ut in *l.* 49. D. *de contr. emt. l.* 15. D. *de act. emt. l.* 12. §. 24. D. *de inſtr. vel inſtr. leg. Fiſtulæ* enim vel in rivo ponebantur, vel ſalientibus aquis jungebantur: *l.* 15. *D. de act. emt.* vel caſtellis: *l.* 78. D. *de contr. emt.* Nec ex rivis modo & caſtellis, verum etiam ex coelo aliquando fiſtulæ aquam capiebant. Gloſſæ Palæmonis: *Fiſtulæ*, meatus aquæ, vel venæ ligneæ. Iſidor. *lib.* 20. *orig. c.* 8. Fiſtulæ aquarum ſunt dictæ, quod aquas fundant & emittant. Nam ϛέλλειν græce mittere eſt. Formæ earum pro magnitudine aquæ & capacitatis modo fiunt. Plinius vero *lib.* 31. *c.* 6. *Fiſtulas* denum pedum longitudinis eſſe legitimæ, ait, etſi quinariæ ſint, ſexagena pondo pondere, ſi octonariæ, centena: ſi denariæ, centena vicena, ac deinde ad has portiones. Vid. Frontin. *lib.* 1. *de aquæd.*

Fiſtula, etiam genus morbi in *l.* 1. §. 3. D. *de extraord. cogn.* Quod nomen eſt ulceri alto, anguſto, & calloſo, ut ait Cornel. Celſ. *lib.* 5. *c.* 28. ubi fiſtularum genera plura eſſe, tradit Græcis σύριγξ.

FLAGELLARE annonam, id eſt, vexare & attentare eamdem, uti eſt in *l.* 6. *pr.* D. *de extraord. crim.* Plin. *lib.* 3. *c.* 33. Aut ſi aliquis præpotens manceps annonam flagellaverit.

FLAGELLUM vel *flagrum*, ſcuticæ genus. Unde flagella vel flagra ſunt ſervilia verbera, quibus a ſtrepitu nomen inditum eſſe, auctor eſt Donatus *in Eunuch. Ter. Act.* 2. *ſc.* 3. Ex quibus enim cauſſis liber fuſtibus, ex his ſervus flagellis cædebatur: *l.* 10. D. *de pœn. l.* 4. §. 1. *D. de incend. ruin. naufr. l. ult. D. de injur.* Unde ſervilium verberum nomine flagella exaudienda ſunt. Hinc & *flagriones* dictos ſervos quod flagris ſubjecti eſſent, Nonius Marcellus tradit.

De hoc *fuſtium & flagellorum* diſcrimine plura vid. apud Em. Merill. *Not. in hiſt. paſſ. Chriſti p.* 19. & Rad. Forner. *Rer. quotid. lib.* 4. *c.* 2. Hein.

Flagellum pro rheda: *l.* 5. *C. Theod. de curioſ. Per ſingulas rhedas, quas quadrigas, vel flagella adpellant.* Ita dicta quod uno flagello vel auriga regerentur. Vid. Gothofr. *Comm. ad d. l.*

FLAGITARE ancillam, adpellare de ſtupro: *l.* 12. §. 4. *D. de privat. delict.*

FLAGITIUM a ſcelere & facinore diſcreviſſe veteres notum eſt. Tacit. *de morib. Germ. c.* 12. Diſtinctio, ait, pœnarum ex delicto. Proditores & transfugas arboribus ſuſpendunt. Ignavos, & imbelles, & corpore infames, cœno ac palude, injecta inſuper crate, mergunt. Diverſitas ſupplicii illuc reſpicit, tamquam ſcelera

lera oſtendi oporteat, dum puniuntur, flagitia abſcondi. Liv. *lib.* 39 *c.* 16. Minus tamen eſſet, ſi flagitiis tantum effeminati forent: (ipſorum id magna ex parte dedecus erat,) a facinoribus manum, mentem fraudibus abſtinuiſſent. Salluſt. *Catilin. c.* 23. In ea conventione fuit Q. Curius, natus haud obſcuro loco, flagitiis ac facinoribus coopertus. Jam vere quidem Non. Marcell. *de propr. ſerm. c.* 4. *n.* 215. & Iſidor. *lib.* 5. *orig. c.* 26. obſervant *flagitium* dici vitium, quod virgini infertur: Sed erraret tamen, qui vocabuli notionem ea interpretatione exhauriri, crederet. Nam & de maſculis & ἀκαθάρτοις, ut eos dictos fuiſſe docet Salmas. de *fœn. trapezet.* 147. id eſt, qui muliebria paſſi eſſent, ait Paull. 2. *ſent.* 26. §. 13. *eos flagitium impurum paſſos.* Latius ergo patet hujus vocis ſignificatio, quam neſcio an ſolus expreſſerit D. Auguſtinus *de doctr. Chriſt. lib.* 3. *c.* 10. in Gottl. Cortio *in Not.* ad illum Salluſtii locum laudatus, cujus verba hæc ſunt: Quod agit indomita cupiditas, ad corrumpendum animum & corpus ſuum, *flagitium* vocatur. Quod autem agit, ut alteri noceat, *facinus* dicitur, & hæc ſunt duo genera omnium peccatorum. *Hein.*

F L A G R A N S crimen in *l. un. pr. C. de rapt. virg.* eſt crimen, cujus in perpetratione quis opprimitur, ac veluti ἐπ αυτοφώρῳ deprehenditur. *Hein.*

F L A M E N, Sacerdos, qui unde dictus ſit, vid. Var. *de ling. lat. lib.* 4. Serv. *in Virgil.* 8. *Aen. v.* 664. & Feſtum in verbo *flamen.* Hinc *flamines Diales* apud Ulp. *fragm. tit.* 10. §. 5. & Gell. *lib.* 10. *c.* 15. ſunt ſacerdotes Jovis. Liv. *lib.* 1. *c.* 20. *Flaminem Jovi adſiduum ſacerdotem creavit.* Erat autem & ejus uxor, quam in manum conveniſſe oportebat, *flaminica* Dialis, ut probat *Tacit.* 4. *Annal.* 16. *Flamen* municipalis: *Novell. Valent. & Marcian. de matrim. ſenator.* Similiter in *l.* 2. *C. Th. quemadm. mun. civ. indic.* Flamines accipiendi ſunt municipales.

F L A M I N I A *via*, ab urbe Roma Ariminum, ac deinde Aquileiam uſque ducta, & directa, cujus mentio fit *l.* 1. *C. Theod. quib. equ. us. conc.*

F L A M I N I U M, ſacerdotium Flaminum. Hinc *Flaminii* honor: *l.* 21. *C. Th de decur.* Apud Sidon. *lib.* 5. *epiſt.* 7. *Flamonium* legimus. *Hi ſunt, qui invident prædia provincialibus: flamonia municipibus.* Et apud Iſidor. *Flamonium, honor qui datur Flaminibus.* Inſcriptiones veteres pariter *flamonium* præferunt, ut apud Gruter 195. 5. *L. P. Valens ob honorem flamonii.* H. P. D. & apud eumdem 254. 5.

F L A T O R E S æris, argenti, auri Triumviri monetales memorantur in *l.* 2. §. 31. *D. de orig. jur.* quos *æri, auro, argento flando* vocat Cic. *lib.* 7. *ad famil. epiſt.* 13. quæ verba his notis A. A. A. F. ſcribi conſueviſſe teſtis eſt Valer. Prob. in *Not. juris* Nihil notius eſt, quam in numis frequentiſſimas eſſe notas III V I R I A. A. A. F. F. id eſt *Triumviri aeri, argento, auro, flando, feriundo*, vel aliquando IIII V I R I A. P. F. ideſt, *argento publice feriundo vel flando.* Id enim luculenter oſtendit Ez. Spanhem. *de uſu & præſt. numiſm. Diſſ.* 10. *c.* 6. *p.* 167. *ſeq. Tom.* 2. Eoſdem dictos eſſe *Triumviros monetales* nemo negat. At exemplo caret illud A. A. A. *flatores*, quod ex notis illis male intellectis conflaſſe Tribonianum exiſtimat M. Ant Muretus. Ego nihil quidem incommodi video, ſi retineatur

neatur vulgaris lectio, eaque in re facile adsentior Corn. van. Bynkersh. in *prætermiss. ad l. 2. D. de orig. jur. p.* 80. at vix tamen credo, pro vocabulis notissimis *æri*, *argenti*, *auri flatores* scripsisse Pomponium, quum eos a nemine veterum ita adpellatos esse constet, antiqua autem denominatio, uti jam a Spanhemio p. 169. observatum est, multo post Pomponii tempora sub Gordiani adhuc imperio in vetere lapide, a Sponio ex schedis Barberinianis descripto, occurrat. Aut ergo Triboniani hic nævus, aut, quod malim, librariorum lapsus videtur. *Hein.*

FLATUARIUS: *l. 6. C. Th. de fals. monet.* id est, ut ibi eum describit Jac. Gothofr. *in Commentar.* qui æri, argento, auro flando, fundendo, atque in exemplar, typum, seu iconium conjiciendo, feriundo, formando operam navabat. Neque hi tantum hoc nomine adpellantur, sed & alii artifices publici, qui ex ære, argento, auro sigillaria exprimebant. Reines. *Inscr.* 30. *Class.* 10. *Officina flatuariæ argentariæ. Class.* 11. *Inscr.* 89. *Faber. Flatuarius Sigillarius.* Ibid. *Inscr.* 89. *Flatuarius a Minerva Medica.*

FLAVIALIS prætura. Vid. in *prætura.*

FLAVIANUM jus civile, a Cn. Flavio, scriba nomen sumsit: *l.* 2. §. 7. D. *de orig. jur.* De jure *Flaviano*, ejusque editore, Cn. Flavio nota omnia sunt ex Livio *lib. 9. c.* 46. qui illum *hæc omnia in albo proposuisse*, ait, nec non ex Cicerone *pro Muræn. c.* 11. *lib. 6. ad Attic. epist.* 1. *de oratore lib.* 1. *c.* 40. Plin. *Hist. nat. lib.* 33. *c.* 1. Gell. *lib. 6. c.* 9. Ex Livii vero loco colligas, illum, quum id jus publici juris faceret, jam Aedilitatem gessisse, siquidem magistratuum erat, in albo quid proponere. At reliquorum auctorum sunt quidam, qui illum, præstito reipublicæ insigni hoc beneficio, Aedilitatem meruisse, referunt. Et tamen ea posse quodammodo conciliari, ostendit Hein. in *Elem. Hist. jur. lib.* 1. §. 48.

FLAVIUS, vel potius *Favius* seu *Fabius* Mela ceu legitur in *l.* 1. §. 12. *D. de cloac.* idem Jurisconsultus, qui solo *Melæ* nomine toties ab Ulbiano & Paullo, immo & ab Africano & Venuleio, his antiquioribus citatur. Quin Guil. Grot. de vit. jurisc. *lib.* 2. *c.* 5. §. 6. ex *l.* 11. D. *ad leg. Aquil. l.* 3. §. *ult.* D. *de act. rer. amot.* & *l.* 14. *D. de ann. legat.* non infeliciter colligit, Melam non tantum ante Proculum, sed & ante Nervam, jurisconsultum, floruisse, adeoque proxime attigisse tempora C. Aquillii Galli & Ser. Sulpicii, qui occasum Romanæ libertatis viderunt. *Hein.*

Flavius. Præter multos alios Imperatores hoc nomen gessit Justinianus, quod sumserat exemplo avunculi Justini Imp. Hic quoque imitatus est decessores suos, qui & ipsi gloriosam Constantini M. memoriam renovaturi, seque legitimos illius sucessores esse, indicaturi, *Flavios* se adpellabant. Gabr. Trivor. *Obs. Apologet. c.* 4. §. 7. *p.* 217. *tom.* 1. *Thes. jur.* Et sane a Constantini M. & ejus liberorum, nec non Juliani temporibus, permulti Cæsares & tyranni plerique id nomen adfectarunt. Noti sane *Flavii* Valentinianus junior, Theodosius, Arcadius, Honorius, Theodosius jun. Constantius, Valentinianus III. Marcianus, Maximus, Avitus, Leo, Thrax, Majorianus, Severus, Anthemius, Leo junior, Basiliscus, Julius Nepos, Romulus, Augustulus, Anastasius, Justinus & Justinianus, im-

mo & post hujus tempora Mauritius, Phocas & Heraclius, ceu sub singulis his principibus notavit Christ. Ad. Rupert. *in obs. hist. ad Besold.* Eodem exemplo & earum gentium, quæ præcipuas occidentis provincias occupaverant, reges, nomen *Flavii* adfectarunt. Omnes sane Wisigothorum reges a Recaredi temporibus hoc nomine usos esse, observavit Hier. Higuera *ad Luitprand. Chronic. p.* 10. Chifflet *Vindic. Hispan. p.* 350. Quin ipsum Gothorum imperium *Flaviam* dictum esse, observavit Car. du Fresne *in Gloss. latin. sub voce Flavii*, ubi etiam ostendit, non solum Imperatores, sed & proceres fere omnes, Coss. præfectos prætorio, præsides, & viros clarissimos id nomen adfectasse: apud Langobardos vero primum Autharim, Regem, ob dignitatem id a suis consequutum, eoque prænomine omnes, qui postea fuerint Langobardorum reges, feliciter usos esse. Vid. Paull. Warnefrid. *de gest. Langobard. lib.* 3. *c.* 16. Hein.

Flebile cessionis bonorum adjutorium: *l.* 7. *C. qui bon. ced. poss.*

Flectere. Si offensam istam clementia flexit: *l.* 5. *C. fam. ercisc.*

Florentii, qui consulatum & præfecturam prætorianam gessit, fit mentio in *Novell. Theodos. & Valentin. de revelat. adærat. vel donat. poss. & Nov. de lenon.*

Florentinus, jurisconsultus, Institutionum libros 12. scripserat, ex quibus complura in Pandectis capita descripta sunt. Videtur vixisse sub Alexandro Imp. ad eumque pertinere hujus principis rescriptum *l.* 8. C. *de inoff. testam.* Hein.

Floriani a Floriano: qui dicunt Deum creasse mala, contra hoc, quod scriptum est: *Fecit Deus omnia bona c.* 39. §. 49. *causs.* 24. *qu.* 3.

Fluere. In *l.* 56. §. 1. *D. de adquir. rer. dom.* est plusquamperfectum *fluerat*, pro *fluxerat*. Id ἀρχαικὸν esse, nec tamen exemplo carere, novimus. Eadem enim forma reperimus *confunderant*, *tollisse* a *tollo*, *strixerit*, a vetere *strigo*, *solui* pro *solitus sum*. Vid. Bynkersh. 8. *obs.* 2. *Hein.*

Flumen, a rivo, magnitudine discernendum est, aut existimatione circum colentium. *Flumina*, vero quædam *perennia*, quædam *torrentia*. Perenne est, quod semper fluit ἀένναος: torrens ὁ χειμάῤῥος, id est, *hiemo fluens*: Si tamen aliqua æstate exaruerit, quod alioquin perenne fluebat, non ideo minus *perenne* est, Flumina etiam quædam *publica* sunt, quædam *non*. *Publicum flumen* esse Cassius definit, quod perenne sit. *Flumen privatum* nihil differt a ceteris locis privatis: *l.* 1. §. 1. *seq.* D. *de flum.* Rursus *Fluminum* quædam navigabilia sunt, quædam non, *l.* 1. §. 12. & §. 18. *D. eod. tit.*

Flumen aut vado transiri potest, aut pontem habet, aut pontonibus trajicitur *l. ult.* D. *de servit. rust. præd.*

Fluminis servitus, est jus aquæ in alienum solum effundendæ, cujus mentio fit in *l.* 1. *l.* 20. §. 5. *l.* 28. *D. de servit. urb. præd. & passim.* Varro de *ling lat. lib.* 4. *Fluvius*, ait, quod fluit: item *flumen*, de quo in lege prædiorum urbanorum scribitur: *stillicidia, fluminaque, ut ita fluant cadantque.* Ac plane flumina a stillicidiis separantur: *l.* 33. *D. de contrah. emt.* inter quæ hoc interest, quod stillicidium stillatim cadat, flumen fluat continuo. Unde servitus *fluminis* servitute stillicidii gravior esse dicitur, ob fluxus dif-

fe-

ferentiam & diversitatem. Sed & Aelius Gallus aquam ipsam, quæ fluit, flumen adpellari, *libro* 2. *de signif. verb. quæ ad jus pert.* scribit apud Festum.

Fluminis vel *stillicidii recipiendi* servitus ex dictis intelligitur. *Non recipiendi* vero jus est, quo vicinus flumen vel stillicidium ex ædibus suis in aream vel tectum vicini avertere prohibetur, quum id per statutum liceat, ceu exponunt Vinn. *ad* §. 1. *Inst. de servit. præd.* Huber *Præl. ad Inst. eod. tit.* §. 9. Quamvis & ita definiri alias possit, quod sit jus, quo quis stillicidium vel flumen suum in suam aream recipere non potest, sed in nostram avertere, & aquam pluviam nostris usibus relinquere tenetur.

Interdictum de *fluminibus* prohibitorium & restitutorium est, & adversus eum competit, qui quid in flumine publico ripave ejus facit aut immittit, quo statio iterve navigio deterior fit. Quod & de mari intelligendum est, si quid in eo fiat, vel litore, quò portus, statio, navigatioque deterior sit, fiat, & in flumine non navigabili, si quid fiat, quo exarescat, vel aquæ cursus impediatur; non si in torrente, id est, quod flumen hybernum dixit Horatius. Add. *l.* 1. D. *ne quid in flum. publ.*

FOCARIA, quæ focum curat: *l.* 12. §. 5. *& seq. l.* 15. D. *de instr. vel instr. leg. l.* 3. *C. de condit. insert.* Plane quas LXX. Interpretes 1. *Sam.* 7. *v.* 13. μαγειρίσσας; eas vetus interpres *focarias* reddidit.

Focariæ etiam concubinæ, quasi foco adsidentes, accipiendæ sunt, ut in *l.* 2. *C. de don. int. vir. & ux.* Petr. de Vin. *lib.* 5. *epist.* 6. Et non cum uxoribus dominorum, sed & in focariis etiam, cum pudicitia fidem, & cum fide pudicitiam observare.

Focarias inter ea, quæ conservandorum fructuum caussa comparata sunt, refert Paull. 3. *sent.* 3. §. 37. quamvis ibi quidam legere malint *soccariæ*. Hein.

FOCARIUS, in *l.* 1. §. 5. D. *naut. caup. stab.* servus qui focum curat.

FODINA æri, argenti, vel arenæ: *l.* 7. §. 13. D. *solut. matrim.* item sulphuris, & æris, & ferri, & ceterorum: *l.* 13. §. 5. *D. de usufr.*

FOEDARE honores: *l.* 26. *C. Th. de decur.* id est, honores ac dignitates dato pretio mercari. Et in *l.* 27. *eod. tit.* indebitæ dignitatis infulas fœda rei familiaris vexatione, id est, erogatione vel profusione mercari. *Fœdare* judaica nota, id est, circumcidere: *l.* 22. C. *Th. de judæis.*

FOEDERATÆ gentes, *Nov. Theod. & Valent. do ambit. & loc. limitroph. Foederatus* populus: *l.* 7. *D. de captiv. & postl.* Vid. Cujac. *obs. lib.* 27. *c.* 53. & Ez. Spanhem. *Orb. Rom. Exerc.* 2. *c.* 10. *p.* 213. *& seq.*

FOEDERATI, militum genus ex fœderatis populis conscriptum: *l. ult. C. locat. l.* 16. *C. Th. de tiron.* Nov. Just. 117. *c.* 11. Suidas *Tom.* 3. *p.* 699. Φοιδεράτοι, οὕτω καλοῦσι Ῥωμαῖοι τοὺς ὑποσπόνδους τῶν Σκυθῶν. *Foederati*, sic Romani vocant Scythas, sibi fœdere & amicitia junctos. Add. *l.* 16. C. *Th. de tiron. l. ult. C. locat.*

FOEDUS in *l.* 5. §. 1. *l.* 7. *D. de capt. & postl.* est pactio inter liberas gentes earumque rectores inita.

Fœdus, pro *fœdo* vel fœditate positum vulgo legitur in *l.* 47. D. *de rit. nupt.* Pro quo tamen alii *fœdius*, alii *scelus* legendum censent. Vid. Car. Andr. Ducker. *de Latin. vet. ictor. p.* 345. Et facillima sane fuit in scriptura

Florentina *f* in *f. ce* in *oe* mutatio. *Hein.*

FOEMINA Vid. *Femina.*

FOENARIÆ falces: *l.* 8. *pr. vers. cogendi* D. *de instr. vel instr. leg.*

FOENEBRIS pecunia: *l.* 9. D. *de usur.* quæ usuris creditur.

FOENEI, defective, qui foeneos & defectos agros possident, in *l.* 3. *C. Theod. de indulgent. debit.* Apud Ciceronem quoque *fragm. Cornel. c.* 1. homines fœnei, hoc est, nullarum virium, sine ingenio, sine literis. Ortum proverbium a pilis, seu simulacris hominum ex fœno, ad proritandos tauros in spectaculis: Vid. Ascon. in *Cornel.* Ita *foeneos Imperatores* vocavit Pescennius teste Spartiano *in Pescen. c.* 12. τὺς ὐδένας καὶ ὐτιδανύς. Consule Salmasium *ad Spartian. l.* 1.

FOENERARE, usuris credere in *l.* 71. §. *ult.* D. *de fidejuss. l.* 3. C. *ad SC. Maced.* ita pecunia foenerata a tutoribus, id est, foenori data: *l.* 47. §. 4. *D. de adm. & peric. tut. l.* 100. D. *de solut.*

At *Foenerari* pro foenori accipere ponitur in *l.* 35. D. *de solut.* ubi: Si quis dominicam pecuniam a servo *foeneratus* esset.

Immo *fœnerari* dicitur pecunia passive in §. 33. *Inst. de act.* his verbis: Sed & pecuniæ numeratæ non in omnibus regionibus sub eisdem usuris *foeneratur.*

FOENERATICA cautio: *l.* 25. *C. de administr. tut. l.* 14. §. 2. *C. de non num. pec.*

FOENERATITIÆ cautiones: *l. ult.* C. *de pact. conv.* fœneratitium instrumentum: *l.* 14. §. 2. *C. de non num. pec.*

FOENERATOR, *l.* 6. D. *de naut. fœn. l. ult.* §. 2. *D. quod met. causs. l.* 12. §. 43. D. *de instr. vel instr. leg.* Quod vocabulum mediæ esse significationis, & non semper turpem illam negotiationem, sed & honestam significare, ostendit. Jo. Frid. Gronov. 4. *obs.* 24. *p.* 372.

FOENUM vulgo per *æ* scribitur: at in Pandectis Florentinis per *æ*. Antiquitus tamen per *e* absque diphtongo a plerisque scriptum, Varro *lib.* 6. *de ling. lat.* testatur. Et sane a *fetu* hujus verbi originem arcessit Festus his verbis: *Fenum quoque pratorum ab hac caussa est adpellatum, quando id ipsum manens, quotannis novum parit.*

FOENUS, vulgo per *æ*, & in Pandectis Florentinis perpetuo per *æ* scribitur: tametsi origo repugnet. Eam enim scribendi rationem contra verbi notationem invaluisse, ostendit Gell. *lib.* 16. *c.* 12. his verbis: *Fœnerator sicut Varro in lib.* 3. *de serm. lat. scripsit, a fœnore est nominatus.* Fenus *autem dictum a fetu, & quasi a fetura quadam pecuniæ parientis, atque increscentis. Et idcirco M. Catonem, & ceteros ætatis ejus, feneratorem sine* a *littera pronunciasse tradit.* At totus quidem ille Varronis, unde hæc Gellius verba depromsit, liber, injuria temporum amissus intercidit. Sed exstat alius ejusdem Varronis *lib.* 6. *de ling. lat.* locus, quo etiamnum ætate sua non convenisse inter omnes de hujus nominis scriptura docet. In *pluribus*, inquiens, verbis alii A ante E. ponunt, alii non: ut quod partim dicunt scæptrum, partim sceptrum: alii *fænus* alii *fenus.* Festus; *Fenus* adpellatur naturalis terræ fetus: ob quam caussam & numorum fetus *fenus* est vocatum, & ea de re leges *fenebres*, *fenus* & *feneratores*, & lex de credita pecunia *fenebris*, a fetu dicta, quod creditori numi alios pariant: ut apud Græcos eadem res τόκος quasi partus, dicitur. Non. Marcellus: Mutuum a *fænore* hoc distat, quod mutuum sit sine usuris,

ris, *fœnus* cum uſuris ſumitur, & eſt accepti fetus; unde & *fenus* dictum eſt, ut Græce τόκος, quaſi partus mutui ſumti. Plaut. *Aſinar. Act.* 1. *ſc.* 3. *v. ult.* Nam ſi mutuo non potero: certum eſt, ſumam *fœnore*.

Fœnus & pro fœnebri pecunia, accipitur, in *l.* 13. *C. ad SC. Vellei.*

Fœnus nauticum, ſeu mutuum, aut creditum maritimum. *Novell.* 106. *in præf.* eſt contractus ſub periculo creditoris conſtans rebus, quæ pondere numero, & menſura continentur. *l.* 2. §. 1. talis eſt pecunia, quæ ſi trans mare vehitur, trajectitia dicitur. *l.* 1. §. 4. §. 2. *de naut. fœnor. l.* 2. §. *fin. de eo quod certo.* 13. *de neg. geſt. l.* 1. §. 8. *de pecul.* in cauſa trajectitiæ pecuniæ venit 1. pecunia ipſa, & aliæ res, quæ pondere, numero, & menſura conſtant. *l.* 2. §. 3. *de reb. credit.* (2.) Merces ex hac pecunia comparatæ. *l.* 1. *h. t. Vers ſed Vidend.* (3.) & ſervus, qui pecuniam ſequebatur. *l.* 122. §. 1. *de V. obl. & l.* 23. *de O. & A. l.* 4. §. 1. *eod. tit.* Duæ ſunt nautici fænoris ſpecies. Prima, quando ſolutio difertur ad reditum navis. *l.* 3. *C. de naut. fæn.* ſecunda, quando certum præſcribitur tempus *l.* 4. *hoc tit. & l.* 6. In trajectitia pecunia ſemper ſors cum uſuris ſolvenda venit. *l.* 3. *c. hoc tit.* Hæ uſuræ graviſſimæ erant. *l.* 40. *de reb. credit.* quæ legitimæ vocabantur, quia eo uſque Romanis legibus fœnerari licitum. *l.* 8. *C. ſi cert. pet. l.* 1. *c. Theodoſ. de uſuris*, & in jure uſuræ licitæ nominantur. *l.* 44. *de uſur.* modus uſurarum. *l.* 11. §. 3. *de pign. act.* ſtatus modus. *l.* 2. §. *fin. de eo quod cert. loc. l.* 8. *in quibus cauſ. tacit. pign.* probabilis *l.* 3. §. *fin. de ann. legat.* legitimæ uſuræ. *l.* 4. §. 1. *de naut. fæn.* maximæ. *l.* 38. *de negot. geſt.* & graviſſimæ. *l.* 7. §. 8. *de Adminiſtr. tutel.* Hæc uſura dicitur uſura nautica. *Novell.* 106. & 110. & uſura maritima. *l.* 6. *hoc tit.* De uſura hac cecinit Manilius. *Lib.* 4. *Aſtronom.*

Navigat, & celeres optando ſortibus annos
Dulcibus Uſuris æquo quoque tempore vendit.

Uſuræ hæc exceſivæ apud Romanos erant. *l.* 27 §. 1. *C. de uſur. Novell.* 121. 138. 160. ratio harum uſurarum erat periculum, ideo etiam periculi pretium in *l.* 5. *hoc tit. l.* 14. & 17. *C. de uſuris.* inter mutuum terreſtre & nauticum plures ſunt differentiæ: in mutuo terreſtri uſuræ non debentur, nec peti poſſunt niſi ſtipulatione fuerint promiſſæ. *l.* 3. *C. de uſur. l.* 24. *de præſcript. verb.* at in mutuo nautico ex nudo pacto uſuræ debentur. *l.* 5. §. 1. *ibid. l.* 7. *de naut. fæn. ibi.* in pecunia nautica uſuræ ex mora deberi nequeunt, cum periculum creditoris ſit, & nulla mora, ubi nulla eſt petitio. *l.* 88. *de R. I. l.* 127. *de V. O.* at diſcuſſo periculo a tempore more uſuræ communes debentur, & earum cauſa ſeparata ſtipulatio eſt. *l.* 4. §. 1. *de naut. fæn.* ex pecunia nautica mutuo data oritur condictio certi, & eſt communis actio mutuo, & ſtipulationi. *Treutl. vol.* 1. *diſp.* 20. & condictio ex lege competere videtur, cum illa ex novis obligationibus dari ſoleat. *l.* 1. *de cond. ex lege*: at citra legem eſſet inutilis talis pactio, cum potentior ſit lex, quam pactum. *Bachov. tit. de condit. ex lege n.* 4. Si navis fænori nautico obligata perierit caſu fortuito, & ſine debitoris culpa, periculo creditoris erit, ex eo die quo navem ad locum deſtinatum navigare conve-

venit. *l.* 3. *ff. hoc tit.* at absque tali conventione naufragii casus ad debitorem pertinet. *l.* 4. C. *hoc tit.* D. GIBON.

FOETUS, vel, uti veteres scribebant, *fetus*, quod ex animalibus editum adgnatumque est. Ac proinde ut *partus* ancillarum, ita pecudum fœtus dicuntur: *l.* 4. §. 5. D. *de usurp. l.* 1. §. 11. D. *si is qui test. lib. esse juss. l.* 73. D. *ad Leg. falcid.*

FOLIUM. Neque foliis, neque oleo, neque frumento, neque frugibus usurum esse usuarium, dixit Nerva: *l.* 12. §. 1. *v. idem Nerva.* D. de usu & habit. Hic vero ingeniosissimi sunt interpretes. Cujacius maluit *oleis*, Connanus *doliis*, Jac. Gothofr. *animadv. jur. civ. c.* 8. *epholiis.* Qui verbo illi parcunt, id modo accipiendum monent de foliis pretiosis, ex quibus unguenta fiunt, ut Guil. Forner. *Selection. lib.* 2. *c.* 2. & Leunclav. *Notat.* 2. 12. modo de foliis mori, quibus vescuntur bombyces, ut Zazius *paratitl. de usu & habit. n.* 12. Sed quum in re rustica varius fuerit foliorum usus, non mirum est, si ea sibi ab usuariis præcipi noluerint proprietarii. Quam ob rem miseram illam criticorum diligentiam non immerito ridet Ev. Otto, *Præfat. Thesaur. jur. Tom.* 2. *p.* 9. *seq.* Hein.

Folium pentasphærum l. ult. §. 7. *D. de publican. & vectig.* erat folium Indicum, ex quo contorquebantur pillulæ *malabathri*, crebro memoratæ apud medicos. Sunt eæ orientalibus & hodie in deliciis, vocanturque *betre & tamalabathra*, de quibus erudite differit Isaac. Voss. *ad Pompon. Melam de sit. orb. lib.* 3. *c.* 7. *p.* 261. Hein.

FOLLIS, *l.* 82. D. *de cond. & dem. & l.* 1. *C. Th. si quis pecun. conf.* crumenam vel sacculum pecuniæ significat, ut & Veget. *lib.* 2. *c.* 20. docet his verbis: Denique decem *folles*, hoc est, decem sacci, per cohortes singulas ponebantur, in quibus hæc ratio condebatur. Addebatur etiam saccus undecimus, in quem tota legio particulam aliquam conferebat. Follium etiam mentio est in *l.* 2. & 5. *C. Theod. de prætor.* Item *Follis* senatorii titulus memoratur in *Novell. Valentin. & Marcian. de indulg. reliq.* Vid. infra art. *gleba senatoria.* Ceterum φόλλεις plane ὀβολὰς interpretatur Suidas in voce φολίς, & alibi in verbo ὀβολὸ, ὀβολοι δὲ εἰσιεν, ὃς καλοῦμεν φόλλεις. *Oboli sunt, quos folles vocamus.* Vid. plura apud Epiphan. *libro περὶ μέτρων p.* 184. *Tom.* 2. Quomodo folles accipimus in *l.* 3. C. *Th. de suar. l.* 2. *l.* 3. *C. Th. quar. adpell. non recip.* Indeque emendari potest Constantinus, apud quem in Lege Agraria *tit.* 2. φόλλας non semel pro φόλλεις scriptum est. Euseb. *lib.* 10. *Hist. Eccles. c.* 6. ἐδήλωσα αὐτῷ ὅπως τρισχιλίους φόλλεις τῇ σῇ στερρότητι ἐπαρι θμῆσαι φροντίσῃ. *Illi significavi, ut ter mille folles tuæ gravitati numerari curaret.* D. Augustin. *lib.* 3. *advers. Crescent.* Et de quadringentis *follibus* Lucillæ, clarissimæ feminæ, pro quo vobis conjurastis, ut fieret Majorinus Episcopus. Et paullo post: Populo dedit *folles* viginti, ut factus esset presbyter. Idem *lib.* 22. *de civit. Dei c.* 8. Quasi & martyribus quinquagenos *folles*, unde vestimentum emeret, petivisset. φόλλεις etiam Eusthatius quoddam genus ὀβολῶν facit, quos ait fuisse ταπεινοὺς ac πεταλώδεις, *minores*, & *folio* similes. Hinc *follerales* numi. Marcellus Comes in Chronico: Numi, quos Romani Terentianos; Græci Follerales vocant, Anastasius princeps suo nomine

mine figuratis, placabilem plebi commutationem diſtraxit. *Folles* certe vel κατὰ δηναρισμὸν, pro ſpecie nummorum æreorum dicuntur, ut in *l.* 3. *l.* 5. *C. Th. de veteran. l.* 3. *C. Th. de piſtorib.* vel κατ' ἀργυρισμὸν, pro majore pecuniæ ſumma, quæ in follibus colligitur accipiendi, *l.* 21. *C. Theod. de prætorib.* Candidati (Præturæ) cum duos *folles* aut quatuor, aut certe amplius in poſſeſſione habebunt. Vid. Jac. Gothofr. *Comm. ad l. un. C. Th. de menſ. olear. & ad l.* 1. *C. Th. ſi quis pec. conflav.* Du Freſne *in Gloſſar. lat. & in gloſſ. græc.* Petavium *Diatrib. de folle. Tom.* 2. *oper.* Epiphan. *p.* 431. Baronium *in Annal. ad an.* 330. *n.* 43.

FOMENTATIONIS gratia parata: *l.* 70. D. *de legat.* 3.

FOMENTIS calumniarum reſtinctis: *l.* 19. *C. de nupt.*

FOMES, pro augmento. Jubemus quidquid ex prædita ratione adcreverit, ad cumulum memoratæ auri quantitatis, & frumentarii tituli *fomitem* redundare: *l. ult. C. Th. de frum. Urb. Conſtantinop.*

FONS eſt, qui vivam aquam habet: *l.* 1. §. 4. D. *de font.*

Fons & metaphorice pro origine ponitur: ut, a *fonte* quodam memoriæ; *l.* 195. §. *ult.* D. *de verb. ſignif.*

Interdictum de *fonte* eſt, quo is, qui fonte alione loco, unde aqua viva naſcitur, quo anno proximo ſine vitio uſus eſt, uti prohibetur, adjuvatur: *l. un.* D. *de Font.* Hoc interdictum proponitur ei, qui fontana aqua uti prohibetur, ſive haurire, ſive pecus ad eam appellere: *d. l. un. pr.* Et de iſtis omnibus ſervitutibus datur hoc interdictum, ſi tamen perpetua ſit cauſſa, ut colligitur ex §. 1. & §. 4. *dictæ l. un.* ubi dicunt hoc interdictum de ciſterna non competere.

FONTANÆ aquæ, *l.* 1. §. 1. D. *de font.* opponitur putealis, in *l.* 1. §. 6. *D. de aqu. quotid.* Plin. *lib.* 2. *epiſt.* 17. Hæc utilitas, hæc amoenitas deficitur aqua ſalienti: ſed puteos, ac potius fontes habet, ſunt enim in ſummo. Ubi vid. not. Buchn. *ad eum locum.*

FORAMEN: *l.* 6. *l.* 28. *D. de ſerv. præd. urb.* Hoc quaſi deminutivum a foribus dictum eſſe, Non. Marcellus ſcribit.

FORENSIS actio, criminis exſequutioni opponitur: *l.* 1. D. *de incend. ruin. naufr.*

Forenſia inſtrumenta: *l.* 9. C. *de fid. inſtr.* quæ ἀρχαῖα dicuntur *in Novell.* 44.

FORES, proprie dici quæ foris aperiuntur, ſicut apud veteres in uſu fuit, Servius *in lib.* 1. *Æn. v.* 453. tradit.

FORICARIUS, in *l.* 17. §. 5. D. *de uſur.* a forica dictum videtur. Juven. *Satyr.* 3. *v.* 37. *Inde reverſi conducunt foricas.* At *foricæ*, uti ſcholiaſtes, & reliqui viri docti, ad locum iſtum Juvenalis notant, ipſæ ſunt incertæ ac ambiguæ notionis. Aliis enim, qui vocabulum a *foria* derivant, *forica* eſt ſtercus, & cloacarum colluvies: aliis, qui a *foro* dictas putant *foricas*, intelligendæ videntur tabernæ circa forum. Poſterior ſententia magis convenit loco *l.* 17. §. 5. *D. de uſur.* Hein.

FORINSECUS, in *l.* 4. C. *Th. de deſertor.* & apud Sidon. Apollinar. *lib.* 7. *epiſt.* 14. pro quo Tribonianus in *l.* 1. *C. de deſert.* repoſuit *extrinſecus.* Utitur eodem vocabulo Plinius *lib.* 13. *hiſt. nat. c.* 22. Columell. *de re ruſt. lib.* 8. *c.* 3. & Apulei. *lib.* 9. *metamorph. p.* 230.

FORMA, ut ait Feſtus, faciem cujuſque rei ſignificat. A figura tamen eam Nonius ex Cicerone eo differre tradit, quod *forma*

 inte-

integritas speciei; *figura* forma nostra significetur. Donatus certe in *Andr. Terent. Act.* 1. *scen.* 1. formam immobilem esse, & naturalem; vultum moveri & fingi, scribit.

Forma etiam, ut ait Seneca *Epist.* 65. est, quæ unicuique operi ponitur, tamquam statuæ. Nam hanc Aristoteles εἶδος vocat.

Et ad has duas significationes pertinent loquutiones: Forma ædificiorum: *l.* 11. D. *de servit. urb. præd. l.* 1. *C. de servit.* agri: *l.* 7. §. 5. *D. de adquir. rer. dom. l.* 15. §. *ult.* D. *de usufruct. l.* 8. D. *ad leg. jul. pecul.* aquæ: *l.* 39. §. 5. *D. de legat.* 1. censualis: *l.* 4. *D. de censib.* certaminis: *l.* 77. §. *ult. D. de legat.* 2. compromissi: computationi faciendæ: *l.* 68. *pr. D. ad leg. Falcid.* consuetudinis: *l.* 6. *C. de servit.* contractus: *l.* 52. *D. de verb. oblig.* erogationis annuæ: *l.* 10. §. 1. *D. de ann. legat.* humani generis: *l.* 14. *D. de stat. hom.* indictionis: *l.* 19. *C. Theod. de annon.* inlationis: *l.* 20. *C. Theod. eod. tit.* locationis: *l.* 7. §. 3. *D. solut. matrim.* mandati: *l.* 46. §. *ult. D. mandati.* numorum; *l. un. C. Th. si quis solid. circul.* patrimonii: *l.* 39. §. *ult.* D. *de legat.* 1. pretiorum: *l.* 2. *C. Theod. de suar.* usurarum: *l.* 7. §. 10. D. *de administr. & peric. tut.*

Formæ venerabiles, in *l.* 6. *C. Theod. de indulg. crim.* sunt vultus & imagines Principis in monetis impressæ.

Forma pro lege, edicto, SCo, aliisque quibuscumque juris speciebus, quibus certa forma rebus præscribitur. Sic: Formam antiquitus constitutam mutare nemo potest: *l.* 5. §. 7. D. *de administr. & peric. tut.* Forma constitutionum: *l.* 6. *C. de accusat.* edicti: *l.* 8. *D. de calumniat.* juris: *l.* 5. *C. de adpellat.* jurisdictionis: *l.* 6. *C. ut in fidejuss. poss. legat.* legis: *l.* 147. *C. Theod. de decurion.* rescripti: *l.* 1. *C. de jur. domin.* statutorum: *l.* 16. *C. de excus. tut.*

Forma aquæductus, quæ per agrum transit: *l.* 27. §. 3. *D. de usufruct.* ut apud Frontin. *de aquæductu* non semel. Quibus ex locis elicitur, *formam* adpellari sulcum publicarum aquarum, per agros meantium, maceriis quibusdam inclusam, atque adeo ipsam fabricam aquæductus, cujus in tutelam annuam pensitationis onus impositum fuisse agris, atque ædibus, colligitur tam ex *d.* §. 3. *l.* 27. D. *de usufr.* quam ex *l.* 40. *D. de act. emt.* Ac proinde a castellis, formæ separantur, in *l.* 3. *C. de aquæduct.* in qua Impp. jubent eos, qui aquæ copiam beneficio principali meruerunt, usum aut ex castellis, aut ex ipsis formis elicere. Hinc: *Forma*, cui nomen Augusta est, in Campania: *l.* 8. *C. Th. eod. tit.* In *vet. inscr. Aquam Marciam, restituta forma, perductam,* legimus, & in alia. *Aquam Claudiam & Anienem nova forma reductam.* Sed & in Itinerario Antonini? *Nunc nomina aquarum, quæ usibus æternæ urbis formarum constructionibus advectæ sunt, indicemus.* Harum formarum Comes Romæ posterioribus temporibus constitutus fuit, ut ex *Notitia*, quo loco de Præfecto urb. Romæ agit, intelligimus, ubi *formula comitivæ formarum* proponitur. *Formarum meatus*, fabrica *formæ*, & *repurgium* formarum in *l.* 1. C. *Th. & Just. de aquæd.* Sed & castellum, quo aqua, quum ad moenia Romanæ urbis venisset, excipiebatur primum, indeque per matrices fistulas in alia castella minora diffundebatur, forma dicitur, in *l.* 5. *C. Th. de aquæd.*

Forma, vel τύπος aliquando sententia a judice lata *Novell.* 83.

Ao-

Accipiat *formam*: *Nov.* 1. *præf.* Sollicitudinibus ſubditorum dare competentem formam: Add. *Nov.* 24. *c.* 5. & *Nov.* 76. *c.* 2. Sic & *forma* lethalis, pro ſententia ferali, eſt apud Ammian. Marcell. *lib.* 14. *c.* 1. ubi quædam notarunt viri docti. *Hein.*

Forma pro formula, quemadmodum ſæpe *formula* pro forma uſurpatur. Sic Appius Claudius ad formam redegiſſe dicitur actiones: *l.* 2. §. 7. *D. de orig. jur.* id eſt, in certas formulas. Et Auguſtum, quidquid ubique fuerit militum, ad certam ſtipendiorum præmiorumque formulam adſtrinxiſſe, ait Suet. *Octav. c.* 49. Formam pro *formula* poſuit etiam Gell. *lib.* 13. *c.* 15. In Edicto Conſulum, inquit, quo edicunt, qui dies comitiis centuriatis futurus ſit, ſcribitur ex vetere forma: Ne quis Magiſtratus &c. Vid. Bynkersh. *prætерm. ad l.* 2. *D. de orig. jur. p.* 28. Hein.

Formæ etiam gradus certi in ſingulis ſcriniis & ſcholis, & quaſi characteres, quibus manipuli ſcholarium & ſcriniariorum inter ſe diſtabant. Haut aliter, ut inter Comites, alii ordinis primi, alii ſecundi, alii tertii fuere, ſic inter Palatinos S. L. ſive in ſcriniis Comitis S. L. fuere qui *prima forma*, *ſecunda* & *tertia* dicebantur, *l.* 7. *C. Th. de palatin. ſacr. larg.*

FORMALE pretium Ulpianus in *l.* 62. *in fin. D. ad Leg. Falcid.* vocare videtur, quod Paullus ſequente *l.* 63. *D. eod. tit. ex adfectu & utilitate ſingulorum fungi*, ait. In vero enim definiendo pretio magis materiæ habemus rationem: prætium adfectionis magis ex forma, ſi quid ſingulare & eximium habet, æſtimatur: ac proinde ab Ulpiano vocari formale potuit. *Hein.*

FORMARI pro informari. Cunctos *formari* plenius conveniet: *l.* 2. *C. Th. de publ. compar.*

FORMIDOLOSUS: §. 3. *Inſt. de pupill. ſubſtit. l. ult. pr. C. de jur. delib.* pro timido homine ponitur. Alias vero & paſſive *formidoloſum* idem eſt, ac quod formidatur, ut formidoloſiſſimum bellum: Cic. *pro leg. Manil. c.* 21. Formidoloſa regibus aliena virtus: Salluſt. *in Catilin. c.* 7. Formidoloſum facinus: Plaut. *Amphitr. Act.* 5. *ſc.* 1. *v.* 65. Nec tamen & hæc activa notio ſine exemplo eſt: Nam & Terent. *in Eunuch. Act.* 4. *ſc.* 6. *v.* 18. dixit: Num formidoloſus, obſecro, es, mi homo? id eſt, num tam timidus?

FORMIONES. Vide infra *Phormiones.*

FORMULA, certa verborum conceptio. Quo in verbo ludens Seneca *lib.* 2. *controv.* Non ex *formula* natura reſpondet, neque ad præſcriptum caſus obſequitur. Proinde idem *lib.* 2. *de clement. c.* 7. Clementia, ait, liberum arbitrium habet: non ſub *formulæ*, ſed ex æquo & bono judicat. Sub *formula* autem judicare dicebantur judices, a Prætore dati, quorum poteſtas formulæ cancellis circumſcribebatur. Quinctilian. *lib.* 3. *c.* 11. Privata quoque judicia ſæpe unum judicem habere, multis & diverſis formulis ſolent. Hinc Ulpianus *tit.* 25. *Reg.* §. 12. fideicommiſſa non per formulam peti, ait, id eſt, ordinario jure per actionem, a prætore datam, ſed extra ordinem cognitione Prætoris. In ordinariis enim tantum judiciis formularum conceptio ſpectabatur: in extraordinariis non item: *l.* 47. *D. de negot. geſt.* Ac proinde ipſas actiones, quas ne populus, prout vellet, inſtitueret, certas ſollemneſque eſſe prudenter voluerunt: *l.* 2. §. 6. *D. de orig. jur.* Cic. *pro Q. Roſc.*

Com. c. 8. Sunt jura, ait, ſunt formulæ de omnibus rebus conſtitutæ, ne quis aut in genere injuriæ, aut ratione actionis errare poſſit. Expreſſæ ſunt enim de unius cujuſque damno, dolore, incommodo, calamitate, injuria publicæ a prætore *formulæ*, ad quas privata lis adcommodatur. *Formularum* etiam ſtipulationum, teſtamentorum, judiciorum, ſponſionis, pacti meminit idem Cic. *lib.* 1. *de legib. c.* 4. *lib.* 1. *de orat. c.* 39. *pro Cæc. c.* 18. *pro Roſc. Com. c.* 4. Sane Paullus *de conceptione formularum* librum ſingularem ſcripſerat, cujus exemplum Briſſon. *in libro de formul.* ſequutus eſt. *Formulas* autem componere ſolebant Juriſconſulti, ut Cic. *lib.* 1. *de Legib. c.* 4. teſtatur. Argumento eſt quod Valer. Max. *lib.* 8. *c.* 2. Aulum Caſcellium nullius aut gratia, aut auctoritate, compelli potuiſſe, refert, ut de aliqua earum rerum, quas triumviri dederant, *formulam* componere. Ideoque Cic. *lib.* 1. *de orat. c.* 55. civilis prudentiæ dignitatem verbis elevans, juriſconſultum *formularum cautorem* adpellat. Enim vero, qui formulas concipiebant, *formularii* vocantur a Quinctil. *lib.* 12. *c.* 13. *ad fin.*

FORNACALIA, feriæ farris torrendi gratia inſtitutæ; dicta Fornace Dea, in cujus honorem hæc erant inſtituta, & 12 Kal. mart. celebrabantur. Ovidius *Faſt. lib.* 2. Facta Dea eſt Fornax, lati Fornace coloni-Orant, ut vires temperet ipſa ſuas. A Numa initium hoc feſtum habuit. Plinius *lib.* 18. *cap.* 2. *Is & fornicalia inſtituit.* Sed fecit indictitias non ſtatas Feſtus: Popularia ſacra ſunt, ut inquit Labeo, quæ omnes cives faciunt, nec certis familiis attributa ſunt, Fornacalia, Parilia, Laralia, porca præcidanea. *Dn. Giron.*

FORNACARIUS, non autem *fornicarius* ut in pleriſque codicibus ſcribitur *l.* 27. §. 9. D. *ad Leg. Aquil.* eſt qui fornacem ſuccendit, adeoque idem cum *fornacatore*, de quo mox, quamvis eos diſtinguendos exiſtimat Pet. Fab. 2. *ſemeſtr. c.* 12. *p.* 177. nullo licet oſtenſo diſcrimine.

FORNACATOR, in *l.* 14. *D. de inſtr. vel inſtr. leg.* qui in balneo ſuccendendi fornacis & camini curam gerit.

FORNAX balnei *l.* 53. §. *ult. D. locat.*

FORTE, præter notam ſignificationem juriſconſultis aliquando eſt idem, ac *verbi gratia*, *ut puta*, *veluti*, in *l.* 15. §. *ult. D. de pign. l.* 16. *D. de jur. dot.* & alibi paſſim.

FORTITUDO muli, id eſt, vigor, robur: *l.* 38. §. 7. *D. de Ædil. edict.*

FORTITER (id eſt, pro certo indubitatoque) dicere ac defendere quid dicuntur juriſconſulti, ut in *l.* 15. D. *de auct. & conſ. tut. l.* 85. D. *de legat.* 3. *l.* 11. D. *de except. rei jud.* & aliis locis.

FORTUNA pro caſu. Sic *fortunam* præſtare: *l.* 1. §. 11. *D. de magiſtr. conven.*

Fortuna. Fortunæ judicio commiſſus ſervus: *l.* 13. *D. de ſtat. hom.* Ibi legendum eſt *fortunæ* judicii commiſſus. Nec quidquam ad tuendam vulgarem ſcripturam facit Cujac. 26. *obſ. c.* 27. Nam *fortunæ* judicium ſemper pro ſorte accipi, docuit Menag. *Amœn. jur. c.* 6. Hein.

Fortuna pro conditione. Sic fortuna Auguſta: *l. ult. C. de judic. l.* 3. *in fin. C. de quadr. præſcr.* cohortalis: *l.* 10. *C. de advoc. diverſ. jud.* curiæ: *l.* 9. *pr.* §. 1. *C. de natur. lib.* dura; *l.* 4. *C. de ſuis & legit.* Imperatoris: *l.* 7. *C. de bon. quæ lib.* incerta; *l.* 4. *C. de poſtl. reverſ.*

For-

Fortuna pro ſubſtantia, bonis vel facultatibus: *l.* 2. §. 6. D. *de Lez. Rhod. de jact. l.* 6. D. *ad SC. Trebell.* Fortunarum univerſarum ſocietatem inire, id eſt, earum quoque rerum, quæ poſtea cuique adquirentur: *l.* 73. D. *pro ſoc.* Eodem ſenſu *fortunam* numero ſingulari uſurpavit Scævola in *l.* 40. §. 8. *D. de ſtatulib.* his verbis: Quum pæne totam fortunam in manibus haberet. Sic & Apulei. *in Apolog. p.* 522. Quid enim faciat homo miſer, ampliuſcula fortuna devolutus? Et paullo poſt: Nec quidquam ei relictum eſt ex largiore fortuna, præter ambitionem miſeram, & profundam gulam.

FORTUITUS caſus in *l.* 5. C. *de pign. act. l.* 61. D. *de admin. & peric. tut.* qui humano conſilio prævideri non poteſt. Fortuita incendia: *l.* 28. §. 2. D. *de pœn.*

FORUM, plurimis modis intelligitur, ait Feſtus. Primo negotiationis locus: ut *forum* Flaminium, *forum* Julium, ab eorum nominibus, qui ea fora conſtituenda curarunt; quod etiam locis privatis, & in viis, & in agris fieri ſolet. Alia, in qua judicia fieri, cum populo agi, conciones haberi ſolent. Varro *lib.* 4. *de ling. lat.* Quo conferrent ſuas controverſias, &, quæ vendere vellent, & quo quæque ferrent, *forum* adpellarunt. Quinctilian. *Declam.* 274. *forum*, quod mihi templum pacis videtur, in quo jura exercentur, propter quod leges valent. Et hoc ſenſu pro judicio *forum* plerumque accipitur in jure noſtro, ut in *l.* 7. §. 13. *D. quib. ex cauſſ. in poſſeſſ. eat. l.* 7. *D. de judic.*

Forum etiam, ut ait Feſtus, alio modo intelligitur, quum is, qui provinciæ præeſt, *forum* agere dicitur, quum civitates vocat, & de controverſiis earum cognoſcit. Quod genus loquendi Cic. uſurpat *ad famil. lib.* 3. *epiſt.* 6. & *ad Attic. lib.* 5. *epiſt.* 16. & *lib.* 6. *epiſt.* 2. *in* 4. *Verr.* 54. Servius ad illa verba *Æneid.* 5. *v.* 758. *indicitque forum.* Forum ait, tempus & locum agendorum negotiorum deſignat, qui conventus vocatur. Unde in *l.* 1. *C. de defenſ. civit.* cauſſæ, quæ dignæ videantur magnitudine forenſi, rectori provinciæ inſinuari jubentur.

Solebant hæc *fora*, vel conventus, hiberno tempore haberi. Quod neſcio, an accuratius quiſquam expoſuerit Theophilo, §. 4. *Inſt. qui & ex quib. cauſ. manum.* Καὶ τί ἐςι κομβέντον; ῥητὸς χρόνος, πρὸς κατάλυσιν δικῶν ἐπινενοημένος. Οἱ γὰρ Ρωμαῖοι τὸν πάντα σχεδὸν ἐνιαυτὸν ἐν τῷ πολεμεῖν δαπανῶντες κατά τινα χρόνον ὑπὸ χειμῶνος ϗ τῶν σὺν αὐτῷ δεινῶν κωλυόμενοι, επειδήπερ ὄντας αὐτὺς ἐν πολιτεία ὐκ ἐνῆν ἐκτὸς ἔιναι δικῶν, ἀφέντες τὰ ὅπλα ταῖς δίκαις, ἐσχόλαζον, κ. τ. λ. Et quid eſt conventus? Eſt certum ſtatumque litium dirimendarum tempus. Nam Romani, quum totum fere annum bellis gerendis occuparentur, certo quodam tempore, quum hiems eos & hibernæ tempeſtates ſub pellibus agere judiciis prohiberent, quoniam, ut in communi vita ſine litibus controverſiiſque eſſe non poterant, omiſſis armis vacabant &c. Extremo autem conventus die habitum eſſe conſilium in hunc modum ait. Proceſſiſſe Proconſulem aut Præſidem, & in tribunali ſuo ſediſſe, unaque juxta ipſum viros, qui περεγρίνοι *Recuperatores*, quia per eos mancipium naturalem libertatem receperit, & apud eos manumiſſuros minores juſtas manumiſſionis cauſſas reddidiſſe. Quæ ſane non nugatoria, ſed ſolida eſſe, majoribus omni exceptione

tione Livii, Strabonis, & Dionis Chrysostomi testimoniis probat Car. Hannib. Fabrot. *in not.* Hein.

Forum pro loco, ubi res promercales publice veneunt. Et ita intelligendum videtur *forum* municipii; *l.* 39. §. *ult.* D. *de cond.* & *dem.* Forum Romanum: *l.* 4. *C. Theod. de suar.* & *pecuar.* suarium: *l.* 1. §. 11. *D. de offic. præf. urb.* Eo etiam pertinet phrasi: *fora cedere*, quod facere dicebantur argentarii, numularii, mensulariique, qui actum suum deserebant, ab eo, quod circa forum tabernæ eorum positæ essent: *l.* 7. §. 2. *D. depos.* & *l. ult. D. de cur. bon. dand.* Seneca *lib.* 4. *de benef. c.* 25. Pecuniæ etiam male creditæ exactio est. Et adpellare debitorem ad diem possunt, &, si *foro cesserit*, portionem feram. Juven. *Satyr.* 11. *v.* 50. Cedere namque *foro* jam non tibi deterius, quam Exquilias a ferventi migrare Subarra.

FOSSA, receptaculum aquæ, manu factum: *l. un. in fin.* D. *de rip. mun. l.* 26. *D. de damn. infect. l.* 1. §. 8. D. *de flumin.* Tales fossæ, agrorum siccandorum caussa factæ memorantur in *l.* 1. §. 4. & §. *ult.* D. *de aqu.* & *aqu. pluv. l.* 2. §. 1. *l.* 11. §. *ult. l.* 24. D. *eod. tit.*

FOSSATUM, pro fossa, & vallo: *l.* 3. §. 4. D. *de re milit.* Veget. *lib.* 4. *c.* 16. Musculos majores dicunt machinas, quibus protecti bellatores, si lutum obfuerit, aut civitatis *fossatum*, adportatis lapidibus, lignis ac terra, non solum complent, sed etiam solidant. Suidas: Σέδετον τὸ φοσσάτον. Constant. Harmenop. *lib.* 6. *tit.* 15. §. 11. Τοὺς ἐν φοσσάτῳ κλέπτοντας, εἰ μὲν ὅπλα σφοδρῶς προστάττομεν τύπτεσθαι: εἰ δὲ τι τῶν ὑποζυγίων χειροκοπεῖσθαι. *Qui in castris furantur, si quidem arma, vehementer fustibus, cædi jubemus: sin jumentum quoddam, iis manus abscindi.* In libello etiam variorum auctorum *de limitibus p.* 267. *edit. Goes.* ita scriptum est: *Fossatum* decisum parvum, in fine pro termino posuimus. Capitolin. *in Gordiano c.* 28. Fossato omnia castra circuibat.

FOTINIANI, Vid. infra *Photiniani.*

FOVEÆ, ursorum cervorumque capiendorum caussa factæ: *l.* 28. *D. ad Leg. Aquil.* Phædr. *lib.* 3. *fab.* 2. *v.* 2. *Panthera imprudens olim in foveam incidit.* Non solum autem ferarum, sed & hostium capiendorum caussa factæ *foveæ.* Vid. Nic. Rigalt. *Not. prior. ad Phædr. lib.* 1. *fab.* 17. *v.* 8. *p.* 85.

FRACTURA ossium, apud Papian. *Respons. tit.* 5. Ita & fracturas sanare dixit Plin. *lib.* 22. *c.* 8.

FRAGILE & infirmum minorum consilium: *l.* 1. *D. de minor. Fragilis* pecunia sine peculio: *l.* 79. §. 1. D. *de legat.* 3. & periculosa res est quæstio: *l.* 1. §. 23. D. *de quæst.*

FRAMEA, id est, romphæa: *l.* 3. §. 2. *D. de vi* & *vi arm.* & apud Gell. *lib.* 10. *c.* 20. Isidor. *Framea, gladius, ex utraque parte acutus, quem vulgo spatam vocant. Ipsa est* & *romphæa. Framea autem dicta quod ferrea est.* Germanicæ tamen Genti hoc vocabulum adscribit Tacitus *de mor. Germ. c.* 6. his verbis: *Hastas vel ipsorum vocabulo frameas, gerunt, angusto* & *brevi ferro.* Qui *frameas* interpretati sunt ῥομφαίας, quod & vetus Glossarium facit, id vocabulum a Græco illo ῥομφαῖα per metathesin derivant, quemadmodum Isidorus a latino *ferrum.* Neutri recte. Diserte enim id Germanicæ originis esse, docet Tacitus. Rem expedivit Jo. Ge. Wachter *Glossar. Tom.* 1. *p.* 471. ubi

ubi *frameam* dictam ostendit ab antiquo *bremen* pungere, vel *frumen*, mittere, atque ita veteribus adpellatam hastam, posteris pugionem vel dolonem, in ligno latitantem. Unde hodienum *eine pfriem*, instrumentum sutorium, quo corium perforatur, Belgis: *eene moord-prien*, pugio. Hastam, quæ olim *frameæ* nomine venit, ex thesauro sepulcrali Tornacensi repræsentavit Chifflet. *in Anastasi Childer.* tum *c.* 7. *p.* 97. in ejus regis anulo, tum *c.* 14. *p.* 219. Hein.

FRANGERE metaphorice violare. Sic *frangere* fidem: *l.* 10. *D. de in jus voc.*

Frangere etiam est impedire, turbare. Sic: Liberalitatem captiosam interpretatio prudentium fregit: *l.* 5. D. *de transact.*

FRATER, ut ex Nigidio Gell. *lib.* 13. *c.* 13. & Non. Marcell. traditur, dictus, quasi *fere alter*, quæ res Ciceroni jocandi argumentum præbuit. Nam quum post annuum munus confectum Cilicia decedere in animo haberet, utilitasque provinciæ exigeret, aliquem relinqui, per quem provinciales negotia sua usque in adventum successoris explicarent; alium ille potius, quam Quintum fratrem, relinquendum censuit. Cujus sui consilii factique rationem Coelio reddens: veritum se, ait, ne si fratrem reliquisset, SCo quo intra certos dies decedere jussus erat, fraudem fecisse videatur, quasi non in totum, sed *altero se* relicto, decessisset. Exstat jocus *lib.* 2. *ad famil. epist.* 15.

Est vero commune id vocabulum tum germanis, tum unilateralibus. *Frater* & soror, sive ab eodem patre, eademque matre, sive ab alterutro eorum: §. 2. *Inst. de nupt.* Cornel. Fronto *libro de differ. voc. Frater* aut ex alia matre, aut ex alio patre potest esse: germanus ex iisdem parentibus sit necesse est. Paull. in *l.* 10. §. 13. D. *de gradib. & adfin.* Frater per utrumque parentem accipitur, id est, aut per matrem tantum, aut per patrem, aut per utrumque, id est, ex utroque parente eodem.

Itaque *fratrum* tria sunt genera. Alii namque *Germani* sunt, alii *consanguinei*, alii *uterini*.

Fratres germani sunt, qui iisdem parentibus, eodemque patre & matre geniti, quos Cæsias *in Persicis*, Xenoph. *lib.* 3. *exped. Cyri* & Demosthen. *in orat. contra Aristogit.* ὁμοπατρίες καὶ ὁμομητρίες vocant. Festus Pompei. Germen est, quod ex arborum surculis nascitur: unde & *germani*, quasi eadem stirpe nati. Et ita *germanum fratrem* accipe apud Terent. *Andr. Act.* 1. *sc.* 5. Cic. *pro domo c.* 45. & 1. *Verr.* 40. *pro Fonteio c.* 17. sororem *germanam* apud eumdem Cic. pro *Milon. c.* 27. Hinc germanorum fraternitatem *germanitatem* vocat Cic. *pro Ligar. c.* 11. *de aruspic. resp. c.* 20. Arnob. *lib.* 2. *adv. gent.* Si hæc ita sunt, ait, sequitur ut Picus & Jupiter germanitatis sibi sociati sint jure, utpote uno ex sanguine, unoque ex semine procreati. D. Ambros. *lib. de Josepho patriarcha:* Num quid natura divisit merita filiorum? Ipsa vos doceat non discernere patrimoniis, quos titulo germanitatis æquastis.

Fratres Consanguinei sunt, qui, ut supra sub hac voce dictum est, eodem patre nati sunt, licet diversas matres habeant. Ejusmodi *frater* est ex alia matre natus: *l.* 11. D. *de Carbon. Edict.* qui consanguineus dicitur in *l.* 1. D. *de jur. & fact. ignor.*

Fratres & sorores *uterini*, qui ex eadem matre tantum, & eodem utero nati sunt: *l.* 27. *C. de inoff.*

inoff. test. l. pen. ad fin. & l. ult. C. de legit. her. l. 21. C. de excus. tut.

Frater naturalis : *l. 6. C. si quis alteri vel sibi. l. 71. §. 3.* D. *de legat.* 1. Ei opponitur *frater* adoptivus : *l. 3.* D. *und. cogn.*

Aliquando *fratrum* adpellatione & sorores continentur : Lucius & Titia fratres : *l. 38. D. famil. erc. cisc.* Vid. & *l. 35.* D. *de pact.* Proinde quod heredes fratribus rogati essent restituere, etiam ad sorores pertinet, nisi aliud testatorem sensisse probetur, ut ait *l. 93. §. 3. D. de legat.*

Fratres Imperatores : *l. 33. D. de pœn. l. 38. §. 4. 5. 6. D. ad Leg. Jul. de adult.* qui alias *Divi fratres* vocantur, nimirum Marcus & L. Verus, ut supra in voce *Divus* dictum est.

Fratres patrueles, sorores patrueles, id est, qui quæve ex duobus fratribus progenerantur : *l. 1. §. 6. l. 10. §. 15.* D. *de grad. & adfin. §. 1. Inst. de legit. agn. succes. l. pen.* D. *ad SC. Silan. l. 8. C. si quis alt. vel sib. l. 4. C. qui test. fac. l. 2.* C. *de ordin. cognit.* & apud Plaut. *in prolog. Pœnul. v. 59.* & Ambros. *lib. 8. epist. 66.* Immo & patrueles, & adfines, simpliciter dictos esse *fratres* & sorores, exemplis demonstrarunt Jo. Frid. Gronov. *2. obs. 6. p. 252.* & Jo. Perison. *Animadvers. hist. c. 3. p. 105. seq.* Hein.

Sed & socii se invicem *fratres* adpellabant : *l. 63. pr. D. pro soc.* Apulei. *lib.* 10. *metamorph. p. 245.* Petron. *Satyr. c.* 11. & ibi Wouver. *Hein.*

Denique & collegæ, & amici, hac compellatione utebantur. Hinc inferiores judices, superiores *fratres* adpellare prohibebantur : *l. 2.* C. *de offic. div. jud.*

FRATERNITAS quæsita per adoptionem : *l. 7. D. de rit. nupt.*

Societas jus quodammodo *fraternitatis* in se habere dicitur : *l. 63. D. pro soc.* Hinc Quinctilian. Declam. 120. de societate agens : Sacra res est, ait, & quædam *fraternitas* propositionem animorum.

FRATRIA, sodalitium. In Græcis civitatibus frequentissimæ olim tales φρατρίαι, quarum corporati φράτορες ; *l. 4. D. de colleg. & corp.* magistri φρήταρχοι, officia φροντισαὶ, χαλκόλογοι, λογισαὶ, διοικηταί dicebantur. Reines. *ad Inscr. p. 180. & p. 411.* Diu iste mos mansit apud Neapolitanos, etiam postquam Romanis paruerunt. Varro *de ling. lat. lib.* 14. *Fratria* est græcum vocabulum partis hominum, ut Neapoli etiam nunc. Et Strabo *lib. 5. p. 377.* Ἐνταῦθα πλεῖςα ἴχνη τῆς ἑλληνικῆς ἀγωγῆς σώζεται, γυμνασιά τε καὶ ἐφήβια, καὶ φρατρίαι, ἅπαντα. Ἑλληνικὰ ὀνόματα, καίπερ ὄντων Ρωμαίων. Plura ibi Græcæ disciplinæ monimenta supersunt, veluti gymnasia, ephebia, *fratriæ*, græca vocabula, licet ipsi Neapolitani Romani sint. *Hein*

Fratriæ : fratrum inter se sorores adpellantur, auctoribus Festo *lib. 6.* Nonio Marcello *c. ult. de propr. serm.* & Palæmone *in Glossis.* Eas εἰνατέρας vocare *vers. 77. Iliad. Z.* observavit Modestinus *l. 4. §. 6. extr.* D. *de grad. & adfin.* ἀπὸ τοῦ εὐνάζειν, a *concumbendo.* De eodem vocabulo videndus Jul. Pollux *lib. 3. segm. 32.* & Hesychius. Forma admodum variat. Alii Codices habent εἰνάτορες, alii εἰνάτηρες, Eustathius etiam εἰνάτειρες.

FRATRUELIS, ἀδελφιδοῦς, fratris filius, uti vetus Glossarium habet. Sed ignotum veteribus fuisse videtur hoc vocabulum. Paullus enim diserte ait : Illud notandum est, non quemadmodum patris matrisque fratres & sorores patrui, amitæ, avunculi, materteræ dicuntur, ita fratris soro-

sororisque filios filias nomen speciale cognationis habere, sed ita demonstrari, fratris sororisque filios filias. Quod quidem & in aliis accidere, ex posterioribus adparuit: *l.* 10. §. 14. *extr.* D. *de grad. & adfin.* Hein.

FRAUDARE hereditate, pro privare, excludere ab hereditate: *l.* 2. *D. de his quæ in test. del. Fraudare* nemo videtur eos qui sciunt vel consentiunt *l.* 188. D. *de reg. jur.* Nec fraudantur creditores, cum quid non adquiritur a debitoribus, sed cum deminuitur de bonis: *l.* 177. D. *de reg. jur. l. 6. D. quæ in fraud. cred. Fraudat* vectigal qui merces non profitetur, & fraudati vectigalis crimen, *l.* 8. D. *de publican. Fraudare* annonam: *l.* 1. D. *ad Leg. jul. de annon. fraudati* census crimen. *l.* 1. *C. de quæst.*

FRAUDATIONIS caussa latitat, qui hoc animo latitat, ut fraudet creditores: *l.* 50. *D. de pecul.*

FRAUDATOR, qui in fraudem creditorum, & eorum fraudandorum caussa quid fecit gessitque: *l. 9. §. 5. D. de jurejur. l. 6. §. 9. l.* 10. *l.* 14. *l.* 25. *l. ult.* D. *quæ in fraud. cred.* Plane in *l.* 8. *D. depos.* fraudator adpellatur argentarius, qui foro cessit. *Creditorum* fraudator: Cic. *Philip.* 13. *c.* 12. Idemque *pro Flacco c.* 20. *fraudatorum* inficiationem & impudentiam conjungit.

FRAUDATORIUM interdictum, quo in fraudem creditorum gesta revocantur: *l. 67. pr.* §. 1. & 2. D. *ad SC. Trebell. l.* 96. *pr.* D. *de solut. l.* 1. *C. Th. de in integr. rest.* Quo pertinet edictum quod proponitur in *l.* 10. *D. quæ in fraud. credit.*

FRAUDULENTER, & segniter separantur: *l.* 5. *C. de suspect. tut.* Alterum enim ad dolum, alterum ad culpam pertinet.

FRAUDULENTUM consilium, quod quis capit fraudandorum creditorum caussa: *l. 7. D. qui & a quib.*

FRAUDULOSA contrectatio de furto dicitur in §. 1. *Inst. de oblig. quæ ex delict. l.* 1. §. 3. *D. de furt.*

FRAUS, calliditatem & fallaciam significat. Inest enim dolo & *fraus*: *l.* 7. §. 10. *D. de pact.* Ideoque solent dolus & *fraus* conjungi: *l.* 8. §. 6. D. *de liberat. leg. l.* 3. D. *quand. & fact. l.* 3. §. *ult. D. pro soc.* ubi fides bona contraria esse dicitur fraudi & dolo. Et quemadmodum dolus, ita & fraus separatur a culpa, negligentia segnitie, & casu improviso: *l. 63. D. de rei vind. l.* 7. §. 1. *D. de susp. tut. l.* 110. *D. de legat.* 1. *l.* 1. *C. ad Leg. Corn. de sicar.* item a vi ipsa, ut apud Cic. 1. *offic.* 13. *Vi aut fraude* fit injuria. *Fraudem* tamen differre aliquando a dolo, & illam ex re ipsa venire, dolum ex persona ejusque calliditate, ex *l.* 7. §. 10. D. *de pact.* colligit Cujac. *in Papiniano ad l.* 3. §. *ult.* D. *pro soc.* Verum *fraudis* interpretatio in jure civili non ex eventu duntaxat, sed ex consilio quoque desideratur: *l.* 79. *D. de reg. jur.* Et fraus cum effectu accipitur: *l.* 1. *D. de statulib.* Cui rei convenienter: In fraudem creditorum manumittere videtur, qui vel jam eo tempore, quo manumittit, solvendo non est, vel datis libertatibus desiturus est solvendo esse: *l.* 18. *l.* 23. *D.* §. 3. *Inst. qui & a quib. manum. non lic.* & in *fraudem* fisci alienat, qui jam eo crimine damnatus, ex quo publicatio bonorum sequitur, vel futurum prospiciens, ut damnetur, alienat: *l.* 45. *D. de jur. fisc.* Ceterum si capitis reus filium emancipet, ut is heredi-

reditatem adeat, non videtur in fraudem fisci factum, quod adquisitum non est: *l. 26. D. de jur. fisc.* In fraudem fisci adoptio facta videtur, etiam si non in reatu, sed desperatione rerum, per conscientiam, metu imminentis accusationis quis adoptet, in hoc, ut ex bonis, quæ se amissurum cogitat, portio detrahatur: *l. 7.* §. 2. D. *de bon. damnat.*

Fraus legi fit, ubi quod fieri noluit, fieri autem (verbo tenus) non vetuit, id fit: *l. 30. D. de legib.* Et hanc in *fraudem* legis facit, qui salvis verbis legis, sententiam ejus circumvenit: *l. 29.* D. *eod.* Immo: Majorem fraudem excogitasse videtur, qui non tantum legem circumvenire voluit, sed etiam interpretationem legis, quæ circa tacitum fideicommissum habetur.

Fraus quoque ipsa noxa dicitur, & quasi pœnæ quædam præparatio: *l.* 131. D. *de verb. signif.* Quin etiam *fraudem*, ait Ulpianus, veteres pro pœna ponere solebant. Ideoque in edicto Aedilium capitalem *fraudem* admittere, est tale aliquid delinquere, propter quod capitis puniendus sit: *l. 23.* §. 2. *D. de Aedil. edict.* Plaut. Milit. glorios. *Act.* 2. *sc.* 3. Nunc cruribus capitique *fraudem* capitalem creas. Cic. 1. *Orator.* 54. Erat enim Athenis reo damnato, si *fraus* capitalis non esset, quasi pœnæ æstimatio. Et *lib.* 2. *c.* 48. In nefario crimine & capitali *fraude* esse puniendum. Quo genere loquendi & pro Rabirio, perduellionis reo utitur *c.* 9. Livius *lib.* 23. *c.* 14. Qui capitalem fraudem ausi essent: Servius *in lib.* 11. *Aen. ad vers.* 708. Fraudem, ait, veteres poenam vocabant, ab eo, quod præcedit, id quod sequitur. Ut etiam in antiquo cognoscitur jure. Sallust. *in Catilin.* Diem statuit, ante quam sine *fraude* liceret ab armis discedere. Idem Serv. in *lib.* 10. *Aen. v.* 72. in *fraudem* interpretatur *in periculum.* Hinc loquutio: *fraudi* alicui esse id dicitur, quod noxium seu damnosum: *l. 6. C. de pact. int. emt. & vend. l.* 114. §. 4. *D. de legat.* 1. item apud Cic. *philip.* 5. *c.* 14. pro *Muræn. c.* 35. & apud Liv. *lib.* 39. *c.* 14.

Sed & frequens formula: Sine *fraude*, id est, sine pœnæ metu, citra periculum, impune, & vindice nullo. Sine *fraude* sua jure liceat: *l.* 25. *pr.* D. *ad Leg. jul. de adult.* Eam pecuniam sine *fraude* sua capere liceto: *l.* 1. D. *ad leg. falcid.* Livius *lib.* 26. *c.* 12. Ut qui civis Campanus ante certam diem transisset, sine *fraude* esset. Idem *lib.* 35. *c.* 51. Milites pacti, ut sine fraude liceret abire, præsidio excesserunt.

Hi, quos more majorum, sine fraude in jus vocare non licet: *l. 26.* §. 2. *ex quib. causs. maj.* Add. *l.* 8. *D. de accus. l.* 32. D. *de injur.*

FREDIANI, in *l.* 20. *C. Theod. de pagan.* juxta Gothofred. *Comment. in d. l.* erant gestatores, qui oscilla, & versatiles quasdam machinas ferebant, sollemni pompa in honorem Deorum, quasi *feredïani*, veluti ἐν τῷ φέρειν διανένοντες. Quæ conjectura non admodum probabilis videtur Heineccio vocabulum illud in mendo cubare suspicanti.

FREQUENTES dicuntur, qui cuivis obvii sunt, & ad officia exhibenda promti. Sic philosophi, qui se frequentes atque utiles præbent: *l.* 8. §. 4. D. *de vacat. & excus. mun. frequentes* advocati, id est, diligentes: *l.* 9. §. 4. *D. de offic. procons.*

FREQUENTIA adsidua quasi nonnullam præbet infamiam: *l.* 15. §. 22. D. *de injur.*

FRE-

Fretum. Freto modico ab Italia Sicilia dividitur : *l. 99. §. 1. D. de verb. signif.*

Fretus statu generis : *l. 1. C. de ord. cognit.*

Fribusculum pro quo in *l. 32. §. 12. D. de donat. int. vir. & ux. friguſculum* legi malunt Jac. Rævard. *ad l. 34. D. de reg. jur.* Ger. Jo. Vossius *in Etymol. lat.* Alciat. *lib. 4. de verb. signif. extr.* Torrent. *ad Sueton. Aug. c. 66.* & Ducker. *de latin. vet. ictor. p. 403.* dictum *a frigore*, quo ortum ex subitaria quadam ira in amando langorem significant scriptores latini. Vid. Sueton. *in Aug. cap. 66.*

Frivola, pro levis pretii suppellectile : *l. 11. §. 5. D. de pign. act. Ut ad universam pensionem insulæ frivola mea teneretur.* Seneca *lib. 3. Controv.* Ego illos in *frivola* invitavi nostra. Juvenal. *Sat. 3. v. 198. Jam frivola transfert. Ucalegon.* Gloss. Palæmon. & Glossar. utriusque testam. *Fribula*, id est, *frivola*, *vasa fictilia.* Idem Juvenal. *sat. 5. v. 58. Ramanorum omnia Regum frivola.* Ipsam *l. 11. §. 5. D. de pign.* eleganter illustrat Martial. *lib. 12. epigr. 32.* Vide, Vacerra, sarcinas tuas, Quas non retentas pensione pro bima, Portabit uxor. Vid. infra sub art. *paupertas* extr.

Frons, ut Plin. *lib. 11. c. 37.* scribit, *hominis tristitiæ, hilaritatis, clementiæ, severitatis index.* Integræ *frontis* homo : *l. 13. D. de testib.* id est, illæsi pudoris, ac salvæ existimationis homo. Cujacius in *Comment. ad. h. l.* & *lib. 7. obs. c. 13.* id eleganter exponit de eo, cui ob calumniam stigma non inultum sit, ex lege Remmia. Et quamvis legem illam Remmiam ante hæc tempora pridem exolevisse, recte doceat Ev. Otto *in Papiniano c. 7. §. 2.* id tamen non obstat, quo minus ad veterem illum ritum adludere potuerit jurisconsultus. *Hein.*

Frons, pars anterior loci. Frons agri : *l. 56. D. de adquir. rer. dom. l. 39. D. eod. tit.* Et ita *frontem* Caucasi dixit Plin. *lib. 12. c. 7.* & *frontem* Hispaniæ idem *lib. 4. c. 21.* Ceterum quod antiquis monimentis inscribi soleat : *In frontem pedes tot :* hoc significabat in longitudinem tot pedes sepulcrum patere, interprete Acrone ad Horat. *lib. 1. serm. Sat. 8.* ad *vers. 12. Mille pedes in fronte.*

Fructuarius, *fructuaria*, qui quæve usumfructum habet : *l. 58. D. de usufr. l. 1. D. de usufr. legat. l. 5. D. de damn. infect.* & aliis locis.

Aliquando tamen *fructuarius*, quoties de servo dicitur, est is, in quo quis usumfructum habet : *l. 25. l. 37. §. 5. D. de adquir. rer. dom. l. 118. D. de verb. oblig.* & alibi passim.

Fructuarium dicitur, quidquid ad usumfructum pertinet : ut *fructuaria* stipulatio, quæ usufructus nomine interponitur : *l. 4. §. ult. D. de verb. signif.*

Fructus nomen interdum *jus*, interdum corpus, demonstrat: *l. 43. D. de evict.* Ad jus quum refertur, jus utendi fruendi significat. Ususfructus igitur an *fructus* legetur nihil interest. Nam & *fructui* usus inest : *l. 14. §. 1. D. de usu & habit.* Si quis *fructus* annuos fundi leget, perinde est, ac si ususfructus similiter esset legatus : *l. 41. D. de usu & usufr.* Sciendum est tamen, *fructum* quandoque sine usu constitui : *l. 5. §. 1. 2. D. usufr. quemadm. cav. l. 13. §. 3. D. de acceptil. l. 14. in fin. D. de usu & habit.*

Fructus vero nomen, quum ad corpus pertinet, eos proprie, qui ex re ipsa naturaliter enascuntur,

fructus complectitur, ac proinde & ab usuris, & a pensionibus, mercedibus, vecturis jumentorum, naulis navium, ceterisque obventionibus separatur: *l. 29. D. de hered. pet. l. 24. D. de usur. l. 39. §. 1. D. de legat. 1. l. 11. D. de donat.* Hæc enim omnia non fructus esse, sed fructuum vicem obtinere, dicuntur *d. l. 39. & l. 83. pr. D. de legat. 3.* Vectura enim, sicut usura, non natura provenit, sed jure percipitur: *l. 62. D. de rei vind.* Usura pecuniæ, quam percipimus, in *fructu* non est, quia non est ex ipso corpore, sed ex alia caussa est, id est, nova obligatione: *l. 121. D. de verb. signif.* Prædiorum urbanorum pensiones, pro *fructibus* accipiuntur: *l. 36. D. de usur.*

Fructus ergo adpellatio omnem reditum, utilitatem, accessionem, quæ natura hominisve cultura ex re aliqua seu soli, seu mobili, aut se movente, colligitur, redigitur, percipitur significat. Sunt tamen qui fructus significationem exhauriri malunt iis quæ ex rei natura proveniunt, reliquas vero, quæ occasione rei proveniunt, utilitates *caussæ* nomine designant. Vid. Vurffel. *jurispr. defin.* §. 418. & 420. Tametsi interdum latius *fructum* pro omni commodo utilitateque rei accipimus: veluti in eo, quod dicitur, in confessoria *fructus* venire, & nomine fructuum computandum esse, si quid sit, quod intersit agentis, servitute non prohiberi: *l. 4. §. 2. D. si serv. vind.* Hinc si iter vel actum quis petierit, vix est, ut *fructus* ulli possint æstimari, nisi si quis commodum in fructibus numeraret, quod habiturus esset petitor, si statim eo tempore, quo petiisset, ire agere non prohiberetur: *l. 19. §. ult. D. de usur.* Plane usuras pecuniæ *fructum* vocat *l. 88. §. ult. D. ad Leg. falcid.* & mercedes servorum, vecturæque jumentorum *fructus* adpellantur, in *l. 8. §. 1. D. de reb. auct. jud. possid. l. 39. §. 1. D. de legat. 1. l. un. §. 7. C. de rei ux. act. toll.* Sed & *fructus* rei esse dicitur, vel pignori dare licere: *l. ult. D. de usur. l. 72. D. de regul. jur.*

Fructus dupli. Vid. in *duplum.*

Fructus pendentes sunt, qui terra adhuc continentur: *l. 44. D. de rei vind. l. 12. §. 5. l. 27. pr. D. de usufr.* vel, qui terræ & fundo adhuc cohærent, ut loquitur *l. ult. §. 4. D. quæ in fraud. cred.* qui & *stantes* fructus *l. 7. §. 15. D. solut. matrim. l. 26. D. de furt.* His opponuntur *percepti*, qui scilicet jam a solo separati sunt: *§. 36. Inst. de rer. divis.*

Fructuum perceptio. Vid. infra *perceptio.*

Fructus, pro effectu, quem quis intendit. *Fructus* munificentiæ *l. 2. D. de oper. publ.*

FRUGALITAS, *l. 18. D. de Ædil. edict.* modestia & temperantia, quam Senec. *epist. 17.* eleganter esse paupertatem voluntariam, ait, cujus commendationem vide apud eumd. *lib. de tranquill. vitæ. c. 9.*

FRUGES. Eam ICti pro reditu accipiunt, non solum, qui ex frumentis aut leguminibus, verum etiam qui ex vino, silvis cæduis, cretifodinis, lapicidinis, capitur: *l. 77. D. de verb. signif.*

Fruges, in sensu strictiore sunt frumenta & legumina. Hinc Paull. *3. sent. 6. §. 78.* Frugibus legatis, tam legumina, quam hordeum & triticum, continentur. Plin. *lib. 18. c. 7.* Duo sunt prima *frugum* genera, frumenta, ut triticum, & hordeum: & legumina, ut faba, cicer. Idem *lib. 18. c. 20.* Æthiopes non aliam *frugem*, quam millii hordeique, novere. Fallitur ergo Laur. Valla

Valla *Elegant. lib.* 4. *c.* 60. dum fruges hoc tantùm ſtrictione ſignificatu pro iis, quæ ſatione percipiantur intelligit. Latius enim de omni reditu accipi poſſe, vel etymologia oſtendit. Sunt enim *fruges* a *fruendo*. Vid. Donat. *ad Ter. Eun. Act.* 4. *ſc.* 7. *v.* 46. Varro *lib.* 4. *de lingu. lat.* Salmaſ. *ad Solin. p.* 218. *Auct. Defenſ. vet. juriſc.* apud Ducker. *de Latinit. vet. ictor. p.* 312. *ſeq.* Et ita accipi videtur vocabulum *l.* 8. §. 1. *D. de furt.* frugibus ex fundo ſurreptis. *Hein.* Paternam *frugem* gubernare: *l.* 1. *C. Th. de his qui ven. æt.*

Fruges in ſenſu ſtrictiſſimo etiam adpellantur, quæ non arista, ſed ſiliqua, continentur. Ideoque a frumento differunt, cujus adpellatione id, quo ariſta ſe tenet, ſignificatur: *l.* 77. D. *de verb. ſignif.* Et ita *fruges* & frumentum ſeparantur: *l.* 12. §. 1. *D. de uſu & hab.*

FRUGI hominem moderatum & temperantem interpretatur Cic. *Tuſc. Quæſt.* 3. *c.* 8. Unde frugi & temperantem conjungit Terent. *Heaut. Act.* 3. *ſc.* 3. *v.* 19. & frugalitatem Cicero *pro Rege Dejotaro c.* 9. definit eſſe modeſtiam & temperantiam. Verum tamen latius virtutem hanc patere, illo eodem Tuſculanorum loco docet. Donat. in *Eun. Act.* 3. *ſc.* 5. *v.* 60. Frugi es, id eſt, utilis, & neceſſarius, ut fruges humano generi.

Frugi eſt ergo, in quo eſt aliquid, quo fruamur, id eſt, utamur. Hinc bonæ *frugi* ſervi dicebantur, bonis moribus præditi, & minime mali: *l.* 9. §. 1. *D. de ſerv. corrupt.* Tutor bonæ vitæ, vel *frugi*; *l.* 3. §. 3. *D. de admin. & peric. tut.*

FRUGIFERÆ arbores: *l.* 13. §. 4. *D. de uſur.* Plin. *lib.* 17. *c.* 1. & *lib.* 18. *c.* 10.

FRUI plus eſt quam *uti*. Nam *uti* eſt ad uſum & neceſſitatem uti: *Frui* omnem rei fructum commodumque & utilitatem percipere: *l.* 23. D. *commun. divid.* Itaque qui fruitur, non ad uſum modo quotidianum, ſed & ad abuſum, id eſt, ad compendium & quæſtum uti poteſt. Donat. *in Adelph. Act.* 5. *ſc.* 8. ad hæc verba: *Huic demus qui fruatur*: id eſt, qui fructum capiat, non proprietate potiatur. *Fruendum* fundum conducere: *l.* 1. *D. ſi ager vectig.* locum publicum locare: *l.* 1. *D. de loc. publ. fruend.* Feſtus *lib.* 11. Lacus Lucrinus in vectigalibus primus locatur *fruendus* ominis gratia. *Frui* pecunia; *l.* 26. *D. quand. dies leg.* Sed & cum accuſativo hoc verbum conſtrui videmus in *l.* 2. *C. Theod. de veteran.* Ubi: Integra beneficia perfruantur. Item in *l.* 1. *C. Th. de matern. bonis.* Poteſtas & jus fruendi res liberorum ſuorum. Veteres enim verbum *frui*, ſeu ut loquuntur fruiſci accuſandi caſui junxiſſe Nonius Marcellus *c.* 2. *num.* 343. & Gellius *lib.* 3. *c.* 12. teſtantur. Ita Cato apud Gell. *loc. cit.* Si quid eſt quod utar, utor: ſi non eſt, ego ſum, cuique per me uti atque frui licet. Et Nonius: Quod magno opere quæſierunt, id fruiſci non queunt. Symmach. *lib.* 2. *ep.* 22. Frui agrorum ſalubritatem; & in *Auctario ep.* 3. Autumni bona raptim fruamur.

FRUMENTARIA arca: *l.* 1. *D. de muner. & hon.* Vid. ſub voce *arca*. Frumentaria pecunia: *l.* 23. *D. de adminiſtr. rer. ad civ. pertin.* ratio: *l.* 2. §. 2. *D. eod. tit.* teſſera: *l.* 49. *D. de legat.* 2.

Frumentarii negotiatores: *l.* 9. §. 1. *D. de vacat. & excuſ. mun.* Ab his diverſi erant.

Frumentarii, milites in cohortes prætorias urbanaſque deſcripti.

Unde passim occurrunt centuriones, decuriones, & decani frumentariorum. Reines. *Class.* 1. *Inscr.* 15. *p.* 35. Eorum primum erat, frumentum & annonam, e provinciis in urbem advectam, in horrea publica inferre. Postea & in singulis legionibus, & in ipso procinctu eorum cohortes instituebantur, ut annonam & commeatum ex agris & provinciis in horrea militaria, vel inde in castra congererent. Cassiodor. 7. *Variar.* 4. Gruter. *p. DXX.* 8. *p. DXXX.* 7. *p. XXXIII.* 7. Postea & aliis adhibiti sunt ministeriis. Nam quidquid in provinciis, vel in ipsa urbe fiebat, explorabant, principibusque nunciabant, eoque fine cursu publico utebantur, & reos noxiosque perquirebant, & constringebant, & provinciales ad solvenda tributa compellebant. Præter laudatum Reinesium, de iis copiosius egerunt Guid. Panciról. *ad Notit. Imp. or. c.* 20. Casaub. *ad Script. Hist. Aug.* & Claud. Salmas. ad *eosd. p.* 27. *seq. Hein.* Vid. supra *Agentes in rebus.*

FRUMENTATIO: *l.* 12. §. *ult. D. de re milit.*

FRUMENTUM, id esse, quod arista se teneat, recte Gallum definiisse, censet Paullus *l.* 77. D. *de verb. signif.* Hinc ea adpellatione triticum & hordeum contineri docet Plin. *lib.* 18. *c.* 7. Idemque *ejusd. libri c.* 8. alia frumenti genera enumerat.

Frumentum autem viritim publice populo Romano distribuebatur, quod inde publicum adpellatur a Seneca *lib.* 4. *de benef. c.* 28. Frumentum publicum tam fur, quam perjurus, & adulter, accipiunt, & sine delectu morum, quisquis civis est. Idem *lib.* 1. *de brev. vitæ.* Quem tunc animum habuerunt illi, quibus erat mandata frumenti publici cura?

Frumentum æneum. Vid. supra art. *æneum.*

FRUSTRA, supervacuo, non necessario *l.* 1. §. 8. *D. de dot. præleg. l.* 3. *D. quand. dies legat. l.* 31. *D. de evict. l.* 3. §. *ult.* D. *de hered. inst.* & passim.

Frustra aliquando est inaniter, nulliter & sine effectu. Ut *l.* 22. *D. solut. matrim. l.* 1. §. 1. *D. quand. adpell.* & aliis multis locis.

FRUSTRARI, morari, tergiversari, cunctari: *l.* 2. §. 22. D. *de SC. Tertull. l.* 233. *D. de verb. signif. l.* 4. *D. de adpell. recip.* Hirtius *de bell. Alexandr. c.* 71. *Pharnaces lentius agere, diem postulare, longiores pactiones interponere, in summa, frustrari cœpit.* Proinde frustrari dicuntur, qui qualibet tergiversatione ac sollertia efficiunt, ne cum ipsis agi, vel ad exitum controversia deduci possit: *l.* 24. *l.* 25. *D. ex quib. caus. major. l. ult.* D. *de procurat.*

FRUSTRATIO pro mora: *l.* 89. *D. ad Leg. Falcid. l.* 3. §. *ult.* D. *de usur. l.* 37. D. *mand. l.* 5. §. 20. D. *ut in posses. legat.* Sine dolo malo & frustratione: *l.* 9. D. *commun. divid.* Et sic in §. 2. *& seq. Inst. de offic. jud.* id est, ut Theophilus rem exprimit ἄνευ ὑπέρθεσιν.

FRUSTRATOR, qui judicium subterfugit, vel ei deest: *l.* 31. §. 2. *D. de negot. gest. l.* 7. *C. de fruct. & lit. expens.* item qui tergiversationibus exsequutionem rei judicatæ remoratur: *l.* 7. *C. de exsequut. rei jud.*

Frustrator etiam pro moroso debitore: *l. ult.* §. *ult. D. de vi & vi arm.*

FRUSTRATORIA morandi caussa adpellatio: *l.* 4. D. *de usur.*

FUCARE purpuram: *l.* 1. *C. quæ res ven. non poss.* id est, tingere, colorare.

FUCUS: *l. ult.* §. 7. *D. de publican.* Guid. Panciroll. *lib.* 2. *var. c.* 110. ostendit, ibi intelligi

figi colorem spurium, quo vellera in purpuræ similitudinem tingebant, de quo Plin. *lib.* 9. *c.* 38. quam fraudem bafiariam cohiberi animadvertimus *l.* 1. *C. quæ res ven. non poss.* Hein.

Fucus muliebris: *c. fucare de consecr. dist.* 5. Impp. Arcad. & Honor. in *l.* 17. *C. Th. de pœn.* Simulacra, tam ex ære, quam ex marmore seu ex *fucis*, quam ex quacumque materia quæ apta est effingendis: Nazarius, *Panegyr. c.* 12. *Aboleri hic vultus non potest, universorum pectoribus infixus est, nec commendatione ceræ, aut pigmentorum fucis renidet.* Male itaque, qui *ex fusis* reponunt.

FUFIDIUS, jurisconsultus, citatur *l. ult.* D. *de manum. vind. l.* 5. D. *de aur. arg. leg. l.* 23. *D. de reb. auct. jud. possid.* Hujus memoriam primus restituit Jac. Cujac. *lib.* 1. *obs. c.* 9. & *lib.* 2. *c.* 40. cui tamen vix adsentiendum, dum eum libera adhuc republica floruisse, eumdemque esse putat cum L. Fufidio, cujus meminit Cicero *in Bruto c.* 29. & cui M. Scaurum inscripsisse libros 3. de vita sua, refert Plin. *lib.* 33. *c.* 1. Nam in *l.* 5. D. *de aur. arg. leg.* Fufidius noster laudat Atticilinum, cui cum Proculo litterarum commercium fuisse, ex *l.* 18. D. *de pact. dotal.* constat. *Hein.*

FUGA, ut Donat. *in* 2. *Æn.* tradit, properantium iter a veteribus adpellabatur. Hinc *fuga* ejus, qui sub custodia, vel in carcere est: *l.* 13. §. 5. D. *de re milit.* servi, qui a domino aufugit *l.* 7. D. *de Ædil. edict.*

Fuga, pro servo fugitivo. Sic *fugam* vendere dicebatur, qui servos in fuga constitutos vendebant. Quod SCo prohibitum erat. Qui vero absentes servos vendebant, aut etiam fugitivos quærere, & distrahi mandabant: in SCo quasi fugæ venditores non committebant: *l.* 2. §. 1. *&* §. 3. *D. de Leg. Fab. de plag. l.* 6. *C. eod. tit. l.* 3. D. *de contr. emt.*

Fuga pro exsilio: *l.* 4. §. 4. D. *de re milit. l.* 5. *D. interd. & releg.* & apud Cic. *de orat. lib.* 3. *c.* 3. Plane Ovidius *lib.* 1. *trist. Eleg.* 3. & *lib.* 2. *Eleg.* 1. item *lib.* 5. *Eleg.* 13. ut & *lib.* 1. *ex Ponto Eleg.* 5. relegationem suam *fugam* adpellat, eodemque modo Dio *lib.* 45. φυγὴν usurpat. Lata *fuga*, ut omnium locorum interdicatur, præter certum locum: *l.* 5. D. *de interdict. & releg.*

FUGERE judicem, pro detrectare & recusare, apud Liv. *lib.* 9. *c.* 1. Sic & *fugere* judicium idem *lib.* 8. *c.* 33.

FUGITIVARIUS, qui fugitivos servos persequitur & reducit: *l.* 18. D. *de præscr. verb.* Vid. Cujac. 5. *obs.* 8. vel qui dominis indicat, ubi fugitivi celentur, ut *l.* 15. D. *eod. tit.* & *l.* 1. *C. Th. si vag. per mancip.* & apud Varron. *de re rust. lib.* 1. *c.* 14. Flor. *lib.* 3. *c.* 19.

FUGITIVUS servus: *l.* 3. *D. de offic. præt.* Eum Ofilius definiebat eum esse, qui extra domini domum, fugæ caussa, quo se a domino celaret, manserit: Coelius eum, qui ea mente discesserit, ut ne ad dominum rediret: Vivianus fugitivum fere ab animi adfectu intelligendum esse, non utique a fuga: *l.* 17. *pr. &* §. *seq.* D. *de Ædil. edict.* Tryphoninus vero fugitivum esse non eum qui solum consilium fugiendi, a domino susceperit, licet id se facturum jactaverit, sed qui ipso facto fugæ initium mente deduxerit: *l.* 225. D. *de verb. signif.* Vid. & *l.* 43. §. 1. D. *de Ædil. edict.* Fugitivum accipe, & si quis erro sit: *l.* 1. §. 5. D. *de fugit.* De *fugitivis* autem vide *l.* 13. *D. de adquir. poss. l.* 2. *D. de furt. l.* 42.

42. D. *de pecul.* *l.* 11. D. *de reb. cred.* *l.* 20. D. *de solut.* *l.* 22. §. 9. D. *mandat.* *l.* 12. §. 1. D. *de usufr.* *l.* 2. *D. de Leg. Fab. de plagiar.* *l.* 15. *D. de præscr. verb.* Fugitivi ad barbaros transeuntes, deprehensi, pede amputato debilitari jubentur: *l.* 3. *C. de serv. fugit.* ut, qua corporis parte peccassent, eadem & mulctarentur. De quo more puniendi veterum vid. Cujac. 7. *obs.* 13. & Menag. *Amœn. jur. civ. c.* 32.

FULCIMENTUM, fulcrum: *l.* 1. §. 2. D. *de instr. vel instr. leg.*

FULCINIUS, Jurisconsultus, laudatur *l.* 7. *D. quib. ex caus. in possess. eat.* *l.* 29. D. *de don. int. vir. & ux.* *l.* 8. *D. de vi & vi arm.* *l.* 13. D. *de cond. furt.* *l.* 3. §. *ult.* *l.* 6. *D. de act. rer. amot.* Prænomen habuit Prisci. Ejus ætatem vero primus expedivit Guil. Grot. *de vit. ictor. lib.* 2. *c.* 5. §. 5. Post Labeonem eum vixisse, patet ex *l.* 69. §. 2. *D. de legat.* 2. ante Trajanum vero jam scriptis claruisse, ex eo intelligitur, quod Neratius ad Fulcinium notasse legitur *l.* 43. D. *de mort. causs. don.* Immo & ante Proculum floruisse, indicare videtur *l.* 3. §. *ult.* D. *de act. rer. amot.* ut adeo primo sæculo Christiano eum vixisse, satis constet. *Hein.*

FULGOR, pro fulgure, & utrumque pro fulmine, vel κεραυνοβολίῳ in *l.* 1. *C. Theod. de pagan.*

FULLO est, qui polienda, curanda, lavanda vestimenta accipit: *l.* 2. *D. de condict. sin. caus.* De fullonibus eorumque arte & fullonicis officinis pleraque collegit Coler. *Parerg. c.* 14.

FULLONICA: *l.* 3. *D. de aqu. & aqu. pluv.* officina fullonum. Aliquando est ipsa fullonium ars, ut apud Plaut. *Asinar. Act.* 5. *sc.* 2. *v.* 57. Si non didicisti *fullonicam*. *Fullonica* meritoria: *l.* 13. §. *ult. D. de usufr.*

FUNCTIO, tribuitur rei dotali, quamdiu ea maritus fruitur, ad ferenda matrimonii onera. Paull. 1. *Sent.* 1. §. 6.

Functionem res in suo genere recipere, idem Paullus *l.* 2. §. 1. *D. de reb. cred.* scribit, quæ, ut alias idem ipse auctor loquitur, mutua vice funguntur, & tantumdem præstant: *l.* 6. *D. eod. tit.* vel ut alibi dicitur, quæ communi specie continentur, aut, ut Papinianus loquitur in *l.* 51. D. *de legat.* 1. quæ permutationem recipiunt. Nam his rebus, quæ usu consumuntur ac pereunt, quo inter homines communicari possent, ea est tributa natura, ut communi quasi specie contineantur, permutationemque in suo genere recipiant, ac alterius vicem ac potestatem altera omni modo expleat. Hujus vero vocabuli vim ac potestatem operose enucleavit Jac. Gothofr. *dissertatione singulari de functione & æqualitate in mutuo, ad l.* 2. *D. de reb. cred.*

Functio pro tributorum exactione, ceu exponit Palæmon. in glossis. Ac plane in constitutionibus Impp. intributiones, collationes, pensitationesque publicæ functiones vocantur: *l.* 4. *C. de donat.* *l.* 3. *C. de apoch. publ.* *l.* 2. C. *de prætor. & hon. prætur.* Hinc *functiones* tributariæ apud Sidon. Apollinar. *lib.* 7. *epist.* 9.

FUNDUS integrum aliquid est, agrumque cum ædificio & villa significat; *l.* 60. *l.* 211. *D. de verb. signif.* ab eo, quod, quemadmodum Varro *lib.* 4. *de ling. lat.* & Serv. *lib.* 2. *Georg. v.* 468. scribunt, fundat quotannis multa, pecuniæque sit & pecudum fundamentum. Unde Plaut. in *Truculent. Act.* 4. *sc.* 2. *v.* 15. Nunc, ait, is est fundus nobis.

Eu-

Eutychus quoque *lib. 2. de discern. conjugat.* Unde *fundus* nomen, id est, ager derivatur, quod fundit nobis fructus. Festus autem *lib. 6.* hujus adpellationis originem aliunde ducit. Ait enim, agrum inde *fundum* dici, quod planus sit, ad similitudinem fundi vasorum. Dicimus enim scyphi & vasis fundum: *l. 23. §. 2. D. de rei vind. l. 26. §. 1.* D. *de adquir. rer. dom.* Utrumvis probemus, illud ex nostris auctoribus constat, *fundum* duobus constare, *agro & villa*: *l. 81. §. 3. D. de legat. 1. l. 35. D. de usufr. leg. l. 9. D. de servit. l. 17. §. 3.* D. *de Ædil. edict.* Ideoque *villa fundi* pars atque accessio adpellatur: *l. 8.* D. *quib. mod. ususfr. amitt. l. 15. §. ult. D. de instr. vel instr. leg.* Porro vel modicus locus *fundus* dici potest, si eum fundi animo habuerimus. Constitutione enim & destinatione nostra fundi efficiuntur: *l. 60. D. de verb. signif. l. 24. §. pen. D. de legat.* 1.

Fundis autem nomina ex dominorum possessorumque nominibus imposita sunt. Proinde privati juris *fundorum* hæc in libris nostris nomina memorantur. *Fundus* Botrojanus: *l. 13. D. comm. præd.* Cornelianus: *l. 87.* D. *ad Leg. falcid.* Gargilianus: *l. 41. §. 3. D. de legat. 3.* Geronianus: *l. 13. D. comm. præd.* Julianus: *l. 93. §. ult.* D. *de legat. 3.* Mævianus, aut Seianus: *l. 1. D. de reb. dub.* Sempronianus: *l. 34. D. de adquir. possess.* Sosianus: *l. 105. D. de cond. & dem.* Speratianus: *l. 19.* D. *de ann. legat.* Sutrinus: *l. 35. D. de servit. præd. rust.* Titianus; *l. 35. D. de hered. inst.* Aliquando tamen fundis a situ vel conditione nomen hæsit. Sic *Fundus* Albanus, qui principalibus usibus deservit: *l. 39. §. ult.* D. *de legat.* 1. Italicus, seu stipendiarius: *l. 2. C. Theod. de donat.* Tusculanus: *l. 74. 75. §. ult.* D. *de verb. obl.* Sed & aliis variis epithetis distinguuntur *fundi.* Memorantur enim Emphyteuticarii: *l. 1. C. Th. comm. divid.* liberi & servi: *l. 20. D. de adquir. rer. dom.* fiscales: *l. 9. §. ult.* D. *de publican.* patrimoniales: *l. 1. 2. C. Th. de donat. conlat.* patrimonialis juris, atque emphyteutici: *l. 17. C. Th. de extraord. siv. sord.* perpetuarii rei privatæ: *l. 14. C. Th. de tiron.*

FUNERARE mortuos: *l. 14. §. 13. D. de religios.* Funerari: *l. 8. D. de sepulcr. viol. l. ult. D. de aur. arg. leg.*

FUNERARIA actio dicitur, quæ de impensis funeris caussa factis datur: *l. 14. §. 6. l. 16. in fin. l. 21. 31. §. 1. l. 32. D. de religios. l. 17. D. de reb. auct. jud. poss.*

Funerarium privilegium: *l. ult.* D. *de religios.*

FUNERATITIA actio, funeraria: *l. 30. D. de religios.*

FUNESTA familia quæ mortuum luget: *l. 28. §. ult. l. ult.* D. *de stip. serv.* Cic. *lib. 2. de legib. c. 22.* Scribit autem Varro *lib. 4. de ling. lat.* Quamdiu in sepulcrum defuncti gleba adjecta non esset, aut os mortui ad familiam expurgandam exceptum esset, tamdiu funestam mansisse.

FUNESTARE se secundis nuptiis *l. 3. §. 1. C. de secund. nuptiis.* nuptiis incesti conjugii: *l. 6. pr. C. eod. tit.*

Funestari sacra dicebantur, quæ funeribus illatis polluebantur. Paull. 1. *Sent. 21. §. 2.*

FUNGI pignoribus in vicem satisdationis, id est, loco fidejussorum pignora præstare: *l. 7.* D. *de prætor. stipul.*

Fungi, id est, officium suum præstare, dotem, quæ in matrimonium datur, dicit Ulpian. 6. *fragm. §. 11.*

Fungi munere Falcidiæ fideicommiſſum dicitur, quod Falcidiam patitur: *l.* 77. §. 1. D. *de legat.* 2. *Fungi* enim aliquando eſt pati, & apud Lucretium, cui id verbum familiare eſt, *facere* & *fungi* opponuntur: ut *lib.* 1. *de rer. nat. v.* 440. *ſeq.* Præterea (ait) per ſe quodcumque erit, aut faciet quid, Aut aliis fungi debebit, agentibus ipſum: Aut erit, ut poſſint in eo res eſſe gerique. At facere & *fungi* ſine corpore nulla poteſt res. Idem *lib.* 3. *v.* 434. *ſeq.* Corpus enim, magis his vitiis adfine, laborat, E mala multa animus contage *fungitur* ejus. Adde *v.* 815. & *lib.* 5. *v.* 359. Eodem ſignificatu vocem hanc reponendam ſuſpicatur Gronov. *in* Senec. *lib.* 2. *de ira c.* 28. *Utique aliqua fugiendum eſt, domicilium putre ſortitis.* Legendum enim putat *fungendum.* Sed ſi omnino aliter ejus lectio conſtituenda eſt, facilior longe eſt minuſque incommodi habere videtur aliorum emendatio, qui pro *aliqua* ſubſtituunt *aliquo.*

FUNUS ducere: *l.* 14. §. 2. D. *de religioſ. l.* 2. D. *de in jus voc. Funus* autem generalius eſt, quam exequiæ; eſt enim tota pompa tam domeſtica, quam extrinſeca: exequiæ vero tantum in via cum funus procedit. *Funus* quoque proprie dicitur cadaver jam ardens, vel incenſum: exequiæ dum portatur: reliquiæ jam crematum & buſtum: Conditum vero jam ſepultum. *Funerum* ſumtus. Vid. *ſumtus.*

FUR eſt, qui dolo malo rem alienam contrectat. Paull. 2. *Sent.* 32. §. 1. & *Collat. Leg. Moſ. & Rom. tit.* 7. §. 5. Furem non eſſe, qui dicit, (quod in venditionibus ſervorum promitti moris erat,) de animo hominis propoſitoque loquitur. At, qui *furto noxaque* ſolutum dicit, nemini obligatum furti promittit: *l.* 174. *D. de verb. ſignif.* Furem, ait Tryphonius in *l.* 1. §. 34. *D. de vi & vi arm.* ex animi propoſitione ſola dicere qui poſſit etiam eum, qui numquam alienam rem invito domino ſubtraxerit, ſi modo ejus mentio fit, ut occaſione data id commiſſurus fuerit. *Fur* balnearius; *rubr. D. de fur. baln. Collat. Leg. Moſ. & Rom. tit.* 7. §. 4. Catullus *in Epigr.* cujus initium eſt: ô furum optime balneariorum, *prædones lavantium* vocat. Tertull. *Apologet. c.* 44. idemque auctor in libro *de fuga in perſequut. cap.* 13. fures balnearum adpellat. Hos cur ceteris furibus acerbius veteres plecterent, exponit Ariſtoteles in *Problemat. Sect.* 29. Ceterum quidquid de his furibus balneariis dici poterat, id omne plena manu ſevit Jan. Langl. *Otii Semeſtr. lib.* 7. *cap.* 2. Hein.

FURCA, (quod pœnæ ſuppliciique genus antiquitus receptum fuit,) memoratur in *l.* 9. §. 11. *l.* 28. §. 15. *l.* 38. §. 2. D. *de pœn. l.* 6. D. *ad leg. jul. pecul. l.* 3. §. 10. D. *de re milit.* Iſidor. *lib.* 5. *c.* 28. Furcam patibulum dici, eo quod ferat caput, ſuſpenſumque & ſtrangulatum ſtatim exanimet, tradit. Furcam vero illam, quam ſervi pro pœna circumferre cogebantur, belle Plutarchus *in Coriolan. p.* 225. & Dionyſ. Halicarn. *lib.* 7. *p.* 473. depingunt.

FURERE, i. e. furore vexari, vel torqueri: *l.* 3. D. *de rit. nupt.* ubi *furere* & *ſapere* opponuntur. Ideoque *furere deſierit*, & *ſapere cœperit* idem valent: *l.* 10. §. 1. D. *de teſtam. tut.*

FURIA lex teſtamentaria, quæ plus, quam aſſium mille legatum mortis cauſſa prohibet capere, præter exceptas perſonas. Ulpian. *Regul. tit.* 1. §. 2. Quo excep-

ta-

tarum perſonarum numero fuiſſe cognatos manumiſſoris, ait idem Ulpian. *tit.* 28. §. 7.

Vix tamen credibile eſt, legem *Furiam* mille aſſium meminiſſe, quamvis eamdem loquutionem habeat fragmentum ex Varronis *lib.* 3. *de vit. pop. Rom.* apud Calpurn. Piſon. *de contin. vet. poetar.* quod ideo ſuſpectum habet Car. Hann. Fabrot. *ad pr. Inſt. de leg. Falcid.* Procul dubio in lege ſcriptum fuerat *mille æris.* Cujac. 19. *obſ.* 31. Schulting. *juriſpr. antejuſt. p.* 562. Dubium porro eſt an *Furiæ* leges quas Cic. *in Verr.* 1. *c.* 42. memorat, ad noſtram pertineant, quum Attiniis & Fuſiis jungantur. Contra certum eſt, legis noſtræ, ſub nomine *legis C. Furii de teſtamentis* mentionem facere eumdem Cic. *pro Balbo c.* 8.

FURIALES animi*: l.* 12. C. *Th. de epiſc. & cler.*

FURIOSUS a demente, & *furor* a dementia fere ſemper in jure noſtro ſeparantur *: l.* 2. *D. de inoff. teſtam. l.* 27. §. 5. D. *de recept. arb. l.* 6. D. *de curat. furioſ.* §. 3. & §. 4. *Inſt. de curat. l.* 8. §. 1. D. *de tut. dat. l. ult.* §. 1. C. *de adminiſtr. tut.* Et quidem *furioſus* etiam demens & in eo conveniunt, quod neuter ſanæ mentis ſit *: d. l.* 2. D. *de inoff. teſt.* Sed hoc peculiare habent, quod furioſus rabie animi agitetur, ſæpe cum intervallis *:* mente captus cæcitate quieta ſed continua laboret. Huber. *prælect. ad Inſt. Tit. de curat.* §. 7. Furioſorum autem alii continua mentis alienatione omni intellectu carent: *l.* 14. D. *de offic. Præſ.* & hi ſunt, quos *perpetuo furioſos* vocat *l.* 12. §. 2. D. *de judic.* quorum morbus perpetuus eſt *: l.* 22. §. 7. D. *ſol. matr.* Alii intervallis quibuſdam mente ſaniore ſunt, eorumque furor intervallum habere dicitur : *d. l.* 22. §. 7. Cujuſmodi ſunt, quos Ulpianus intermiſſionem habere, Caius intervalla inſaniæ habere, ſcribunt *: l.* 20. §. 4. D. *qui teſt. fac. poſſ.* Caius *Inſt. lib.* 2. *tit.* 2. §. 3. *l.* 6. *C. de curat. furioſ.* Et ita furioſi inducias & dilucida intervalla intelligimus *: l.* 9. *C. qui teſtam. fac. poſſ.* & intermiſſionem in *l.* 2. C. *de contrah. emt.* Furioſus, in conſpectu inumbratæ quietis conſtitutus, memoratur in *l.* 18. §. 1. *D. de adquir. poſſeſ.*

FURIUS Anthianus Ictus, de quo ſupra, art. *Anthianus.*

FURNARIUS, qui furnum curat *: l.* 24. §. 7. *D. de damn. infect.* Furnariam exercere, dixit Suet. *Vitell. c.* 2.

FUROR, a Cic. *Tuſcul. lib.* 3. *c.* 5. definitur mentis ad omnia cæcitas, & majus aliquid quam inſania. Ideoque non eſt in XII. Tabulis ſcriptum : *Si inſanus*, ſed *ſi furioſus.* At dementia, licet ſanitate & integritate mentis careat, mediocritatem tamen officiorum & vitæ cultum communem tuetur. Ratio autem ſi quæratur, cur furioſis tantum, non mente captis, curator Lege decemvirali ſit datus, ſed hi perinde ut mutus & ſurdus, magiſtratui relinquantur? Reſp. opus, eſſe cognitione, an non ipſe qui male ſanus dicitur, qualitercumque ſuis rebus ſufficiat.

FURTIM, i. e. clam. *l.* 31. *D. de obl. & act. l.* 8. *C. Th. de contr. emt.*

FURTIVE ingredi poſſeſſionem : *l.* 6. D. *de adquir. poſſeſ.*

FURTIVUM, quod eſt furto ſubreptum *: l.* 4. *D. pro ſoc. l.* 37. §. 2. *D. de adquir. rer. dom.*

Furtivum eſt etiam clandeſtinum, vel latens. Sic. Furtivi aquarum meatus: *l.* 7. *C. Th. de aquæduct.*

FURTUM, eſt contrectatio fraudulosa rei alienæ, vel uſus ejus, poſſeſſioniſve lucri faciendi cauſ-

caussa facta. Nec enim aliter furtum committitur, quam si contrectatio, & animus atque adfectus furandi interveniat, & contra voluntatem domini res contrectetur. Furtum autem vel a *furvo*, id est, nigro, dictum est, quod clam & obscuro fiat, vel a ferendo, vel a Græco sermone, qui φῶρας fures adpellat: *l.* 1. D. *de furt.* Gell. *lib.* 1. *c.* 18. Serv. *in Georg. lib.* 3. *v.* 407. Non. Marcell. & Palæm. *in Gloss. Fur a furvo*, id est, fusco dictus. Nam noctis utitur tempore. Vid. Menag. *Amœn. jur. c.* 39.

Quamvis vero *furtum* proprie fiat rerum mobilium: veteres tamen, & in re immobili furtum fieri existimabant. Gell. *lib.* 11. *tit.* 18. Plin. *lib.* 2. *c.* 68. Sed, teste Caio, abolita est hæc veterum quorumdam sententia, existimantium, etiam fundi locive furtum fieri, quippe qui loco non moventur. Vid. Gronov. *lib.* 1. *obs. c.* 4. *p.* 42. *seq.* Hein.

Furtorum vero genera sunt sex, *manifesti*, *nec manifesti*, *concepti*, *oblati*, *prohibiti* & non *exhibiti*, quorum verborum explicationem pete ex Justiniano §. 4. *Inst. de oblig. quæ ex delict. l.* 2. *l.* 3. *l.* 5. *l.* 8. *D. de furt.* & Paull. 2. *Sent. tit.* 31. §. 2. Vide suis locis.

Furtum pro re furtiva: *l.* 36. *D. de condict. indeb. l.* 9. §. 6. *D. de pecul.* Immo, ubicumque furti concepti, oblati, prohibiti, & non exhibiti fit mentio, ibi furtum pro re furtiva accipitur.

F U S C I A N U S. Fuscii *Fusciani*, Numidæ Legati, & constitutionis cujusdam Divi Pii ad eum missæ, meminit *l.* 7. D. *de legat. præst. contr. bon. poss.* Num forte sub eo nomine latitat Tuscianus, jurisconsultus, Javoleni auditor, de quo *l.* 2. §. *ult. D. de orig. jur?* Nondum liquet. *Hein.*

F U S C I N A, instrumentum piscatorium, quod instrumento piscatoris legato, deberi observat Paull. 3. *Sent.* 6. §. 66. quum non exprimantur: *l.* 7. §. 1. *D. de instr. vel instr. leg.* Ejusdem instrumenti meminit Cic. 1. *De nat. Deor.* 36. Hein.

F U S I A *Caninia* lex, in inscriptionibus *l.* 37. D. *de condict. & dem. l.* 215. D. *de verb. signif. rubr. & tit. Inst. & C. de leg. fus. canin.* memoratur. Constitutus ea erat modus servorum, qui possent testamento manumitti. Quæ res plane explicatur a Caio 1. *Inst. tit.* 2. *pr.* brevius ab Ulpiano 1. *fragm.* §. 24. Alia etiam hujus Legis capita perstringit Paull. 4. *Sent.* 14. §. 1. *seq.* Meminit & hujus legis Vopiscus, *in vita Taciti Imp. c.* 10. Sublata est ea lex a Justiniano *tit. Inst. & C. de leg. Fusia Cunin. toll.*

F U S I O numi, i. e. numorum fabrica: *l.* 3. *C. Theod. de fals. monet.*

Fusiones alio sensu, in *l.* 27. §. 3. D. *de usufr.* pro functionibus & illationibus publicis accipiuntur. Vet. Glossar. *fusio* ὑλισμὸς, εἰσφορὰ δημοσίων. *Fusiones*, ὑλισμοὶ, συντέλειαι, εἰσφοραί. In *l.* 6. *C. Theod. de indulg. deb.* hæc verba ponuntur: Usque in initium *fusionis* quintæ universa reliqua, quæ tam ad arcam sublimium potestatum, quam ad largitiones pertinent, relaxari præcipimus.

F U S O R E S inter artifices recensentur in notitia subjecta *legi* 1. C. *de excus. artif.*

F U S T I S, bacillus, quo latera tundi solebant. Hinc quod Eutrop. *lib.* 1. *de gest. Rom. c.* 11. Tarquinium Superbum *fustes excogitasse*, scribit, hoc Suidas in verbo Σούπερβος ita effert; μάσιγας ξυλίνους κλοιούς. Isidor. *lib.* 5. *etym. c.* 27. Fustes interpreta-

tatur, *quibus juvenes pro criminibus feriuntur, dictos ab eo, quod præfixi in fossis stent, quos palos rustici vocant.* Ex quibus caussis liber *fustibus* cæditur, ex his servus *flagellis* cædi jubetur: *l.* 10. D. *de pœn.* Fustium enim ictus a *flagellorum*, quæ atrociora verbera, castigatione separatur, leviorque multo est fustium, quam flagellorum, pœna: *d. l.* 10. D. *de pœn. l. ult.* D. *de injur.* Ac fustibus quidem liberi duntaxat, & hi quidem tenuiores subjiciebantur, servi flagellis coercebantur: *l.* 22. §. 2. *D. de pæn.* Sane & *fustes* in armis & telis numerantur: *l.* 54. §. 2. D. *de furt.* Ulpianus in *l.* 3. §. 2. D. *de vi & vi arm.* Arma, inquit, sunt omnia tela, hoc est, & fustes & lapides. Et mox: Plane si & unus vel alter fustem, vel gladium, tenuit. Sic *fustibus repellere*, & fustibus de fundo præcipitem agere dixit Cic. *pro Cæcin.* c. 21. & 4. *Verrin. c.* 43. Hirt. *Bell. Afr. c.* 77. Lapidibus fustibusque equites repulerunt.

Fustibus, id est, baculis ligneis, equos publico cursui destinatos agitari, vetant Impp. in *l.* 1. C. *de curs. publ.*

FUSTUARIUM supplicium, pro fustium ictu Papian. *Resp. tit.* 6. 13. 20. Veteres sine substantivo dixere *fustuarium*: Cic. *Philip.* 3. *c.* 6. Liv. *lib.* 5. *c.* 6. idque supplicium, militare inprimis, in eo constitit, ut reus ad mortem usque fustibus cæderetur. Jac. Nic. Loens. *Miscell. Epiphill.* 1. 19. Lips. *de milit. Rom. lib.* 5. *dial.* 18. Dionys. Voss. *ad Vellei. Patercul. lib.* 2. *Hist. c.* 75. Hein.

G

G. Littera aliquando pro *c* posita. Hinc in Pandectis fere semper *Gaius* pro *Caius* scribitur. Immo in marmoribus legimus egloge, illigi, frugtuosus, & similia Reines. *Class.* 10. *Inscr.* 1. *n.* 181.

GABELLA odiosa est & jussu regis solum imponi potest: non debetur pro mercibus quando vi ventorum navis in aliquem portum impellitur. *Bart. l.* 1. *cod. de naufrag. lib.* 11. neque de animalibus, quæ incursu hostium, aut latronum timore introducuntur etiam de territorio alieno. *l.* 1. §. *si propter.* neque urgente fame. *Felin. in c. significavit. n.* 7. *de jud.* Gabella quoque non debetur pro rebus, quæ pro usu proprio cujuslibet privati vehuntur. *l. Universis c. de Vectigal. & commis.* regulariter jure communi non est solvenda gabella de his quæ pro victu portantur; neque pro sale jure communi est cognita gabella. *Bald. consil.* 241. *lib.* 4. Gabella non debetur neque pœna ab eo, qui simplicitate, vel errore facit. *Marsil. consil.* 77. *n.* 22. Gabella proprie solvitur pro rebus ingredientibus & exeuntibus in numero pondere aut mensura, aut per territorium transeuntibus. *Bertach. de Gabellis in princip. n.* 5. Gabellæ de regalibus sunt, & soli Principi reservatæ. *Card. Tuscus. Conclus.* 82. *verbo regalia.* Gabella non debet esse barbarica, nec excedere tertiam octavæ partis. *Valle consil.* 31. *n.* 44. A Gabellæ solutione excluduntur Episcopi, & clerici pro rebus ad suum usum necessariis: bona ecclesiastica a Gabella immunia sunt. *Abbas. in c. ex literis. n.* 10. *de vita & honest. cleric.* nisi esset imposita pro oneribus ad quæ tenetur ecclesia. *Abbas in c. non minus. de immunit. eccles.* nec qui bona sua vendidit, reservato dominio, donec de pretio satisfaciat. *Bald. in rubrica c. de action. emt. q.* 13. nec Princeps, nec Fiscus, Gabellam sol-

ſolvere tenentur. *l.* 9. §. *fiſcus*. D. *de publican*. Gabellæ non ſolutæ pœna eſt rei amiſſio, at ſi nulla fuit venditio locum non habet. *Bart. in l. fin.* §. *ſin autem ſub conditione. C. commun. de legat.* D. GIRON.

GADES in *l.* 12. §. 1. D. *de legat.* 1. inſula oceani, in capite Boeticæ, ab oſtio freti paſſus LXXV. millia, quemadmodum Plin. *lib.* 4. *c.* 22. ſcribit. Γάδειρα vocat Strabo *lib.* 2. *Geogr. p.* 191. & *lib.* 3. *p.* 206. Stephanus *de urbibus p.* 255. *edit.* Berkel. ſic ἀπὸ τῆς γῆς καὶ δειρά dictam ait. At verius eſt, Punicum eſſe hujus urbis nomen, ceu jam Plin. *lib.* 4. *c.* 22. Solyn. Polihiſt. *c.* 23. & Heſychius in Γαδειρά obſervarunt. Adde Bochart. in Chanaan *lib.* 1. *c.* 34. *p.* 607. *Tom.* 1. *op.* Hein.

GADITANORUM autem mœnia, delubra, agros, Herculem itinerum & laborum terminum eſſe voluiſſe, Cic. *pro Cornel. Balbo c.* 17. ſcribit. Ac plane Strabo *lib.* 3. *p.* 259. quoſdam exiſtimaſſe, ait, Herculis columnas dictas. Unde & Gades terrarum finem vocat Sil. Italicus *lib.* 17. Illic itaque celeberrimum Herculis fanum. Teſtis Pompon. Mela; qui *lib.* 3. *c.* 6. de hac eadem inſula agens, ferre eam ait in altero cornu ejuſdem nominis urbem opulentam: in altero templum Aegyptii Herculis, conditoribus, religione, vetuſtate, opibus illuſtre Tyrii condidere. Sane a Gaditanis Hercules ſumma veneratione colebatur, ac proinde inter Deos, qui heredes inſtitui poterant, Herculem *Gaditanum* ponit Ulpian. *tit.* 22. §. 6.

GAIUS, vel Caius, Juriſconſultus, quem Hadriani temporibus vixiſſe, oſtendit *l.* 7. D. *de reb. dub.* in qua de ſe ipſo hoc ait: *Noſtra quidem ætate Serapias, Alexandrina mulier ad divum Hudrianum perducta.* Perveniſſe tamen ad Antonini Pii tempora aliquando colligitur ex *l.* 42. *D. de don. int. vir. & ux.* Multo diutius, & ſub ipſo Marco Imp. eum floruiſſe Huberus *Digreſſ. lib.* 3. *c.* 17. & *lib.* 1. *c. ult.* ejus *Inſtit.* colligit, ubi mentio fit curæ adoleſcentum, quæ in locum tutelæ ſuccedat. Sed id multo liquidius intelligitur ex *l.* 9. D. *ad SC. Tertull. & Orphit.* itemque ex *l.* 90. D. *de condit. & demonſtr. l.* 96. D. *de legat.* 3. *l.* 63. §. 5. *D. ad SC. Trebell.* unde conſtat, Caium demum poſt Antonini tempora ſcripſiſſe libros fideicommiſſorum: itemque ex *l.* 1. §. 2. *D. de hom. qui ſui vel al. jur.* ejus inſtitutiones poſt Antonini Pii mortem prodiiſſe. Porro tunc demum edidit libros ad legem Jul. & Papiam; *l.* 56. *D. de legat.* 2. libros de legatis: *l.* 73. §. 1. *D. de legat.* 1. denique libros ad edictum provinciale: *l.* 31. D. *de jurejur.* in quibus locis omnibus laudatum Imperatorem *Divum* adpellitat. Quin ad Antonini Caracallæ tempora eum advixiſſe ex *l.* 42. D. *de don. int. vir. & ux.* probatum dedit Franc. Car. Conradi in *Act. Erudit. Lipſ.* 1727. *p.* 59. *ſeq.* quia ibi mentio fit SC. de donationibus inter virum & uxorem: M. Numio Albino, & Fulvio Aemiliano Coſſ. facti anno ab V. C. 959. Nec obſtat ſane temporum ratio, quo minus is, qui anno illo adhuc vixit, puer videre potuerit Hadrianum Imperatorem, ſi ſtatuamus eum octogenario proximum fuiſſe. *Hein.*

Caius autem hic, ut ex indice Pandectis Florentinis præmiſſo, & ex inſcriptionibus legum, quæ in noſtris libris exſtant, patet, ad LL. XII. Tabularum libros 6. ſcripſerat qui in indice Δωδεκα-

χαλέπτῳ βιβλία ἐξ vocantur; ad leges seu ad legem Juliam & Papiam *libros* 15. Ad Edictum Prætoris Urbani, seu urbicum *libros* 10. titulis seu capitibus distinctos, in hunc modium: Ad Edictum prætoris Urbani titulo de prædiatoribus; titulo de publicanis: titulo de liberali caussa: titulo aquæ pluviæ arcendæ: titulo de damno infecto: titulo de re judicata: titulo de operis novi nunciatione: titulo qui neque sequantur, neque ducantur: titulo de testamentis: titulo de legatis. Item ad Edictum provinciale *libros* 32. Aureorum, seu rerum quotidianarum libros 7. De verborum obligationibus *libros* 3. Regularum *libros* totidem. Fideicommissorum *libros* 2. Præterea libros singulares ad Edictum Aedilium curulium: ad legem Gliciam: ad SC. Tertullianum: ad SC. Orphitianum de casibus: de tacitis fideicommissis: dotalitiorum: ad formulam hypothecariam seu de formula hypothecaria. Ex hujus potissimum Gaii commentariis tam *Institutionem* quam *rerum quotidianarum* Institutiones compositas, profitetur ipsemet Justinianus §. 6. *proœm. Inst.*

Ibi Justinianus eum vocat Caium *suum* æque ac §. 5. *Inst. de publ. judic. & Constit. omnem reipublicæ* §. 1. *ad antecess.* Ex eo vero elogio quam male nonnulli colligant, eum vel sub Justiniano floruisse, vel Christianam fidem professum, aut certe ejusdem cum Imperatore nationis fuisse, ostenderunt Menag. *Amoenit. jur.* c. 43. p. 437. & Ev. Otto *præfat. Tom.* 1. *Thesaur. jur.* Hein.

Gaium Seium inter κοινὰ ὀνόματα, quibus Icti in exemplis utuntur, ponit Plutarchus ἐν αἰτίοις, seu *quæst. Rom.* 28. p. 271. Ita: Ut *Gaius Seius*: ita *Gaia Seia*, *l.* 63. §. 1. D. *de evict.*

Gaius Julius Cæsar, vid. supra sub *Cæsar.*

Gaius Juventius, Ictus, e Q. Mucii auditoribus unus: *l.* 2. §. 42. D. *de orig. jur.* De eo altum ubique silentium nisi eum eumdem suspicari velimus cum T. Juventio, quem nimis quidem lentum in dicendo, & pæne frigidum, sed & callidum, & in capiendo adversario versutum, & præterea nec indoctum, & magna cum juris civilis intelligentia, laudat Cicero *in Brut.* c. 48. Hein.

GALATIA: *l.* 35. §. 1. *D. de legat.* 3. regio minoris Asiæ, quæ agros majori ex parte Phrygiæ tenet, caputque ejus quondam Gordium, ut ait Plin. *lib.* 5. *c. ult.* Stephan. *de urbib. p.* 259. Γαλάται πρὸς νότον τοῖς Παφλαγόσιν, ἀπὸ τῶν ἐν τῇ Κελτικῇ Γαλατῶν, οἱ πλανηθέντες πολὺν χρόνον, καὶ καταλαβόντες τὴν χώραν οὕτως ὠνόμασαν. *Galatæ.* Paphlagonibus sunt ad austrum, sic dicti a Gallis Celticis, qui diutissime vagati, postquam hanc regionem occupassent, eam sic adpellarent. D. Hieronym. in *proem. lib.* 2. *Commentar. ad Epist. ad Galat.* & Lactantii tertio ad Probum volumine hæc verba adducit: Galli antiquitus a candore corporis *Galatæ* nuncupabantur, & Sibylla sic eos adpellat. Quod significare voluit poeta, quum ait: *Tum lactea colla Auro innectuntur*, quum posset dicere *candida.* Hinc utique Galatia provincia, in quam Galli, aliquando venientes cum Græcis se miscuere: Unde primum ea regio Gallogræcia, post Galatia nominata est: Hæc Hieronymus. Quomodo autem Galli, qui duce Brenno in Græciam se effuderunt, eam tandem Asiæ partem occupaverint, docet Liv. *lib.* 37. *c.* 18. & Justin. *lib.* 25. *c.* 1. & 2. ubi tantus terror Gallici nomi-

minis & armorum invicta felicitas erat, ut aliter neque majestatem suam tutam, neque amissum recuperare se posse sine Gallica virtute, arbitrarentur. Itaque in auxilium a Bithyniæ rege invocati, regnum cum eo, parta victoria, diviserunt, eamque, regionem Gallogræciam cognominarunt.

GALBANUM, vel, ut in Pandectis scribitur, *chalbane* in Amomo, Syriæ monte, ex ferula resinæ modo stillat, de quo Plin. *lib.* 20. *c.* 25. Isidor. *Etym. lib.* 17. *c.* 9. Galbanum, inquit, genus est pigmenti albi, crescens in monte Amomo Syriæ: alias succus est ferulæ. De eo plura Salmas. *Exercit. Plin. p.* 1049. *seq. Tom.* 2. Hein.

GALEA: *l.* 14. §. 1. D. *de re milit.* Varro *lib.* 4. *de ling. lat.* dictam tradit a galero quo usi antiqui.

GALLI res extra dotem peculium adpellant: *l.* 9. *D. de jur. dot.* Galli Lugdunenses: *l. ult.* D. *de cens.*

GALLICANA lingua: *l.* 11. *D. de legat.* 3. Ad eamdem gallicanam linguam pertinet *l.* 9. D. *de jur. dot.* ad quam legem illustrandam plura attulit Menag. *Amoen. jur. c.* 3. *p.* 7. *seq.* ubi ostendit, eam non de Gallis Transalpinis, sed Cisalpinis, qui lingua latina, sed non admodum pura, utebantur, intelligendum esse *Hein.*

GALLINARUM non est fera, natura: idque exinde possumus intelligere, quod aliæ sunt gallinæ, quas feras adpellamus: *l.* 5. §. 6. *D. de adquir. rer. dom.* Et illas *cohortales & rusticas* Varro *lib.* 3. *de re rust. c.* 9. & Columella *lib.* 8. *c.* 2. vocant.

GALLUS Aelius, *l.* 19. D. *de usur.* Aelius a Cicerone adpellatur *Topic. c.* 2. in locupletis definitione. Ex ipso *Aelii Galli* libro de verborum, quæ ad jus civile pertinent, significatione, locus unicus in Pandectas relatus est, puta *l.* 157. D. *de verb. signif.* Vixit tempore Varronis & Ciceronis, teste Gellio *lib.* 10. *c.* 22. *Hein.* Vid. supra art. *Aelius.*

Gallus C. Aquillius, Jurisconsultus, Gallus vocatur, in *l.* 6. §. 2. D. *si serv. vind. l.* 27. *l.* 127. *D. de legat.* 1. *l.* 7. §. 4. *D. quod vi aut cl. l.* 29. *D. de lib. & postum. l.* 32. §. *D. de aur. arg. leg. l.* 77. *D. de verb. signif.* At apud Cic. *Topic. c.* 7. & *in Bruto c.* 42. C. Aquillius *Gallus.* Præcipuæ auctoritatis fuit inter Q. Mucii auditores, quem & maximæ auctoritatis apud populum fuisse, Servius dicit, *l.* 2. §. 42. *D. de origin. jur.* Ac plane Q. Mucio adjungitur, in *l.* 29. §. 1. D. *de legat.* 3. & *l.* 39. D. *de statulib.* idemque C. Aquillii nomine intelligendus est in oratione *pro P. Quinctio c.* 1. 2. 15. & passim, *pro Cluent. c.* 53. & pro *Cæcin. c.* 17. ubi & adfuisse eum sibi in caussa Cæcinæ, ait, & elogio ornat. Eum etiam *collegam*, (præturam enim una cum eo gesserat,) & *familiarem suum* idem Cicero 3. *offic.* 14. & *in Topic. c.* 7. adpellat. Hic, postumos nepotes institui posse, induxit ea formula, quæ traditur in *l.* 29. *D. de lib. & postum.* cujus meminit *l.* 33. §. *ult.* D. *de hered. inst.* Hujus inventum est Aquiliana stipulatio, de qua supra diximus art. *Aquilliana.* Sed & formulam de dolo malo prodidit. Testis est Cic. *lib.* 3. *offic. c.* 14. de *natur. Deor. lib.* 3. *c.* 30. ubi eam *everriculum malitiarum omnium* vocat. Huic etiam Cicero *fluctus*, itemque *Servianum doli* definitionem adscribit. Ac plane ab hoc Servium Sulpicium maxime instructum fuisse, tradit Pomponius, *l.* 2. §. 42. D. *de orig. jur.*

Sed

Sed hujus incomparabilis Jurisconsulti vitam, studia, fata, & merita Heineccius singulari oratione, postea in syllogen opusculorum relata, fusius descripsit.

GARGILIANUS fundus: *l.* 41. §. 3. *D. de legat.* 3. Vid. sub art. *Fundus*.

GARUM Ulpianus adnumerat iis, in quibus esse solemus: *l.* 3. *D. de pen. leg.* Quo nomine significatur liquamen, seu salsamentum, ex liquore sanieque piscium, quos socios vocatos, ideo quod junctim sociatimque eorum sale maceratorum liquamen misceretur quidam existimant. Alii vero, in quibus sunt Georg. Merula & Corn. Vitellius, *garo* sociorum cognomen alia de caussa impositum censent. Tertiam etiam opinionem Cornarius & Gorræus induxerunt. Ut ut sit, constat *garum sociorum* a veteribus adpellatum. Seneca *Epist.* 96. Quid illud sociorum *garum*, pretiosum malorum piscium saniem, non credis urere salsa tabe præcordia? Plin. *lib.* 9. *c.* 17. M. Apicius, ad omnes luxus ingenium mirus, in sociorum *garo*, (nam ea quoque res cognomen invenit,) necari eos præcellens putavit, atque e jecore eorum alecem excogitare provocavit. Auson. *Epist.* 21. *ad Paullinum*: Scis autem, me id nomen muriæ, quod in usu vulgi est, nec solere, nec posse dicere, quum scientissimi veterum, & Græca vocabula fastidientes, Latinum in *gari* adpellatione non habeam. Sed quocumque nomine loquar, liquor iste *sociorum* vocatur. Originem autem adpellationis *gari* prodidit Plin. *lib.* 31. *c.* 7. simulque testimonium illius epitheti *sociorum*, quod ei postea, invalescente luxuria, accessit, perhibet, his verbis: Aliud etiamnum liquoris exquisiti genus, quod *Garon* vocavere, intestinis piscium, ceterisque, quæ abjicienda essent, sale maceratis, ut sit illa putrescentium sanies. Hoc olim conficiebatur ex pisce, quem Græci *garan* vocabant, capite ejus usto suffitu extrahi secundas morantes. Nunc e scombro pisce laudatissimum in Carthaginis Spartariæ cetariis. *Sociorum* id adpellatur, singulis millibus numum permutantibus congios pæne binos. Nec liquor ullus pæne, præter unguenta, majore in pretio esse coepit. Hæc Plinius: Ac plane laudatissimum ex scombris *garum* parabatur. Strabo *lib.* 3. *p.* 239. de insula cui Scombria nomen est, eam ita vocat a piscatura, *scombrorum*, ex quibus *garum* confici ait. Vid. & Athenæi *Deipnosoph. lib.* 3. *c.* 34. Muriam etiam *scombri* muriæ, ex thynno factæ, prælatam, Martial. *lib.* 13. *epigr.* 103. indicat. Horat. *lib.* 2. *serm. sat.* 8. *His mistum jus est olei, quo prima Venafri Pressit cella garon de succis piscis Iberi.* Nec ex scombris modo, aut thynnis, verum etiam ex lacertis, alece, apua, aliisque pisciculis *garum* confectum, Plinius & alii docent. *Gari* autem conficiendi rationes traduntur a Constantino *lib.* 20. *Geoponic. c. ult.* Dioscorid. *lib.* 2. *c.* 34. garum ex salsis piscibus carnibusque præparatum ait. Suidæ γάρος nihil aliud est, quam σηπεδὸν, id est, ut Hesychius interpretatur, σῆψις, *sanies.* Sed raro hoc liquamine solo utebantur: immo potius plerumque miscebant alium liquorem, a quo deinde nomen ferebat. Hinc hydrogarum, elæogarum, vel garelæum, oenegarum, oxygarum, prout aqua, oleo, vino, aceto temperabatur. Vid. Hieronym. Mag. *Miscell. lib.* 2. *c.* 9. & Casaubon. *ad script. hist. Aug. p.* 156.

GAUDIUM commune de pascha-

chali: *l.* 8. *C. Th. de indulg. crim.*

GEMMA, a lapillis & margaritis separatur: *l.* 25. §. *ult.* D. *de aur. arg. leg. l.* 1. D. *de adquir. possess. l.* 3. D. *de rer. divis.* & apud Arnob. *lib.* 2. *adv. gent.* Inter quæ verba hæc differentia est, quod *Gemmæ* perlucidæ sint materiæ, veluti smaragdi, chrisoliti, amæthysti, *Lapilli* vero contrariæ superioribus naturæ, ut obsidiani, Veiantani. Margaritæ conchæ sunt, quæ apud rubrum mare crescunt, & coalescunt: *l.* 19. §. *pen.* D. *de aur. arg. leg.* Serv. in 1. Aen. *v.* 659. ad hæc verba: *duplicem gemmam*: Sane, inquit, *multi separarunt gemmas* a *margaritis*, *ut Cicero*: *Nullam gemmam*, *aut margaritam. Et gemmas volunt dici diversi coloris*, *margaritas vero albas*, *vel gemmas integras*, *margaritas pertusas.*

GEMMATI lecti: *l.* 3. §. 3. D. *de suppellect. leg.* id est, gemmis ornati, insigne luxus Romanorum argumentum.

GEMMEA vasa: *l.* 19. §. 20. D. *de aur. arg. leg.*

GENER, proprie est filiæ nostræ vir: *l.* 4. §. 6. D. *de gradib.* ideo dictus, quod ad augendum genus adhibetur. Serv. in 11. *Aen. v.* 472. Sed & sponsus filiæ *generi* adpellatione continetur: *l. 6. D. de gradib. l.* 5. D. *de testib.* Serv. ad illa Virgilii 2. Aen. *v.* 344. *Et gener auxilium Priami. Gener*, *ait*, *dicitur & qui est*, *& qui esse vult*, *ut hic indicat locus*, *sicut & maritus.* Ideoque Servius Sulpicius *generi* adpellationem ex sponsalibus adquiri etiam, dicebat: *l.* 8. *D. de gradib.* Plane in Lege Pompeia de parricidiis, ut pater & mater sponsi sponsæ, socerorum, ita liberorum sponsi, generorum adpellatione continentur: *l.* 4. *D. ad leg. Pomp. de parricid.* At in Edicto de infamia notatis, hæc verba; *Genero mortuo*, de solo filiæ viro accipiuntur: *l.* 1. *l.* 8. D. *de his qui not. infam.* Sponsi enim nullus est luctus: *l.* 9. *D. eod. tit.*

GENERI utique nomine neptis & proneptis, tam ex filio, quam ex filia editarum, ceterarumque mariti continentur: *l.* 136. *D. de verb. signif.* Et hanc in Edicto *de postulando* hujus verbi notionem esse Ulpianus admonet; *l.* 3. *D. de postul.*

GENERUM pro generorum in *l.* 7. D. *de pact. dotal.* male a quopiam accipi monet Heineccius. Verba legis hæc sunt *Optimum est*, *pactum conventum cum utroque generum facere.* quæ omnino plana sunt, & significant generum cum patre & filia pascisci debere.

GENERALITAS. Promiscua generalitate sancimus, id est, generali lege: *l. un. C. Theod. ne in sua causs. quis jud.*

GENIALIS, *e.* id est, conjugalis. Et ita genialis torus: *l.* 30. C. *ad Leg. Jul. de adult.* & apud Virgil. *6. Aen. v.* 603.

GENITALES civitates, id est, originariæ, *l.* 20. *C. Theod. de pagan.*

GENIUS. Eum Sosipater *lib.* 1. explicat τὴν τύχην ἑκάστου, *cujusque fortunam.* Per genium principis jurare; *l.* 13. §. *ult.* D. *de jurejur.* id est, τὴν τύχην ὀμνῦναι, quod in *l.* 2. *C. de reb. cred.* græco dicendi genere *per principis jurare* effertur, ubi *genium* vel *salutem*, suppleri oportet. Vid. Brisson. *De Formul. lib.* 8. *c.* 2. Genium mero venerari Gentiles, *l.* 11. *C. Th. de Paganis*, Persius satyra 2. v. 3. Funde merum Genio... Tibullus *eleg.* 8. *lib.* 1. *v.* 49. Geniumque choreis Concelebra, & multo tempora funde mero. Vid. Censorinum

num *de die natali*, *c.* 3. & Marcianum Capellam *lib.* 2. *Philolog.* Horatius ad Pisones *de Art. Poet. v.* 209. vinoque diurno placari Genios &c. M. Antoninus Imp. *lib.* 5. *de vita* sua : ἐπίτροπον ἑκάστῳ παρίστησι τὸν ἑκάστου δαίμονα καὶ παρέδωκε φυλάσσειν αὐτὸν αὐτῷ. Inspectorem cuilibet imposuit suum genium, & custodiam ipsi ejus valetudinis. Arrianus *in Epist. lib.* 1. *cap.* 14. Consule de Genio etiam Lindenbrogii *notas ad loc. Censorin. citat.* & Barthium *ad Rutilii itinerar. lib.* 1. *v.* 328. qui latissime de Genio exposuit.

GENO, genui, antiquum pro *gigno*. *Genitur*, pro *gignitur* : *l.* 17. §. 1. *D. de legat.* 1. *l.* 13. §. *ult. D. de reb. dub.* Verbum hoc non solum Latinum, sed & translatitium in testamentis fuisse, ostenderunt Scip. Gentil. Parerg. *lib.* 1. *c.* 27. Victor *ad Varron. lib.* 1. *de re rust. c.* 31. Car. Andr. Ducker. *de Latin. vet. jurisc. p.* 416. Hein.

GENS dicitur quasi *genus*, a quo & nomen sibi fecit abstractione litteræ *u*. Differunt tamen inter se, quod stirpem & originem *genus* significat, gens quasi generum & originum quamdam multitudinem. Vel, *Genus* est, undecumque ortus sui initium duxerit : *Gens* est eorum, qui eodem nomine adpellantur. Hinc *gens* & *genus* separantur, in *l.* 1. D. *de probat.*

Gens autem idem aliquando sonat ac *natio*, cum scilicet multitudo hominum communibus solo moribusque maxime continetur. Et eo sensu *gentis* externæ latrunculi memorantur in *l.* 6. D. *de capt. & postlim.* Et ita *Gentium* jus de quo infra sub art. *jus*.

Gens alias est quæ serie personarum a stipite communi per masculini sexus generationes descendentium non una familia contentarum maxime constat. Quo respicit Cornel. Fronto ubi *libro de different. voc.* ait : Natio solum patrium quærit, *Gens* seriem majorum : & Cic. *lib.* 1. *de orat. c.* 39. his verbis : Quum Marcelli ab liberti filio stirpe; Claudii patricii ejusdem nominis, hereditatem *gente* ad se rediisse dicerent. Sic in *l.* 195. §. 2. *D. de verb. signif.* Qui ex eadem domo & gente proditi sunt.

Gentis utique adpellatio latius patet, quam *familiæ*, propterea, quod *ex pluribus familiis gens conficitur*, ut Festus *lib.* 7. scribit, & in plures familias diffunditur, ut adparet ex Sueton. *Neron.* c. 1. C. Julius Cæsar, apud eumdem in *Jul. c.* 5. Cujus gentis est familia nostra. Gentis princeps. Idem *in Tib. c.* 1.

GENTILIS, ait Festus, dicitur & ex eodem genere ortus, & is, qui simili nomine adpellatur, ut ait Cincius : Gentiles mihi sunt, qui meo nomine adpellantur. Caius *libro* 3. *Inst.* ut est *in Collat. Leg. Mos. & Rom. tit. ult.* §. 2. *Si nullus adgnatus sit, eadem Lex XII. Tab. Gentiles ad hereditatem vocat*, ibique Caius, qui *Gentiles* essent, ait se primo Commentariorum exposuisse. Gentiles utique Cicero. *Topic. c.* 6. definit, *qui inter se eodem nomine sunt*, *qui ab ingenuis oriundi sunt*, *quorum majorum nemo servitutem servivit*, *qui non sunt capite deminuti.* De adrogatis, vel in adoptionem datis, utique plana res est. At de emancipatis, quamvis hi etiam sint capite minuti, idem cum Brissonio ex verbis Ciceronis colligere nolim, nisi intelligere velis de eo nomine, quo tamquam gentilitio, sed inferiori, soli continentur hi, qui ex illa familia descendunt, ex qua is fuit emancipatus. Nimirum aliud est *inferius* no-

nomen gentilitium, quod proxime accedit adgnomini, & quo continentur quædam familiæ a communi ſtipite deſcendentes; Aliud ſuperius, quo hæ cum aliis a ſtipite ſuperiori deſcendentes vocantur, quodque remotius diſtat ſingulis adgnominibus quibus ſingulæ omnes familiæ ab invicem ſeparantur. Aliquando *Gentile* nomen ab adoptivo ſeparatur, ut a Suet. *in Neron. c.* 1.

Gentiles pro Ethnicis & paganis: *l.* 46. *C. Theod. de hæret. l.* 20. *ejuſd. C. de pagan.* Papias *in Gloſſ.* Gentiles, qui ſine lege vivunt, & malum crediderunt, dicti, quia ſunt, ut geniti fuerunt, id eſt, ſub peccato, idolis ſervientes, qui græce ethnici vocantur. At quemadmodum Hebræi Gentes adpellabant nationes externas, & Romani quoque *gentiles* ſeparabant a provincialibus iiſque, qui Romani juris non eſſent: Ita apud Chriſtianos ſtatim invaluit, *Gentiles* & ethnicos adpellare eos, qui Divina oracula non agnoſcerent, paganamque ſuperſtitionem ſequerentur.

Gentiles l. un. C. Theod. de nuptia gentil. ubi opponuntur provincialibus, ſunt barbari in numeros relati Romanos, ceu patet ex Ammian. Marcell. *lib.* 14. *c.* 7. & ex *Notitia Imperii*, & in eorum leges recepti: *l.* 62. *C. Th. de adpell.* Similis notio vocabuli eſt in *l.* 1. *C. Th. de terr. limitan. l.* 5. *ejuſd. C. de legat.* Vid. Jac. Gothofr. *Comm. ad. d. l. C. Th. de nupt. gentil.*

GENTILITAS, gentilium inter ſe conjunctio. Varro *lib.* 7. *de ling. lat.* Ut in hominibus quædam ſunt cognationes & Gentilitates, ſic in verbis. Ut enim ab Æmilio homines orti Æmilii ac gentiles: ſic ab Æmilii nomine declinatæ voces in Gentilitate nominantur.

GENUINA functio: *l. ult. C. Theod. de ſuar.* id eſt, functio originaria, cui quis natus eſt, aut cui naſcendi jure tenetur.

Genuinus natalis principis dies: *l.* 11. 17. *C. Th. de proxim. Comit. diſpoſ.* Dies *Genitialii* Capitolino *in vita Pertinacis ſub fin.* ſi modo locus mendo vacat Γενέθλιος, ut eſt in Gloſſis Philoxen. quo in lucem editus. Alius a *natali Imperii.* Eodem ſenſu non ſemel apud Mamertinum *in Genethliaco Maximian. c.* 1. 2. 29. quod hactenus vel non intelligitur, vel corrumpitur, & in *geminis* mutatur. Itaque & locis ille omnibus Juretus *geminum* tuetur, *genuinum* afferit Jac. Gothofredus.

GENUS ſpeciei opponitur *l.* 54. D. *de verb. oblig.* idemque eſt, quod philoſophis ſpecies, quemadmodum hanc juriſconſulti pro individuo accipiunt: *l.* 3. §. 21. *ſeq.* D. *de adquir. poſſeſ.* Hinc: Generi per ſpeciem derogatur: *l.* 80. *D. de reg. jur. l.* 99. §. 5. D. *de legat.* 3. *l.* 41. *D. de pœn.* id eſt, verba ad ſpeciem reſtricta excludunt ceteras ſpecies genere contentas.

Genus pro modo & ratione. Sic quodam genere: *l.* 36. D. *de ſtipul. ſerv.* & aliis locis & apud Quinctilian. *in milite Mariano.*

Genus pro origine. Sic generi poſteriſque datæ immunitates: *l.* 1. §. 1. D. *de jur. immun.*

GEOMETRA: *l.* 22. *D. de excuſ.* Senecæ *Geometres in Epiſt.* 88.

GERERE, facere ſignificat. Inter *geſtum* tamen & *factum* ſubtilis quædam differentia ſtatuitur *l.* 29. *in fin.* D. *de verb. ſignif. l.* 2. D. *de curat. bon. dand.* Ea vero neglecta *geſtum* & factum pro eodem ponimus: *l.* 58. D. *de verb. ſignif.* Et ita latiſſime accipitur in *l.* 2. §. 1. D. *ad municipal.* In Edicto *de minoribus*, *ſeu quod cum minore* 25 *annorum geſtum erit*, Ulpia-

Ulpianus ſic interpretatur, ut *geſtum* accipiatur qualiter qualiter, ſive contractus ſit, ſive quid aliud contigerit, ſive emerit, ſive vendiderit, ſive ſocietatem coierit, ſive ſoluta ei pecunia, & eam perdiderit: *l.* 7. D. *de minor.* ad cujus legis quæſtionem & d. legem 19. pertinuiſſe, inſcriptionum ſimilitudo docet. Sed & hac parte Edicti, *quæ fraudationis cauſſa geſta erunt*, quæcumque in fraudem creditorum fecerit quis, continentur, ſive alienaverit de ſuo, ſive liberationem creditoribus præſtiterit: *l.* 1. *D. quæ in fraud. cred.* geſtaque accipimus non ſolum ea, quæ contrahens geſſerit, verum, etiamſi forte data opera ad judicium non adfuit, vel litem mori paſſus eſt, vel a debitore, ut tempore liberaretur, non petiit, vel uſumfructum, aut ſervitutem, amiſit, & omnino, qui aliquid fecit, ut deſinat habere, quod habet, ad Edictum pertinet: *l.* 3. §. 1. D. *quæ in fraud. credit.* Atque ex his planum fit, verbum *geſſerunt* ad teſtandi jus non pertinere: *l.* 20. *D. de verb. ſignif.*

Gerere interdum ſignificat adminiſtrare. Ut gerere actum: *l.* 6. §. 5. D. *de injuſt. rupt. irrit.* id eſt, actoris officio fungi. *Gerere* adminiſtrationem: *l.* 34. D. *de liberal. cauſſ.* bona: *l.* 23. *D. de pecul. leg.* curam: *l.* 1. §. 6. *D. de poſtul.* duumviratum: *l.* 1. *D. de alb. ſcrib.* honores: *l.* 11. *C. de lib. cauſſ.* magiſtratum: *l.* 1. §. 5. *D. de poſtul.* negotia: *tit. D. de neg. geſt.* officium: *l.* 46. §. 7. *D. de jur. fiſc.* patrimonium: *l.* 6. *C. ad SC. Vellei.* poteſtatem: *l.* 1. D. *de off. præf. præt.* præfecturam: *l.* 41. *D. de excuſ.* provincias: *l.* 2. §. 32. D. *de orig. jur.* rationem: *l.* 13. §. 2. *D. de manumiſſ. teſt.* rem: *l.* 1. *D. de offic. procur. Cæſ.* rempublicam: *l.* 11. *D. de uſur.* tutelam: *l.* 26. *D. de liber. legat. Geſſiſſe* autem videtur tutor omnino, ſi quid pupillare attigit, etiam modicum: *l.* 5. §. 1. D. *de admin. & per. tut.* Geſſiſſe quoque intelligitur, qui per alium tutelam geſſit, quique alii gerendam eam mandavit, nec non, qui ſatis a contutore accepit, rem ſalvam pupillo futuram, eique permiſit adminiſtrationem totius tutelæ: *d. l.* 5. §. 3. D. *eod. tit.*

Gerere pro herede: *l.* 14. §. 8. *D. de religioſ. l.* 2. *pr. D. ſi quis omiſſ. cauſſ. teſt.* quod ut fiat, explicant Juſtinianus §. 7. *Inſt. de hered. qual. & diff.* & Papinianus *l.* 20. D. *de adquir. vel omitt. her.* itemque Ulpian. *Regul. tit.* 22. §. 26. Vid. plura ſub art. *heres*, *& pro herede gerere.*

Gerere, contrahere etiam ſignificat. *Gerere* contractum: *l.* 15. *C. de don. int. vir. & ux.* negotium, id eſt, contrahere: *l.* 2. D. *de oblig. & act. l. un. C. Th. de ſent. paſſ. l.* 11. *D. de auct. & conſ. tut.* invicem: *l.* 17. §. 3. D. *commod.* actu quodam ad comparandam obligationem interpoſito: *l.* 33. D. *de condict. indeb.* principaliter: *l.* 4. *D. de his qui not. infam.* negotium venditionis: *l.* 31. D. *de pact.*

Gerere ſollicitudinem, i. e. exercere: *l.* 5. *C. de codicill. l.* 4. C. *ad SC. Trebell.*

GERITIO, id eſt, geſtio pro herede: *l.* 4. §. 8. *D. de religioſ.* pro quo *geſtio* legere mavult Heinecc. quod vocabulum juriſconſultis fuit familiariſſimum & τεχνικὸν; Illius vero nuſquam alibi vel vola vel veſtigium exſtat.

GERMANIA inferior: *l. ult. D. de cenſ.* trans Rhenum: *l.* 10. *D. de evict.*

GERMANICUS, Druſi Neronis filius ex juniori Antonia, Marci Antonii Triumviri filia a

 Ti-

Tiberio Cæſare patruo adoptatus, fuit; quod ab Auguſto non alia ratione fuerit adoptatus, quam ſi ab eo Germanicus adoptaretur, *ex Tranquillo*. Et Juſtinianus *lib.* 1. *Inſt.* ſic inquit: D. Auguſtus, non antea Tiberium adoptavit, quam is Germanicum adoptaverit, ut protinus adoptione facta incipiat Germanicus Auguſti nepos eſſe. Accurſius tamquam de perſonis ignotis & obſcuris loquens, quemdam nomine Tiberium, & quemdam nomine Germanicum adpellat; qui quaſi non ſit Tiberius, qui ſucceſſit Auguſto in principatu, & Germanicus ille, qui præterquam ingenii monimenta, quæ adhuc erant, & præterquam quod Caium Caligulam genuit, & quod quæſturam per quinquennium adminiſtravit, & quod bis Conſul fuit, quique mortuo Auguſto ab omni exercitu Cæſar ſalutaretur, imperium recuſavit, atque de Germania triumphavit, unde illi cognomentum: quique ad orientem profectus, Armeniæ Regem ſuperavit, Cappadociam in provinciæ formam redegit, atque Antiochiæ obiit, agens ætatis annum 34. Germanici Cæſaris edicta memorantur *in l.* 4. §. 13. *D. de re milit. Germanici* cognomine utitur Juſtinianus *pr. Inſt. procem.* ubi videndi interpretes.

GERMANUS. *Germani* fratres, juxta vetus Gloſſar. ἀδελφοὶ λέγονται, οἱ ἐξ ἑνὸς πατρὸς, καὶ ἐκ μιᾶς μητρὸς γεννηθέντας. Fratres ex uno eodemque patre, eademque matre prognati dicuntur. Alias ἀδελφοὶ ὁμογνήσιοι, vel ἀμφιθαλεῖς. Servius tamen *in Æneid. lib.* 5. *v.* 412. Germanus inquit, eſt ſecundum Varronem in libris de gradibus, de eadem genitrice manans, non, ut multi dicunt, de eodem germine. Secundum quem bene nunc Eurycem, Butæ & Veneris filium, Æneæ dicit eſſe *Germanum*.

Hinc Latinis ſcriptoribus fratres non ſolum uterinos, ſed & adoptivos, aliquando germanos dici, obſervat Rutgers. *Lib.* 1. *Var. Lect. c.* 9. *p.* 41.

GERONTOCOMIUM, domus, in qua ſenes decrepiti aluntur curanturque: *l.* 16. *l.* 18. *C. de SS. Eccleſ.*

GESTA, pro actis judiciariis: *l. ult. C. de re jud. l.* 1. §. 2. *C. de ſuffrag.* & apud Auguſtin. cum *lib.* 3. *contr. Creſcent.* tum *in Breviculo collat. contr. Donatiſt. Geſtorum* teſtificatio: *l.* 1. *C. de ſatiſd.* Vetus Gloſſarium *geſta* reddidit ὑπομνήματα.

GESTARI dicebantur veteres, quum ſuccollantibus ſervis, valetudinis voluptatiſve cauſſa, ſella vehebantur: *l.* 12. §. 1. *D. de uſu & habit. l.* 7. *D. de manum. vind.* Sed & geſtandi cauſſa commodatus equus eſt in §. 6. *Inſt. de oblig. quæ ex delict.*

GESTATIO, quæ fit valetudinis cauſſa, inter arbores non fructiferas, quæ locum patulis diffuſæ ramis inumbrabant. Ulpianus *l.* 13. §. 4. *D. de uſufr.* Si forte, ait, voluptarium fuerit prædium, viridaria, vel *geſtationes*, vel deambulationes, arboribus infructuoſis opacas atque amœnas, habens. Paull. *l.* 16. §. 1. *D. quod vi aut. cl.* Si quis vi aut clam arbores non frugiferas ceciderit, veluti cupreſſos: domino dumtaxat competit interdictum. Sed ſi amœnitas quædam ex his arboribus præſtetur: poteſt dici & fructuarii intereſſe, propter voluptatem & *geſtationem*. Sed & a Plinio *lib.* 2. *epiſt.* 17.

Geſtatio memoratur, quæ buxo, aut roremarino, ubi deficiebat buxus, ambiebatur. De hac geſtatione Plinius *lib.* 27. *c.* 3. Quinque, ait, res maxime communium auxiliorum profeſſus, abſtinentiam cibi, fricationem corporis,

poris, ambulationem, geſtationem. Seneca *de brevit. vit.* Ne illos quidem inter otioſos numeraveris, qui ſella ſe & lectica huc & illuc ferunt, & ad geſtationum ſuarum, quaſi deſerere illas non liceat, horas occurrunt. Idem *Epiſt.* 55. A geſtatione cum maxime venis non minus fatigatus, quam ſi tantum ambulaſſem, quantum ſedi. Labor enim eſt diu ferri, ac neſcio, an eo major, quia contra naturam eſt, quæ pedes dedit, ut per nos ambularemus, oculos, ut per nos videremus. Debilitatem nobis indixere deliciæ. Idem tamen *Epiſt.* 15. ejus geſtationis commoda hæc adfert: Geſtatio & corpus concutit, & ſtudio non officit: poſſis legere, poſſis dictare, poſſis loqui, poſſis audire. Plin. *lib.* 1. *epiſt.* 3. Quid agit illa mollis, & tamen ſolida geſtatio? Add. Pancirol. *Var. Lect. lib.* 1. *c.* 55.

GESTICULARI. Inſtituuntur venatores, aut pyrricharii, aut in aliam quam voluptatem *geſticulandi*, vel aliter ſe movendi gratia, ait Ulpian. *l.* 8. §. 11. D. *de pœn.* loquens de hominibus ad beſtias vel in ludum venatorium damnatis. Nam eo inhumanitatis prolapſi fuerant Romani, ut miſeros hos, ante lanienam purpura auroque veſtitos coronatoſque, pyrrichiam in amphitheatro ſaltare cogerent, variiſque geſticulationibus populum oblectare docerent. Plutarch. *de ſera num. vindict. p.* 554. *Tom.* 2. *op.* ex latina interpretatione; Multos, ait, invenias homines, nihil a puerulis differentes, ſæpe numero, dum maleficos in theatris ſpectant in veſtibus auro prætextis & purpureis pyrrichiam ſaltantes, coronatos, ſtupentibus, homineſque tamquam beatos admirantibus, tantiſper, dum compungi eos, & flagellari, & e pretioſis iſtis veſtibus ignem exire vident. Hæc ille: Aliquando integras fabulas exhibebant miſerrimi, ceu docent epigrammata Martialis de ſpectaculis, ubi arenarios repreſentaſſe obſervabis congreſſum Tauri cum Paſiphaë. *Epigram.* 5. Promethei ſupplicium: *Epigr.* 7. Dædali volatum; *Epigr.* 8. Herculis raptum in cœlum: *Epigr.* 6. Orphea diſcerptum. *Epigr.* 21. En *geſticulationes*, de quibus *d. l.* 8. §. 11. quas ad mimos & pantomimos perperam refert Jac. Durantis Caſel. 1. *Var. c.* 12. Hein.

GESTOR negotiorum: *l. ult.* D. *de re jud. l.* 24. D. *de adpell.* qui citra mandatum alienum negotium ſponte gerit: *l.* 20. *C. de neg. geſt.*

GESTUS tutelæ, pro geſtione: *l.* 5. §. 1. *l.* 23. D. *de adminiſtr. & peric. tut.*

GIBBEROSUS, *l.* 3. *D. de Ædil. edict.* qui gibbo, ſeu gibbere, i. e. tumore quodam carneo laborant. Non. Marcell. *Gibberum* pro exſtanti & eminenti poſitum, cenſet a Varrone *in Eumenidibus*, his verbis: Item tragici prodeunt capite gibbero. Papias: *Gibbus* tumor in dorſo, ſtruma in pectore.

GILDO. Ejus fit mentio *l.* 19. *C. Theod. de pœn.* & apud Claudian. *libro de bello Gildonico*, nec non apud Oroſ. *lib. ult. c.* 36. De quo *Hiſtor. miſcellæ auctor lib.* 13. *c.* 22. *ſeq. Gildo comes Africæ, cognita Theodoſii morte, arbitratus, minimam in parvulis ſpem fore, Africam jure proprio cœpit uſurpare.* Quem poſtea a fratre Maſcezile fugatum, & in Africa ſtrangulatum interiiſſe narrat. Ejus poſſeſſiones ad ærarium devolutas oſtendit *l.* 16. *l.* 9. *C. Th. de bon. proſcript.* Hinc

GILDONIACUM *patrimonium*, id eſt, Gildonis bona in fiſcum redacta, quæ ſub cura pro-

proprii Comitis habita, *Notitia Imp.* teſtatur, qua parte de comite rerum privatarum, cui comes ille ſuberat, agit.

Gladiator: *l.* 3. D. *de lib. & poſtum.* eſt is, ut Quinctilian. *Declam.* 362. definit, *qui in arena, populo ſpectante, pugnavit.* Hujus rei originem & cauſſam tradidit Capitolinus. Gladiatorum ſpectacula ſuſtulit Conſtantinus M. *l. un. C. de gladiat.* Niceph. *lib.* 7. *c.* 46. Plane in *l. ult. D. de jur. immun.* Gladiatores pro gladiorum fabricatoribus accipiendos, quibuſdam placet. *Gladiatorius* ludus de quo vid. infra ſub art. *ludus.*

Gladius. Aliud *gladio*, aliud ſecuri vel telo vel fuſti animadverti legimus in *l.* 8. §. 1. *D. de pœn.*

Ad *gladium* damnari: *l.* 25. §. 3. D. *de adq. vel omitt. her. l. 6.* §. *6. D. de injuſt. rupt. irrit. fact. teſt. l.* 1. *pr.* D. *de Abig.* Paull. *Sent. lib.* 5. *tit.* 17. §. 3. & in *Collat. Leg. Moſ. & Rom. tit.* 11. §. 2. & 6. Jul. Capitolin. *in Macrin. c.* 12. *Servos, qui a dominis fugiſſent, repertos ad gladium ludi deputabat.* Dixerit aliquis, *ad gladium* ergo damnari, & *ad ferrum*, vel *ad ludum gladiatorium*, idem valent: cui ſententiæ adſtipulari videtur Tertullianus *de ſpectacul. c.* 19. *Certe quidem gladiatores innocentes in ludum veniunt, ut publicæ voluptatis hoſtiæ fiant. Etiam qui damnantur in ludum, quale eſt, ut de leviore delicto in homicidas emendatione proficiant.* Verum errorem hunc a mentibus, velut caliginem ab oculis, depellit Ulpianus *lib.* 8. *de offic. proconſ.* ex quo in *Collat. Leg. Moſ. & Rom. tit.* 11. §. 7. verba hæc adferuntur: Reſcriptum D. Hadriani ſic loquitur, quaſi gravior pœna ſit metalli, niſi forte hoc ſenſit D. Hadrianus, gladii pœnam dicendo ludi damnationem. Eſt autem differentia inter eos, qui ad gladium, & qui ad ludum damnantur. Nam ad gladium damnati confeſtim conſumuntur, vel certe intra annum debent conſumi. Hoc enim mandatis continetur. Enim vero, qui in ludum damnantur, non utique conſumuntur, ſed etiam pileati, & rudem accipere poſſunt poſt intervallum. Paullus 5. *Sent.* 17. §. 2. Sane qui ad gladium dantur, intra annum conſumendi ſunt. At ad ludum gladiatorium ſpectat quod dicit Seneca *Epiſt.* 82. & Tertull. *ad Martyr. c.* 5. ad gladium locare, & Lactant. *lib.* 6. *Inſt. Divin. c.* 12. ad gladium homines comparare.

Gladii poteſtas, ab aliis coërcitionibus ſeparatur: *l. 6.* D. *de offic. proconſ.* ex qua detracta eſt *l.* 70. *D. de reg. jur.* Eſt autem jus animadvertendi gladio in facinoroſos homines: *l.* 3. D. *de juriſd.* Et ita *gladii* jus accipe; *l. 6.* §. 8. D. *de offic. præſ.* in *gladii* jus omnes provinciarum rectores habere, ſcribitur, quos tamen deportandi jus non habuiſſe conſtat *l. 6. D. de interd. & releg.* Sulpic. Sever. *de B. Martini vita lib.* 3. *Illa præcipua cura erat, ne tribuni cum jure gladii ad Hiſpanias mitterentur.* In hoc verbo Julianus Imp. ludebat. Nam, ut Rufinus *lib.* 1. *hiſt. Eccleſ. c.* 1. narrat, procurationem provinciarum juriſque dicundi Chriſtianos ſtatui non debere committi, utpote quibus etiam Lex propria gladio uti vetuiſſet.

Glans, Glandem, quæ proprie intelligitur, arbores quinque ferunt, quemadmodum Plinius *lib.* 16. *c.* 6. tradit, videlicet robur, quercus, eſculus, cerrus, ilex, ſuber; quas arbores glandiferas idem vocat, quibus honorem apud Romanos perpetuum

tuum fuiſſe ejuſdem libri *c.* 3. refert. Omnium vero dulciſſima fagi, ut idem ait, ejuſdem libri *c.* 5. Genera ergo *glandis* hæc ſunt, *fagea*, ſicut Plinius loquitur, *querna*, ut idem, ſeu *quernea*, ut Columella *lib.* 1. *c.* 5. *iligna*, ut Horat. *lib.* 2. *Serm. ſat.* 4. & Plin. *ibid.* & *cerrea*, ut idem Plinius.

At in jure noſtro *Glandis* nomen non tantum ex quercu, ilice, fagove intelligimus, ſed ex omnibus arboribus fructuum *l.* 1. *D. de gland. leg. l.* 236. §. *ult. D. de verb. ſignif.* exemplo Græci ſermonis, apud quos omnes arborum fructus ἀκρόδρυα adpellantur, nempe a nomine δρῦς, quod *quercum* ſignificat. Plane ideo glans inter omnes fructus tam diffuſe uſurpata a majoribus eſt, quod ante Cereris immortale beneficium cibus communis fuit. Auſonius: Olim communis pecori cibus atque homini glans: Ante equidem campis quam ſpicea ſuppeteret frux. Tibullus: O valeant fruges, ne ſint modo rure puellæ: Glans alat & priſco more bibantur aquæ. Glans aluit veteres. Ovid. *in Faſt.* Prima Ceres, homine ad meliora alimenta vocato, Mutavit glandes utiliore cibo. Lucretius *lib.* 5. Glandiferas inter curabant corpora quercus. Claudianus in raptu *Proſerpinæ*: Unde datæ populis fruges, & glande relicta Ceſſerit inventis Dodonea quercus ariſtis. Virg. 1. *Georg.* Liber & alma Ceres, veſtro ſi numine tellus Chaoniam pingui glandem mutavit ariſta. Et de Athenienſibus ita ſcribit Juſtin. *lib.* 3. *hiſtor.* Arare quoque & ſerere frumenta glande veſcentibus primi monſtravere.

Non tamen credam ex illis locis colligi debere, vetuſtiſſimis hominibus in uſu fuiſſe glandibus ſolum veſci anguſtiori ſignificatu; ſed promiſcue fructibus arborum frugiferarum, glandium nomine generali comprehenſis, excluſis ſolummodo frugibus, uſos fuiſſe verius eſt, nihilque aliud ex ipſis illis poëtarum verbis intelligitur. Plinius autem nobis tradit *lib.* 16. *c.* 13. cautum fuiſſe, ut colligere glandem in alienum fundum procidentem liceret. Et eo pertinet *d. l.* 236. §. *ult. D. de verb. ſignif.* ut inſcriptio indicat, quod argumento eſt & jam Decemviros glandis nomine quemlibet arborum fructum intellexiſſe. Prætor deinde ſuo edicto præcepit, ut tertio quoque die aliquis glandem, quæ ex fundo ſuo in alterius agrum caderet, legere & auferre poſſet, ceu patet ex *Tit. D. de gland. leg.*

Interdictum de *glande legenda* prohibitorium eſt, & competit ei, cujus ex agro glans, id eſt, fructus cujuſvis arboris, in alienum decidit, ut ei tertio quoque die legere auferreve glandem ſuam liceat: *l.* 1. D. *de gland. leg.*

G L A R E A. Hanc Palæmon in Gloſſ. explicat *lapillos parvos*, *arenæ maris mixtos.* Papiæ Clarea ſunt minutiſſimi lapides, quos aqua fluvialis ſecum trahit. Lapides utique minutos, & glaream, ſeparat Columella *lib.* 2. *c.* 2. In terrenam viam glaream injicere: *l.* 1. §. *ult.* D. *de via publ.*

G L A U C I N A, in unguentis numerantur in *l.* 21. §. 1. D. *de aur. arg. leg.* Confectum oportet ex glaucio herba, quam Plin. *lib.* 20. *c.* 19. Sylveſtrem & erraticam adpellat, & in afflatu maris naſci ſolitam tradit. Niſi forte *Gleucina* potius legendum: Nam Gleucini olei factitii Plin. *lib.* 15. *c.* 7. *&* *lib.* 23. *c.* 4. Dioſcorid. *lib.* 1. *c.* 56. meminere, ejuſque conficiendi rationem Columella *lib.* 12. *c.* 51. demonſtrat. Nomen autem huic unguento

 inde

inde eſt, quod ei γλεῦκος, id eſt, muſtum incoquatur.

GLAUTOTYCHE, ancilla: *l.* 31. §. 1. D. *de legat.* 3.

GLEBA, ſignificat terræ partes. Sic glebæ agri: *l.* 13. D. *de ſervit. præd. ruſt.* Omnes glebas fundi circumambulare: *l.* 3. D. *de adquir. poſſeſſ.*

Gleba & fundum privatum ſignificat: *l.* 7. C. *Theod. de decur. l.* 17. *ejuſd.* C. *de prætor.* Cujuſmodi privatorum poſſeſſionibus glebalis indicta erat collatio, ad quam referenda ſunt hæc verba: Municipem pro gleba propria convenire: *l.* 86. *C. Th. de decurion.* Plane Impp. Theodoſius & Valentinianus Numidis, Mauris, Sitiſatibus, publica clade vexatis, ita ſubvenerunt, ut, detractis ſeptem partibus octavam tam privatæ, quam emphyteuticæ glebæ poſſeſſor adgnoſceret: *Novell. Theod. & Valent. de tribut. fiſcal.* Atque ita accipiendæ ſunt loquutiones: *Glebæ* conlatio: *l. ult. C. Theod. de medic. & profeſſor.* deſcriptio: *l.* 16. *C. Theod. eod. tit.* penſio: *l.* 4. C. *Theod. de indulgent. debit.* poſſeſſio: *l.* 12. *C. Theod. de ann. tribut. Glebam* utique fuiſſe munus patrimoniorum, non perſonarum, definit *l.* 10. *tit.* 2. *lib.* 6. *Cod. Theod.* Eam Syneſius *in Epiſtolis* βῶλον vocat: βῶλος autem, interprete Heſychio, eſt γῆ.

Gleba in *l. ult. C. de præt. lib.* 12. & Senatoria gleba, *l.* 3. *C. Theod. de præd. Senat.* & apud Symmach. *lib.* 4. *Var. c.* 62. eſt aurarius canon, ſeu auraria pro ſenatoriis poſſeſſionibus collatio. Annua enim auri penſitatione, pro modo poſſeſſionum, defungi ſenatores, ſtatuit Conſtantinus, ut auctor eſt Zozimus *lib.* 2. *c.* 39. qui hoc præterea addit, huic functioni nomen *follis* impoſitum. Unde *ſenatorius follis* in *Novell. Marciani de indulgent. reliquor.* Folles utique hoc nomine a Senatoribus, aut, ſi res & cenſus anguſtior illis eſſet, ſeptenos ſolidos illatos, docet *l.* 4. *Tit.* 2. *lib.* 6. *C. Theod.*

GLEBALIS collatio: *l.* 3. *l.* 13. *tit.* 2. *lib.* 6. *C. Th.* Vid. art. ſuperiorem.

GLEBATIO, idem ac glebale onus; *l.* 2. *C. Theod. de aur. coron.*

GLICIA lex, nobis ex inſcriptione *l.* 4. *D. de inoff. teſt.* nota eſt, & ex *indice Piſano*, quo Caium ad hanc legem librum ſingularem ſcripſiſſe, continetur. Quamvis hanc maximi fecerit Cujac. *lib.* 2. *obſ.* 21. quippe ex qua querelam inofficioſi teſtamenti profectam, exiſtimavit: non tamen tam liquida eſt illa inſcriptio *d. l.* 4. ut illa tuto nitaris. Nam in aliis exemplaribus pro Caio legitur *Gallus*, in aliis *Maximus*: & pro *Glicia* lege alii codices habent *Licia*, alii *Leutica*, alii *Lentica*, alii *Falcidia*. Vid. Corn. van Bynkersh. *lib.* 2. *obſ. c.* 12. Dubitare etiam licet an hæc lex, ſi ab aliquo ſive *Glycio*, ſive *Glicio*, nomen tuliſſet, non potius *Gliciana*, quam *Glicia*, dicenda fuiſſet, ut *Gracchana* a *Graccho*, aliæque, quæ non a gentili legiſlatoris nomine, ſed ab ejuſdem cognomine denominantur. Denique ſatis hodie conſtat inter omnes, querelam illam inofficioſi teſtamenti nec ex *Glicia*, nec ex ulla alia lege, ſed ex interpretatione jura conſtituentium promanaſſe. Vid. Bynkersh. 2. *obſ.* 12. Hein.

GLORIOSISSIMI viri titulus tribuitur Triboniano, *l. ult. C. de lib. præterit.* & Thomæ, Quæſtori, in *Conſtit. de nov. cod. faciend.*

GLOS viri ſoror dicitur, a Græco γάλως, *l.* 4. §. 6. *D. de grad. & adfin.* Feſtus *lib.* 6. Vetus Gloſ-

Glossarium: *Glos*, ἡ τῦ ἀνδρὸς ἀδελφὴ, παρὰ Πλαύτῳ. Unde ab Ausonio *in monosyllab.* Polyxena, quæ ad Achillis tumulum mactata est, *Andromachæ glos* adpellatur, quod soror esset Hectoris, cui Andromachi nupserat. Non. Marcell. *Glos*, ait, *adpellatur mariti soror*, *atque eadem fratris uxor*. Unde vetus Glossarium: *Glos*. est femina fratris.

GNOSTICI propter excellentiam scientiæ se ita adpellare voluerunt. Animam, naturam Dei esse dicunt: bonum & malum Deum suis dogmatibus fingunt. *Caus.* 24. *quæst.* 3. *c.* 39. §. 5.

GONATICI saltus fit mentio in *l.* 2. *C. de præd. tam.* quæ verba Cujac. ibi interpretatur cujusdam dominici saltus proprium nomen. Alii legunt *Gomaticii*: alii. *Gunatheticii* vel Agonotheticii de quo supra art. *agonothetæ.* Græci tamen, ut ibidem refert Cujac. habent γονατικῦ.

GRACCHANUM Junium, *libro septimo de potestatibus* citat Ulpianus in *l.* 1. D. *de offic. quæst.* Hic est Junius Grachanus, quem a Gracchi amicitia id cognomen tulisse Plinius *lib.* 33. *c.* 32. scriptum reliquit: Proinde apud Varronem *lib.* 5. *de ling. lat.* ubi est: *Nam primus a Marte*, *secundus*, *ut Fulucius Flaccus scribit*, & Junius Gracchus, a Venere, emendandum crediderim: *Junius Gracchanus. Junii* nomine eumdem intelligendum, existimo, apud Festum & Macrobium. Vide infra *Junius.*

GRADILIS panis: Vid. infra *panis.*

GRADUS. Extra suum gradum moti fines dicuntur, qui loco suo moti sunt: *l. ult.* D. *de termin. mot.* Est autem *gradus* mensuræ genus, pedes duos & semissem continens, ut & Isidorus scribit, & in fragmentis, quæ libris variorum auctorum de limitibus subjecta sunt. At apud Constantinum Harmenopulum *lib.* 2. *tit.* 4. §. 16. Βῆμα traditur habere πήχεις β'. ἤτοι πόδας γ' παλαιςὰς ιβ'. *Gradus*, *seu passus*, *habet cubitos duos*, *pedes tres*, *palmas duodecim.* Videatur de Gradu & Varro *lib.* 8. *de ling. lat.*

Gradus pro loco & ordine. Sic *Gradus* fideicommissi: *l.* 57. §. *ult.* D. *ad SC. Trebell.* heredum institutorum: *l.* 98. D. *de legat.* 3. honorum, dignitatum, munerum; *l.* 3. §. 15. D. *de muner. & honor.* substitutionis: *l.* 87. §. 2. *D. de legat.* 2. itemque successionis prætoriæ, ad quam fecit prætor gradus varios: primum liberorum, secundum legitimorum, tertium cognatorum, deinde viri & uxoris: *l.* 1. §. 1. *D. si tab. test. null. exst. l.* 1. *pr.* D. *quis ord. in bon. possess.*

Gradus etiam dicitur cognationis adgnationis & adfinitatis. Donat. in *Adelph. Act.* 5. *sc.* 8. ad hæc verba: *Est is cognatus proximus.* Bene, inquit, addidit proximus. Nam multi gradus, & veluti rami sunt propinquitatis, in adfinitate, & cognatione dispositi. Vetus Glossarium: *Gradus* βαθμὸς συγγενείας. Gradus autem dicti sunt a similitudine scalarum locorumque proclivium, quos ita ingredimur, ut a proximo ad proximum, id est, in eum, qui quasi ex eo nascitur, transeamus *l. ult.* §. 10. *D. de grad. & adfin. Gradus* generis, apud Paull. *sent. lib.* 2. *tit.* 28. §. 2. *l.* 200. D. *de verb. signif.* Ovid. *lib.* 2. *fast. v.* 622. Postque tot amissos, quidquid de sanguine restat, Adspicere, & generis dinumerare *gradus.*

GRÆCITATIS facundia: *l.* 3. *C. Th. de stud. liberal. urb. Rom.* pro quo Tribonianus male reposuit *gravitatis l. un. C. eod. tit.*

GRAMMATICI inter professores liberalium studiorum ponuntur: *l.* 1. D. *de vacat. & excus. mun. l. 6. C. de profess. & medic.* Sueton. *de illustr. Gramm. c.* 3. Adpellatio Grammaticorum, ait, Græca consuetudine invaluit: sed initio *litterati* vocabantur. Idem ibidem ex Cornel. Nepote subjicit, proprie hoc *litteratorum* nomine vocatos pöetarum interpretes, qui a Græci *Grammatici* nominentur. Unde & Diomedes antiquus Grammaticus *lib.* 2. *de orat. & part. orat. p.* 422. *grammaticam* definit scientiam exercitatam lectionis & expositionis eorum, quæ apud Poetas & scriptores dicuntur. Seneca Epist. 88. *Grammaticus* circa curam sermonis versatur, &, si latius evagari vult, circa historias. Jam ut longissime fines suos proferat, circa carmina. Idemque *Grammaticos custodes latini sermonis epist.* 95. adpellat.

GRAMMATOPHYLACIUM, *l. 9.* §. *6.* D. *de poen.* id est, ubi tabulæ & monimenta rerum actarum reponuntur, quod ibidem & archium vocatur.

GRANARIUM, ait Varro *lib.* 4. *de ling. lat.* ubi frumenta condebant, vel, ut in *l.* 12. *D. de instr. vel instr. leg.* legimus, in quibus fructus custodiuntur. Idem Varro *lib.* 1. *de re rust. c.* 57. *At triticum*, ait, *condi oportet in granaria sublimia.*

Granaria, quæ ex tabulis fieri solent, quorum stipites in terra defossi sunt, vel supra terram sunt: *l.* 18. *D. de act. emt.* Sic & horreum frumentarium mobile, & tabulis ligneis factum, memoratur *l.* 60. *D. de adquir. rer. dom.*

GRANDÆVA senectus *l.* 7. *C. Th. de fil. mil. appar. l.* 83. *ejusd. C. de decurion.*

GRANDIS, *e.* ad ætatem veteres retulerunt, non ad corpus: & in parte ætatis dicitur *grandis*, non in tota vita, nisi si addatur *natu*, inquit Donat. *in Adelph. Act.* 4. *sc.* 5. Sic grandes natu: *l.* 11. *D. de decurion.* & apud Cic. *pro Rosc. c.* 15.

Attamen sæpe *grande* est, quidquid magnum, passim in legibus nostris.

GRANDINIS lapidatio, *l.* 34. *C. de malef. & mathem.*

GRANIUS *Flaccus* Ictus, cujus liber de jure Papiniano citatur *l.* 144. *D. de verb. signif.* Hujus de gente & libris quædam non vulgaria habet Lud. Carrio *Emendat. lib.* 1. *c.* 4. Julio Cæsari fuit σύγχρονος, ceu ex Censorino *de die natal. c.* 3. observavit Ducker. *de Latin. vet. Ictor. p.* 156. Exstat fragmentum ex Commentario in jus Papinianum bene longum apud Macrob. *lib.* 3. *saturn. c.* 2. Scripsit & *indigitamenta* ad Cæsarem, teste Censorino *ibid.* Hein.

GRANUM. Prædia ut instructa sunt, cum grano, vino: *l. 6. D. de instr. vel instrum. leg.* Grani pretium statuere: *l. ult.* §. 1. D. *ad Leg. Jul. de annon.*

GRASSARI dicuntur latrones, vias obsidentes. Gradi siquidem ambulare est, unde tractum *grassari.* Hæc ita Festus *lib.* 7. Occurrit hoc significatu ea vox in *l.* 16. §. *ult. l.* 28. §. 15. D. *de pœn.* Sed & metaphorice expulsi de ecclesiis occulto furore *grassari* dicuntur in *l.* 2. *C. Th. ne sanct. baptism. iter.* Usurpatione quorumdam in publici cursus damna grassantur: *l.* 15. *C. Th. de curs.* Quin & ad illos, qui rem familiarem male curant, hoc vocabulum transfertur. *Grassari* in re familiari: *l.* 6. D. *de susp. tut.* in tutela: *l.* 3. §. 5. D. *eod. tit.*

GRASSATORES, qui prædæ caussa id faciunt: *l.* 28. §. 10. D. *de pœn.*

GRAS-

GRASSATURA. A *grassaturis rixæ* discerni solent: *l.* 16. §. 6. *D. de pœn.*

GRATIA, pro gratificatione, ut vulgo loquimur, seu favore. Sic *gratia* & justitia obtinere separantur. *Gratiæ* vel ambitionis suspicionem subire Prætor non debet: *l.* 24. §. 17. *D. de fideic. libert.* Juven. *Sat.* 13. *v.* 3. *Improba quamvis Gratia fallaci prætoris vicerit urna.*

Gratiam facere, remittere, indulgere. Sic *gratiam* facere decreti: *l.* 1. §. 27. *D. de quæstion.* jurisjurandi: *l.* 6. *l.* 32. *l.* 40. *D. de jurejur.* cum quis necessitate jurandi solvitur. *Gratiam* facere sententiæ: *l.* 4. *C. de sent. pass.* id est, condemnationem abolere.

Bona *Gratia* dissolvi olim matrimonium dicebatur, quod nullius ex conjugibus culpa, & sine animi sui ira & offensa, consensu mutuo, vel justa aliqua & rationabili ex caussa, solvebantur. *l.* 32. §. 10. *D. de don. int. vir. & ux. l.* 14. *D. qui & a quib. manum.* ut eveniebant, cum propter sacerdotium, vel sterilitatem, vel senectutem, aut valetudinem, aut militiam satis commode retineri matrimonium non posset, vel quum marito capto ab hostibus, & quinquennio a tempore captivitatis elapso, mulier ad alias nuptias migraret. His enim ex caussis matrimonium *bona gratia* dissolvi intelligebatur: *l.* 60. 61. 63. D. *de don. int. vir. & ux. l.* 6. D. *de divort.* Vetus glossar. interpretatur ἄνευ μέμψεως, κ̀ αἰτίας ἀλόγυ. *Vid. Novell.* 22. *c.* 4. *Novell.* 140. *præf. Novell.* 98. *c.* 2. §. 2.

Gratia, id est, baptisma: *l.* 1. *C. Theod. ne sanct. baptism. iter. & l.* 5. *eod. tit.* Cyprianus *epist.* 17. *lib.* 3. Audientibus, si qui fuerint periculo præventi, etsi in exitu constituti, vigilantia vestra non desit, implorantibus *divinam gratiam* misericordia Domini non denegetur. Qui locus committendus est cum *l.* 1. C. *Th. de scænic.* Ita etiam *gratia* communionis: *l.* 5. *C. Th. de apostat.* Græcis χάρις sæpe pro baptismo & Eucharistia, apud Cyrillum sæpius hæ loquutiones occurunt: τῆς θείας χάριτος μεταλαμβάνειν, *accipere divinam gratiam*, & προσιέναι πρὸς τὴν ὀυράνιον χάριν, *ad cælestem venire gratiam*, de participatione cœnæ dominicæ: simillime apud Latinos, *venire ad gratiam*: Vid. Optatum *lib.* 5. *c.* 7. Nec minus sæpe de baptismo: χιάρισμα, χάρις: in 4. *Mystagocica* Cyrilli *num.* 8. *p.* 322. *edit. Benedictin.* προσερχεσθαι τῇ χάριτι, est accedere ad baptismum, &c.

GRATIANUS fundus: *l.* 20. §. 7. *D. de instr. vel instrum. leg.*

GRATIFICARI, in cujus gratiam quid facere. Si tibi gratificatus tutor solverit: *l.* 6. §. 1. D. *de reb. auct. jud. possid.*

GRATIOSE, id est, per gratiam: *l.* 7. §. 2. D. *de admin. & peric. tut. Gratiose* expunctæ rationes: *l.* 8. §. 1. *D. de administr. rer. ad civ. pert.*

GRATIOSUS, *a, um*, *Gratiosa* auctio: *l. ult. C. Th. de fid. & jur. hast.* est, in qua multa per conludium fiunt, ut Anianus explicat. *Gratiosa* conhibentia, (conniventia) vel ignobili dissimulatione aliquid admittere: *l.* 11. C. *Th. de extraord. & sordid. mun. Gratiosa* professio ordinis, cui quis se sponte & ultro subjicit: *l.* 117. *C. Th. de Decurion. lib.* 12. *tit.* 1.

Gratiosa beneficiis Augusti colonia: *l.* 1. D. *de censib.* Mater, trino partu fœcunditati publicæ *gratiosa* dicitur, quæ Legis Papiæ

piæ privilegiis fruitur, jusque liberorum habet: *l. 9. C. Th. de bon. proscript.*

GRATULARI, præter notissimam significationem, est gratias agere: *l. 3. C. depos.* Priscian. *lib.* 8. *p.* 804. Afranius in cinerario: Sexte, frater mi, salve, quum salvus advenis, meliusque tibi est, *Gratulor* Diis. Add. Beda *lib. de orthogr.* apud Putsch. *p.* 2336.

GRATUS libertus: *l.* 8. §. 3. D. *de bon. libert.* id est, beneficiorum memor.

GRAVIORES mores, inter virum & uxorem, adulteria tantum censebantur, ut ait Ulpian. 6. *regul.* §. 12. quos & *majores mores* ibidem vocat.

GRAVIS sors in *l.* 13. *C. Th. de senator.* pro opimo, fertili & fœcundo prædio. *Grave*, ait Non. Marcell. *c.* 4. *n.* 218. *foecundum*, frugiferum.

GRAVISCANORUM respublica: *l.* 30. D. *de legation.* Graviscanæ coloniæ mentio etiam fit apud Liv. *lib.* 11. *c.* 29. Servius ad Aeneid. *lib.* 10. *v.* 184. *Et Pyrgi veteres, intempestæque Graviscæ*: Graviscanum oppidum, inquit, alii Tempestum dicunt, ventis & tempestatibus carens, quod nulla potest ratione contingere. Intempestas ergo Graviscas accipiamus pestilentes. Et secundum Plinium in *Natur. hist.* & Catonem *in originib.* ut intempestas intelligas sine temperie, i. e. tranquillitate. Nam, ut ait, Cato, ideo Graviscæ dictæ sunt, quod gravem aerem sustinent.

GRAVITAS tua, titulus honoris: *l. 7. C. ubi causs. fiscal. l. ult. C. si quis ignor. l.* 1. *C. de bon. vac.*

GREGALES nominis Nestorii: *l. 66. C. Th. de hæret.* pro coetu Nestorianorum, eodem sensu quo histrionum consortium factionesque *gregem* vocat Plaut. *in Casinar. prol. v.* 22. *Asinar.* & *Bacchid. prol. extr. Pseudoli prol. v.* 9. quoque idem *gregem* venalium servorum dixit, in *Cistel. Act.* 4. *sc.* 2. *v.* 67.

GREGARII milites, *l. ult. C. de milit. vest.* qui humiles sunt, nec delecti, quales esse solent, qui tumultuarie colliguntur. Dicuntur & gregales, & minores, & extraordinariis. Vide Valtur. *lib.* 8. *de re milit.* Hos autem a Tironibus diversos esse ait Jac. Gothofr. ad *l. 5. C. Th. de milit. vest.* Tironum quippe erat delectus, ceu patet ex *l. 3. C. Th. de Tiron.*

GREMIA, virgulæ tenues, siccæ, aridæque, & ad comburendum aptæ: *l.* 55. §. 4. D. *de legat.* 3. Columella tenuia admodum ligna, a rusticis *græmia* adpellari, tradit *lib.* 12. *c.* 19. Palem. in Glossar. *gremia* exponit siccamina lignorum. Unde

GREMIALES arbores dictas aiunt, in *l.* 7. §. 9. D. *de solut. matrim.* Sed verius est utrumque vocabulum per *c.* scribendum, *cremia* & *cremiales* arbores. Est enim a *cremando*, cremium & cremiale, ceu Salmasius, Hotomannus; & alii observarunt. *Hein.*

GREX inter corpora ponitur, quæ ex distantibus constant, & uni nomini subjecta sunt: *l.* 30. *D. de usurp.* unum corpus est ex distantibus capitibus, sicut ædium unum corpus est ex cohærentibus lapidibus: §. 18. *Inst. de legat.* Est vero grex proprie minorum pecudum, ut ovium, caprarum, suum. Proinde ab armento *grex* separatur: *l.* 1. §. *ult. D. de rei vind. l.* 68. 70. §. 3. *D. de usufr.* Quamquam equorum *greges* dixit Cic. 3. *Verr.* 12. Quin & bovem in grege ponere videtur Pomponius *l.* 22. D. *de legat.* 1. Ceterum

rum quidem decem oves *gregem* esse putaverunt: *l. ult.* D. *de abig.* Immo *Grex* desinit esse, si ad unum pecus reciderit: *l. 7. D. de legat.* 1. Et ita accipe quod ait Pompon. in *l. ult.* D. *quib. mod. usufr. amitt.* Si gregis numerus eo usque pervenit, ut grex non intelligatur.

Sæpe tamen *Grex* de quacumque multitudine, sive brutorum animalium, sive hominum, quæ in unum collecta est, accipitur. Sic *grex anatum* apud Varron. *lib.* 3. *de re rust. c.* 11. *ancillarum*, apud Terent. *Heautont. Act.* 2. *sc.* 3. *anserum* apud Varron. *ibid. c.* 10. *avium*, apud Hor. *lib.* 1. *epist.* 3. *v.* 19. *Grex* Donatistarum: *l.* 54. *C. Th. de hæret.* hæreticorum: *l.* 16. *C. Theod. eod. tit.* Vid. supra art. *gregales.*

GUBERNACULA navis: *l.* 44. *D. de evict.* quibus navis contorquetur, quò gubernatori libet, ut loquitur Lucret. *lib.* 4. Unde clavum & gubernacula conjungit Cic. pro *Sext. c.* 9. Clavum autem vocari fustim gubernaculi, Serv. in *lib.* 5. *Aen. v.* 176. tradit, ad ea verba: *Clavumque ad littora torquet.* Unde & puppim clavo parere, Claudianus ait *lib.* 1. *in Eutrop.* Ceterum in plurativo numero gubernaculorum mentionem faciunt veteres, quod eorum naves plura haberent gubernacula, ceu patet ex *l.* 3. §. 8. *D. de incend. ruin. naufr.* & Tacit. *Annal. lib.* 14. *c.* 5. Vid. Bynkersh. 4. *obs.* 17. Cujusmodi gubernacula esse etiam ζευκτηρίας apud Lucam, Act. Apost. *c.* 27. *v.* 40. existimat Ev. Otto *de tutel. viar. lib.* 3. *c.* 9. *p.* 547.

GUBERNATOR navis, *l.* 13. §. 2. D. *locat.* is est, qui sedens in puppi clavum tenet, ac gubernacula tractat, & a quo navis regitur. Varro *lib.* 8. *de ling. lat. Gubernatori unusquisque obtemperare debet in navi. Gubernium* vocatum esse ab antiquis, scribit Gell. *lib.* 16. *c.* 7. Præsidem vocat Statius *lib.* 10. *Thebaid.* his verbis: *Non secus, amisso medium quum præside puppis Fregit iter, subit ad vidui moderamina clavi.* rectorem navigii Seneca *epist.* 85.

GUIDAGIUM: *c.* 26. *de verb. signif.* hoc verbo Latinitatis medii ævi significatur, protectio itineris, &, ut vulgo loquimur salvus conductus.

GUTTUROSUS, *l.* 12. §. 1. *D. de Aedil. edict.* dicitur, qui amplum & modum excedens, seu in anteriorem protuberans guttur habet. De hac voce sunt, qui dubitant, an satis latina sit. Sed vide tu Bynkersh. 1. *obs.* 25. & Ducker. de Latin. vet. Ictor. *p.* 410. *Hein.*

GYMNICUS agon: *l.* 1. *C. de spectac.* certamen quod a nudis exercebatur.

CYNÆCIARII: *l.* 3. C. *de murileg. & gynæc. l. ult. C. de milit. vest.* id est, gynæciis seu textrinis imperialium vestium adscripti, vel opifices vestis Imperialis contexendæ, ut loquitur *l.* 6. C. *Theod. de murileg.* Gynæciariorum corpus: *l.* 16. *C. Th. eod. tit.*

GYNÆCIUM, vel, ut in Codice Theodosiano scribitur, *Gynaicæum*, significat textrinam, ad vestes principales conficiendas constitutam: *l.* 5. C. *ad leg. jul. repetund. l.* 2. *l.* 5. *C. de murileg. & gynæc.* Nam quod in *d. l.* 5. dicitur Gynæcii, hoc in lege sequente dicitur *textrini*: Hinc & regiis textrinis præpositos adpellat Jul. Firm. Matern. *lib.* 3. *mathem. c.* 7. qui gynæciis præerant. Paullus Diaconus *Langeb. lib.* 2. *c.* 5. de Sophia & Narse, Eunucho: *Cui illa inter cetera, quod eunuchus erat hoc fertur*

tur mandasse, ut cum puellis in gynæcio lanarum pensa divideret. Sic enim hæc verba relata sunt ab Aimonio Monacho *lib. 3. de gest. franc. c.* 10. Habebant porro Imperatores Cynæciorum suorum usibus deservientia utriusque sexus mancipia, ut adparet ex *l. 2. C. Theod. de murileg.* in qua est *mancipium gynæcii.* De ancillis vero gynæciariis est *l. 6. C. Th. de judæis.* Ideoque ingenuæ mulieres, quæ se gynæciariis junxissent, si conventæ denunciatione sollemni, splendorem generis contubernii utilitati præferre nollent, maritorum conditione teneri, constitutum est ab Imperatoribus, in *l. 3. C. de murileg.* Atque hæ sunt *Gynæcii* familiæ *l. 5. C. eod. tit.* De his ex instituto egit Barth. Barient. *Adnot. silv. c.* 15.

GYNÆCII procuratores: *l. 2. C. de muril. & gynæciar.* qui procuratores textrinorum vocantur, in *l.* 14. C. *eod. tit.* & procuratores gynæciarium: *l.* 3. C. *Th. de indulg. dub.* corrupte *Cynegiorum* procuratores in *Notitia Imp. Rom.* sub dispositione comitis sacrarum largitionum, cui Comes vestiarii suberat, ponuntur, ut & in capite, quo de comite rerum privatarum agit, ubi simili modo *Cynegiorum procuratores* recensentur. *Vestium* enim, non item *canum*, curam ad eorum comitum officia pertinuisse, constat. Emendandum ergo illis locis: *procuratores Gynæciorum.* Quibus illic recte atque ordine adjunguntur *procuratores linificii*, & *baphiorum*, sicut corpus *gynæciariorum*, & *linteariorum*, seu *linifariorum* sociatur in *l.* 13. C. *de murileg.* Nam & linteæ vestis textrina habuisse Imperatores, liquet ex *l. 6. C. Theod. de murileg.* Inde apud Euseb. *lib. 2. de vit. Constant. c.* 34. γυναικείοις ϗ λινυφίοις legimus, quorum altero *gynæcia*, altero *linificia* designantur.

GYPSUS, Stephano *de urbib. p.* 283. Γυψὴς Aegypti vel Aethiopiæ insula, metallorum ferax, in quam noxii relegari, vel potius ad metalla damnari solebant: *l. ult.* §. 2. *C. de pœn. Novell.* 22. *c.* 8. & *Nov.* 142. *c.* 1. De eo plura Cujac. 8. *obs.* 27. Jus eo mittendi homines tantum Præfecto Augustali Aegypti, Juridico Alexandrinæ civitatis, & Præsidi Thebaidos fuisse ostendit *lib.* 10. *obs. c.* 31.

H

HABE, veteres dicebant pro *ave*: eaque formula frequentissime utuntur Imperatores, quoties ad viros feminasque honoratiores rescribunt, de qua supra sub *ave.* Adspirationem huic voci præmisisse veteres, testis est Quinctilianus *lib.* I. *c.* 10. Et hinc ea forma frequentissima est in epitaphiis: *Salve, have, vale*: Gruter *Inscr. p.* 691. 6. *p.* 769. 4. *p.* 784. 3. Reines. *Class.* 14. *inscr.* 31. & aliis locis.

HABENA, lora, quibus impuberes, qui torqueri non poterant, cædebantur: *l.* I. §. 33. *D. de SC. Silan.* Quod verberum genus etiam Horatius attigit *lib. 2. epist. 2. v.* 15. *In scalis latuit metuens pendentis habenæ.* & Ovid. *Epist. Heroid.* 9.

HABERE, dupliciter accipitur. Nam & eum habere dicimus, qui rei dominus est, & eum, qui dominus quidem non est, sed tenet. Denique habere rem, apud nos depositum solemus dicere: *l.* 38. §. 9. D. *de verb. oblig.* Habere duobus modis dicitur: altero jure dominii, altero obtinere sine interpellatione id, quod quis emerit; *l.* 188. *pr. D. de verb. signif.* Itaque in interdicto

to *unde vi*, verba hæc: *Quæque ſibi habuit*, ſic accipimus, ut omnes res contineantur, non ſolum, quæ propriæ ipſius, qui dejectus eſt, verum etiam, ſi quæ apud eum depoſitæ, vel ei commodatæ, vel pignoratæ, quarumque uſum vel uſumfructum, vel cuſtodiam habuit, vel ſi quæ ei locatæ ſunt. Quum enim dicit Prætor; *habuit*, omnia hæc habendi verbo continentur: *l.* 1. §. 33. *D. de vi & vi arm.* In edicto quoque: *Ne quid in loco publico*, in publico factum immiſſumve *habere* videtur, qui utitur, & jure poſſeſſionis fruitur, ſive ipſe opus fecit, ſive ex clauſula emtionis vel conductionis, vel legato, vel hereditate, vel quo alio modo adquiſivit: *l.* 2. §. 38. D. *ne quid in loc. publ. Habere* ergo, ſicut pervenire, cum affectu accipiendum eſt: *l.* 64. §. *ult. D. de verb. ſignif.* Immo, id apud ſe quis habere videtur, de quo habet actionem. Habetur enim, quod peri poteſt: *l.* 143. *D. eod. tit.* Is, qui actionem habet ad rem recuperandam, ipſam rem habere videtur; *l.* 15. D. *de reg. jur.* Habuiſſe quis dicitur ea, quæ amiſit: Paul. 4. *ſent.* 5. §. 9. Alias inter *habere* & *poſſidere*, hanc differentiam facit Cornel. Fronto *de differ. voc. Habere*, ait, etiam poteſt fur nequam: poſſidet nemo, niſi qui aut relictæ, aut donatæ rei, aut emtæ dominus eſt. Ita in habente onus, in poſſidente uſus eſt.

Habere actionem non videtur is, cui propter inopiam debitoris ea inanis eſt: *l.* 6. D. *de dol.*

Habere bonorum poſſeſſionem: *l.* 3. *D. de bon. libert.* condictionem: *l.* 30. *D. de condict. indeb.* deductionem: *l. ult.* D. *de impenſ. in res dot. fact.* exactionem: *l.* 6. *D. eod. tit.* exceptionem; *l.* 40. D. *de condict. indebiti.*

Habere licere, qui promittit, hoc præſtare debet, ut ne alius rem evincat, utque ſine controverſia & interpellatione cujuſquam rem ſibi habere & poſſidere liceat: *l.* 11. §. 7. *& l. ult. D. de act. emt. vend. l.* 45. §. *ult. D. de legat.* 1. *l.* 8. *D. de evict. l.* 83. *D. de verb. oblig. Habere* (enim) non licet, ſi quis controverſiam vel de proprietate, vel de poſſeſſione, vel de uſufructu, vel uſu, vel quo alio jure ejus, quod diſtractum eſt, faciat, & omnino ſi quid de jure, quod habuit, minuatur: *l.* 38. §. 1. *ſeq.* D. *de verb. oblig.* Sic fugitivum *habere* non licet: *l.* 13. §. 1. *D. de act. emt.* nec eum, cujus ſi pretium emtor non dediſſet, ei ab adverſario auferretur: *l.* 21. *D. de evict.* At, emtori *habere* plane licet, etſi is, qui eum in evictione rei vicerit, ante abductam vel ablatam rem, ſine ſucceſſore deceſſerit, ita, ut neque ad fiſcum bona pervenire poſſint, neque privatim a creditoribus diſtrahi: *l.* 57. *D. eod. tit.* Hæc ergo verba jus non factum ſignificant, & in ſervilem perſonam non cadunt: *l.* 38. §. 6. *de verb. oblig. Habere* enim poſſidere hi, qui in aliena poteſtate ſunt, non poſſunt: *l.* 49. §. 1. *D. de adquir. poſſeſſ.*

Habere, tenere, poſſidere junguntur in formula Aquilianæ ſtipulationis *l.* 18. §. *ult.* D. *de acceptil.* Inter legatorum quoque, quæ per vindicationem relinquebantur, verba fuit & hoc: *habeto*: Ulpian. 24. *Reg.* 3.

Solemnia quoque divortiorum verba in *l.* 2. §. 1. D. *de divort.* Res tuas tibi *habeto.* De quibus vid. Briſſon. in *formul. lib.* 8. c. 35.

Habere quis dicitur & id, quod patitur, vel quod ipſi attribuitur.

Sic

Sic, qui morbum *habet*: *l.* 53. D. *de Aedil. edict.*

Habere pro gerere quid. Sic *habere* conteſtationem: *l.* 9. *C. de præſcr. long. temp.* contractum, id eſt, contrahere: *l.* 4. *C. ſi tut. vel cur. interv.* Sic *habitus* contractus: *l.* 21. *C. de don. int. vir. & ux.* Habita conventio: *l.* 8. *C. de pact. int. emt. & vend.* emtio: *l.* 2. D. *de contr. emt.* obligatio: *l.* 4. *C. ad SC. Vellei.* ſtipulatio: *l.* 1. C. *de auct. præſt.*

Habere, continere, aliquo præditum eſſe. Habet æquitatem: *l.* 15. *D. de precar.* in ſe delictum: *l.* 1. D. *de Aedil. edict.* dubitationem: *l.* 25. D. *de minor.*

Habere, Græco loquendi ſchemate, pro debere, ſeu neceſſe habere, ut: Neque enim laborare *habet*, ut ſe repræſentet: *l.* 15. §. 1. *D. ad Leg. jul. de adult.* Sepulcris avitis carendum *habet*: *l.* 1. §. 1. D. *quand. adpell.* Neque habet mandare actiones: *l.* 43. *D. ſolut. matr.* operari *habent*: *l.* 10. §. 1. D. *de pæn.* De ſervis quos redimendos habent: *l.* 55. §. *ult.* D. *de manum. teſt.* Et ita Tertullianus non ſemel loquitur, veluti *Apologet. c.* 37. Quem *habemus* odiſſe. & *lib. adv. Valentin. habemus* ſuper volare. Sic & D. Cyprian. *Epiſt.* 27. reſcribere *habeam.*

HABILIS negotio: *l.* 9. *D. de cur. furios.* ad tutelam: *l.* 2. §. 34. D. *ad SC. Tertull.*

HABILITER geruntur gemmæ: *l.* 20. D. *de aur. arg. leg.* id eſt, apte, commode. Eo adverbio, quod auctor anonymus de *Latinitate vet. Ictorum* apud Ducker *p.* 115. exemplo carere exiſtimat, uſos eſſe Livii Epitomatorem *lib.* 57. & Pomponium Melam *lib.* 3. *c.* 7. oſtendit laudatus Duckerus. *Hein.*

HABITARE, inquilinus dicitur, ut colonus frui; *l.* 25. §. 1. *D. locat.* In edicto: *de his qui effud. vel dejec. habitare* dicimus vel in ſuo, vel in conducto, vel gratuito. Hoſpes plane non tenebitur, quia ibi non habitat, ſed tantiſper hoſpitatur: *l.* 1. §. 9. D. *de his qui effud.*

HABITATIO. Habitationem Modeſtinus *l.* 12. *D. de cap. min.* in facto magis quam in jure conſiſtere dixit, ſervitutemque arbitratus eſt, Marcellus uſumfructum eam putavit, ut colligitur ex §. *pen. Inſt. de uſu & habit.* Papinianus, & cum eo Ulpianus in *l.* 10. *pr. D. de uſu & habit.* uſum eam arbitratus eſt. Quodlibet horum jus eſt, & factum requirit connexum. In jure *autem conſiſtere* Modeſtino eſt, habere jus percipiendi fructus ex re: olim autem, qui habitabat, fructum ex ædibus percipiebat nullum. Omnem hanc diſſenſionem, ſuſtulit Juſtinianus ſubſcribendo in hoc Modeſtino, quod eam ſervitutibus annumeret, in eo vero defendendo Marcilii partes, quod uſusfructus effectus ei tribueret, Vid. *l.* 13. *C. de us. & habit.* Ut adeo habitatio jam definiri poſſit, quod ſit jus ædium partibus, commorationi hominum deſtinatis gratis utendi fruendi. Nota igitur, non omnibus ædium partibus uti & frui inhabitantem, ſed iis tantum, quæ ad id inſtructæ ſunt, ut homines iis commorari quæant, horrea igitur, cellaſque & tabernas ad habitationem non pertinere. Quod autem gratis habitandi jus ſit, eo differt habitatio a locatione conductione, in qua merces præſtanda eſt ſtato tempore. Denique utendi fruendi jus eſt, poſtquam Juſtinianus in *l.* 15. *C. de uſ. & habit.* habitationis naturam in hoc produxit. Utitur enim habitans ædibus, uſui ſuo eas in hoc accommodans, ut ſe adverſus aëris injuriam defen-

ſendat, fruitur vero iis, dum aliis eas locat, §. 5. *Inſt. de uſu & habit.* Vid. Wurffel. *Juriſpr. defin.* §. 252.

Habitatio pro loco in quo habitatur: *l.* 20. §. 2. *D. de inſtr. vel inſtr. leg. l.* 12. *D. de inſtr. vel inſtr. leg. l.* 21. §. 1. *D. locat.* Ad omnem habitationem, in qua paterfamilias habitat, pertinere Legem Corneliam de injuriis, licet ibi quis domicilium non habeat, docemur: *l.* 5. §. 2. *D. de injur.*

HABITATOR, in *l.* 53. §. 1. *D. de action. emt. vend. l.* 27. *l.* 30. *D. locat.* inquilinum ſignificat. Habitator ſuam ſuorumque culpam præſtare debet: *l.* 6. §. *ult.* D. *de his, qui effud. vel dejec.*

HABITUS, cultus corporis: *tit. C. Theod. quo hab uti oport. inſtr. urb.* Si larvali habitu proceſſeris: Paull. 3. *Sent.* 4. §. 2. habitus militaris: *l.* 1. *C. Th. quo hab. uti op. inſtr. urb.*

Habitus corporis pro valetudine: *l.* 1. §. 7. *D. de Ædil. edict.* Eo habitu naturæ fuit: *l.* 8. *D. de re milit.*

Sed & quælibet ſive rerum, ſive hominum qualitas *habitus* vocabulo venit. Habitus civitatis: *l.* 45. *C. Theod. de oper. publ.* faciei: *l. un.* C. *Theod. ſi quis ſolid. circul.* matrimonii: *l.* 8. *C. de condict. cauſſ. dat.* philoſophiæ: *l.* 8. *C. de med. & profeſſ.*

HACTENUS quatenus: *l.* 1. §. 17. *D. ad SC. Trebell. l.* 3. *D. quod juſſ. l. ult.* D. *de manum. teſt.* Hactenus ſi: *l.* 7. D. *de pecun. conſtit.* Hactenus ut: *l.* 3. §. 5. *D. de in rem verſ.* In Pandectis Florentinis legitur hoc vocabulum ſine aſpiratione.

HADRUMETUM celeberrima Africæ civitas: *l.* 16. *C. de rescind. vend.*

HÆMASIA, αἱμασιά, *l. ult.* D. *fin. regund.* non ſepis eſt, ut plerique, ac ipſe interpres Latinus accipiunt, ſed maceria, ex ſicco lapide. *Menag. Amœn. jur.* c. 33. *p.* 200. Hein.

HÆREDITARIUS. Vid. *Hereditarius &c.*

HÆRERE actionibus: *l.* 13. D. *ad SC. Trebell.* tutelis: *l.* 45. *D. de excuſ.* Hærens laqueo aper: *l.* 55. *D. de adquir. rer. dom.*

HÆRESIOTÆ, id eſt, functioni, conditioni adſtricti: Hæreſiotæ navicularii: *l.* 14. *C. Th. de navicul.* Hæreſiotæ, οἱ κοινωνοῦντες τῆς αἱρέσεως ναυτικῆς, *qui participes ſunt naviculariæ functionis*, ut θιασῶται, *ſodales*; *l. ult.* D. *de collegiis*, & apud Harpocrationem, *voc.* θίασος: θιασῶται, οἱ κοινωνοῦντες τῶν θιάσων. Ut *Ergaſiotæ* & *Ergaſiotarii* in *l.* 1. *C. Theod. de Alexandrin. pleb. primat.* Et juvat maxime quod Lex illa ad Alexandrinos navicularios pertinet. Apud quos profeſſionum nomina, & nauticæ nominatim rei, voces Græcæ hoc codice plures.

HÆRESIS enim navalis, eſt conditio vel functio navalis: *l.* 9. *l.* 10. *C. Theod. de præd. navicul.* Alias

Hæreſis eſt ſecta religioſa. Vetitæ legibus divinis & Imperialibus hæreſes: *l.* 2. *C. de hæret. & Manich.* & paſſim in Codice utroque. *Juſt. & Theod. Hæreſis* alias eſt voluntarius error intellectus cum pertinacia contra aliquam fidei veritatem. Hæreticus ſuam mentem exterius ſufficienter manifeſtans ſignis aut verbis, excommunicationem incurrit ab eccleſia latam: *c. ad abolendam, c. excommunic. de hæretic. c. quicumque de hæretic. in* 6. Si vero nullum ſignum exterius exhibeat, excommunicationem non incurrit: *c. chriſtiana cauſ.* 32. *qu.* 5. *c. conſuluiſti l.* 6. & 3. Eccleſia enim de occultis non judicat. Ex-

communicationis pœna etiam ad auditores, receptatores, fautores, & hæreticorum defenfores extenditur. *Bulla Cœnæ excommunicatione* 1. & *c. excommunicamus* §. *credentes de hæret.* & ad eorum libros legentes, aut retinentes *Reg.* 2. *Indicis* & *verfu qui vero*, & circa alios libros *Reg.* 2. Farinacius *de hærefi quæft.* 118. *num.* 36. Hæretici etiam poft mortem damnantur: Concil. Oecum. V. ab Juftiniano habitum. *Act.* 6. *Edictum Juftiniani de fide.* Facundus Hermianenfis *lib.* 8. *c.* 5. & *lib.* 10. *c.* 4. Florens Confultiffimæ facultatis Parifienfis Antecessor *Tom.* 1. *ad tit. de fumm. Trinit. pag.* 7. Et nofter Hifpanus Segovia concilii Bafilienfis theologus in opere M. S. quod in Bibliotheca Chriftianiffimi Regis fervatur. *D. Giron.*

Hærefis a Schifmate differt, quod hoc in circumftantia fidei confiftat: *c. inter hærefim* 26. *cauff.* 24. *qu.* 3. illa in fundamento fit, *l.* 1. *C. de fumm. Trinit.* Hæretici denominationem ab hærefi trahunt, id eft, ab electione fingulari doctrinæ a fenfu Catholicæ Ecclefiæ alienæ: *cap. hærefis* 27. *cauff.* 24. *qu.* 3. *l.* 2. *C. de hæret.*, & eam cum pertinacia defendunt: *c. qui in ecclefia*: *cap. dixit Dominus ead. qu.* 3. qui dicantur Schifmatici: *c. Schifma Cauff.* 24. *qu.* 1. *cap.* 3. *dift.* 21. *c. quoniam vetufto* 25. *cauff.* 24. *qu.* 1. & *l. inter claras* §. *nos reddentes C. de fumm. Trinit.* Concil. Chalced. *Epift. ad Leon.* & *Act.* 1. Pœna a jure in hæreticos ftatuta eft præter excommunicationem, bonorum confifcatio: *c. ad abolendam* 9. *c. excommunicamus* 13. & 15. *de hæretic.* Dn. Giron. Vid. in *Schifma.*

HÆRETICORUM adpellatione contineri vel eos, qui levi argumento a judicio catholicæ religionis & tramite detecti fuerint deviare, aiunt *l.* 2. *C. de hæret. & Manich.* & *l.* 26. *C. Theod. eod. tit.* B. Aug. *lib. de util. cred. c. hæreticus* 24. *qu.* 3. hæreticum definit, qui alicujus temporalis commodi & maximæ vanæ gloriæ, principatufque fui gratia falfas vel novas opiniones, vel gignit vel fequitur. Ille autem qui hujufmodi hominibus credit, imagine quadam veritatis illufus eft. *Hæreticorum* fectas varias recenfet Ifidorus *lib.* 8. *etym. c.* 5. *c. quidam autem* 24. *quæft.* 3. *Hæreticos* libros fcribentis pœna eft amputatio manus. Juftin. *Novell.* 42. ficut & exactoris non ex legis præfcripto apocham conficientis, ut idem Juftinian. *Nov.* 17. Cujac. 7. *obf.* 13.

HAMA, inftrumentum incendiis arcendis, reftinguendis, compefcendifque comparatum: *l.* 3. §. 3. *D. de offic. præf. vigil. l.* 12. §. 18. & §. 21. *D. de inftr. vel inftr. leg.* Plin. *lib.* 10. *Epift* 42. Juvenal. *Sat.* 14. *Difpofitis prædives hamis.* Meminit hamarum ferrearum etiam Plinius *lib.* 19. *Nat. Hift. c.* 1. quibus ad pectendas & decorticandas ftipulas utebantur. Et ita inter inftrumenta ruftica recte hamam connumerat Julius Pollux. Utitur verbo ἀμῶν & Æfchin. κατὰ Κτησιφῶντα.

HAMUS inftrumentum pifcatorium: Paull. 3. *Sent.* 6. §. 66.

HARENA *harenarius*, *harenifodina.* Vid. fupra *arena.*

HARIOLUS: *l.* 4. *l.* 6. *C. Theod. de malef. & mathem.* qui divina mente vaticinatur, ut ait Donat. *ad Ter. Phorm. Act.* 4. *fc.* 5. Vocabulum hoc plerumque fumitur pro iis, qui ut Ifidor. *lib.* 8. *orig. c.* 9. loquitur, *circa aras idolorum preces emittentes, & facrificia offerentes, dæmonum refponfa accipiebant.* Aliquando tamen & in bonam partem accipi, ex facris vel Efaiæ prophetæ locus

eius oftendit *c. 3. v. 2.* ubi hominem fagacem denotari, Grotius docet *in Adnotationibus.* Unde vero id nomen fortiti funt *harioli*, vid. eumdem Grot. *ad Levit. c. 20. v. 31.*

HARMOSTES. Et cum imperio quidam inducitur illis unus utriufque provinciæ præfes, cognomento moderator, quem quis vulgari lingua ufus *Harmoften* adpellet, quando quidem & moderatoris nomen vetuftum eft, Romanaque amplitudine dignum, & ipfe *Harmoftes* quidam olim magiftratus erat, qui e Lacedæmone hinc inde per omnem ejus ditionem dirigebantur. Ita Juftinian. *Novell.* 28. *c.* 2. De his Lacedæmoniorum magiftratibus fufe Crag. *de rep. Lacedæm. lib.* 2. *c.* 13. *p.* 153. & Meurf. *Mifcell. Lacon. lib.* 2. *c.* 4. *p.* 113. ubi oftendunt, eorum duo genera fuiffe, unum *urbanum*, quod Dionyfius Halicarn. Dictatori Romanorum æquiparat: alterum *externorum* de quibus Harpocration: Ἁρμοσαὶ οἱ ὑπὸ Λακεδαιμονίων εἰς τὰς ὑπηκόους πόλεις ἄρχοντες ἐκπεμπόμενοι, *Harmoftæ funt, qui ad fubjectas civitates a Lacedæmoniis mittebantur magiftratus.* Hein.

HARPAGO, inftrumentum ad incendia arcenda comparatum: *l.* 12. §. 21. *D. de inftr. vel inftr. leg.*

HARUNDO aliquando cum adfpiratione fcribitur in Pandectis Florentinis, ut *l.* 9. §. *ult.* D. *de ufufr. l.* 3. D. *de arb. furt. cæf. l.* 59. §. *ult.* D. *de ufufr. l.* 7. §. 5. D. *quod vi aut cl.* Aliquando fine fpiritu *arundo* ut fupra hac voce.

HARUSPEX: *l.* 1. 2. 4. 6. *C. Theod. de malef. & mathem. l.* 1. *C. Theod. de pagan.* id eft, extifpex, qui ex animalium extis futura prædicit, dictus ab *harugæ*, id eft, hoftiis. Ipfe Conftantinus M. quid de harufpicibus ftatuerit vide *l.* 1. *C. Theod. de pagan. facrif. & templ.* & de eo Zofim. *lib.* 2. *hift. ecclef. c.* 29. Quid Valentianus & Theodofius, Augufti fanxerint, vid. *l.* 9. *C. Th. de pagan. facrif. & templ.*

HARUSPICINA, ars illa ac difciplina harufpicum: *l.* 9. *C. Th. de malef. & mathem.*

HASTA, pilum militare, inter arma refertur: *l.* 3. §. 2. *D. de vi & vi arm.* Haftam rectam ferendi jus, inter fervitutes connumeratur: *l.* 7. *pr.* D. *de ferv. præd. ruft. Haftæ* etiam, ut Feft. *lib.* 8. fcribit, fubjiciebant veteres ea, quæ publice veniebant. Cic. *lib.* 2. *de offic. c.* 23. Sic par eft, ait, agere cum civibus, non, ut bis jam vidimus haftam in foro ponere, & bona civium voci fubjicere præconis. Hinc *res fubhaftatæ*, quæ fub hafta venales propofitæ: *l.* 3. *C. de exfeq. rei jud. fubhaftatio*, ipfa venditio: *l.* 16. C. *de refc. vend.* poffeffiones *fubhaftaria* forte diftractæ: *l.* 9. *C. Th. de præd. navicul.* Quæ autem fub hafta venibant res, præconibus proclamantibus venibant, ut ex illo ex Cic. 2. *offic.* 8. & fupra adducto *c.* 23. patet. Itemque ex *Philipp.* 2. *c.* 26. Cæfar, ait, hafta pofita pro æde Jovis Statoris, bona Cn. Pompeii magni voci acerbiffimæ fubjecit præconis. Tertullian. *Apologet. c.* 13. Sub eadem voce Præconis, fub eadem hafta, fub eadem adnotatione quæftoris, divinitas addicta conducitur. Ea cauffa præcones ad haftam ftetiffe, & oblata pretia nunciaffe, Acron. in Horat. *lib.* 1. *Serm. Sat.* 6. fcribit. Nec venditiones tantum, fed & locationes publicas *hafta* pofita factas effe, oftendit Ovid. *lib.* 4. *ex* Ponto *eleg.* 5. *Aut populi reditus pofitam componet ad haftam: Et minui magnæ non finet urbis opes.*

Idem *eod. libro eleg.* 9. *Nunc longi reditus hastæ supponere lustri.* Columella *in præf. lib.* I. *Nunc ad hastam locamus, ut nobis ex transmarinis provinciis advehitur frumentum.* Sic *hasta* centumviralis apud Stat. Papin. *lib.* 4. *silv.* 4. *Cessat centenis moderatrix judicis hasta.* Itemque *decemviralis* apud Pompon. *l.* 2. §. 29. *D. de orig. jur.* Quum esset necessarius magistratus, qui *hastæ* præesset, Decemviri litibus judicandis sunt constituti. Lucanus in *panegyrico* Pisonis: *Seu trepidos ad jura decem citat hasta virorum.* Augustum autem auctorem fuisse, ut *centumviralem hastam*, quam quæstura functi cogere consueverant, decemviri cogerent, Suet. *Aug. c.* 36. narrat.

Hasta fiscalis: *l.* 8. *C. de remiss. pign. rubr. C. de fid. instr. & jur. hast.* A fisco enim res hastarum sollemnitate distrahebantur: *l. ult. C. si adv. fisc. l.* I. *C. Th. de dom. ad rem priv. pert.* Hasta quoque Prætoris est apud Senec. *de brevit. vit. c.* 11.

HAUSTUS aquæ: *l.* I. D. *de servit. præd. rust.* id est, jus hauriendi, seu aquæ hauriendæ. Quæ servitus imponi potest aquis putealibus: *l.* I. §. 6. *D. de aqu. quotid. & æstiv.*

HELENOPONTI moderator, vel *harmostes* Justinianeus: *Nov.* 28. *c.* 2. & 3. Unde autem Helenopontus adpelletur, vid. *ead. Nov. c.* 1.

HELIOCAMINUS, *l.* 17. D. *de serv. præd. urb.* & apud Plin. *lib.* 2. *epist.* 17. vaporarium est, in aprico loco situm, ad calorem solis excipiendum. Vid. infra *Solarium.*

HELLADIUS, Episcopus Cæsariensis, memoratur in *l.* 3. *C. Th. de fid. cathol.*

HELVIDIANI ab Helvidio nominati: qui dicunt post Christum natum alios Mariam filios de suo Joseph peperisse, *c.* 39. §. 56. *causs.* 24. *quæst.* 3.

Hemus mons, *l.* 23. *C. de adpell.* Hæmimontus secundum Marcellinum *lib.* 6. & secundum Hilarium in *lib. de Synod. advers. Arrianos.* Emimontus, vel, ut alii adscripserunt Emmuntus, sed perperam pro Æmimontus: provinciæ est Europæ ac Thraciæ. Cujac. *obs. lib.* 1. *c.* 26.

HENOTICON, sive edictum de unitate. Vid. *l.* 2. *C. Th. de religione*; *l.* 38. *C. Th. de hæret.* & ibi Jac. Gothofred. in Commentar. & *l.* 2. 3. *C. Theod. de fid. cathol.*

HERACLIANUS, hostis publicus indicatur ab Impp. Honorio & Theodosio in *l.* 21. *C. Theod. de pœn.* quod illi honoratis & provincialibus Africæ, in qua Heraclianus agebat, rescripto suo denunciant. Fuit enim *Heraclianus* Africæ comes, qui magno quidem, sed parum felici conatu arma adversus pios illos principes cepit. Nam quum in Italiam navium immensa & stupenda multitudine trajecisset, simul atque ad urbem pergens, littore egressus est, occursu Comitis, Marini territus, & in fugam versus, arrepta navi, solus Carthaginem rediit, atque ibi continuo militari manu est interfectus. Auctore Oros. *lib. ult. c. ult.* Unde Paullus Diac. Aquilei sumsit, quidquid de hac Heracliani rebellione narrat, *Hist. miscell. lib.* 14. *c.* 2. Quamobrem ejus memoriam damnant Impp. *l.* 13. *C. Theod. de infirm. his, quæ sub tyran.* inter quod rescriptum & superius vix anni, & quod excurrit, intervallum intercedit. Hic est ille Heraclianus, qui Stiliconem manu sua interfecit: pro cujus operæ præmio Africæ Comitatum ei concessum, refert Zosimus *lib.* 5. *c.* 37.

c. 37. Ejus etiam meminit *lib. 6. c.* 11.

Alius fuit *Heraclianus*, tribunus & magifter officiorum fub principatu Conftantini, cujus meminit *l.* 1. *C. Theod. de pagan. facrif. & templ.*

HERBÆ quas legati populi Romani ferre folebant, id eft, fagmina: *l.* 8. *D. de rer. divif.* Conf. Liv. *lib.* 1. *c.* 24. & Feftus in voce *fagmen*, & ibi Jof. Scaliger *in not.*

HERCISCO, vid. fupra *ercifco.*

HERCULES Gaditanus, mira religione cultus a veteribus. Gaditani enim Tyro oriundi facra Herculis fecum in Hifpaniam transtulerant. Juftin. *lib.* 44. *c.* 5. Appian. *in Punic. p.* 256. Ei jus capiendi hereditatem cum aliis aliquot Diis dederant Leges. Ulpian. *fragm. tit.* 22. §. 6.

HERCULEÆ decuriæ mentio fit in *l.* 46. *C. Th. de curf. publ.*

HEREDITARIUS, *a, um*, *Hereditariæ* actiones adpellantur, quæ in hereditate & defuncti bonis funt: *l.* 1. §. 26. D. *fi quid in fraud. patron. l.* 59. D. *ad SC. Trebell. l.* 20. §. 4. *D. de hered. pet.* Quæ vero ex defuncti perfona heredi dantur, etiamfi defuncto numquam competierunt, *hereditariæ* tamen dicendæ, ut in fpecie *l.* 84. *D. ad Leg. Falcid.* Plane, quæ patrono ad revocanda ea, quæ in fraudem ejus alienata funt, datur actio, *hereditaria* non eft, id eft, ex bonis quidem liberti, fed patroni propria eft: *l.* 1. §. 26. *D. fi quid in fraud. patron.*

Hereditariæ actiones in *titulo C. de hered. act.* accipiendæ funt, quæ ex negotiis cum defuncto geftis, vel ex delictis ab eo admiffis in heredes dantur. Quo in numero & legatariorum actiones haberi placet, quamvis ab herede coeperint: *l.* 2. §. 8. D. *de her. vel act. vend.*

Hereditarium æs alienum intelligitur etiam id, quo cum defuncto agi non potuit: veluti quod quum moreretur, daturum fe promififfet, item, quod is, qui pro defuncto fidejuffit, poft mortem ejus folvit: *l.* 7. *D. de reb. auct. jud. poffid.*

Hereditarium fepulcrum; *l.* 20. §. *ult.* D. *de adquir. hered.* Ita adpellabantur fepulcra, quæ quis fibi fuifque heredibus conftituerat, vel quæ pater familias jure hereditario adquifiverat: *l.* 5. 6. D. *de religiof. & fumt. fun.*

HEREDITAS nihil aliud eft, quam fucceffio in univerfum jus, quod defunctus habuit: *l.* 24. D. *de verb. fignif.* quo illa continentur jura, quæ perfonam defuncti egredi potuerunt, nec ejus morte refolventur. Hereditas fane univerfitatem quamdam, ac jus fucceffionis demonftrat: *l.* 208. D. *eod. tit.* jurifque nomen eft: *l.* 3. *D. de bon. poffef. l.* 119. *l.* 138. §. 1. D. *de verb. fignif.* & in jure confiftere dicitur: *l.* 1. *D. de rer. divif.* §. 1. *Inft. de reb. corp.* ac proinde abfque ullo corpore juris intellectum habet: *l.* 50. D. *de hered. pet.* Itaque *hereditatis* adpellatio etiam damnofam hereditatem continet: *d. l.* 119. D. *de verb. fignif.* Eoque intereffe dicitur utrum hereditas an bonorum pars legetur, quod hereditatis parte legata, neque funeris impenfa, neque manumifforum pretia deducantur, contra atque bonorum parte legata *l.* 8. §. *ult. l.* 9. *feq. D. de legat.* 2. Huc pertinent variæ loquutiones. Ipfam enim hereditatem heres dicitur *adgnofcere*, *adire*, *adquirere*, fe ei *mifcere*, *immifcere*, & contra fe *abftinere*, eam *omittere* vel *repudiare*: de quibus fingulis fuis locis. Sic alia hereditas eft

creta vel *adita*; *l.* 2. *C. Theod. de in integr. rest.* alia *jacens*. Jacet enim hereditas, quæ nondum adita est; *l.* 13. §. 5. *D. quod vi aut cl. l.* 1. D. *de success. edict.* alia *delata*, alia *adquisita*. Defertur vero vel ex testamento, vel ab intestato, veluti XII. Tabulis, aliisque Legibus, vel SCis: *l.* 1. 2. 3. *D. de hered. pet. l.* 8. D. *de capit. minut.* Hereditas, autem juxta Cassiod. in *psalm.* 78. ab hero dicta est, quippe quam jure legitimo dominus noscitur possidere.

Hereditatis adpellatione aliquando & bonorum possessio continetur: *l.* 138. D. *de verb. signif.*

Hereditatis verbum interdum pro rebus ipsis & corporibus hereditariis usurpatur. Sic expilari hereditatem, & hereditatis furtum fieri, dicimus. Et inde Cicero *Top. c.* 6. hereditatem pecuniam, definit, quæ alicujus morte ad aliquem pervenit. Quæ res Senecæ *lib.* 6. *de benef. c.* 5. ridendi jurisconsultos ansam præbuit, quamvis insulsus sit ejus risus. *Jurisconsultorum*, ait ille, *istæ argustæ ineptiæ sunt, qui hereditatem negant usucapi posse: sed ea quæ in hereditate sunt, tamquam quidquam aliud sit hereditas, quam ea quæ in hereditate sunt.* Sane cum significatu alio hereditas sit universitas quædam ac jus successionis, adeoque res incorporalis, eo respectu ipsam usucapi non posse explorati juris erat. At alio sensu, cum hereditas intelligantur res ipsæ hereditariæ, quæ in hac erant corpora utique usucapi poterant.

Hereditatis emtor: *l.* 16. *D. de pact. l.* 2. *C. eod. l.* 34. D. *de procurat. l.* 13. §. *ult. D. de option. vel elect. leg. l.* 18. D. *de hered. vel act. vend. l.* 5. C. *eod. tit.* hic vicem heredis obtinet: *l.* 2. §. 18. D. *de hered. vel act. vend.*

Hereditas justa legitima. Vid. his verbis.

HEREDIUM, ut Festus *lib.* 7. scribit, antiquitus prædium parvulum adpellabatur: cujus adpellatione hortum olim significatum Plinius *lib.* 19. *c.* 4. scribit. Varro *de re rust. lib.* 1. *c.* 10. Antiquus noster, ante bellum Punicum pendebat bina jugera, quæ a Romulo primum divisa dicebantur viritim, quæ quod heredem sequerentur, heredium adpellarunt. Hæc postea a centum centuria dicta. Cornel. Nep. *in Caton. c.* 1. Versatus est in Sabinis, quod ibi heredium a patre relictum habebat.

HERENNIUS *Modestinus*, de quo Jul. Capitolin. *in Maximo Jun. c.* 1. quum ait Modestinum Jurisperitum hunc principem in jurisprudentia instituisse. Hunc studiosum suum vocat Ulpianus, & ab eo in Dalmatia agente consultum se refert *l.* 52. §. 20. *D. de furt.* Citatur a Callistrato in *l. ult.* §. 26. *D. de mun. & honor.* & a Gordiano in *l.* 5. *C. ad exhib.* non contemnendæ auctoritatis jurisconsultus adpellatur. Ejus tamen sententia reprobatur a Justiniano in *l.* 31. §. 6. *de inoff. test.* Floruit sub Alexandro Imperatore, sub quo jam anno a Christo nato 244. cum Faltone Restitutiano controversiam inter Magistros fontium & fallones octo annos agitatam finivit: Fabret. *Inscript. p.* 278. Scripserat Responsorum *libros* 19. Pandectarum *libros* 12. Regularum *libros* 10. Differentiarum *libros* 9. Excusationum *libros* 6. ad Ignatium Dextrum, Græca lingua, *l.* 1. D. *de excus.* de pœnis *libros* 4. Ad Q. Mucium *libros* saltim 31. Item libros singulares, de præscriptionibus, de legatis & fideicommissis, de testamentis, de inofficioso testamento, de manumissionibus, de eurematicis, de enucleatis casibus, de differentia dotis, de ritu nup-

nuptiarum. In latinis hujus operibus Græcismos passim reperit Merill. 3. *obs.* 33. De non confundendo *Modestino* nostro cum altero Modestino Nasone, qui periochas Virgilii Maronis scripsit, dixit *Hein.* in *Hist. jur. civ. lib.* 1. §. 350. *in Schol. edit.* quæ *prodiit anno* 1740.

HERES est successor in universum jus defuncti: *l.* 9. §. 1. D. *de edend. l.* 34. *D. de judic. l.* 43. D. *de reg. jur. l.* 11. *D. de divers. temp. præscr. l.* 19. §. 5. D. *de Ædil. edict.* Heres in omni jus mortui, non tantum singularum rerum dominium succedit, quum & ea, quæ in nominibus sunt, ad heredem transeant: *l.* 37. D. *de adquir. vel omitt. hered.* Quia vero æquum est ejusmodi successorem pariter in obligationes defuncti succedere; recte Ulpianus *l.* 8. D. *de adquir. vel omitt. her.* ait: Hereditas, quin obliget nos æri alieno, etiamsi non sit solvendo, plusquam manifestum est. Idem *l.* 6. §. 6. D. *de his qui not. infam.* heredem in æs alienum defuncti succedere ait.

Heredes autem ab eo dicti sunt, quod quasi *heri* sunt, id est, domini: §. *ult. Inst. de hered. qual. & diff. l.* 1. D. *de success. edict.* Unde pro *domino* heredem dixit Plaut. *Mænechm. Act.* 3. *sc.* 2. *v.* 11. *Abstuli hanc, cujus heres numquam erit post hunc diem.* Idemque *exheredem* vocat eum, qui desiit esse dominus & possessor, in *Bacchid. Act.* 4. *sc.* 8. *v.* 8. Mustell. *Act.* 1. *sc.* 3. *v.* 77. Isidorus tamen *lib.* 9. *etymol. c.* 5. ab *ære*, alii ab *hærendo*, contra veterem scribendi rationem, immo Menag. *Amæn. jur. civ. c.* 39. *p.* 326. a Græco χήρωξ, hoc est, *viduatus*, *orbus*, derivant.

Heredum alii *necessarii*, alii *sui* ac *necessarii*, alii *extranei* & *voluntarii* adpellantur. Item alii *testamentarii*, alii *legitimi* de quibus omnibus vide suis locis.

Sed enim hi tantum *heredum* nomen obtinent, qui jure civili succedunt: *prætorii successores heredes* non adpellantur. *Heredes* enim lex tantum facit, vel immediate vel mediante testamento, veluti Lex XII. Tab. item Cornelia de captivis, aut SC. ut Orphitianum & Tertullianum, vel Principis constitutio, ut in filiorum familias hereditate accidit. Prætor vero *heredes* non facit: §. 2. *Inst. de bon. possess. l.* 2. §. *ult.* D. *und. legit.* Unde quod in *l.* 6. D. *quæ in fraud. cred.* antehac legebatur: *hereditatem vel honorariam* a Pandectis Florentinis recte abest. Et in *l.* 1. *C. si quis ignor. rem min. hereditario & honorario titulo* succedere, diversa sunt. Itaque & fideicommissarii & bonorum possessores ab *heredibus* fere semper separantur, nec *heredes* sed *velut heredes* aut heredibus similes personæ, perpetuo dicuntur: *l.* 1. D. *de possess. hered. pet. l.* 20. §. 13. D. *de hered. pet. l.* 58. D. *de oblig. & act. l.* 28. D. *de re jud. l.* 9. *in fin.* D. *de reb. auct. jud. possid. l.* 118. D. *de reg. jur.* & alibi passim.

Heredes aut *instituti* dicuntur, aut *substituti*; *l.* 1. *D. de vulg. & pup. subst.* Illi & *primi heredes*, hi *secundi* adpellantur; *l.* 25. D. *qui test. fac. poss. l.* 8. D. *de lib. & post. l.* 56. *D. de fideic. libert.*

Heredes vel *ex asse*, vel *ex parte*; *l.* 10. *D. de hered. pet.* heredes *soli*, vel ex parte; *l.* 17. D. *de judic.* Apud Ambros. *lib.* 9. *Ep. ad Clementium. Heredes sine re*, & *cum re* opponuntur. Illi sunt qui in re certa sunt instituti.

Heres heredis; *l.* 10. D. *de alim. & cib. leg. l.* 2. D. *de liberat. leg. l.* 1. D. *quod legator.* Heredis

enim adpellatio per multas ſucceſſiones accipitur, nec tantum ad proximum heredem, ſed & ad ulteriores refertur, ita ut *heredis heres*, & deinceps illa adpellatione contineantur: *l.* 65. *l.* 170. *D. de verb. ſignif. l.* 2. D. *de liberat. legat.* exceptis paucis ſpeciebus, in quibus *heredis* adpellatio proximum tantum continet: ut in ſubſtitutione impuberi his verbis facta: *Quiſquis mihi heres erit*: & in Lege Ælia Sentia, & in Edicti prætorii his verbis: *Tum quem ei heredem eſſe oportet*; *l.* 70. *l.* 127. *D. de verb. ſignif. l.* 1. D. *und. legit.* Quin immo & ita in ſecundis tabulis facta ſubſtitutione: *Quiſquis mihi heres erit, idem filio meo heres eſto*, ſcriptos tantum heredes, &, qui ex teſtamento heredes exiſterent, contineri placuit. Et ideo non tantum heredis heredem, ſed & patrem, qui per filium, dominum, qui per ſervum, heres exſtiterit, ab hac ſubſtitutione repelli, quia hi omnes non ex judicio veniunt: *l.* 3. *l.* 8. *D. de vulg. & pupill. ſubſt. l.* 27. §. 2. *l.* 55. §. 2. *ad SC. Trebell.* Ceterum qui ſemel heres exſtiterit, etiamſi vivo pupillo heres eſſe deſierit, hereditate forte vel ex cauſſa inofficioſi teſtamenti, vel ut indigno ablata, ad hereditatem nihilominus admittetur: *l.* 31. *l.* 43. §. *ult.* D. *de vulg. & pup. ſubſt.* Eſt & alius caſus, in quo *heredis* adpellatio proximum tantum complectitur, qui traditur in *l.* 14. *C. de uſufr.* Alioquin, qui per ſucceſſionem, quamvis longiſſimam defuncto heredes conſtiterunt, non minus heredes intelliguntur, quam qui principaliter heredes exiſtunt: *l.* 194. *D. de reg. jur.*

Aliquando *heres* collective heredes omnes, quotquot ſunt, complectitur. Sane his verbis ſtipulationis: *Te heredemve tuum ſi* plures ſint heredes, continentur: *l.* 158. D. *de verb. ſignif.* Plane ſi quis ita dixerit: *Heres meus damnas eſto dare aureos quinque*, non quilibet heres, ſed omnes videbuntur damnari, ut una quinque dent. Ad omnes utique heredes, etiamſi plures gradus teſtamento facti ſint, ea verba pertinebant: *l.* 44. *D. de legat.* 2. *l.* 98. *D. de legat.* 3. Itaque & qui ita dixit: *Quantum heres meus habebit, tantum dato*, pro eo eſt, ac ſi dixiſſet: Quantum omnes heredes mei habebunt: *l.* 43. *D. de legat.* 3. Et ita intelligendæ loquutiones: *Heredi* & in heredem competunt actiones: *l.* 40. *D. ad SC. Trebell.* Adverſus *heredem* vel *heredi* competat obligatio: *l.* 51. §. 3. *D. de evict.*

Quamquam autem *heredis* verbo juris tantum ſucceſſor demonſtratur: quod tamen alicui ita datum fuerit, ut ad *heredes* pertineat, etiam ad legatarium, voluntatis potius quam verborum ratione transferri poterit; *l.* 219. D. *de verb. ſignif.* In re legata acceſſione temporis, quo teſtator poſſedit, legatarius quodammodo heres eſt; *l.* 14. §. *ult.* D. *de uſurp.*

Sunt ergo & qui heredum vice, *l.* 2. *D. de bon. poſſeſ.* vel loco heredum habentur; *l.* 13. D. *de bon. poſſeſ. contr. tab.* Heredum autem loco vel vice habentur non ſolum bonorum poſſeſſores, ad quos leges hactenus laudatæ pertinent, ſed & adrogatores, ad quos per univerſitatem bona tranſeunt, & pater, filii inteſtati caſtrenſia bona, veluti peculii jure, occupans, item fiſcus, ex delicto vel bona vacantia capiens, item pater dominuſve, quibus hereditatis emolumentum & commodum adquiritur; *l.* 2. §. 19. *D. pro emt. l.* 6. D. *de in integr. reſt. l.* 1. §. 4. *D. quand. de pecul. act. annal. l.* 40. D. *ad*

SC.

SC. Trebell. l. 14. *D. de divers. & temp. præscr.* Erat olim honorarius successor & loco heredis bonorum emtor, qui a creditoribus bona debitoris distrahentibus emerat, ut Theophil. *tit. Inst. de success. bon.* exponit. Atque hi omnes non directas; sed utiles actiones exercebant. Eademque ratione & qui post abstentionem repudiationemve a Prætore in integrum restituebantur, ut adirent, heredes non fiebant, sed utiles tantum actiones habebant: *l.* 7. §. 10. *D. de minor. l.* 21. §. *ult. D. quod met. causs.*

Aliquando *heredis* adpellatione omnes significari successores credendum est, etsi verbis non sint expressi: *l.* 170. *D. de verb. signif.* Plerumque tamen junguntur *heredes* ceterique successores: *l.* 6. *l.* 14. §. *ult. l.* 31. §. *ult.* D. *de religios. l.* 1. §. 19. D. *depos. l. ult.* §. *ult.* D. *de condict. furt.* & passim. Quales sunt bonorum possessores, & hi, quibus ex Trebelliano SC. restituitur hereditas, ceterique prætorii successores, ut adparet ex *l.* 2. §. 19. D. *pro emt. l.* 13. §. 5. & *l.* 15. *D. quod vi aut cl.* Eodem modo junguntur *heres*, & qui successorum loco habentur: *l.* 14. D. *de divers. temp. præscr.* Heres & qualiscumque successor: *l.* 1. §. 43. *D. de aqu. quotid. & æstiv. l.* 21. §. 2. *D. de pecul.* Unde Ulpianus in *l.* 24. §. 1. *D. de damn. infect.* Adjicitur, ait, in hac stipulatione & *heredum* nomen, vel successorum. Successores autem non solum qui in universa bona succedunt, sed & hi, qui in rei tantum dominium successerint, his verbis continentur. Item: in *heredem* & ceteras personas: *l.* 17. §. 1. *D.* de *damn. infect.* heredes vel ceteri: *l.* 27. §. 1. D. *de recept. arb.* heredi similes personæ: *l.* 3. §. 5. *D. si mens. fals. mod.* heres & similes personæ: *l.* 1. §. 23. D. *de tut. & rat. distr.*

Pro *herede* gerere quemadmodum Paullus 4. *Sent.* 8. §. 25. scribit, est, destinatione futuri dominii aliquid ex rebus hereditariis usurpare. Et ideo pro herede gerere videtur, qui fundorum hereditariorum culturas rationesque disponit, qui servis hereditariis, jumentis, aliisve rebus pro domino utitur. Ulpianus quoque 22. *fragm.* 26. Pro herede, inquit, gerit, qui rebus hereditariis, tamquam dominus utitur, veluti qui auctionem rerum hereditariarum facit, aut servis hereditariis cibaria dat. Idem *lib.* 61. *ad Edictum*, pro herede gerere eum, scribit, qui aliquid facit, quasi heres: nec hoc tam facti esse, quam animi. Nec enim aliquid hereditarium attingere satis est, sed hoc amplius eo animo esse debet, qui attingit, ut heres esse velit: *l.* 20. D. *de hered. inst.* Itaque gerit pro herede, qui animo successionem adgnoscit, licet nihil hereditarium attingat, veluti qui re non hereditaria, tamquam hereditaria utitur: *l.* 12. *l.* 21. *l.* 86. *in fin. l.* 88. *D. de adquir. hered.* ac denique qui pro domino aliquid facit, quod citra jus & nomen heredis facere non possit. Quod si sepulcri violati egerit, vel operas a liberto paterno petierit filius, nihilo magis pro herede gerere intelligitur, quia illa etiam in non heredem cadunt: *l.* 20. §. 4. & §. *ult.* D. *eod. tit. l. pen. D. de sepulcr. viol.* Ita pro *herede geritionem* in *l.* 14. §. 8. D. *de religios.* & *pro herede* gestionem: *l.* 19. *C. de jur. deliber.* Ceterum, hæc loquendi figura pro herede gerere non pertinet nisi ad eos qui voluntate sua heredes fiunt. Nam sui & necessarii heredes potius se *immiscere* quam pro *herede* gere-

gerere dicuntur. Jam enim sunt constituti in universitate illa dominii paterni; hinc non adeunt, sicut extranei, qui demum in universitatem facto quodam interveniente, perveniunt. Vide plura sub *gerere.*

Pro *herede* possidere. Vid. infra sub *possidere. Heres legitimus.* Vid. art. *legitimus.*

HERI pro tempore adhuc recente, ut in *l.* 7. §. 2. *D. de injur.* Heri servum suum, hodie liberum. Add. *Novell.* 137. *c.* 1. & ibi Dionys. Gothofr. *in not.* ubi multa loco gemina adtulit.

HERMAPHRODITUS, utriusque sexus homo: *l.* 10. D. *de stat. hom. l.* 15. D. *de testib. l.* 6. *in fin.* D. *de lib. & postum.*

HERMOGENIANI ab Hermogene quodam vocati, qui materiam non natam introducentes, Deo non nato eam comparavit, matremque elementorum, & Deam asseruit: quos Apostolus improbat elementis servientes *c.* 39. *caus.* 24. *quæst.* 3.

Hermogeniani equi, qui & Hermogenis equi adpellantur in *l.* 1. *C. Th. de equ. curul.* De his vide supra sub art. *equi.*

HERMOGENIANUS Jurisconsultus, quem Imperatoris Antonini Caracallæ temporibus floruisse ex *l.* 14. §. 4. D. *ad SC. Trebell.* colligit Brissonius, ast non tuto, ceu videtur Heineccio, siquidem ibi Severum & Antoninum Impp. esse intelligendos, ex eo loco non intelligitur, & jam a Cujac. *lib.* 2. *obs. c.* 27. observatum est verba ea: *& ita invenio ab Imperatore nostro & Divo patre ejus rescriptum*, non esse Hermogeniani, sed Ulpiani. Immo sub Constantino M. ejusque filiis floruisse hunc Hermogenianum, vel inde patet, quod *l.* 17. D. *de minor.* meminit præfectorum prætorio, a quibus adpellare non liceat, quod privilegium his præfectis demum anno Christi 331. datum est a Constantino M. *l.* 16. C. *Theod. de adpell.* Scripserat autem *libros* 6. Epitomarum, in quibus ordinem Edicti perpetui, sequutum se ipsemet profitetur: *l.* 2. D. *de stat. hom.* Non autem certum est illum scripsisse libros *fideicommissorum.* Inscriptionem enim *l.* 44. D. *ad SC. Trebell.* mendosam esse, & prima duntaxat verba ex Hermogeniani epitomis, sequentia ex Ulpiani *libris fideicommissorum* esse jam observavit Cujac. loco paullo ante laudato.

Hermogenianus codex, cujus adhuc fragmenta, a Schultingio *Jurispr. antejust. p.* 709. denuo edita, supersunt, a quo conditus sit, certatur inter viros doctos, & adhuc sub judice lis est. Hujus auctor sane potuit esse Hermogenianus ille de quo modo est dictum. Quod tamen certo non adfirmatur. Floruerunt enim per ea tempora plures Hermogenes & Hermogeniani: quorum posteri sunt *Hermogenes Ponticus*, *Præf. præt. orient. an.* 358. defunctus. Ammian. Marcell. *lib.* 19. *c.* 12. & *lib.* 21. *c.* 7. Q. Clodius Hermogenianus Olybrius, *Præf. præt. & urb.* anno 365. Cos. anno 379. *l.* 2. C. *de hæret. l.* 1. *C. de sport. & sumt. l.* 4. *C. quemadm. test. aper.* Grut. *inscr. p.* 353. 2. Reines. *Class.* 20. 371. Anicius *Hermogenianus* Olybrius Cos. anno 395. *l.* 24. & 25. C. *de navicul. l.* 41. C. *de transact.* Gruter. *Inscr. p.* 352. 5. 6. *p.* 353. 1. *p.* 440. 2. 3. Clodius *Hermog.* Cæsarius, Cos. anno 397. & *Præf. præt. l.* 2. *C. de alluv.* C. Clodius Hermog. Olybrius, Grut. *Inscr. p.* 392. 5. Consularis Tusciæ & Valeriæ: *l.* 72. *C. Theod. de decur.* Horum, eorumque majorum quum nullus fere sit, qui talem codicem facere non potuerit: quam difficile sit

sit hic divinare, & quam pæne impossibile sit, verum Codicis hujus auctorem eruere, nemo non intelligit. Vid. Hein. *Hist. Jur. Rom. lib.* 1. §. 370. *& seq.*

HERO, *nis.* Heronibus clausum frumentum: *l.* 31. *D. locat.* Alii legere maluerunt *peronibus*, alii *centonibus*. Codices MSC. fere præferunt *eronibus*, quod & Cujac. 7. *obs.* 39. probavit Vid. supra art. *Æro.*

HERUS, dominus: *l.* 11. §. 6. D. *ad Leg. Aquil.*

HESYCHASTA, ἀπὸ τῦ ἡσυχάζειν, *a quiescendo* dictus, idem ac monachus, quietum vitæ genus eligens, ut cælesti contemplationi vacet. Nil. *lib.* 4. *epist.* 17. Sic *in Novell.* 5. *c.* 3. Nisi tamen quidam eorum in contemplatione & perfectione degentes vitam remotam habeant in hospitio, quos vocare anachoretas, & hesychastas, consueverunt, tamquam a communione ad meliora exceptos *Hein.*

HIEMS, Ulpiano teste, ab æquinoctio autumnali incipit, & æquinoctio vernali finitur, atque ita æstas & hiems senis mensibus dividitur: *l.* 1. §. 32. *D. de aqu. quotid. & æstiv.*

HIERACHITÆ ab Hieracha auctore exorti, Monachos tantum recipiunt: conjugia respuunt: regna cœlorum parvulos habere non credunt. *c.* 39. §. 32. *caus.* 24. *quæst.* 3.

HIERAPOLIS, ubi aquæ calidæ sunt, agris tamen irrigandis necessariæ. Constat enim, apud Hierapolitanos in Asia agrum calida aqua rigari: *l.* 1. §. 13. *D. de aqu. quotid. & æstiv.* Vitruvius quoque *lib.* 8. *c.* 3. Hierapoli aquæ calidæ multitudinem effervere tradit. Vid. & Strab. *lib.* 13. *p.* 933. Pariter Stephanus *de urb. p.* 411. Hierapolim urbem Phrygiam inter & Lydiam memorat aquis calidis abundantem, a multitudine templorum sic adpellatam. De hac utique Hierapoli sensit Plinius *lib.* 2. *c.* 39. quum ait: *Hierapolin in Asia.* Sunt enim plures hujus nominis urbes, ut Stephanus ibidem notat, veluti in Creta, teste Plin. *lib.* 4. *c.* 12. & in Cœlesyria, ut idem Plin. *lib.* 5. *c.* 23. quam ipsemet Hierapoli Syriæ adpellat. Eaque est Hierapolitana urbs: *l.* 2. *C. Th. de venat. fer. Hierapolis* etiam, Euphratesiæ metropolis, memoratur ab Evagr. *lib.* 6. *hist. eccles. c.* 18.

HIEROPHANTI agrorum: *l.* 14. *C. Th. de pagan. sacrif.* ubi eorum privilegia penitus abolentur. Ἱεροφάντης vero, teste Hesychio, est μυσαγωγὸς ἱερεὺς, ὁ τὰ μυσήρια δεικνύων, *sacerdos mystagogus, qui sacra demonstrat.* Quid vero hi ad agros. Rectius sane cum Reinesio *Inscr. p.* 180. legeris *horophantæ*, id est, qui cognoscunt de terminis fundorum, agrorumque confinia discutiunt. At quæ ratio potuit esse, cur illa professio damnata sit, quæ non utilis tantum, sed & necessaria semper habita est in civitatibus? Rationem hanc suppeditat Heineccius: Ad agros quam maxime faciebat *Horophantarum* disciplina. Damnant vero eam Imperatores Christiani, quia plerumque cum sacerdotio ethnico & exsecrabili superstitione erat conjuncta, & talis, qualis olim apud Romanos *Fratrum arvalium* de quibus supra. Non autem hoc ipso damnarunt disciplinam illam, quæ ad regundos agrorum fines est comparata, & quæ cum sacris Termini Dei nihil omnino commune habet.

HIEROPHYLAX, æditıuus: *l.* 20. §. *ult.* D. *de ann. legat.*

HILARIUS, Arelatensis Episcopus, cujus fit mentio in *Novell.*

cell. Theodos. & Valentiniani de Episcop. ordin.

HIPPO. Hipponem delata navis : *l. 6. D. de Leg. Rhod.* quo loco Julianus, ut ex sequentibus verbis intelligitur, de Hippone, quæ in Bruttiis fuit, non longe a portu Herculis, sensisse videtur : quod oppidum sua ætate *Vibonem Valentiam* adpellatum, Plin. *lib. 3. c. 5.* tradit. Stephanus *de urbibus p. 413.* Pomponius Mela *lib. 2. c. 4.* Fuit & *Hyppo* Hyspaniæ Bæticæ oppidum, ut apud Plin. *lib. 3. c. 1.* Item, *Hyppo Regius*, in Africa, Diarrythum a Græcis dictum, propter aquarum irrigua, ut idem Plin. *lib. 5. c. 4.* & Mela *lib. 1. c. 7.* auctores sunt. Strabo autem *lib. 17. p. 1189.* duos fuisse in Africa Hippones Regios, scribit, alterum Uticæ proximum alterum remotiorem, & Trito propinquiorem, ambas Regias. De Diarryttho tamen Uticæ propinquiori dubitare licet, an Regius dictus sit, quum numquam sub Regibus fuerit : Cellar. *Geogr. Antiq. lib. 4. c. 5. p. 171.* Hipone autem Regio, non Diarryttho Episcopum sedisse D. Augustinum ostendit Vesseling. *ad Antonin. itinerar. p. 20.* Hein.

HIPPOCENTAURUS, adducitur pro exemplo rei, quæ in rerum natura non est, nec esse potest : §. 1. *Inst. de inutil. stip. l. 97. D. de verb. oblig.* quod a stoicis mutuatos esse jurisconsultos, notat Cujac. *l. 26. obs. c. 40.* Vid. Cic. *lib. 1. Tuscul. c. 37. & de natur. Deor. lib. 7. c. 3.* At Plin. *lib. 7. c. 3.* Claudius Cæsar scribit, Hyppocentaurum in Thessalia natum, eodem die interiisse : & nos principatu ejus, adlatum illi ex Aegypto in melle vidimus. Hieronymus *in vita Paulli* refert, Antonio ad Paullum illum, eremitæ ad eremitam eunti, obvium fuisse *hominem equo mixtum, cui opinio poetarum Hyppocentauri nomen indiderit.* Sed ipse dubitat Hieronymus, utrum diabolus ad incutiendum Antonio terrorem, hoc schemate prodierit, an eremus inter reliqua monstrosa animalia & hanc bestiam ferat.

HIPPOCOMUS, *l. 37. & l. 50. C. Theod. de curs. publ.* qui equos cursui publico destinatos & deservientes curat. Ex utraque constitutione hippocomos sagatos, seu in sagis fuisse adparet.

HIPOCRATIS mentio est in *l. 12. D. de stat. hom. l. 3. §. ult. D. de suis & legit. her.* Genitus est in insula Co, imprimis clara & valida, & Aesculapio dicata, ait Plin. *lib. 29. c. 1.* Idem *lib. 7. c. 51.* Hipocratem principem medicinæ vocat. Ejus enim laudes & elogia vid. apud eumd. Plin. *lib. 7. c. 37.* Quinctilian. *lib. 3. c. 6.* Macrob. *lib. 1. in somn. Scip.* Strabon. *lib. 14. p. 672.* & Suidam.

HIRCOSUS in *l. 12. §. ult. D. de ædil. edict.* est is cui os olet. Et eo sensu vocabulo usus est Censorinus *de die natal. c. 14.* Vid. Bynkersh. *lib. 3. obs. c. 23.* Hein. Alias cui *valle sub alarum trux habitat, caper*, ut Catullus ait, *Epigr. 70. in Rufum. Hircum* autem a latinis *hircinum* alarum fœtorem vocari, non est ignotum : ejusmodi vitium corporis Plinius *lib. 22. c. 22.* & *lib. 24. c. 19. alarum graveolentiam*, & *lib. 31. c. 10. lib. 35. c. 15. alarum virus*, denique *lib. 21. c. 20. alarum vitia* vocat.

HIRENARCHA. Vid. *Irenarcha.*

HIRENE, Ancillæ nomen, in *l. 43. D. de manum. testam.* Potius *Irene* scribi debuit.

HISGINUS color, vid. infra *isginus.*

HIS-

HISTO, pro textore: ἱςὸς enim est tela. Cujac. ad *l.* 203. D. *de verb. signif.*

HISTRIO est, qui in scena fabulas agit, artem ludicram facit. Festus: *Histriones* dicti quod primum ex Histria venerint. Livius quoque *lib.* 7. *c.* 2. quosdam existimasse, refert, nomen Histrionibus inditum, quia Hister, Tusco verbo ludio vocaretur. Histriones autem claros, *Roscium* & *Aesopum*, Cicero *de orat.* 1. *c.* 61. prædicat, & M. *Ofilium Hilarum*, comoediarum histrionem, Plin. *lib.* 7. *c.* 53. At in libris nostris histriones non alii habentur, quam servi, ut patet ex *l.* 15. §. 1. *D. de usufr. l.* 12. *D. quib. mod. usufr. l.* 73. §. 1. *D. de legat.* 3. Atque adeo hujus voluptatis etiam impuberes artifices fuisse, indicant Venuleius & Ulpianus, ille in *l. ult.* §. *ult. D. de liberal. causs.* in qua posse & impuberem operas dare, ait, si sit histrio: hic in *l.* 7. §. 5. D. *de oper. libert.* in qua impuberis quoque esse ministerium tradit, si forte sit histrio. Hinc

HISTRIONICÆ operæ: *l.* 73. §. 1. D. *de legat.* 3.

HODIE. Decem hodie dari spondes? dixi posse vel eo die pecuniam peti. Diem enim non differendæ actionis insertum videri, sed quo præsens ostendatur esse responsum: *l.* 118. §. 1. D. *de verb. obl.*

Hoc porro vocabulo plerumque novum jus, quod a vetere usu recessit, aut, quod usu moribusque contra antiqui, juris formam, receptum invaluit, significatur: atque ita *hodie*, est *eo jure, quo utimur*, seu moribus quibus vivimus, ut in *l.* 32. D. *de Leg. Cornel. de fals.* & passim. *Hodie* constat: *l.* 13. §. 8. *D. de damn. infect.*

HOLOBERÆ vestes. Vid. *Holovera* vestimenta.

HOLOGRAPHA scriptura, & *holographa* manu condita testamenta: *Novell. Theod. & Valentiniani de testam.* Isidor. *lib.* 5. *orig. c.* 24. Holographum testamentum manu auctoris totum conscriptum atque subscriptum. Unde & nomen accepit.

HOLOVERA vestimenta: *l.* 4. *C. de vestib. holob. Holoberæ* vestes potuere sane totæ sericæ, esse, ex græco ὅλος *totus* & βύρος sericus. At *holoveræ* vestes non *holosericas*, quæ fere promiscui usus erant, sed purpura tinctas, jam demonstrarunt Claud. Salmas. *ad script. Hist. Aug. p.* 341. *seq.* & Octav. Ferrar. *de re vestiar. part.* 1. *lib.* 2. *c.* 10. *p.* 158. Ceterum Claud. Salmas. eam vocem conflatam existimat ex græco ὅλος & latino *verus*, quod *tota vera* esset ac purpurea, (nam purpuram veteres ἀληθινὸν dixisse.) At Ferrarius *Holoverum* natum putat ex Græco ὁλοπόρφυρον: unde, abjecta syllaba πορ, natum ὁλόφυρον, ac denique *Holoverum*. Hein.

HOLUS, pro olus: *l.* 12. §. 1. *D. de usu & habit.* juncto §. 1. *Inst. eod. tit.*

HOMERITARUM gens, *l.* 2. *C. Theod. de legat. & decret. legat.* Stephanus *de urbibus p.* 614. gentem ait esse Aethiophicam, & ita Marcianum *Periplo* 1. scribere. Atqui Marcianus Heracleuta *lib.* 1. *p.* 44. *ædit. Dav. Hoeschel.* non dixit eam gentem esse Aethiopicam, sed Arabicam, quam oram maritimam ab Arabico sinu ad Persicum, in Arabia felice, tenere, scribit, quod & ex Ptolem. *lib.* 6. *c.* 7. Plinii *lib.* 6. *c.* 28. Philostorgio *lib.* 3. *Hist. eccles. c.* 4. aliisque satis constat: Vid. Cellar. *Geogr. Antiqu. lib.* 3. *c.* 14. Hein.

HO-

HOMERUS. *Homeri* teſtimonio juriſconſulti utuntur: *l.* 1. D. *de contr. emt. l.* 65. §. 4. D. *de legat.* 3. *l.* 1. D. *de mort. cauſ. don. l.* 4. §. 6. D. *de grad. & adfin. l.* 16. §. *ult.* D. *de pœn. l.* 9. §. 1. D. *de ſuppellect. leg.* §. 1. *Inſt. de donat.* & §. 1. *Inſt. de Leg. Aquil.*

HOMICIDA quis ſit, vid. *in Collat. Leg. Moſ. & Rom. tit.* 1. §. 2. 3. & 4. Qui hominem non occidit, ſed vulneravit, ut occideret, pro homicida damnandus: *l.* 1. §. 3. *D. ad Leg. Cornel. de ſicar.* Si quis percuſſorem ad ſe venientem cum gladio repulerit, non ut homicida tenetur: *l.* 3. *C. ad Leg. Corn. de ſicar.* Clarius tamen dixeris *Homicidium* eſſe cædem hominis contra jus factam. Aliud vero eſſe *doloſum* aliud *culpoſum.* Illud fit cum intentione necandi, vel ſaltim nocendi corpori.

HOMINIS adpellatione tam maſculus, quam femina continetur: *l.* 152. *D. de verb. ſignif. Homo* non recte dicitur partus nondum editus: *l.* 9. *D. ad Leg. Aquil. Homo* novus Vid. *Novus.*

Homo pro ſervo: *l.* 135. *l.* 203. D. *de verb. ſignif.* & paſſim,

Homo pro tirone: *l.* 7. *v. contra hæc ſunt C. Theod. de tiron.*

Homo pro colono: *l.* 3. *C. Th. de luſtr. collat. l. un. C. Th. quod juſſ.* At Tribonianus in *l. ult. C. quod juſſ.* verba, *d. l. un. homines commendantur*, mutavit, ſubſtituitque *commendant*, adeoque non ſervos, ſed ipſos dominos *hominum* adpellatione intellexit. Vid. Jac. Gothofr. *not. ad d. l. un.*

Homines domus Auguſtæ: *tit. C. Th. de conduct. & homin. dom. Aug.*

HOMOLOGARE dicebatur qui ſpondebat ſtare arbitrorum definitioni: *l.* 4. *C. de recept. arbitr.*

HOMOLOGI coloni, quorum bis mentio fit in *l. ult. C. Theod. de patrocin. vicor.* erant coloni adſcriptitii, vicis fundiſque adſcripti, ὁμολογοὶ conditionales, dedititii, qui videlicet ſe dedentes, ex pactione quadam hanc in conditionem venerant, receptique fuerant. Jac. Gothofr. *comment. in d. l.*

HOMOUSION, ὁμοούσιον conſubſtantiale, conſubſtantialitas: *l.* 4. *C. de ſumm. Trinit.* vocabulum quo ſe orthodoxi ab Arianis & aliis, diſcernebant. Unde *Homouſiani* ab Arianis dicebantur. Fulgent. *adv. Faſtid. Arian. c.* 1. Hein.

HONESTAMENTA, ſunt honorum prærogativæ, προνόμια, πρωτίμια, πρεσβεῖα τῆς τιμῆς: *l.* 4. *C. Theod. de Decur.* Idem vocabulum & Seneca Epiſt. 66. uſurpat. Sed & Symmachus *lib.* 1. *c.* 6. & Apulei. *in Apol. p.* 276.

HONESTUS locupletem, & in aliqua dignitate poſitum ſignificat: *l.* 9. D. *de obſeq. par. & patron.* Et hinc opponuntur *honeſti egenis* & humilibus: *l.* 38. §. 3. *D. de pœn.* §. 4. *Inſt. de publ. judic. l.* 3. §. *pen.* D. *ad Leg. Cornel. de ſicar. l.* 52. §. 21. *D. de furt.* Arnob. *lib.* 7. *p.* 130. Si ex duobus, facientibus res ſacras, *honeſtus* unus & locuples, alter anguſto lare. Et ita accipe *honeſtam* feminam: *l.* 37. §. 6. D. *de legat.* 3. *l.* 1. D. *de inſp. ventr.* Liberto & filio ſemper honeſta perſona patris & patroni videri debet: *l.* 9. D. *de obſeq. par.*

Honeſtum, quod non modo licet, ſed & virtuti & bonis moribus non adverſatur, ſed hoc amplius, quod decorum, conveniens honorique congruum eſt: *l.* 42. D. *de rit. nupt. l.* 197. D. *de reg. jur.* Nec enim omne, quod licet, honeſtum eſt: *l.* 144. D. *eod. tit.* Honeſtum porro quomo-

de

do a bono differat, vid. apud Senec. *Epist.* 118.

HONOR & *honos*, pro dignitate, & speciatim magistratu: *l. ult. C. de Judæis* & *l.* 7. *C. de Episc. & cler.* De *honoris* vero & *muneris* differentia vid. *l.* 6. §. *ult. l.* 10. *l.* 11. *D. de muner. & honor. Honoris* caussa facta donatio, si uxor viro laticlavii petendi gratia donet, vel ut equestris ordinis fiat: *l.* 42. *D. de don. int. vir. & ux. Honores* majores & minores: *l.* 11. D. *de mun. & honor.* Honor imaginis aut statuæ: *l.* 13. §. 4. *D. de injur.*

Honor pro prærogativa qua quis a vilibus personis separatur. Sic *honor* liberti auctus est, non conditio mutata, si ab Imperatore annulos acceperit: *l.* 33. §. 1. *D. de condit. & demonstr.*

Honor pro reverentia, ut in *l.* 10. §. 11. D. *de in jus voc.* ubi nullus *honos* dicitur deberi liberis patroni, qui capitis accusaverunt libertum paternum, vel in servitutem petierunt.

Honor: decus. Ita: In honorem nuptiarum species extra dotem a matre genero traditæ: Paull. 5. *sent.* 11. §. 1. In honorem matrimonii turpis actio adversus uxorem negatur: *l.* 2. D. *rer. amot.*

Honorem habere dicitur testator his, quos vel hereditate, vel legato prosequitur. Hinc: Honore proprio omisso, id est repudiata hereditate, testamento relicta: *l.* 26. *D. si quis omiss. causs. test.* Plenior autem erat *honor* heredum, quam legatariorum & inter illos ejus, qui primo nominatus fuerat, quam reliquorum. Quinctilian. *Declam.* 333. Institutus es primo loco heres, non facio tibi istius honoris controversiam. Adde *ejusd. Declam.* 388. & Cic. *pro Quinct.* c. 4. & *pro Cæcin.* c. 4. &, qui rem ex instituto exposuit, Guil. Forner. 1. *select.* 19.

Honor pro honorario *l.* 6. *pr.* D. *mandat.* & apud Virgil. *lib.* 5. *Aen. v.* 249. *Ipsis præcipue ductoribus addit honorem*, quemadmodum Græcis τιμὴ idem aliquando significat. Hieronym. *ad Geront. Honor* inquit, vel pro eleemosyna, vel pro munere accipitur. Eodem sensu *honor* accipitur *l.* 1. §. 5. *D. de extraord. cognit.* & apud Tibull. *lib.* 3. *eleg.* 1. ibi: Dicite Pierides, quonam donetur honore, Seu mea, seu fallor, cura Neæra tamen. Add. Menag. *Amoen. jur. c.* 39. *p.* 289. Hein.

HONORARI est præmio adfici aliquo. Nisi in arena passi sunt honorari: *l.* 1. §. 6. D. *de postul.* licet Accurs. male hic legat *onerari.*

HONORARIUS *a, um, Honoraria* dignitas: *Novell. de judæis* & *l.* 138. *C. Th. de decurion.* prærogativa: *Novell. Theod. de metat.* qualis est eorum qui dicuntur *Honorarii* de quibus mox.

Honoraria actio: *l.* 22. §. *ult. D. de liberal. causs.* & passim, id est, prætoria. Et ita opponuntur *honoraria* actio & *civilis l.* 28. *pr. D. de legat.* 1. & *legitima*: *l.* 32. *pr. D. ad Leg. falcid.* obligatio: *l.* 5. *D. de pign.*

Honorarii in *l.* 14. *C. Th. de navicul. l.* 1. *C. Theod. qui a præbit. tiron. Nov. Theod. & Valent. de metat.* dicuntur, qui sine administratione *honorarii* declarati sunt codicillis, ut loquitur *l. ult. C. ubi Senator.* vel qui sine administratione adumbratarum dignitatum *codicillos honorarios* meruerunt, ut aiunt Impp. *l.* 42. C. *Theod. de decurion.* quos hoc verborum ambitu designant, quod sint extra palatium constituti, officiorum publicorum atque militiæ munerum expertes, quo habent secretæ quietis umbracula, quibus honorum species suf-

ſuffragio magis parta, quam merito: *l.* 5. *l.* 6. *C. Theod. de honor. codicill.* Eoſdem Imperatores digito demonſtrant in *l.* 74. *C. Theod. de decurion.* quum aiunt: Inanes vero umbras & caſſas imagines dignitatum codicillis *honorariis* ſectantes nihil adjuvari præcipimus. *Honorarios* etiam intelligit Theodoſius, quum ait: Qui honorariæ prærogativæ inſignibus potiuntur. *Novell. Theodoſ. de metat.* Adde *Novell. Juſtiniani* 70. *præf.* cujus hac de re verba ſic latine vertuntur: Novimus enim, quia antiquitus erat quædam præfecturæ figura, quam *honorariam* vocabant codicillis ab imperio ſuper ea collatis. Hanc autem ita nominabant, quod nihil aliud, niſi purum honorem iis, quibus præbebatur, conferret. Imaginarius ergo erat hic honorum titulus, & ſine munere. Eoque modo Auſonius *Eidyll.* 30. *Muneris exſortem, nomine participem* fuiſſe, ſcribit. Huc pertinent *Honorarii codicilli*, qui abſque adminiſtratione & cingulo nudi honoris gratia, ſeu decoris cauſſa ab Impp. concedebantur *l. ult.* C. *ubi Senat. vel clariſſ. l.* 41. *C. Theod. de decurion. l.* 1. *C. Th. de oblat. equor. tit. ejuſd. cod. de honor. codicill.* Ac proinde qui hujuſmodi codicillis decorabantur, nulla vera & ſolida, ſed imaginaria tantum & adumbrata dignitate potiebantur.

Honorarium, quod pro mercede datur. Honoraria ſumma, cauta nomine palmarii: *l.* 1. §. 12. D. *de extraord. cognit.*

Honorarium judicium: *l.* 33. *pr.* D. *de nox. act.*

Honorarium jus, id eſt, prætorium: *l.* 65. §. 3. *D. ad SC. Trebell.* Hoc autem jus ad honorem prætorum ita nominatum eſſe, ſcribit Papinianus *l.* 7. D. *de juſt. & jur.* Juſtinianus vero in §. 7. *Inſt. de jur. nat. gent.* Prætorum quoque ait, edicta non modicam obtinent juris auctoritatem. Hoc etiam jus honorarium ſolemus adpellare, quod, qui honorem gerunt, id eſt, magiſtratus, auctoritatem huic juri dederunt. Ac plane *honoratus* dicitur Prætor ab Ovid. *lib.* 1. *Faſt. v.* 5. *Honorarium* ergo jus *civili* opponitur: *l.* 65. §. 3. *D. ad SC. Trebell.* Sed & quæ ex quocumque magiſtratus edicto promanarunt, *jura honoraria* dicta ſunt, uti Modeſtinus *l.* 52. §. 6. D. *de oblig. & act.* ipſeque Juſtinianus *d.* §. 7. *Inſt de Juſtitia & jur.* obſervarunt, pluribuſque argumentis firmarunt Cujac. in *Notis prioribus* ad *d.* §. 7. & Jac. Ravard. *de auctorit. prudent. c.* 10. *p.* 1008. Et reliquos Magiſtratus etiam prætorem *honoratos* etiam dictos eſſe, paullo poſt, ad art. *honoratus* adparebit.

Honorarius arbiter, apud Cic. *lib.* 5. *Tuſc. c.* 41. datus a prætore, vel alio magiſtratu.

Honorarius bonorum poſſeſſor: *l.* 6. *D. ad SC. Trebell. l.* 10. D. *ad SC. Vellei. l.* 1. §. 8. *D. ut legat. ſeu fideic. ſerv. cauſſ. cav. l.* 9. §. 6. *D. de interrog. in jur. fac. l.* 24. *D. famil. erciſc.* ſeu ſucceſſor: *l.* 13. §. 10. D. *de acceptil.* id eſt, qui bonorum poſſeſſionem a prætore impetravit, qui etiam ſucceſſor prætorius adpellatur.

Honorarius curator, qui a Prætore conſtituitur: Ulpian. *fragm. tit.* 12. §. 1.

Honorarius tutor vero in *l.* 60. §. 2. D. *de rit. nupt.* eſt qui honoris cauſſa tutor datus, ut *d.* §. 2. explicatur.

HONORATI: *l.* 1. *C. de offic. civ. jud. l.* 18. *C. de Epiſc. & cler.* & paſſim. Quo nomine generaliter omnes, quacumque dignitate, ſive civili, ſive militari

ri præditi, & omnes omnino, aliquam administrationem habentes, comprehenduntur. Unde omnes *honorati civilium & militarium* dignitatum: *l. un. C. de honorat. vehic.*

Falluntur igitur, qui prætorem, vel solum κατ' ἐξοχὴν, *honoratum* dictum, ex Ovid. *Fast. lib.* 1. *v.* 51. colligunt. Idem enim elogium & consulibus, reliquisque magistratibus tribuitur a Livio *lib.* 25. *c.* 3. Salluft. *Catil. lib. c.* 34. Horat. *lib.* 1. *Epist.* 1. *v.* 106. Propert. *lib.* 4. *eleg.* 2. *v.* 102. Vellei. Paterc. *lib.* 2. *c.* 54. & 88. ipsoque Ovidio *ex Ponto lib.* 4. *el.* 5. *v.* 2. & in *Carm. ad Livium v.* 329. Qui functi erant magistratibus, *honore usi* vocabantur: Flor. *lib.* 1. *c.* 13. & apud Gruter. *Inscr. p.* 353. 6. *p.* 387. 8. *p.* 392. 1. Quin & sacerdotes, *honoratos* dictos esse, legimus. Nam *honoratus Augustalis* & apud Gruter. *p.* 357. 3. *Honoratus Flamen Augustal.* apud eumd. *p.* 364. 1. Unde non absurde dixeris, & pontificum edicta, qualia fortassis sunt illa *l.* 6. §. 3. *D. de rer. divis. l.* 9. §. 2. *D. eod. tit. & l.* 44. §. 1. *D. de religios.* portionem *juris honorarii* fuisse. Nam ex juris pontificii capitibus innumerabilia nata esse, quibus impleti fuerint Jurisconsultorum libri, testatur Cic. *de Legib. lib.* 2. *c.* 19. Hein.

Honorati etiam, qui honorarios codicillos consequuti fuerant, dicuntur. Vid. Jac. Gothofr. *Comment. ad l. un. C. Theod. de offic. judic. civil.* Joseph. Neri. 1. *Analect.* 32. & Hadr. Valef. *ad Ammian. Marcellin. lib.* 14. *c.* 5.

HONORIFICENTIAM præstare: *l. pen. C. de offic. div. jud.* deferre: *l.* 1. *C. de domest. protect.*

HOPIA Indica: *l.* 16. §. 7. *D. de publican.* Per eam opium intelligit Accursius, quod homines faciat dormire. At Bynkersh. *lib.* 4. *obs. c.* 5. *p.* 353. urbane, ut solet, id ridet. Ipse non dubitat, quin legendum sit *opera Indica.*

HORA, *l.* 3. §. 3. *D. de minor. l.* 16. §. *ult. D. de vulg. & pup. substit.* ἡμέρας μόριον, *diei pars* definitur ab Athenæo, *lib.* 1. *Deipnosoph.* vel potius in *argumento operis p.* 1. de cujus vocis etymo videndus Macrob. *lib.* 1. *Saturnal. c.* 21. Diei autem, hoc est, lucis, duodecim horas esse, ex Pallad. *lib.* 2. *de re rust. c. ult.* patet. Id quod ipsemet luminis veri parens pronunciat apud D. Joan. *Evang. c.* 11. *v.* 9. his verbis: Nonne duodecim diei horæ sunt? Cujus partitionis perpetuo servandæ caussa æstivas horas hibernis longiores fuisse, consequens est, ut Martialis *lib.* 20. *epigr.* 1. indicat, quum ait: *Hora nec æstiva est.* Verum tamen more Romanorum, qui dies a media nocte incipiebant, & sequentis noctis media parte finiebant, viginti quatuor horas complecti dies dicitur: *l.* 8. *D. de feriis.* Varro *lib. rerum humanarum,* quem de diebus scripsit: Homines, inquit, qui a media nocte ad proximam mediam noctem in his horis viginti quatuor nati sunt, una die nati dicuntur. Citat Gell. *lib.* 3. *c.* 2. quod his verbis concluditur: Diem, quem Romani civilem adpellarunt, a sexta noctis hora oriri. Similiterque Plinius *lib.* 2. *c.* 77. Vulgus omne diem a luce ad tenebras observat. Sacerdotes Romani, & qui diem definiere civilem, item Ægyptii & Hipparchus, a media nocte in mediam. Idem Varro *lib.* 8. *de ling. lat.* In mari motus viginti quatuor horis lunaribus quotidie quater se mutant. Sic

Hora secunda diei, apud Paull. *lib.* 4. *sent. tit.* 6. §. 2. tertia: *l.* 5.

l. 5. §. *ult. D. de fervit.* fexta: *l.* 25. §. *ult. D. de lib. & poft. l.* 2. D. *de ann. legat.* & nona apud D. Matth. *Evang. c.* 20. *v.* 5. Marc. *c.* 15. *v.* 33. Luc. *c.* 23. *v.* 44. ubi hora eft lucis.

Horæ Canonicæ, funt certæ preces fundendo ad Deum, pfallendo, divinaque legendo horæ deftinatæ ab ecclefia. De his Author vitæ S. Alexandri apud Jo. Bollandum in *Act. Sanctor. tom.* 1. *d.* 15. *Jan. p.* 1024. Et primum, ait, in regula fanctæ inftitutionis normam apoftolicam fufcepit, ftatuitque tertiam, fextam, nonam & fimul nocturnam. Clemens Alexandrinus *lib.* 7. *Stromat.* Quod fi nonnulli, ait, certas & definitas horas conftituunt precationi, ut verbi gratia tertiam, fextam, nonam, at is, qui eft cognitione præditus, per totam oret vitam. Tertullianus in *Pfych. c.* 10. Porro, ait, cum in eodem commentario Lucæ & tertia hora orationis demonftretur, fub qua Spiritu S. initiati pro ebriis habebantur; (Act. II. 15.) & fexta, qua Petrus afcendit in fuperiora, (Act. IX. 9.) & nona, qua templum funt ingreffi, (Act. III. 1.) cur non intelligamus falva plane indifferentia, femper & ubique, & omni tempore orandum, tamen tres iftas horas, ut pote infigniores, in rebus humanis, quæ diem diftribuunt, quæ negotia diftinguunt, quæ publice refonant, ita ut follemniores fuiffe, quod etiam fuadet Danielis quoque argumentum, ter die orantis. Hæc ille. Inde paffim invaluerunt hæc tria tempora ftata, quibus Chriftiani vel communes fundebant preces, vel domi etiam privatæ vacabant devotioni, fi fervor perfequutionis iis obftabat. Seculo vero quarto maxime a monachis iis fuperadditæ funt horæ duæ nocturnæ, ut folidioris pietatis ftudio reliquos fuperarent. Horis hifce, ubique corroboratis, preces ftatæ recitabantur, & pfalmi Davidici cantabantur, tam in monafteriis, quam in ecclefiis, ab univerfo populo. Auguftinus *Serm.* 55. *de tempor.* univerfos compellat aitque: Ad vigilias maturius furgite, ad tertiam, ad fextam, ad nonam ante omnia convenite. Nullus fe a fancto opere fubtrahat, nifi quem infirmitas aut publica utilitas, aut forte certa & grandis neceffitas tenuerit occupatum. Auctor *vitæ S. Cæfarii epifcopi Arelat. lib.* 1. *n.* 11. apud Mabillon. in *Act. Benedict. fæcul.* 1. *p.* 622. *circa an.* 542. idem confirmat, & adjecit etiam, ait, atque compulit, ut laicorum popularitas pfalmos & hymnos pararet, altaque & modulata voce, inftar clericorum, alii græce, alii latine, profas antiphonafque cantarent, ut non haberent fpatium, in ecclefia fabulis occupari. Quod vero officium ab omnibus defiderabatur fidelibus, ante omnia fedulo a clericis peragendum fuit, ne hi fegniores viderentur laicis, quos exemplo fuo ad quævis pietatis exercitia allicere debebant. Non foli clerici in choro cantabant, fed univerfus populus: nec foli clerici preces fundebant, fed tota ecclefia, prout pleniffime oftendit Thomaffinus *P. I. de V. & N. ecclef. difcipl. lib.* 2. *cap.* 73. *feq.* Interim clerici ftrictius ad hoc officium adftricti erant, ut pœnas ecclefiafticas incurrerent, fi defides effent, cum laicis multa impedimenta obvenire poffent, quibus diftricti precibus communibus haud intereffe poffent, a quibus clerici liberi erant. Liquet hoc ex Conftitutione Juftiniani in *l.* 42. §. 10. *C. de epifc. & cler.* In Capitularibus Caroli M. *lib.* 1. *c.* 80. hac de re ita cautum eft: Mo-

Monachi, ut cantum Romanum pleniter & ordinabiliter per nocturnale & gradale officium peragant, secundum quod Beatæ memoriæ genitor noster Pipinus Rex decertavit ut fieret, quando gallicanum cantum tulit, ob unanimitatem Apostolicæ sedis, & Sanctæ Dei ecclesiæ pacificam concordiam. Conf. Jo. Diaconi in *vita S. Gregor. lib.* 2. *n.* 9. & 10. apud Jo. Mabillon. in *Actis Benedict. sec.* 1. *p.* 416.

Horæ sex antemeridianæ: *l.* 3. *D. de oper. libert.* quæ *primæ* dicuntur, quibus opponuntur *supremæ* in *l.* 2. §. *ult. D. de verb. signif.* in qua Paullus ait: Cujusque diei major pars est horarum septem, primarum diei, non supremarum. Exstat venustum, nec minus argutum, epigramma Græcum, quo primas sex horas diei rebus gerendis aptas & commodas esse, traditur, eas vero, quæ deinceps sequantur, dandas esse, corpori, cujus, ut ille ait, fulturis animi animus sustinetur. Idque ipsarum litterarum Græcarum, quibus horarum series notatur conjunctione significari. Supremarum enim horarum apices numerales sunt Ζ. Η. Θ. Ι. qui simul juncti efficiunt ΖΗΘΙ, quo verbo mortales *vivere* & genio indulgere admonentur. Ἓξ ὧραι μόχθοις ἱκανώταται αἱ δὲ μετ' αὐτάς, Γράμμασι δεικνύμεναι, ΖΗΘΙ λέγουσι βροτοῖς. Quod ita exposuit vetus scholiastes. Hoc dicit: Ad sextam usque diei horam laborandum est. Post eam eundum ad prandium, idque ipsum horologium indicat. Nam post sextam horam notæ, id est Z. pro septima, H pro octava, Θ pro nona, I pro decima, simul collectæ, faciunt ZHΘI, id est, edere te jubent, ut vivere possis.

Hora noctis sexta: *l.* 5. *D. qui test. fac. poss.* Gell. *lib.* 3. c. 3. *l.* 1. *D. de manum.* Id est, post mediam noctem.

Hordeum, frugis genus, ut docet Paull. *lib.* 3. *Sent. tit.* 6. §. 78. *frugumque mollissimum*, quemadmodum Plinius *lib.* 18. *c.* 7. tradit. Hordeo utique veteres jumenta pavisse, ut nunc fit avena, satis constat, ut ex *l.* 3. §. 8. D. *de pen. leg.* Unde hordearium æs, Festo teste, dicebant, quod pro hordeo equiti dabatur. Ex hordeo in quibusdam provinciis zythum conficitur: *l.* 9. *D. de trit. vin. ol.*

Horologium æreum, quod non est adfixum: *l.* 12. §. 23. D. *de instr. vel instr. leg.* Horologiorum utique duo antiquitus genera fuisse, constat: unum, quod gnomone umbras in sole faciente, horas indicat, alterum, quo horas æque noctium, ac dierum, aqua dividebant. Illud *solarium* adpellatur a Plauto *in Bœotia* apud Gell. *lib.* 3. *c.* 3. & a Plin. *lib.* 2. *c.* 76. Utramque horologiorum speciem describit Cassiodor. *lib.* 1. *var. c.* 45. his verbis: Burgundionum dominus a nobis magnopere postulavit, ut horologium, & quod solis immensi comprehensa illuminatione distinguitur, cum magistris rerum ei transmittere deberemus. Idem Cassiodorus *ibid.* ex intervallo duplex horologium ita distinguit: Primum fit, ubi stilus, diei index, per umbram exiguam horas consuevit ostendere. Radius itaque immobilis & parvus, peragens quod tam miranda magnitudo solis, discurrit &c. Secundum fit, ubi præter solis radios hora dignoscitur, noctes in partes dividens: quod ut nihil deberet astris, rationem cœli ad aqua um potius fluenta convertit. Hæc Cassiodorus. Horologiorum vero illorum conficiendorum negotium dat

 Theo-

Theodoricus Anicio Boethio Severino, cujus peritiam illic commendat, quam & ejus mathematici libri testantur. Idemque Theodoricus Rex *c. ult. ejusd. libri* horologium duplex ad Gundebaldum, Burgundionum Regem, mittens, munus suum ornat his verbis: Per harum portitores, oblectamenta præsentiæ vestræ horologia cum suis dispositoribus credidimus destinanda. Unum, in quo humana sollertia videtur colligi, quod totius coeli noscitur spatia pervagari. Aliud, ubi solis meatus sine sole cognoscitur, & aquis guttantibus horarum spatia terminantur. Idem Cassiodor. *de divin. lect. c.* 30. Horologium vobis unum, quod solis claritas indicet, præparasse cognoscor. Alterum vero aquatile, quod die noctuque horarum jugiter indicat quantitatem: quia frequenter nonnullis diebus solis claritas abesse cognoscitur: miroque modo in terris aqua peragit quod solis flammeus vigor desuper modulatus excurrit.

HORREARIUS, horrei conductor dicitur, *l.* 5. §. 3. *D. de his qui effud. vel dejec. l.* 5. *D. ad exhib. l.* 60. §. *ult. D. locat.*

At alius est *horrearius* in marmore apud Reines. *Class.* 11. *Inscr.* 87. puta, qui operam horreis publicis Romanis, qualia erant *Seiana*, *Pupiana*, *Galbiana*, locaverat: de quibus consulendus idem Reines. *Lib.* 3. *var. c.* 12. *p.* 545. *seq.* Hein.

HORREATICÆ species: *l.* 3. *C. Theod. de condit. in publ. horr.* quæ in horreis conditæ.

HORREORUM varia habentur genera. In iis enim & frumenta & vina, & penu, & merces reponebantur: *l.* 19. §. 2. D. *de judic. l.* 12. §. 39. D. *de instr. vel instr. leg. l.* 1. *l.* 4. *C. de legat.* Proinde *horreum* aliud *frumentarium* est, quod & *granarium* adpellatur: *l.* 6. *D. de adquir. rer. dom.* juncta *l.* 18. D. *de act. emt. vend.* ex quo intelligimus, talia horrea plerumque ex tabulis ligneis facta, mobilia super terram exstitisse. Horreum penuarium; *l.* 3. §. *ult.* D. *de pen. leg.* Aliud, in quo merces condi, & alias quasvis res colligi, custodiæque caussa reponi solebant. Vid. *l.* 5. *D. ad exhib. l.* 84. *D. de legat.* 3. *l.* 8. *C. de pignor. l.* 20. §. 8. *D. de instr. vel instr. leg. l.* 32. §. 4. D. *de aur. arg. leg.* Quin in horreis homines pretiosissimam partem fortunarum suarum reposuisse, ait *l.* 3. §. 2. *D. de offic. præf. vigil.* ex qua adparet, custodiæ earum rerum, quæ in horreis reponebantur, gratia cellas, armaria, & arcas in illis veteres habuisse. Lamprid. *de Alexandro Imp. c.* 39. Horrea in omnibus regionibus publica fecit, ad quæ conferrent bona ii, qui privatas custodias non haberent. *Horrea* portuensia de quib. est *Tit. C. Th. de horr. port.*

HORTARI, est excitare aliquem ad aliquid agendum, a quo differunt *monere* & *jubere*. *Jubemus* enim imperio, *monemus* consilio, *hortamur* impulsu. Unde est, quod, quum servus hortatu domini creditorem deceperit, dominus de dolo tantum teneatur, secus ac si jussu: *l.* 20. *D. de dol. mal.* adeoque de jussu quidem est actio prætoria in solidum, adversus dominum: de hortatu vero tantum subsidiaria illa, de dolo.

Hortari & jubere aliquando conjunguntur, ut in *l.* 4. *C. ad Leg. Jul. repet.* item hortari & consilium dare: §. 11. *Inst. de oblig. quæ ex delict.*

HORTENSIA Lex, a Q. Hortensio Dictatore lata, qua Plæbiscitis legum vis atque auctoritas tributa est: *l.* 2. §. 8. *D. de*

orig.

orig. jur. §. 4. *Inst. de jur. nat. gent. & civ.* Adde Gell. *lib.* 4. *c.* 13.

HORTI qui sunt in ædificiis constituti, urbanorum prædiorum adpellatione continentur, auctore Ulp. *l.* 198. *D. de verb. signif.* Plane si plurimum horti in reditu sunt, vinearii forte, vel etiam olitorii, magis hæc non sunt urbana. *Ibid. Horti* Sallustiani Romæ Augusti erant: *l.* 39. §. *fin. D. de legat.* I. Horum meminit Tacit. *lib.* 3. *hist. c.* 82. Vopiscus *in Aurelian. c.* 49. Auctor *Panegyrici Constantino dicti c.* 14. Xiphilin. *in Vespasian. lib.* 66. *p.* 750. Euseb. *in Chronic. num.* 2013. & Inscriptio apud Grut. *p.* 39. 4. *Hortus* autem in XII. Tab. idem valebat quod villa, ut Plin. *lib.* 19. *c.* 3. auctor est.

In *Hortum* etiam deducebantur sponsæ, ibique in diæta habitabant, donec transeuntes ad maritum, aqua & igni acciperentur. Scævola *l.* 66. §. I. D. *de don. int. vir. & ux.* Virgini, in hortos deductæ, ante diem tertiam, quam ibi nuptiæ fierent, quum in separata diæta ab eo esset, die nuptiarum, priusquam ad eum transiret, & priusquam aqua & igni acciperetur, obtulit decem aureos dono. Terent. *Adelph. Act.* 5. *sc.* 5. *v.* 10. Atque hanc in horto maceriam jube dirui: Quanti potest, hanc transfer: unam fac domum: traduce & matrem, & familiam omnem ad nos. Quem Terentii locum ad explicandum Scævolæ textum, ipsumque hunc ritum illustrandum, attulit Petr. *Peren. lib.* I. *Animadv. c.* 6. Elegantem ejus ritus rationem reddit Ferrandus Adduensis *Explicat. lib.* I. *p.* 530. *Thesaur. jur. civ. Tom.* 2. Ex Varrone enim, aliisque veteribus auctoribus, *hortos* fuisse Veneri sacros, demonstravit. *Hein.*

HOSPES, qui non ibi habitat, sed tantum hospitatur. Tantum autem intereft inter habitatorem & hospitem, quantum interest inter domicilium habentem, & peregrinantem: *l.* I. §. *pen.* D. *de his, qui effud. vel dejec.* Hospites tamen ab advenis & peregrinis distinguit Cic. *in Rull. de Leg. Agr. c.* 34. Hospitis recipiendi necessitas: *l.* 10. §. 2. *D. de vacat. & excus. mun.* Cogebantur autem provinciales hospitio milites, nisi eis muneris hujus immunitas a Principibus indulta esset, officialesque Præsidum, per municipia iter facientes, excipere, ut ostendit *l.* 3. §. 13. D. *de vacat. & excus. mun.* Inde est, quod Ulpianus ait, Præsidi provinciæ providendum esse, ne tenuis vitæ homines, sub prætextu adventus militum, lumine unico vel brevi suppellectili, in aliorum usus translatis injuriis adficiantur: *l.* 6. §. 5. *D. de offic. præs.* Hinc

HOSPITALIS molestia: *l.* 18. C. *Th. de med. & profess.*

HOSPITALITATIS injusta præbitio: *l.* 12. *C. Theod. eod. tit.* Quo nomine intelligendum omne illud illicitæ exactionis genus, quo commeantes sibi vel annonam, vel capitum, hoc est fœnum reliquumque pro animalibus suis pabulum præberi sine pretio, jubebant. Jac. Gothofr. *Comm. ad l.* 12. *C. Theod. de metat.*

HOSPITATURA. Ita aliqui legunt in *l.* 18. §. 19. D. *de mun. & honor.* & interpretantur munus hospitis recipiendi. At ibi aliter legendum esse Vid. infra art. *Ospratura.*

HOSPITIUM. Hospitia quæ præbentur militibus: *l.* 3. §. 13. *D. de mun. & honor.* de quibus modo *sub art. hospes.*

Hospitium habere cum gente aliqua, dixit Pompon. id est, jus

jus hospitii: *l.* 5. §. 2. *D. de capt. & postl.*

Hospitium & *Hospitiolum*: *l.* 5. §. 1. *D. de his qui effud. vel dejec.* in quæ nempe hospites recipiuntur. Habebant autem veteres, ut Vitruv. *lib.* 6. *c.* 10. indicat, propria quædam triclinia, & cubicula, quibus advenientes hospites recipiebant, quæ *hospitalia* dicebantur. Erant etiam in bene moratis civitatibus publica hospitibus destinata loca, quæ Xenodochia, vel Xenones adpellabantur, quorum meminit *l.* 16. *l.* 18. *C. de sacros. eccl. l.* 3. §. *pen. l.* 37. *C. de episc. & cler.* Eorum locorum, qui administrationem habebant, Xenodochi adpellabantur: *l.* 31. *l.* 35. *C. eod. tit.* Xenoparochi etiam in municipiis memorantur, in *l. ult.* §. 10. *D. de mun. & honor.* quos eosdem Brissonius putat esse cum parochis, de quibus Horat. *lib.* 1. *Serm. sat.* 5. *v.* 45. & ibi *Acron. & Porphyr.*

HOSTIA vel Ostia: *l.* 6. *D. de Leg. Rhod.* Urbs in ore Tiberis, ut ait Liv. *lib.* 1. *c.* 33. Unde & nomen ei inditum Dionys. *Halicarn. lib.* 3. *p.* 183. censet. Plin. *lib.* 3. *c.* 5. *Hostia*, ait, *colonia*, *a Romano Rege deducta*, id est, ab Anco Marcio. Aurel. Victor *de vir. illustr. c.* 5. in ejus Regis elogio: *Ostiam* coloniam, maritimis commeatibus opportunam, in ostia Tiberis eduxit. Idem & Liv. *lib.* 1. *c.* 33. Illic portum a Claud. Imp. exstructum, Suetonius *in ejus vita c.* 20. narrat.

HOSTIARIUS, vel potius Ostiarius, Servus, ostio vel januæ præfectus: *l.* 12. §. 42. *D. de instr. vel instr. leg.* *Ostiarios* vero more vetere in catena fuisse, Sueton. *de clar. Rhetor. c.* 3. scribit.

Hostiarii, etiam clericorum numero in ecclesia: *l.* 6. *C. de Episc. & cler.* dicti ab eo, ut Isidor. *lib.* 8. *c.* 12. scribit, quod præessent ostiis templi. Ipsi enim, ait ille, tenentes clavem, omnia intus extraque custodiebant, atque inter bonos & malos habentes judicium, fideles recipiebant, & respuebant infideles.

HOSTICUS ager apud Varron. *lib.* 4. *de ling. lat.* & *lib.* 5. In *hostico* absolute pro in hostico loco dixit Ulpianus in *l. ult. D. de testam. milit.* Liv. *lib.* 6. *c.* 31. & *lib.* 8. *c.* 38. Plin. *Panegyr. c.* 29. Ammian. Marcellin. *lib.* 19. *c.* 6. Quod autem *hosticolo* in *l. un. D. de bon. poss. ex test. mil.* id Bynkershœk, *lib.* 4. *obs. c.* 20. monuit natum esse ex duabus vocibus *hostico* & *lo*, id est *loco*, in unum contractis. Ἐν πολεμουμένῳ τόπῳ, vertunt Basilicæ *lib.* 35. *tit.* 21. Ceterum *hosticum* absolute pro hostico loco, eadem forma dicitur, qua *barbaricum*, *Geticum*, *Celticum*, *Noricum*, *Vindelicum*, *Illyricum*, quin & *pacatum*, quod hostico opponit Livius *lib.* 29. *c.* 2. quando ait: Hostico, tamquam pacato, clementer ductis militibus. *Manil. lib.* 4. *Astron.* Taurus simplicibus donabit rura colonis; Pacatique labor veniet. Add. *Gronov. lib.* 2. *obs. c.* 3. *p.* 233. Hein.

HOSTILIA lex, qua permissum, furti agere eorum nomine, qui apud hostes essent, aut reipublicæ caussa abessent: *pr. Inst. per quos ag. poss.* *Hostilianæ* actiones, apud Cic. *de orat. lib.* 1. *c.* 57.

HOSTIS. *Hostes* sunt, qui nobis, aut quibus nos publice bellum decrevimus. Ceteri latrunculi, vel prædones sunt; *l.* 118. *D. de verb. signif. l.* 24. *D. de capt. & postl.* Publice autem bellum, vel simpliciter decernere, vel gerere intelliguntur, qui jure belli utuntur, quive id gerunt personæ ab externo imperio regi-

regimineque civili liberæ, ipsæ eo imperio utentes apud se. Porro, ut ait Ulpianus. In civilibus dissensionibus, qui in alterutras partes discedunt, hostium vice non sunt: *l.* 21. D. *de capt. & postl.* Nam legibus XII Tab. *hostis* nomine peregrinus significabatur, quod vocabulum, tristitiæ rei deliniendæ caussa, ad eos peregrinorum qui perduelles essent, id est, quibuscum duellum, seu bellum esset, translatum est, ceu docet Cic. *lib.* 1. *de offic. c.* 12. Vid. & *l.* 234. D. *de verb. signif.* & Varr. *de ling. lat. lib.* 4. At D. Ambros. *lib.* 1. *de offic. c.* 24. & Festus scribunt, *hostem* ab hostiendo, id est, æquando, dictum esse, quod pari cum civibus jure, puta belli, censerentur. A quo verbo *Hostilinæ* Deæ nomen impositum, quod ei sacra fierent, quum segetes novis aristis æquarentur. D. Augustin. *lib.* 3. *de civit. Dei c.* 8.

Hostes etiam, qui in rempublicam hostili animo quid machinati sunt aut perpetraverunt. Et sic intelligenda *l.* 8. §. 2. D. *de pœn.* ubi hostes itemque transfugæ pœna vivicomburii plecti dicuntur. Tales enim reos criminis læsæ majestatis, hostes, perduellesve judicatos, vivos exustos patet ex *l.* 38. §. 1. *D. de pœn.* Paull. *recept. Sent. lib.* 5. *tit.* 29. §. 1. Valer. Max. *lib.* 6. *c.* 3. §. 2. Volcat. Gallic. *in Avid. Caff. c. ult.* Sane illi *hostes* vocantur etiam a Sallustio *Catilin. c.* 60. & 61. & a Tertulliano in *Apol. c.* 2. Vid. Bynkersh. 5. *obs.* 22.

Hostis communis salutis maleficus, *l.* 11. *C. Theod. de malef.* Hoc convitii genere Christianos olim prosequuti sunt Gentiles: dum publicos hostes vocarent: quod notum. Ita Cicero 3. *offic. cap.* 29. Piratam *communem hostem* omnium vocat.

Hostis publicus. Quamvis plurimi petentibus facultates eorum qui sub *hoste publico* egerunt, atque in prælio pœnas debitas pependerunt, liberalitas nostra largita sit &c. *l.* 4. C. *Th. de bon. vacant.* De quo hoste publico vide Gothofredi conjecturas in *Comm. ad d. l.*

HOSTIUM pro *Ostium*: *l.* 1. *D. de ventr. in poss. mitt. l.* 59. *D. de rei vind.*

Hostium fluminis: *l.* 4. *D. de Leg. Rhod.*

HUMANITAS, pro humana infirmitate, sorte, conditione. Omnia, quæ supra terram urnis clausa, vel sarcofagis corpora detinentur, extra urbem delata ponantur, ut & *humanitatis* instar exhibeant: *l.* 6. *C. Theod. de sepulcr. viol.* id est, prætereuntes humanæ conditionis admoneant. Cic. *pro Rosc. c.* 23. Magna est vis *humanitatis*, id est, sensus humani.

Humanitas, ut Gell. *lib.* 13. *c.* 15. scribit, etiam significat φιλανθρωπίαν & dexteritatem quamdam, benevolentiam erga omnes homines. Sed & verbo hoc facilius, mansuetudo, lenitas, comitasque significatur. *Humanitatem* exhibere: *l.* 1. §. 4. *D. de postul.* Humanitatis negotium gerere dicitur qui funerat alienum cadaver, ne insepultum jaceat: *l.* 14. §. 7. *D. de religios.* Confer qui de ejus legis intellectu vocisque hujus notione uberius egit Pet. Fabr. *ad jus Attic. & Rom. c.* 1. *p.* 12. *seq.* Sed nihil hic extricarunt vel Petr. Faber, vel Salmas. *obs. ad jus Attic. & Rom. c.* 25. *p.* 554. vel Desid. Herald. *obs. & emendat. c.* 34. Quo jure enim sumptus quis repeteret, quos ex humanitate & pietate fecit? Omnia plana sunt, si cum laudatissimo Bynkersh. *lib.* 4. *obs. c.* 22. leviter trajectis verbis, legamus:

Utrum negotium quis vel defuncti, vel heredis gerit, an vero ipsius humanitatis, vel &c. Hein.

Humanitas, medii ævi scriptoribus pro victu accipitur. Sic in *l. 7. C. Th. de custod. reor. humanitatem denegare, & victualem substantiam denegare*, junguntur. Et *humanitatem dare* eo sensu legimus in Leg. Wisigoth. *lib. 9. tit.* 1. §. 4. 5. 6. ut humanitatem ministrare apud Marculf. *lib.* 1. *Form. c.* 11. Add. Car. Du Fresne *Gloss. med. & inf. Lat.* sub hac voce.

HUMANITUS, humanæ mortalitatis casu. Ut in *l.* 30. §. 2. *D. de adim. leg.* Si aliquid mihi in vita humanitus acciderit; id est, si moriar. Vid. & §. *ult. ead. l. &* §. 1. *Inst. de donat.* Cic. *Philipp.* 1. *c.* 4. Alia hujus vocis testimonia pete ex Non. Marcell.

HUMANUS, *a, um. Humanæ* res, pro vita. In rebus *humanis* agere vel esse: *l.* 1. *C. de inoff. donat. l.* 10. *D. de vulg. & pup. subst.* id est, vivere. Contra, rebus *humanis* excedere: *l. ult. C. quand. dies leg.* eximi: *l.* 8. *C. de oblig. & act.* subtrahi: *l.* 5. *C. quand. dies leg.* id est, mori.

Humanum. Si quid humani contigerit: *l.* 26. *pr. D. depos.* id est, si moriar.

Alias *humanum* est benignum, ut in *l.* 13. D. *de don. int. vir. & ux. Humana* interpretatio: *l.* 1. §. 6. *D. ad SC. Trebell.* sententia; *l.* 4. §. 1. D. *de Leg. commissor.* via: *l.* 23. *C. Theod. de decur.*

HUMARE, est terra condere, sepelire: *l.* 2. *D. de mort. infer.* Humatum corpus; *l.* 2. §. 5. D. *de religios. Humatus* defunctus; *l.* 37. D. *eod. tit.* Plin. *lib.* 7. *c.* 54. Sepultus intelligitur quoquo modo conditus: humatus vero humo contectus.

HUMATIO, *l.* 22. §. 4. D. *quod vi aut. cl.* non solum actum est sepulturæ, sed pro ipsis humatis reliquiis accipitur. *Sepulcri est non solum is locus, qui recipiat humationem, sed omne etiam supra id cælum.* Bynkersh. *lib.* 1. *obs. c.* 5. Hein.

HUMERALE inter arma memoratur, *l.* 14. §. *ult. D. de re milit.* Usurpatur etiam pro clericali veste apud scriptores ævi superioris ecclesiasticos. Vid. Car. Du Fresne *Gloss. Lat.*

HUMILE, depressum. *Humilior* via; *l.* 1. *D. de via publ.*

HUMILIS opponitur honesto: Vid. supra art. *honestus*: itemque ei qui dignitate excellit, vel in aliqua dignitate positus est: *l.* 11. D. *de dol. mal. l.* 3. §. 16. *D. de susp. tut. vel cur.* Nec minus *humiliores* opponuntur altioribus, *l.* 3. §. 5. *D. ad Leg. Corn. de sicar.* itemque potentioribus: *l.* 6. §. 2. D. *de offic. præsid.* Humilem vel abjectam feminam Imperatores in *l.* 7. *C. de incest. nupt.* eam non intelligi tradunt, quæ licet pauper, ab ingenuis tamen parentibus nata sit. Itaque *humiles* abjectasque eas demum intelligendas esse, definiunt, quæ ea constitutione continentur. Quod pertinet ad explicationem *l.* 1. *C. de natur. lib.* verbaque ibi obvia: *humili vel abjecta persona.*

HUMILITAS, status vilis & abjectus, in *l.* 41. *C. Theod. de Episc. l.* 2. *C. Theod. de curs. publ. Humilitas* vitæ, eodem significatu apud Paull. 5. *Sent.* 15. §. 1. & *Collat. Leg. Mos. & Rom. tit.* 9. §. 2.

HYACINTHUS, *l. ult.* §. 7. *D. de publican. & vectig.* gemmæ species, ab amethysto, ut Plin. *lib.* 37. *c.* 9. ait, multum distans, tamen e vicino descendens. Differentia hæc, quod ille emicans in amethysto fulgor violaceus, dilutus est in hyacintho.

Pri-

Primo quoque adſpectu gratus evaneſcit, antequam ſatiet: adeoque non implet oculos, ut pæne non attingat. marceſcens celerius nominis ſui flore. Hyacinthos Æthiopia mittit, ut *ibid.* ait. Unio cum *hyacinthis l. 6. D. de aur. arg. leg.* Hyacinthina lana *l. 1. C. quæ res ven. non poſſ.* Vid. *janthinus.*

HYDROMANTICI ab aqua dicti. Est enim *hydromantia* in aqua inſpectione umbras dæmonum evocare, & imagineas ludificationes eorum videre, ibique ab iis aliqua audire, ubi adhibito ſanguine, etiam inferos perhibentur ſuſcitare. Ex Iſidor. *c. 16. Cauſ. 26. quæſt. 5.*

HYDRAULÆ, qui in *l. 4. C. de excuſ. muner.* non habere immunitatem dicuntur, ſunt muſici, puta qui machinæ hydraulicæ præerant, ubi organa aquæ adjumento, ſonitum dulcem reddebant. De hujuſmodi inſtrumento muſico nobiliſſimo vid. Vitruv. *lib.* 10. Athen. *Deinoſoph. lib.* 4. Plin. *lib.* 7. *c.* 31. Vid. Cujac. *ad d. l.* 4. & Forc. *in penu jur. c.* 14.

HYDROMELI, *l. 9. D. de tritic. vin. ol. leg.* id eſt, aqua melle mixta. *Aquam mulſam* vocat Columella *lib.* 12. *c.* 12. ubi parandæ ejuſmodi mellitæ aquæ rationem explicat: qua de re vid. & Pallad. *lib.* 8. *tit.* 7. Dioſcorides *lib.* 5. *c.* 13. μελικράτυ ſpeciem facit. Nam de eo agens: τὸ δὲ, addit, σκευαςὸν ϗ ἀπόθετον, ὃ ἰδίως ἔνιοι ὑδρόμελι καλῦσι. *Aliud mulſum factitium & conditum, quod proprie quidam hydromeli adpellitant.* Quibus ex verbis adparet, Dioſcoridem adpellaſſe hidromeli condiditium & inveteratum, quod ad uſum familiæ confici adſervarique a veteribus ſolebat. At de alia ſpecie ſentit Plin. *lib.* 31. *c.* 6. quum ait: Hydromeli quoque & imbre puro cum melle temperabatur quondam, ut daretur adpetentibus vinum ægris, veluti innocentiore potu.

HYDROPHYLAX, aquarius, vel aquarum cuſtos, qui aquæductum hujus regiæ urbis cuſtos deputatus eſt: *l. 10. D. de aquæd.* Jam militares etiam cuſtodias aquis & fontibus adpoſitas eſſe, novimus ex Martial. *lib.* 11. *epigr.* 97. Sed hi intelligendi videntur, quorum erat curare aquæductus, eoſque ſartos tectos ſervare, qualis & *Villicus aquæ Claudiæ* apud Reineſ. *Claſſ.* 9. *Inſcr.* 38. 39. Hein.

HYPÆTRUM, *l. 242. §. 2. D. de verb. ſignif.* locus erat ſub dio & cœlo patenti expoſitus, ſine tecto, ut vel ipſum nomen arguit. Hunc locum ſolebant Romani æſtate velis tegere & exornare, ut calor ambulantes in eo non premeret: hyeme contegebatur plumbo, vel ſimili tegumenti genere, ne frigore a gelu pavimentum obduceretur. De his velis vid. *l. 12. §. 20. D. de inſtr. vel inſtr. leg.* Add. Vitruv. *lib.* 5. *c.* 9. & 11.

HYPARCHUS, idem, ac præfectus prætorio: *l. 32. C. de Epiſcop. aud.*

HYPERBERETÆI menſis mentio eſt in *c. 4. diſt.* 18. Suidas autem ſcribit, apud Macedones hyperberethæum menſem eumdem eſſe, qui october: Galenus autem Pergami eumdem qui September.

HYPEROCHA rei, pignori datæ, id eſt, quod plus eſt in pretio rei, quam in credito: *l. 20. D. qui pot. in pign.* ſive, quod amplius eſt, aut, ut alias dicitur, ſuperfluum. Add. Cujac. 4. *obſ.* 25.

HYPOBOLON dotis eſt incrementum, vel quod mortuo marito uxori ſuperſtiti redditur ſupra do-

dotem, quod eſt inſtar donationis propter nuptias: ſic dictum ἀπὸ τοῦ ὑποβάλλειν, quod eſt majori rei, vel ſummæ, minorem adjicere. Græci alias reddidere dimidiam, alias tertiam, niſi aliud conventum eſſet. Langobardico autem jure quartam partem redditam videre eſt *l.* 1. *Langobard. de iis quæ a viro in mul. dand.* Latinorum vero tertiam, *lib.* 2. *feud. tit.* 19. §. *quamvis.* Conſtant. Harmenop. *lib.* 4. *tit.* 10. hypobolum ſcribit eſſe τὸ ἐπὶ τῇ ποσότητι τῆς προικὸς, ὅταν ἀποθανούσης τῆς γυναικὸς ἡ προὶξ ἀπαιτεῖται παρὰ τοῦ ἀνδρὸς, ὑποβαλλόμενον, ἤγουν ὑποτιθέμενον ἀπὸ τοῦ ὑποβάλλειν, quod ob dotis quantitatem, quum uxore defuncta dos a viro repetitur, huic ſubjicitur ac ſupponitur, a ſubjiciendo dictum. Quod quandoque ut idem §. 2. ſcribit, eſt ὑπό τινι ἰσχυροτέρῳ καὶ πλείονι, ἄλλο τι καὶ ἀσθενέστερον καὶ βραχύτερον τιθέναι. Sub aliquo robuſtiore & majore aliud quidpiam infirmius & minus collocare. At Prateius pro ἀποθανούσης της γυναικος, *uxore defuncta*, legendum cenſet ἀποθανόντος τοῦ ἀνδρος *defuncto viro*: Non enim, ait ipſe, mortua uxore, ſed mortuo marito hypobolo locus eſt.

Hypocaustus, *a*, *um*. Hypocauſtæ diætæ: *l.* 55. §. 3. *D. de legat.* 3.

Hypocauſtum in *l.* 16. D. *mand.* Vox Græca, quæ vaporarium ſignificat, quo ſuppoſitus calor, prout ratio exigebat, vel effundebatur, vel retinebatur, ut Plin. *lib.* 2. *epiſt.* 17. docet Hypocauſtum ad calefactionem aquæ balnearis accendebatur. Eaque cauſſa ſupra id componenda eſſe tria aena, unum *caldarium*, alterum *tepidarium*, tertium *frigidarium*, & ita collocanda, ut ex *tepidario* in *caldarium*, quantum aquæ calidæ exiſſet, tantum influeret: de *frigidario* in *tepidarium* ad eumdem modum, Vitruv. *lib.* 5. *c.* 10. monet. Papin. Stat. *lib.* 1. *Silv.* 5. Tenuem volvunt hypocauſta vaporem. Unde idem hypocauſta vaporiferas fornaces vocat *ejuſd. libri Silva* 3.

Hypodiaconi, *l.* 7. *C. de epiſc. & cler.* idem eſt, quod ſubdiaconi ut *l.* 6. *C. eod. tit.*

Hypodium apud Paull. 3. *Sent.* 6. §. 65. Ubi *hypopodia* potius legendum eſſe, duce Martinio *in Lexic.philolog.* obſervat Schulting. *p.* 379. Sunt enim ὑποπόδια ſcabella, quæ pedibus ſubjiciuntur. *Hein.*

Hypomnema quæ hodie acta adpellamus: *l.* 13. §. 10. *D. de excuſ.* Hinc

Hypomnematographus *l.* 59. *C. de decurion.* id eſt, commentarienſis, cujus manu acta ſubnotantur, ut loquitur *l.* 45. §. 7. *D. de jur. fiſc.* Hypomnematographus Alexandriæ: *l. ult. C. Theod. de decurion.* & ibi Jac. Gothofr.

Hypomnesis ἐκ δικαστικῆς ψήφου: *Novell.* 1. *c.* 1. §. 1. quodvis decretum judicis.

Hypotheca interdum a pignore ſeparatur, ut *l.* 2. *l.* 26. §. *ult. D. de pign. & paſſim.* Proprie enim *pignus* dicimus, quod ad creditorem tranſit; *hypothecam*, quum non tranſit poſſeſſio ad creditorem: *l.* 9. §. 2. *D. de pign. act.* Hæc tamen differentia a Jureconſultis non ſemper obſervatur, qui *pignus* & *hypothecam* ſæpe pro eodem dicunt. Juſtinianus §. 7. *Inſt. de action.* Inter *pignus* & *hypothecam*, quantum ad actionem hypothecariam attinet, nihil intereſt; nam de qua re inter creditorem & debitorem convenerit, ut ſit pro debito obligata, utique hac adpellatione continetur. Sed in aliis differentia eſt. Nam pignoris

noris adpellatione eam proprie rem contineri dicimus, quæ simul etiam traditur creditori, maxime si mobilis sit. At eam, quæ sine traditione, nuda conventione, tenetur, proprie hypothecæ adpellatione contineri dicimus. Unde merito Marcianus inter pignus & hypothecam nominis sonum differre, dixit *l.* 5. *in fin.* D. *de pignor.* Alterum enim Latinum, alterum Græcum est verbum, a *suppositione* deductum. Id enim Græcis est ὑποτίθεσθαι, quorum exemplo etiam *supponere* pro oppignorare, & *suppositas* res pro pignori obligatis, Imperatores dicunt: *l. 6. C. de pignor. act. l. 7. l.* 8. §. 1. *C. de præscript. trig. vel quadrag. ann. Rubr. tit. D. de reb. eor. qui sub tut. vel cur. sunt non alien. vel suppon.* Latini certe auctores etiam *pignori opponere* dicunt: *l. 27. D. de pignor.* Terent. Phorm. *Act.* 4. *sc.* 3. *v.* 56. *Oppositus est pignori ob decem minas.* Unde jocus Catullianus *Epigr.* 26. *Furi, villula nostra non ad Austri Flatus opposita est, nec ad Favoni, Nec saevi boreæ aut Apeliotæ; Verum ad millia quindecim & ducentos, O ventum horribilem atque pestilentem!* Contrahitur *hypotheca* per pactum conventum, quum quis paciscitur, ut res ejus propter aliquam obligationem sint hypothecæ nomine obligatæ: *l.* 4. D. *de pignor.*

HYPOTHECARIA actio, quæ & *quasi Serviana* dicitur, in rem actio est, quæ creditori pignoris persequendi caussa datur, §. 7. *Inst. de act.* qua nempe creditor possessionem pignoris a quocumque detentore postulat. Unde & *pignoris vindicatio*, petitio, persequutioque dicitur: *l.* 10. *in fin. C. de pign. act. l. 2. C. si un. ex plur.* Marcianus ad Hypothecariam formulam singularem librum scripserat.

I.

JABOLENUS. Vid. *Javolenus.*

JACENS res ex naufragio: *l.* 1. §. *ult. l.* 5. *D. de incend. ruin. naufr.*

JACERE etiam dicitur hereditas, quæ nondum a quoquam adita est, & quamdiu sine domino est: *l.* 5. §. 20. D. *ut legat. vel fideic. caus. cav. l.* 13. §. 5. D. *quod vi aut cl.*

Jacere, penultima correpta, imprimis est jactare onus, seu merces in mare: *l.* 43. §. 10. D. *de furt.* Unde *jactæ* res, quæ in tempestate, navis levandæ gratia, & salutis caussa, in mare ejiciuntur: *l.* 21. §. 1. D. *de adquir. vel omitt. poss. l.* 9. §. *ult. D. ad adquir. rer. dom.*

JACTARE caput: *l.* 1. §. 9. *D. de Aedil. edict.* est caput *excutere* ut Nonius ait. Tibull. *lib. 2. eleg. 5. v. 65.* Hæc cecinit vates, & te sibi, Phoebe, vocabit, *Jactavit* fusa sed caput ante coma. Varro *Eumenid.* Tibi nunc semiviri teretem comam volantem *jactant* Galli.

Jactare lapillum. Vid. infra sub *Lapillus.*

Jactare merces ex nave: *l. 7. D. pro derelict.* missilia in vulgus: *l. 9.* §. 7. *D. de adquir. rer. dom.*

Jactare in sago. Clodius in sago jactatur: *Collat. Leg. Mos. & Rom. tit.* 1. §. 11. Est hæc sagatio, genus ludrici atque lasciviæ, cum sagis distentis plurimorum manibus imponebatur aliquis, iisdemque excussis, jactabatur in altum. De isto ludicro Suet. *in Ott. c.* 2. Martial. 1. *epigr.* 4. Ibis ab excusso missus in astra sago.

Jactare, ut ait, Non. etiam est *ambitiosius gloriari.* Sic: licet id se facturum jactaverit. *l.* 225. D. *de verb. signif.*

JACTATIO pro ambitiosa gloria: *l. 6.* §. 7. *D. de injust. rupt.*

JAC-

JACTURA pro damno & detrimento. *Jactura* debiti mulctari: *l. ult.* C. *de auct. & conf.* existimationis: *l. 76. C. Th. de decurion.* infamiæ: *l. ult.* C. *de secund. nupt.*

Jactura, pro jactu ex navi, levandæ exonerandæque navis gratia: *l.* 2. §. 2. *l.* 4. D. *de Leg. Rhod.*

JACTUS lapilli. Vid. infr. sub *lapillus.*

Jactus, qui fit in mare navis levandæ caussa: *l.* 43. §. 11. *D. de furt. l.* 1. 2. *D. ad Leg. Rhod.*

Jactus retis: *l.* 11. §. *ult. l.* 12. D. *de act. emt. vend.* Hunc *jactum* simpliciter dixit Valer. Max. *lib.* 4. *c.* 1. *Ex.* 7. A piscatoribus in Miselia, verriculum trahentibus, quidam *jactum* emerat.

JACULARI in campo per ludum: *l.* 9. §. *ult.* D. *ad Leg. Aquill.* id est, jacula mittere. At in collat. *Leg. Mos. & Rom. tit.* 9. *Jaculari* non, ut in priore loco simpliciter est jacula mittere, sed leonibus aliisque bestiis in circo conficiendis operam dare. Seneca *de brevit. vit. c.* 13. Num & hoc quemquam curare permittas, quod primus L. Sulla in circo Leones solutos dedit, quum alioquin adligati darentur, ad conficiendos eos missis a Rege Boccho jaculatoribus? Et hoc sane remittatur. *Hein.*

JACULATORIUS campus: *l.* 9. §. *ult. D. ad Leg. Aquill.*

JACULUM, retis piscatorii genus. Isidor. *lib.* 18. *orig. c.* 21. *Jactus*, ait, *dictus a jaciendo. Unde & piscatorium rete jaculum dicitur.* Sic emendo, ipsomet duce, & auctore, cujus *lib.* 19. *c.* 5. verba hæc sunt: *Funda genus est piscatorii retis, dicta ab eo, quod in fundum mittatur. Eadem etiam a jactando jaculum dicitur.* Quo sensu vocabulum accipiendum est apud Plaut. *Asinar. Act.* 1. *sc.* 1. Venari autem jaculo apros in medio mari. Et Ovid. *de art. amand. lib.* 1. *v.* 763. Hic jaculo pisces; illic rapiuntur ab hamis, Hos cava contento retia fune trahunt.

Jaculum, telum missile. Jaculis ludere: §. 4. *Inst. de Leg. Aquill.*

JANITRIX, alias ostiaria, vel ostii custos, ancilla. Plaut. *Curcul. Act.* 1. *sc.* 1. *v.* 76. *Anus* janitrix. Sed Latinis & duorum fratrum uxores *janitrices* vocabantur, quas Græci εἰνατέρας vocant: *l.* 4. §. 6. *in fin.* D. *de grad. & adfin.* Vetus Glossarium: *Janitrices*, δύω ἀδελφῶν γυναῖκες, σύννυμφοι. Quæ εἰνατέρων interpretatio etiam apud Hesychium habetur. In Glossis quoque Palæmonis hoc verbum ita explicatur.

JANTHINUS, *a*, *um.* *Janthina* lana. Ita nonnulli legendum putant in *l.* 1. *C. quæ res ven. non poss.* Janthinum enim purpuræ genus fuit violaceo colore infectum. Ulpian. *l.* 70. §. *ult. D. de legat.* 3. Purpuræ, ait, adpellatione omnis generis purpuram contineri puto. Sed coccum non continebitur: fucinum & *janthinum* continebitur. Plin. *lib.* 20. *c.* 6. violas purpureas a Græcis ἴα adpellari, tradit, & ab his *janthinam vestem.* Ant. Thiles. *lib. de colorib.* Violaceus qui & *janthinus*, ex quo Tyrianthinus e purpura, ut nomen indicat, factus & e viola.

JANUA. Januam in publico aperire in *l. ult.* §. *ult. D. de serv. præd. urb.* quidam dici volunt, pro januam in publicum rejicere, ita ut fores in viam publicam aperiantur, ut mos erat Græciæ: unde illud apud comicos, *crepuere fores.* Sed hic mos numquam Romæ invaluit, & præter Plinium, Plutarchum, Asconium, etiam Dionysius e publicis vel privatis ædibus solas M. Valerii

lerii Publicolæ fratris ædes Romæ scribit habuisse januam erectam in publicum. Igitur hæc est hujus loci sententia & species: L. Titius aperto pariete domus suæ januam in publico aperuit quatenus stillicidii rigor & tignorum protectus competebant, quatenus ambitum ædium Scævola definiebat auctore Cicerone: non est igitur egressus ambitum ædium in aperiendo, neque vero potuit, & adversum se tamen aperiri januam quæ non fuit ante, vicinus æquo animo non fert motus invidentia quadam, qua etiam mo-ti quidam sæpe non ferunt e regione ædium suarum construi ædes novas e quibus sit conspectus in suas. Vid. Cujac. 13. *obs.* 27.

JAVOLENUS, Ictus, de quo infra, sub art. *Priscus.*

IBI, in interdicto *unde vi* quemadmodum accipiendum sit exponitur in *l.* 1. §. 37. *D. de vi & vi arm.*

Adpellatione eorum quæ *ibi* sunt, neque ea, quæ ad tempus, vel casu in eo loco sunt, neque nummi & nomina continentur, sed quæ perpetuo ibi sunt posita, quæ, quamquam ad tempus vel casu absint, non eo minus tamen continentur: *l.* 44. *l.* 76. *l.* 78. §. 1. *D. de legat.* 3. Proinde: si debitor pactus sit, ut quæçumque in prædia, pignori data, inducta, invecta importata, *ibi* nata, paratave essent, pignori essent: ii dumtaxat servi, qui hoc animo inducti erunt, ut ibi perpetuo essent, non temporis caussa adcommodarentur, obligari censebuntur: *l.* 32. *D. de pignor.* Quæ ut *ibi* sint illata fuerint: *l.* 7. §. *ult. D. in quib. causs. pign.*

Ibi, pro *eo*, in aliquem locum. Quum ibi venerimus: *l.* 1. *in fin.* D. *de orig. jur.* Vid. & *l.* 18. *C. de fid. instr. l. ult.* §. *ult.* *D. de Leg. Rhod.* Veteres sane reciproce *eo* & *illo* usi sunt pro *ibi*: *l.* 23. §. 1. D. *ad Leg. jul. de adult.* *l.* 7. *in fin.* D. *de ann. legat.* & promiscue dixerunt: Irrumpere in ædes, & *in ædibus*: Plaut. Amphitr. *Act.* 4. *SC.* 3. *v.* 14. Pergere in ædes: & *in ædibus.* Idem *ibid. v.* 18. In hostium potestatem, & in potestate pervenire: *l.* 12. D. *qui test. fac. poss.* Sub jugum & *sub jugo* mittere. Liv. *lib.* 3. *c.* 28. adeoque particulas motum ad locum, & situm in loco significantes sæpe confuderunt. *Hein.*

ICERE, unde participium *ictus*, id est, percussus, vel vulneratus: *l.* 51. *D. ad Leg. Aquill.*

ICOSAPROTUS, magistratus municipalis. Uti enim *Decaproti*, *decem primi*, ita *icosaproti*, *viginti primi*: *l. ult.* §. 26. *D. de mun. & hon.* Ipsum munus, quo fungantur, *Icosaprotia*, *ibid.*

ICTUS lapilli. Vid. art. *lapillus.*

ID est, plerumque non definiendi gratia, sed exempli loco & παραδειγματικῶς ponitur, ut in *l.* 7. §. 8. D. *de pactis.* *l.* 8. *C. de vulg. & pup. subst. l. pen. D. de ann. leg.* *l.* 2. D. *de suppell. leg.* *l.* 3. *in fin.* *D. de except.* *l.* 3. C. *ad Leg. jul. de adult.* *l.* 9. §. *ult. D. ad Leg. jul. pecul.* Sic apud Caium *lib.* 2. *Inst. tit.* 8. §. 3. Adgnati sunt per virilem sexum propinquitate conjuncti, *id est*, consanguinei fratres.

Alias διασταφητικὸν est: vel explicativum, ut in *l.* 9. *pr.* D. *de min.* ubi: corpora potius habere interdum permittendum, *id est*, si grande damnum sit minoris. Interdum ergo idem valet *id est*, ac *scilicet*, ut in *l.* 4. §. 27. *D. de usurp.* *l.* 16. *D. de re jud.* *l.* 1. D. *de legit. tut.* *l.* 68. *in fin.* D. *de usufr. & aliis locis.* Petr. Faber *lib.* 1. *semestr. c.* 17. & aliam huic formulæ significationem tribuit, per quam nimirum latior vocabuli significatio coarctetur: eoque refert exemplum *l.* 2. §. 2. *D. de his qui not. infam.* Sed etsi

etsi exauctoraverit, id est, signa militaria detraxerit. Quem hujus formulæ usum, quamvis exemplo destitui putat Ducker. *de Latin. vet. ictor. p.* 273. ipse tamen postea *p.* 487. similem loquutionem in *l.* 29. D. *de liber. causs.* deprehendit. *Hein.*

IDEOQUE non semper illative ponitur, sed aliquando per solam continuationem: §. 1. *Inst. de exher. lib. l.* 2. §. 2. *D. de pact. l. ult. D. de condict. caus. dat.*

ΙΔΙΟΧΕΙΡΟΝ, scriptura privata, vel chirographum: *l.* 12. C. *qui pot. in pign.*

ΙΔΙΟΚΤΗΤΑΡΙΟΙ, ut aiunt Græci interpretes in *l.* 4. *C. de agric. & censit* sunt bonorum propriorum possessores. Vid. in Basilic. *eod. tit.*

ΙΔΙΩΤΗΣ, rudis. Glossa Cyrilli: ΙΔΙΩΤΗΣ, *ὁ μὴ νοήμων, rusticus, rudis.* Et ita accepit Hadrianus apud Dositheum *lib.* 3. *sent.* §. 13.

Aliquando tamen is est ἰδιώτης, qui non militat. Sic in *Novell.* 8. *c.* 6. ΙΔΙΩΤΑΙ vertuntur *privati*, opponunturque iis, *qui in militiis constituti sunt. Hein.*

IDONEE cavere quid sit, explicat *l.* 4. §. 8. *D. de fideic. libert.*

Idonei pro *idonee ei* in quibusdam codicibus in *l.* 11. §. 15. D. *de legat.* 3.

IDONEUS, *a, um*, in genere est aptus habilis sufficiens. Sic *Idoneus* accusator: *l.* 15. §. 6. *D. ad Leg. Jul. de adult.* auctor: Cic. *lib.* 2. *ad Attic. epist.* 22. *Idonea* caussa: *l.* 14. §. 2. *D. quod. met. causs.* domus: *l.* 10. *D. de alim. vel cib. leg.* exceptio: *l.* 14. *C. ad SC. Vellei.* fides probationis: *l. ult. C. Debit. vend. pignor. imp. non poss. Idonea* cautio: *l.* 50. D. *de manum. test. l.* 59. §. *ult.* D. *mandat. Idoneus* defensor, alienæve rei expromissor nemo, sine satisdatione intelligitur: *l.* 110. *D. de regul. jur. l.* 46. §. 2. *D. de procur.* §. 1. *Inst. de satisd.* Et hoc est, quod ait Paullus, eum, qui rem alienam defendit, numquam locupletem haberi: *l.* 166. D. *de reg. jur.* Nam is, qui suscipit defensionem, etsi consularis, non videtur tamen idonee defendere, nisi satisdare fuerit paratus: *l.* 51. §. *ult. l.* 52. *l.* 53. D. *de procur.* Sed neque femina, neque miles, neque qui reipublicæ caussa absuturus est, aut morbo perpetuo tenetur, aut magistratum initurus est, aut invitus judicium pati non potest, idoneus defensor intelligitur: *l.* 54. *D. de procurat.* Minor utique viginti quinque annis, qui habet curatores, sui non est idoneus defensor: *l.* 5. D. *de reb. auct. jud. possid. Idoneus* homo, seu vir integræ existimationis, & minime probrosum significat: *l.* 42. D. *de verb. signif. l. ult. D. de tab. exhib. l.* 11. D. *commod.* Si minus idoneis hominibus navem commisit: *l.* 16. §. *ult. D. de rei vind. Idoneus* servus: *l.* 20. *D. commod. l.* 45. *D. famil. ercisc.* socius, *l.* 6. *D. pro soc.* testis: *l.* 10. *D. de test.*

Idoneum in specie idem est ac locuples & solvendo esse. Proinde *idoneus & inops* pugnant: *l.* 27. § 2. *D. de minor. Idonea* bona: *l.* 1. §. 17. *D. de separat.* eoque significatu *idoneus* absolute dicitur, qui solvendo est: *l.* 66. §. 4. *D. de furt. l.* 7. §. *ult.* D. *de dol. mal.* Si *idonei* culpa detegatur: *l. ult.* D. *rem. pupill. salv. for.* ubi vulgo legitur *idonea culpa.* Vid. Cujac. 8. *obs* 30. *Idonei* curatores: *l.* 30. §. *ult. D. de excus. l.* 39. §. *ult.* D. *de minor. Idoneus* debitor: *l.* 52. §. 9. *D. de furt. Idoneus* facultatibus: *l.* 6. *C. de susp. tut. Idonei* ple-

plerumque non tam patrimonio quam fide quoque æstimantur : *l.* 112. §. *ult.* D. *de verb. obl.* Re & fide idoneus : *l.* 9. *C. Theod. de patr. horreor. Idoneus* fidejussor: *l.* 7. D. *qui satisd. cog. Idonea* hereditas : *l.* 5. D. *de separat.* Idoneus here : *l.* 14. *D. de minor. Idoneis hominibus* pecuniam credere : *l.* 3. *C. de usur.* nisi quis *nominibus* rescribere malit. Sane enim *idonea nomina* legimus *l.* 13. §. 1. *D. de admin. & peric. tut.* Si uterque magistratus idoneus est : *l.* 45. *D. eod. tit. Idonea* pignora : *l.* 33. D. *de usur. Idoneus* promissor : *l.* 112. §. *ult.* D. *de verb. obl. idonea* satisdatio : *l.* 1. §. 36. D. *depos.* successor *idoneus* : *l.* 15. *D. ad municipal.* Talis est semper fiscus : *l.* 2. *D. de fund. Hot. Idoneus* tutor : *l.* 15. §. *ult. D. de excus.* & passim. Si venditor *idoneus* non est : *l.* 4. §. 1. *D. de adpell.*

Comparativus *idoneior*, vel, ut in melioribus editionibus, *idonior* legitur *l.* 4. §. *ult.* D. *de in diem addict. l.* 42. *C. de episc. & cler. l.* 18. D. *de testam. tut. l.* 3. §. 12. D. *de lib. hom. exhib. l.* 2. *D. de popul. act. l.* 5. §. 11. *D. de jur. immun.* Quamvis vero eam formam ex veteribus Charisius *lib.* 1. *p.* 88. & ex recentioribus Ger. Jo. Vossius *de Analog. lib.* 2. *c.* 27. rejiciant, ea tamen usum esse Tertullianum *de pallio c.* 3. *& de anima c.* 18. observarunt Salmas. in *Not. ad Tertullian. de pall. p.* 223. Bynkersh. 1. *obs.* 25. & Ducker. *de Latin. vet. Ictor. p.* 387. Hein.

IDUS, decima quinta in mensibus Martio, Maio, Julio, & Octobri, decima tertia in ceteris mensibus dies. *Idus* septembres : *l.* 122. §. 1. *D. de verb. oblig. l.* 89. *D. de solut.*

JECORIS inspectio, in sacrificiis, sub capitis pœna prohibita : *l.* 9. *C. Th. de pagan. sacrif.* Vid. infra *inspectio.*

JEJUNA prædia opimis opponuntur : *l.* 3. *C. Th. de censit.* junct. *l.* 4. *C. Just. eod. tit. Jejunæ* & desertæ possessiones : *l.* 5. §. *sane C. Th. de collat. donat.*

JEJUNITAS : *l.* 4. §. 4. *C. Th. de suar. pecuar.*

JESUS *Christus.* Si quis Jesum Christum scripsit heredem : *l. ult. C. de SS. EE.* De S. Henrico Imp. *vitæ ejus auctor. c.* 21. apud Ludevic. *script. rer. Bamb. T.* 1. *p.* 296. *Solum quippe Deum sibi elegit heredem.* Id de eo dictum, quod in condendis locupletandisque episcopatibus admodum fuisset liberalis. Vid. *Matth.* 25. *v.* 40.

IGNAVIAM prætendentes audiri non oportet : *l.* 78. §. 2. D. *de legat.* 2.

IGNI & aqua accipi : *l.* 66. §. 1. D. *de don. int. vir. & ux.* interdici : *l.* 59. §. 4. *D. de hered. inst.* Vid. supra sub *aqua.*

IGNOMINIA, auctore Non. Marcello, *est nominis nota. Cic. lib.* 2. *de republ. Censoris judicium nihil fere damnato adfert, nisi ruborem. Itaque ut omnis ea judicatio versatur tantummodo in nomine, animadversio illa ignominia dicta est.* Sic enim ille Ciceronis locus apud Nonium emendari potest. Isidorus etiam eamdem notionem hujus verbi adfert *lib.* 5. *etymol. c.* 27. Itaque pro Censoris nota *ignominiæ* verbo usus est Cicero non semel in oratione pro *Cluent. c.* 43.

Refertur & inter militares animadversiones a Festo *lib.* 4. Sic ignominia mitti : *l.* 6. §. 7. D. *de re milit.* Ita & Liv. *lib.* 3. *c.* 5. Antiates mille milites, quia serum auxilium post prælium venerant, cum ignominia dimissi. *Ignominiæ* caussa missus : *l.* 2. D. *de his qui not. inf.*

Igno-

Ignominia pro infamia : *l.* 36. *D. de obl. & act. l.* 5. *D. de decur. l.* 42. D. *ad Leg. jul. de adult.*

Ignominia pro dedecore. Non modica filii ignominia eſt, ſi parentem ſervum habet : *l.* 1. D. *de liberal. cauſ.*

IGNOMINIOSA miſſio ab Ulpiano definitur : quoties is, qui mittit, addit nominatim, ignominiæ cauſſa ſe mittere : *l.* 2. §. 2. *D. de his qui not. infam. Ignominioſæ* miſſionis cauſſa eſt, quum quis propter delictum ſacramento ſolvitur : *l.* 13. §. 2. D. *de re milit.*

IGNORANTIA juris & facti. Vid. art. *error.*

IGNORATIO pro ignorantia, *l.* 11. D. *de divers. tempor.*

IGNOSCERE, ait Seneca, *lib.* 2. *de clement. cap. ult.* eſt, quæ judicas punienda, non punire Cicero *Epiſt.* 15. *ad Brut.* Sed ſceleris pœnam prætermittere, (id enim eſt, quod vocatur ignoſcere,) etiam ſi in cæteris rebus tolerabile eſt, in hoc bello perniciofum puto. *Ignoſcitur* ei, qui ſe ulciſci voluit provocatus : *l.* 14. §. 6. *D. de bon. libert.* Ignovit lex Aquillia ſervo, qui, domino paruit, periturus ſi non feciſſet. Add. *l.* 11. §. 6. D. *quod vi aut clam. l.* 157. D. *de reg. juris.*

IGNOTUS juris ſui, id eſt, ignarus, *l.* 2. §. *ult. D. de jur. fiſc.* Poſtquam *ignotus* pater, ubi degit : *l.* 10. D. *de rit. nupt.* Oſtendit Bynkersh. 7. *obſ.* 24. Græcum eſſe hoc dicendi genus, quod ideo & Baſilici hic ſervarint *l.* 28. *tit.* 4. *l.* 7. ἀγνώςος ὁ πατὴρ ὅπε τέ ἐςι, ϗ ει περίεςιν. Addit, eumdem helleniſmum non modo in pandectis noſtris frequenter occurrere veluti *l.* 22. §. 8. D. *ſolut. matr. l.* 3. D. *de dot. prælег. l.* 33. *D. de legat.* 3. verum etiam apud Tacitum *Annal. lib.* 2. *c.* 57. *lib.* 15. *c.* 54. *c.* 60. *c.* 66. & Auctorem *dial. de corrupt. eloqu. c.* 16. Hein.

ILICO. Vid. *Illico.*

ILIENSIS Minerva, hereditatem capiendi jus habuit ex SC. vel Conſtitutione principum. Ulp 22. *fragm.* 6. Ita enim ibi legendum eſſe pro *Milienſem*, primus vidit Hadr. Turneb. *lib.* 7. *Adv. c.* 21. cui deinde ſuffragati ſunt Cujac. 10. *obſ.* 5. Pet. Faber. 3. *ſemeſtr.* 4. & Schulting. *Juriſpr. vet. antejuſt. p.* 655. ubi & quædam de hac Dea, ejuſque cultu, notavit. *Hein.* Ceterum *Ilium*, ut ait Servius in *lib.* 3. *Aen. v.* 1. *in Phrygia minore fuit.* Unde *Ilienſes*, quibus & propter inclytam nobilitatem civitatis, & propter conjunctionem originis Romanæ pleniſſimam immunitatem tributam, ait Calliſtratus *l.* 17. §. 1. D. *de excuſat.* Suet. *in Claud. c.* 24. *Ilienſibus, quaſi Romanæ gentis auctoribus, tributa in perpetuum remiſit. Ilienſibus* conceſſum eſt, ut qui matre Ilienſi eſt, fit eorum municeps *l.* 1. *D. ad municipal.*

ILLACRYMARI. Præſidi in cognoſcendo neque excandeſcere adverſus eos, quos malos putat, neque precibus calamitoſorum illacrymari oportet : *l.* 19. §. 1. D. *de offic. præſ.*

ILLÆSUS Vid. *Inlæſus.*

ILLATIO mortui : *l.* 2. §. 3. D *de religioſ.* teſtatoris : *l.* 4. *eod. tit.* id eſt ſepultura.

ILLE, in Pandectis idem valet, ac ὁ δεῖνα apud Græcos. Eo articulo enim quævis perſona vel res, cujus propriam adpellationem commemorare nihil attinet, exempli gratia demonſtratur. *Illis* callendis : *l.* 47. D. *de verb. obl.* In civitate *illa*, domo *illius*, menſe *illo*, conſulibus *illis* : *l.* 3. *D. de*

de accuf. Ovid. *de art. amand. lib.* 1. *v.* 227. *Ille vel ille duces, & erunt, quæ nomina dicas.*

ILLECTA ftipula, id eft, quæ meffe facta ad fpicilegium remanet, nondum lecta, feu collecta: *l.* 30. D. *de verb. fignif.*

ILLICITUM: *l.* 1. D. *de juft. & jur.* quale eft quod per Leges, SCa, edicta, conftitutiones principum, non licet: quod vetitum & prohibitum eft.

ILLICO & *poftea* ftipulari opponuntur: *l.* 10. §. 6. D. *mand.*

ILLIDERE Vid. *inlidere.*

ILLIGARE fe periculo: *l.* 1. §. 35. D. *depof.*

ILLO pro illic, in *l.* 23. §. 1. *D. ad leg. Jul. de adult.*

ILLOTIS manibus: *l.* 1. *D. de orig. jur.* Deducta loquutio ex Deorum facris, ad quæ fine præparatione (cujus pars erat manuum ablutio) nefas fuiffet accedere, ceu patet ex Hefiod. *lib.* cui titnlus eft ἔργα καὶ ἡμέραι.

ILLUCESCERE. Si illuxerit, id eft, fi probatum fuerit: *l.* 10. *C. de præd. minor.*

ILLUMIMARI dicitur fides: *l.* 6. *C. de accuf. l. un. C. Th. fi cert. pet. de chirogr.* & veritas: *l.* 10. §. 5. D. *de quæft. l.* 10. 12. *C. eod. tit.* id eft, in luce poni.

ILLUSTRIS, titulus dignitatis: *l.* 60. 62. *C. de decur.* Tribuitur hic titulus præfectis urbi, quæftoribus, magiftris militum, magiftris officiorum, comitibus rerum privatarum, comitibus domefticorum, principibus agentium in rebus: *l.* 32. *C. de adpell. l.* 2. *C. de temp. adpell. l.* 6. *C. ubi cauf. fifc. l. un. C. ne rei milit. comit. l.* 11. *C. de adfeffor. l.* 8. C. *de defenf. civit. l.* 1. *C. de advoc. div. jud. l. ult. C. de decur. l. ult. C. de fufcept.* Erat autem *Illuftrium* dignitas alias omnibus fuperior, ceterafque omnes antecedebat, ut adparet cum ex *l. un. C. de rat. oper. publ.* & ex *l. ult. C. de fport. l.* 1. C. *ubi Senat.* tum ex *Novell.* 23. Hinc *Illuftratus* dignitas, apud Caffiodor. 6. *Var. epift.* 11. & *Illuftratus* gradus *l.* 11. *C. de judic.*

IMAGINARIUM dicitur in libris noftris, quod tantum dicis cauffa, & in fpeciem fit. Sic in imaginariam fervilem cauffam deduci dicitur filius familias emancipandus: *l.* 3. §. *ult. D. de capit. minut. junct.* Caii. Inft. *lib.* 1. *tit.* 6. §. 3. & Ulpian. *fragm. tit.* 10. §. 1. Vid. fupra *emancipatio. Imaginarii* contractus vocantur, in quibus fides facti fimulatur, non intercedente veritate: *l.* 54. D. *de oblig. & act.* Imaginarius emtor, qui nomen duntaxat alienæ emtioni adcommodat, nihil de fuo impendens: *l.* 4. §. 2. & §. 7. D. *de manumiff. l.* 10. *C. de diftr. pign.* Sed & *imaginarios* nuncios Imperatores adpellant, divortia non vere, & ex animo, fed fpecie tantum & fimulate facta: *l.* 3. C. *de repud. Imaginaria* venditio eft, in qua numorum aliquid, fpecie pretii, numeratur, quum aliud revera agatur, quam ut emtio contrahatur: *l.* 55. *D. de contr. emt. l.* 1. §. 6. *D. de quæft. l.* 20. *C. de don. int. vir. & ux. l.* 48. *C. Th. de hæret. Imaginariæ* venditiones adpellantur etiam, in quibus numus unus, aut idem alter, dicis cauffa, ad fimilitudinem pretii intercedebat, quemadmodum in emancipationibus, adoptionibus & teftamentis fiebat, ut traditur in §. 6. *Inft. quib. mod. jus patr. pot. folv. pr. Inft. de teftam. l. ult. C. de emancip. l. ult. C. de adopt.* Caii *lib.* 1. *Inft. tit.* 6. §. 3.

IMAGINES argenteæ: *l.* 19. §. 8. *D. de aur. arg. leg.* Quales ple-

plerumque erant Lares, five civitatum, five familiarum privatarum. Spon. *Miscell.* p. 114. *Laribus publicis dedit imagines argenteas duas.* Petron. *Satyr.* c. 29. *In cujus ædicula erant Lares argentei positi.* Unde *imagines* argenteas, cum in *d. l.* 19. *D. de aur. arg. leg.* tum in *l.* 6. *in fin. D. eod. tit.* pro Laribus accipiunt Ev. Otto, *de tutel. vir. P.* 1. *c.* 11. *p.* 210. & P. Burmannus ad Petron. *ibid.*

Imagines Cæsaris nondum consecratæ: *l.* 5. *D. ad Leg. jul. Majest.* Permultum enim quod ad crimen majestatis attinet, intererat, consecratæ essent principum imagines, nec ne. Illæ mancipari, vel vendi, sine piaculo non poterant; hæ impune venibant. Sic apud Tacit. 1. *Annal.* 73. profitetur Tiberius, non contra religiones fieri, quod effigies Augusti, ut alia numinum simulacra, venditionibus hortorum ac domuum accedant. Helvium quoque Pertinacem, urgente inopia, distraxisse Commodi statuas, ut militi donativum præstaret, refert Zonar. *Annal. Tom.* 2. *p.* 212. Immo ipsum Augustum modestiæ, caussa conflasse statuas, sibi positas, auctor est Suet. *in Aug. c.* 52. Nec defuisse, qui id avaritiæ caussa facerent, patet exemplo Maximini, Imp. apud Herodian. *lib.* 7. *hist. c.* 3. Quod vero ad consecratas attinet, nefas videbatur, conflare principum statuas: *l.* 6. D. *ad Leg. jul. majest.* nisi reprobatas: *l.* 4. §. 1. D. *eod.* quamvis crimen non contraheret, qui vetustate corruptas reficiebat: *l.* 5. *pr.* D. *eod. tit.* Nimirum existimabant veteres, consecrationem numen inferre simulacris, adeo ut, spiritus sub statuis & imaginibus consecratis delitescere, crederent. Cyprian. *de vanit. idol.* Conf. *Figrel. de stat. illustr. Rom. c.* 4. *p.* 26. *c.* 29. *p.* 249. *c.* 32. *p.* 271. 277. Hein. Et ita accipe *Imagines* Imperatoris jam consecratas iri *l.* 6. *D. ad Leg. jul. majest.*

Imagines majorum: *l.* 22. *C. de administr. tut.* erant expressi vultus, in atriis expositi, & nomina familiæ longo ordine, ac multis stemmatum illigata flexuris, in parte prima ædium collocati. De quo prisco Romanorum more Seneca *lib.* 7. *controv.* 6. Plin. *lib.* 33. *cap.* 2. Juvenal. *Sat.* 8. *v.* 19. Ejusmodi imagines festis diebus apertas, profestis tectas fuisse, indicat M. Seneca *lib.* 7. *controvers.* 6.

IMBIBERE animo: *l.* 9. *C. Theod. de malef. & mathem.* Eam notionem qua significat constituere, vel capere consilium, huic verbo sæpenumero tribuunt veteres, ceu ostendit Muret. *Var. lect. lib.* 1. *c.* 6. Hein.

IMBUERE, interprete Nonio, initiare significat. *Imbui* studio: *l. ult. C. de alim. pupill.*

IMITATOR sacri oris, & divinorum vultuum adpetitor, dicitur falsæ monetæ auctor: *l.* 6. *C. de indulg. crim*

IMMEMORIA, ἀμνηστία, oblivio. Quum reversus locum thesauri *immemoria* non repeteret. Ita enim legendum, nec ibi rescribendum *in memoria.* Quam enim Papinianus hic *immemoriam* vocat, eam, paucis interjectis, vocat memoriæ infirmitatem. Et sane analogiæ hoc vocabulum congruit, quum *immemor*, *immemorabilis*, *immemoratus* sint notissima. *Hein.*

IMMERGERE se oneribus hereditariis: *l.* 20. §. 1. *D. de adquir. vel omitt. her.*

IMMINERE. Spe *imminentis* libertatis: *l.* 1. D. *si is qui test. lib. ess. juss.* Alias dicitur imminere id quod impendet noxium futu-

futurum, passim in jure nostro. *Imminere*, pro curare, vigilare. *Immineant* censuales: *l.* 1. *C. Theod. de stud. lib. urb. Rom. Imminente* judice, id est, interveniente, & partes suas interponente: *l.* 84. §. 1. D. *de legat.* 1. Ita quoque *imminere* litibus dicuntur viatores, quibus injungebatur a magistratibus solicitudo in jus vocandi & judicata exigendi: *l.* 12. *C. de prox. sacr. scrin.*

IMMINUERE, valde minuere: *l.* 50. §. 1. *D. de judic.* Et ita *Imminutum* jus legationis dixit Cic. 1. *Verr.* 33. ad quem locum Asconius: *Qui potestatem in administrando non defenderit, imminuti magistratus, veluti majestatis læsæ reus est.* Et ita Mamereum, Dictatorem, qui censuram, quinquennalem prius, annuam fecerat, a Censoribus tribu motum, & ærarium factum, quod magistratum populi Romani minuisset: Liv. *lib.* 4. *c.* 24. refert.

IMMINUTUM, pro *non deminutum*, dixit Paull. *l.* 44. *pr. D. de bon. libert. Ut undique patronus suum jus habeat imminutum*, id est, salvum & integrum. Quamvis vero alii auctores vix proferri possint, qui ita usi sint hoc vocabulo: pluribus tamen exemplis probatum est a Salmasio *ad Vopisc. Aurelian. c.* 29. Gronov. *ad Liv. lib.* 12. *c.* 39. & Duckero *de Latin. vet. Ictor. p.* 371. talia participia composita cum *in* ancipitis esse notionis, & tum adfirmare, tum negare. *Hein.*

IMMISCERE se administrationi: *l.* 6. *C. de negot. gest.* caussis alienis: *l.* 1. §. 5. *D. de postul.* negotiis alienis: *l.* 3. §. 10. *D. de negot. gest.* rei ad se non pertinenti: *l.* 36. *D. de reg. jur.* tutelæ vel curæ: *l. ult. C. si tut. vel cur.*

Immiscere se (hereditati) præcipue dicuntur sui ac necessarii heredes: *l.* 11. *D. de adquir. vel omitt. hered. l.* 5. §. *ult.* D. *quod cum eo, qui in alien.* quemadmodum extranei adire, & pro herede gerere: §. 5. *Inst. de her. qual. & diff. l.* 8. *C. de jur. delib. l.* 14. §. 8. *D.* Tametsi iisdem modis illæ personæ se *immiscent*, ac extranei *pro herede gerunt*; quos modos vid. supra *sub art. heres.* Sed & *immiscere* se fratris impuberis hereditati dicitur, qui a patre pupillariter substitutus est: *l.* 40. *D. de adquir. vel omitt. her.*

IMMISSIO aquæ & fumi: *l.* 8. §. 5. *D. si serv. vind.*

IMMITTERE se, pro conferre se in aliquem locum. Si quis aliquem evitans, in tabernam proximam se immisisset: *l.* 2. *D. si quadrup. paup.*

Immittere, caussam dare. Quod corpus ejus in aliquam valetudinem immitteret: *l.* 14. §. 1. *D. de Ædil. edict.*

Immittere, id est, ædificando, vel alio opere, manu facto, quid imponere alicui loco. Immittere autem & *projicere*, separantur: *l.* 5. §. 10. D. *de nov. op. nunc.* Similiterque servitutes *immittendi, projiciendique* diversas facit *l.* 6. *D. si mens. fals. mod.* Plane inter *projectum* & *immissum* id interesse, aiebat Labeo, quod *projectum* esset id, quod ita proveheretur, ut nusquam (super alieno) requiesceret, veluti tigna & trabes, quæ *immitterentur*: *l.* 242. §. 1. *D. de verb. signif.* Et ita *immissa* accipe; *l.* 15. §. 2. D. *de precar. Immittendi* jus; §. 2. *Inst. de action.* servitus; *l.* 1. D. *de serv. præd. urb.* Tignum in parietem immittere; *l.* 16. D. *commun. præd.* Si tigni immissi servitutem ædes tuæ debent: *l.* 6. D. *de serv. præd. urb.* Eos qui jus luminis *immittendi* non habuerunt, operto pariete communi

 nullo

nullo jure fenestras *immisisse: l.* 40. D. *eod. tit.*

Sed & immitti cloaca privata in publicam, itemque in viam dicitur: *l.* 1. §. 9. D. *de cloac. l.* 2. §. 26. D. *ne quid in loc. publ.* Interdicto, quo Prætor, in via publica immittere aliquid vetat, etiam qui cloacam immittit, & qui fossam in suo facit, ut ibi aqua collecta in viam decurrat, tenetur: *l.* 2. §. 27. D. *eod. tit.*

IMMO, correctionem inducit: Titius, immo Seius heres esto: *l.* 47. *D. de hered. inst.* Stichus, immo Pamphilus liber esto; *l.* 21. *D. de manum. test.* Cujac. *Tract.* 4. *ad African. l. ult. D. si serv. vind.*

Aliquando ea particula non correctionem inducit, sed exceptionem: & ita fere perpetuo ea utitur Julius Paullus in *Libris epitomatis Labeonis* πειθανῶν. In iis enim frequentissimæ formulæ: *Immo l.* 28. 29. 30. *D. de capt. & postl. l.* 28. *D. de probat. & præsumt. l.* 91. *D. de solut. l.* 23. D. *de acceptil. l.* 84. D. *de jur. dot.* Immo contra: *l.* 5. D. *de instr. vel instr. leg. l.* 91. *D. de furt. l.* 61. *D. de adquir. rer. dom. Immo* forsitan & contra: *l.* 49. *D. de usurp. & usuc.* Immo contra accidet; *l.* 51. D. *de bon. libert. Immo* puto; *l.* 21. *D. si serv. vind.* Immo quæritur; *l.* 10. D. *de Leg. Rhod. l.* 78. D. *de rei vind.* Bynkersh. 3. *obs.* 6. Hein.

IMMOBILES res: *l.* 23. *D. de usurp. pr. Inst. de usucap. l.* 15. *D. qui satisd. cog.* Dicuntur etiam *res soli*: seu *solo contineri*, veluti prædia, fundus, domus. Ἀκίνητα eodem modo Græci dicunt.

IMMODERATE uti servo: *l.* 17. §. 1. D. *de Ædil. edict.*

IMMOLARE. Qui hominem immolaverint, exve ejus sanguine litaverint, bestiis objiciuntur: Paull. *lib.* 5. *Sent. tit.* 23. §. 16. De qua ἀνθρωποθυσίᾳ, apud Romanos vetita, plura ad eum locum collegerunt viri docti, in primis Schulting. *jurispr. vet. p.* 511. Hein.

IMMUNITAS, est vacatio munerum publicorum, SCis, constitutionibusve principum concessa. Paullus enim notat, *munus* interdum dici onus, quod quum remittitur, vacationem militiæ munerisque præstare, inde *immunitatem* adpellari; *l.* 18. D. *de verb. signif. Immunitas* autem vel *personis* datur: *l.* 4. §. 3. *D. de censib.* vel *generi*, & *posteris*; *l.* 1. §. 2. *D. de jur. immun.* seu generaliter eo jure, ut ad *posteros* transmittatur; *l.* 4. D. *eod. tit.* vel generaliter *locis* & civitatibus; *l.* 4. §. 3. D. *de censib.* seu *rebus*; *l.* 3. §. *ult.* D. *eod. tit.* Decimæ immunitas: *Collat. Leg. Mos. & Rom. tit. ult.* §. 9. Iliensibus plenissima immunitas tributa est, ut etiam tutelæ excusationem habeant; *l.* 17. §. 1. *D. de excusat.* Immunitas personalium, sive etiam civilium munerum; *l. ult.* §. 29. D. *de mun. & hon.* Immunitas ne hospitem (militem recipe-rent. *d. l. ult.* Immunitas operum publicorum, pro immunitate a collatione ad opera publica: *l.* 6. *C. Th. de oper. publ.*

Immunitas Ecclesiarum, cœmeterii, & rerum ad eas pertinentium. Ea prohibentur judices sæculares in ecclesiarum domibus judicia exercere: *c. ad audientiam* 5. *de immunit. eccles.* Multo minus in ipsis Ecclesiis vel cœmeteriis judicia criminalia seu caussæ agitari debent, in quibus agitur de effusione sanguinis, seu de pœna corporali, quod ab Episcopo sub comminatione excommunicationis prohibendum est. Jo. IX. in Concil. Ravennatensi præsente Lamberto Imperatore ann. 899. *c. ut in.* 1. *eod. tit.* Sed & in

in iis locis fieri prohibentur omnes alii actus forenfes, vel alias profani: *C. cum ecclefia* 5. *eod. tit. c. decet* 2. *eod. tit. in* 6. Qua immunitate & aliis privilegiis gaudet Ecclefia etiam nondum confecrata, dummodo in ea divina myfteria celebrentur: *c. Ecclefiæ* 9. *eod. tit.* Sæculo decimo tertio, fi aliqui ob varia commiffa crimina fpe immunitatis confugiebant ad ecclefias, diftinguendum erat inter fervos & liberos. Si fervus confugerat ad Ecclefiam, debebat Domino poft præftitum clericis de impunitate fervi juramentum ad fervitia reftitui. Si autem confuga homo liber erat, nulli mancipatui fubjectus, quantumcumque gravia crimina perpetraffet, non poterat violenter ab Ecclefia extrahi, nec propterea damnari ad mortem vel pœnam ordinariam mutilationis, fed Rectores Ecclefiæ debebant illi obtinere vitam & membra. Poterat tamen ratione fui delicti alia legitima poena adfici: *c. inter alia. eod. tit. in* 6. Ab ea immunitate vitæ & membrorum excipiebantur publici latrones, vel nocturni depopulatores agrorum, qui dum in viis publicis homines aggrediuntur, ab ecclefiis extrahi poffunt: *c. immunitatem* 10. *eod. tit.* Neque ea immunitate gaudent, qui fpe impunitatis homicidia vel mutilationes membrorum in ipfis Ecclefiis aut coemeteriis perpetrant, *c. non minus* 4. *eod. tit.* Alexander III. anno 1179. in generali Concilio Lateranenfi, cui Imperator Fridericus I. interfuit, fub pœna excommunicationis prohibet ne onera graviora Ecclefiis imponantur, nifi Epifcopus & clerus tantam neceffitatem vel utilitatem publicam afpexerint, ut abfque ulla exactione ad relevandas communes utilitates vel neceffitates, ubi laicorum non fuppetant facultates, fubfidia per Ecclefias exiftimet conferenda *c. immunitatem* 10. *eod. tit.* Quam conftitutionem Innocentius III. in Concilio generali Lateranenfi anno 1216. illimitate & indefinite explicat, atque intelligi vult de omnibus, qui Ecclefias & Ecclefiafticos viros *talliis*, feu *collectis*, & exactionibus, & aliis aggravare nituntur. Præterea declarat, ut fi Epifcopus etiam voluerit communi utilitati vel neceffitati de bonis ecclefiafticis providere, Romanus Pontifex prius confulatur: *c. adverfus* 7. *eod. tit.* Bonifacius VIII. longius progreffus excommunicavit etiam ipfos clericos, qui fine confenfu fedis Apoftolicæ hujufmodi exactiones folverint: *c. clericis* 3. *eod. tit. in* 6. quam tamen Bonifacii VIII. conftitutionem revocavit Clemens V. *c. quoniam eod. tit. in Clement.* & Benedictus XI. qui poenam excommunicationis reftringit ad eos, qui ejufmodi exactiones petunt fine confenfu fedis Apoftolicæ; monetque a Concilio Lateranenfi circa tales fubventiones folum exceptum fuiffe cafum neceffitatis vel utilitatis communis, ubi laicorum ad id non fuppetunt facultates. Adde conftitutionem Alexandri IV. an. 1260. *c. quia nonnulli* 1. *eod. tit. in* 6. Sicut autem laicis non licet exigere *tallias* a clericis, ita nec Prælatis ecclefiafticis, licet *procurationum* aut fervitiorum titulo, quæ debent legato Apoftolico vel alteri, plus exigere a fubditis, ut illud in fua lucra convertant: *c. quia plerique* 8. *eod. tit.* Inftante vel jam ingruente periculo urbis nullus Clericus fub prætextu immunitatis Ecclefiafticæ, aut privilegii perfonalis excufatur, quin ab Epifcopo compelli debeat ad murorum vigilias: *c. pervenit* 2.

 eod.

eod. tit. Episcopus non permittat, ut coloni Ecclesiæ relicta cultura agrorum ecclesiasticorum aliis dominis operam suam locent: *c. judicatum 3. eod. tit.* Temporales Domini, qui suis subditis prohibent ne personis Ecclesiasticis aliquid vendant, aut ab eis emant, aut eis frumenta molant, aut panem coquant, aut alia obsequia præstent, ipso facto excommunicationi subjacet: *c. eos qui 5. eod. tit. in 6.* Judices vel Præfecti, qui in foro Ecclesiastico litigare volentes in caussis, quæ ratione negotiorum, personarum, vel rerum, de jure vel de antiqua consuetudine ad forum ecclesiasticum pertinent, impediunt, eosque ad judicium sæculare recurrere, vel a lite desistere compellunt, excommunicationi ipso facto subjacent: *c. quoniam 4. eod. tit. in 6.* Dn. Amort. *Elem. jur. can. lib. 3. tit. 49.*

IMMURMURARE. Qui noxiis quæsita graminibus, & diris immurmurata secretis, mentis & corporis venena composuit: *l. 6. C. Th. de indulg. crim.* Inde murmur magicum, de quo Jac. Gothofr. *Comm. ad l. 5. C. Th. de malef. & math.*

IMMUTILATA voluntas, id est, integra, cui nihil detrahitur: *l. 4. in fin. C. de post. her. inst.*

IMPACTA navis in scapham: *l. 29. §. 1. D. ad Leg. Aquil. Impacti* in carcerem: *l. 13. D. de custod. & exhib. reor.*

IMPAR matrimonium, teste Ulpiano 17. *fragm.* 4. adpellabatur, si major quinquagenaria minori sexagenario nupsisset. Verum Justinianus ejusmodi nuptias, quæ inter masculos & feminas majores vel minores sexagenariis vel quinquagenariis, lege Julia & Papia Poppæa prohibitæ erant, ratas esse voluit: *l. 27. C. de nupt.* Et hoc est, quod in *l. 12. C. de legit. hered.* idem ait: Quum & anteriore nostra lege hujusmodi nuptias permisimus, impares eas videri minime concedentes: Ita Brisson. Multis erroribus implicatum illud Legis Juliæ & Papiæ Poppææ caput in ordinem redegit Hein. *in Comm. ad Leg. Jul. & Pap. Pop. lib. 2. c. 3. p. 52. seq.* ubi ostendit, primum Lege Julia & Papia cautum fuisse, ut sexagenarii masculi, & quinquagenariæ feminæ, nec non spadones, a pœnis ejus Legis liberi haberentur. Ulp. *tit. 16. §. 3.* Non ergo horum nuptias prohibuerat lex illa, sed potius senes poenis Legum exemerat. Sed sub Tiberio porro SC. Perniciano vel Persiciano cautum fuerat, uti sexagenariorum & quinquagenariarum, nec non spadonum, nuptiæ non essent, & si essent, vir & uxor pœnis cælibatus perpetuo tenerentur. Ulpian. *ibid.* At Claudius Imp. postea ei SC. obrogavit, teste Suet. *in Claud. c. 23.* & eatenus quidem, ut, qui major sexagenario minorem quinquagenario duxisset, perinde haberetur ac si minor sexaginta annorum uxorem duxisset. Ulpian. *ibid.* sequutum deinde SC. Calvitianum, vel Calvisianum, quo constitutum, ut non eadem esset ratio nuptiarum quinquagenariæ majoris cum minore sexagenario, id potius haberetur impar matrimonium, & nec ad capiendas hereditates, nec ad dotes legatas, conjugibus proficeret, sed dos potius, mortua muliere, caduca esset. Ulpian. *ibid. Impar* ergo matrimonium non fuit quodlibet, a personis imparis ætatis contractum, ceu sibi persuaserat Jac. Gothofr. *ad Leg. Jul. & Pap. p. 332.* sed si imberbis vetulam duxisset. Postremo hic addit idem Hein. non primum Justinianum poenas harum nuptiarum

rum fustulisse, sed ante eum jam Constantini M. temporibus illas corruisse videri, pœnis coelibatus orbitatisque generali Lege sublatis: *l. un. C. Thiod. de infirm. pœn. coelib.*

Impar etiam matrimonium Boeth. *in Topic. Cic.* vocat, quod civis Romana cum Latino vel peregrino, vel servo, quibuscum connubium non est, contraxit. Ita Apuleius *lib. 6. metamorph. p.* 183. de nuptiis Cupidinis & Psyches ancillæ: Jam faxo, inquit, nuptias non impares, sed legitimas, & jure civili congruas. Idem *lib.* 5. Impares porro nuptiæ, & in villa, sine testibus, patre non consentiente factæ, legitimæ non possunt videri.

Impar numerus arbitrorum: *l.* 17. §. 6. D. *de recept arb.* testium: *l.* 21. §. *ult.* D. *de test.* id est, non sufficiens.

IMPARTIRI, vel *impertiri*, passive. In caussa adulterii dilatio postulata *impartiri* non potest. Paull. 2. *sent.* 27. §. 17. Ubi quidem Cujacius legere maluit *impetrari*. Sed Ulpianus quoque *l.* 7. *D. de fer.* dixit: Dilatio *impertiri* solet. *Hein.*

IMPEDIRE. Invicem sibi impedient: *l.* 34. D. *de usufr.* plane ut apud Varron. de *ling. lat.* Novitati non impedit vetus consuetudo. *Impeditus* morbo: *l.* 75. §. 1. *D. de judic.*

IMPENDEO, ere. Ob metum impendentis damni: Paull. 5. *sent.* 10. §. 1.

IMPENDIUM & *impendia*, sumtus & impensas significant, *l.* 14. §. 1. *l.* 29. *D. commun. divid. l.* 1. §. 2. D. *de ventr. in poss. mitt.*

IMPENSA. *Impensarum* species sunt tres. Aut enim *necessariæ* dicuntur, aut *utiles*, aut *voluptuosæ*. Ulpian. *tit.* 6. §. 4. *l.* 1. D. *de impens. in rem. dot. fact.*

Necessariæ dicuntur, ait Paullus, quæ si factæ non sint, res aut peritura, aut deterior futura esset: *l.* 79. *D. de verb. signif.* item, ut Ulpian. *tit.* 6. §. 15. quibus non factis, dos imminuitur. Sic necessariæ impensæ habentur aggeres facere, flumina avertere, ædificia vetera fulcire, & reficere, arbores in locum demortuarum reponere: *l.* 14. *D. de impens. in rem dot.* Ulpian. *tit.* 6. §. 15. In necessariis etiam impensis habentur moles, in mare vel flumen projectæ; pistrinum vel horreum, necessario factum: si ædificium ruens, quod habere mulieri utile erat, refecerit: si oliveta rejecta restauraverit, vel ex stipulatione damni infecti, ne committatur, præstiterit: vel in valetudinem servorum impenderit: vel si vites propagaverit: vel arbores curaverit: vel seminaria pro utilitate agri fecerit: *l.* 1. §. *ult. l.* 2. *l.* 3. D. *de impens. in rem dot.* Ulpian. *l.* 8. *D. de pign. act.* Si necessarias, ait, impensas fecerim in servum, aut in fundum. In servum, puta, si medicis, quum ægrotaret, pecunias dederim. Enim vero cibaria mancipiis dotalibus data, item modica ædificiorum refectio, agrorum quoque cultura, nec non impensæ quærendorum cogendorumque fructuum caussa factæ, in specie quidem necessariarum impensarum sunt, verum tamen hæc a superioribus differunt, quod dotem non deminuunt, propterea, quod ipsæ res ita præstari intelliguntur, ut non tam impendas in eas, quam, deducto eo, minus ex his percepisse videaris: *l.* 15. *l. ult.* D. *de impens. in res dot.* Fructus enim, ejusmodi impensis deductis, accipi, docuimus supra sub art. *fructus.*

Utiles impensæ sunt, quæ meliorem dotem faciunt, deteriorem

esse non sinant: ex quibus reditus mulieri adquiratur: sicuti arbusti pastinatione ultra quam necesse fuerat. item doctrina puerorum, & pistrinum vel horreum, insulæ dotali adjectum: *l.* 79. D. *de verb. signif.* Ulpianus *tit.* 6. §. 16. *Utiles impensæ* sunt, quibus non factis, quidem deterior dos non fuerit, factis autem fructuosior effecta est, veluti si vineta & oliveta fecerit. Exempla alia vide in *l.* 5. §. *ult. l.* 6. *l.* 14. *D. de impens. in res dot. l. ult.* D. *de jur. dot.* Ad utrumque genus spectant *l.* 39. *l.* 51. *D. de hered. pet. l.* 7. §. *ult. D. solut. matrim.*

Voluptuariæ impensæ, vel voluptuosæ sunt, quæ voluptatis caussa in speciem ornatumque augendum factæ sunt, non etiam fructum augent, quibus neque omissis res deterior fieret: Vid. Ulpian. *tit.* 6. §. 14. & 17. *l.* 7. *l.* 14. D. *de impens. in res dot. fact. l.* 39. D. *de hered. pet.*

Si quis ita legaverit: Si P. Cornelius *impensam*, quam in fundo Seiano feci, heredi meo dederit: *Impensæ* verbo pretium non significari, sed eos dumtaxat sumptus, quos in fundum, posteaquam emtus esset, fecit testator, ait *l.* 40. §. 1. *D. de condit. & dem.*

Impensa, pro re, in quam impensæ factæ: *l.* 30. §. 2. *D. de don. int. vir. & ux.* Immo hæc notio occurrit, quoties impensa tolli dicitur: *l.* 9. D. *de impens. in rem dot. l.* 39. §. 1. D. *de hered. pet.* Nec enim impensas, sed rem, in quam impendia facta, tollimus. *Hein.*

IMPERARE. *Imperantes* habere dicitur medicus, qui ægros curandos habet. Ita Alfenus in *l.* 26. D. *de oper. libert.* Medicus libertus, ait, quod putaret, si liberti sui medicinam non facerent, multo plures *imperantes* sibi habiturum. Varro *lib.* 1. *de re rust. c.* 60. *Itaque*, ait, *in hoc genere coloni potius anniversarios habent vicinos; quibus imperant, medicos, fullones, fabros. Imperare* tamen ægris medicos, ait Seneca *lib.* 1. *de ira c.* 16. his verbis: *Si intrassem valetudinarium, exercitus & sciens, non idem imperassem omnibus per diversa ægrotantibus.* Et ipsum *imperandi* verbum medicis convenire, notat Donatus in *Andr. Ter. Act.* 3. *sc.* 2. ad hæc verba: *Quod jussi ei dare bibere, ei, quantum imperavi, date*: ubi scholiastes: Vide, ait ille, ut auctoritatem & jactantiam medicorum imitatur dicendo: *Quod jussi.* Et non sufficiebat, sed etiam *imperavi*, dixit, simul hæc, quæ solent medici promittere frequenter: *mox ego huc revertar.* Inde est, quod medicum, *Imperatorem vitæ necisque* adpellet Plin. *lib.* 19. *c.* 1. & unam artium medicinam Imperatoribus quoque *imperare*, tradat idem *lib.* 24. *c.* 1. *in fin.* Addendi hic Obert. Giphan. *Obs. ling. lat. verb. Imperator & imperans p.* 113. Alciat. *lib.* 7. *Parerg. c.* 13. Lycklama *Membran. lib.* 2. *eclog.* 19. Car. Du Fresne in Glossar. *hac voce.*

IMPERATORES, olim, stante republica, duces belli, rebus prospere gestis a militibus adpellatos & salutatos, docuit Brisson. *lib.* 4. *Formul. c.* 32. *p.* 230. Et ita Florentinus: Imperatores captivos vendere, ac per hoc servare, nec occidere solent: *l.* 4. §. 1. *D. de stat. hom.* §. 3. *Inst. de jur. person.* Hujus autem nominis honore, non nisi legitimo hostium numero cæso, quemquam adfici, moris fuisse, testatur Dio Cass. *lib.* 37. *p.* 48. de Antonio loquens his verbis: Καὶ αὐτοκράτωρ ἐπὶ τῇ νίκῃ, καίτοι τοῦ ἀριθμοῦ τῶν πεφονευμένων ἐλάττονος παρὰ τὸ νενομισμένον ὄντος, ἐπεκλήθη. *Ipse hujus*

hujus victoriæ caussa Imperator, quamquam cæsorum numerus constituto minor esset, adpellatus est. Nec vero nisi semel cuiquam hanc adpellationem ex una eademque adpellatione contigisse, tradit idem Dio *lib.* 9. *p.* 679. ubi de Claudio ejusque expeditione Britannica: Αὐτοκράτωρ, inquit, πολλάκις ἐπωνομάσθη παρὰ τὰ πάτρια. οὐ γάρ ἐστιν ἐν οὐδενὶ πλέον ἢ ἅπαξ ἐκ τοῦ αὐτοῦ πολέμου τὴν ἐπίκλησιν ταύτην λαβεῖν. *Imperator ob hæc aliquoties dictus est, contra institutum Romanorum, neque enim sæpius, quam semel, licet uno de bello id nomen adsumere.*

Quis autem fuerit legitimus ille numerus, ob quem *Imperator* dux exercitus consalutari potuerit, disci potest ex Appiani *lib.* 2. *de bello civ. p.* 455. *edit. Henr. Steph.* ubi de ritu illo ex instituto agens: Ἔστι δὲ τιμὴ τοῖς στρατηγοῖς τόδε τὸ προσαγόρευμα παρὰ τῶν στρατῶν, καθάπερ αὐτοῖς ἐπιμαρτυρούντων ἀξίως σφῶν αὐτοκράτορας εἶναι, καὶ τήνδε τὴν τιμὴν, οἱ στρατηγοὶ πάλαι μὲν ἐπὶ πᾶσι τοῖς μεγίστοις ἔργοις προσίεντο, νῦν δ' ὅρον εἶναι, τῆδε τῇ εὐφημίᾳ πυνθάνομαι τὸ μυρίους πεσεῖν. *Id honoris olim ducibus conferebatur, a suis militibus, tamquam virtutis testimonium, quem illi post quodvis præclarum belli facinus admittebant: nostra autem ætate, ut audio, nemini contingit hujusmodi adclamatio, nisi cæsis hostium decim millibus.* Ex quo loco discimus, nullum olim certum numerum finiisse leges: at Appiani ætate, (floruit autem Trajani temporibus,) decem hostium millia cæsa esse oportuisse, ut huic honori locus esset. Res ita se habet. Tempore liberæ reipublicæ, non cæsorum hostium numerus, sed ipsius victoriæ præstantia, considerabatur. Et hinc Cicero *Philipp.* 14. *c.* 5. *At si quis Hispanorum, aut Gallorum, aut Thracum mille, aut duo millia, occidisset, non eum hac consuetudine, quæ increbuit, Imperatorem adpellaret Senatus?* Ac proinde suæ ætatis morem ob oculos habuit Dio Cassius, dum Antonio eum honorem contigisse miratur, ignarus scilicet, eo tempore qualemcumque numerum suffecisse. At ex quo Cæsares sibi *Imperatoris* nomen, tamquam præcipuum, sumserant: non visum est amplius id nomen privatis convenire. Augustus equidem id quibusdam tribui passus fuerat: Tiberius vero uni Junio Blæso, quem ad suam usque ætatem postremum eo honore ornatum esse testatur Tacitus 3. *Annal.* 73. *Tiberius id Blæso tribuit, ut Imperator a Legionibus salutaretur; prisco erga duces honore, qui bene gesta republica gaudio & impetu victoris exercitus conclamabantur: erantque plures simul Imperatores, nec super ceterorum æqualitatem. Concessit quibusdam & Augustus id vocabulum: at tunc Tiberius Blæso postremum.* Nec tamen plane sublatum id institutum voluerant Cæsares, sed, ut rarius tribueretur, grandem illum decem millium numerum finiverunt, ceu ex laudato Appiani loco luculenter intelligimus. Ceterum, quamvis in uno eodemque bello non soleret victor nisi semel *Imperator* consalutari: nihil tamen impediebat, quo minus id iterum, ac sæpius fieret, si quis diversis expeditionibus victoriam reportasset. Augustum sane semel & vicies Imperatorem esse consalutatum, testes sunt Dio *lib.* 52. 494. & Tacit. 1. *Annal.* 9. Hein.

Postea ad Principes, rerum potitos *Imperatoris* vocabulum translatum est, initio orto a Julio Cæsare, quem a Senatu perpetuo hoc prænomine, quod ad posteros quoque transiret, ornatum, ipsemet Dio *lib.* 43. *p.* 235. scribit. Hujus ver-

verba ex latina interpretatione ſic ſe habent: Imperatoris quoque nomen, non pro antiqua tantum conſuetudine, qua cum alii, tum ipſe quoque, id ſæpius ex bello reportaverat, neque ea ratione, qua vocantur ii, quibus merum aliquod imperium, aut alia quædam poteſtas defertur, ſed eo modo, quo nunc iis datur, qui ſummum obtinent imperium, tamquam proprium quid, eidem impoſuerunt. Sueton. *in Jul. c.* 76. *Non enim honores modo nimios recepit, ut continuum conſulatum, perpetuam dictaturam, morum præfecturam, prænomen Imperatoris.* Et hoc *Imperatoris* prænomen a Julio Cæſare ad reliquos deinceps principes, ceu proprium, non aliter ac Cæſaris, manaſſe, idem Dio ſignificat. Ac plane populo Romano inviſum Regum nomen vitante, non potuerunt modeſtiore gratioreque adpellatione ad rempublicam opprimendam accedere. Fuit hæc Cæſarum ſeu modeſtia, ſeu aſtutia, verbi lenitate invidiam facti mollire, & ſub conſularis, tribunitiæ, pontificialis, cenſoriæ poteſtatis ſpecie, omnia ſenſim in jus ſuum redigere, regiumque dominatum vi ipſa ſibi vindicare, eo nomine adſumto, quod quilibet ex ſenatoribus, qui, quum exercitui præeſſet, rem bene geſſiſſet, virtute adſequi poterat.

Sane quoties apud Ulpianum legis *Imperator noſter*, uti *l.* 43. D. *de jur. fiſc. l.* 1. §. *ult.* D. *de pollicit. l.* 1. *l.* 3. §. *ult.* D. *de cenſib. l.* 1. §. 3. D. *de calumn. l.* 1. §. 9. *D. de legat.* 3. *l.* 9. D. *de excuſ. l.* 3. *D. de quæſt. l.* 2. *D. ad SC. Tertull.* & *Collat. Leg. Moſ. & Rom. tit.* 16. §. 9. Antoninum Caracallam intellige, uti ipſemet Ulpianus indicat, quum ait: *Imperator noſter Antoninus Auguſtus*: *l.* 14. §. 15. *D. de offic. proconſ.* Add. *l.* 6. §. 1. *D. de pollicit. l.* 5. D. *de adpell. recip. l.* 3. *D. de don. int. vir. & ux. l.* 1. §. 1. *D. de ſuis & legit. her. l.* 2. §. *ult. D. ad SC. Tertull.* Sub hoc Imperatore enim Ulpianum pleraque opera ſua edidiſſe, per inductionem, quam vocant, probavit Ant. Schulting. in *Not.* ad *Jo. Bertrandi vitam Ulpiani p.* 547. *ſeq.* faſſus tamen *p.* 551. libros de adulteriis poſt Antonini Caracallæ imperium prodiiſſe, quia in illis Imperatorem iſtum divum vocet: *l.* 13. § 3. *D. ad Leg. jul. de adult.* Quare verba hæc Ulpiani: *Imperator noſter cum Divo patre ſuo reſcripſit*, uti *l.* 1 D. *de pollicit. l.* 1. §. 10. *D. de quæſt. l.* 7. §. 10. *D. de interd. & releg.* ita accipienda ſunt: Divus Severus & Antoninus reſcripſerunt.

Imperator, dominator, ac moderator orbis adpellatur: Reineck. *tract. de regim. ſæcul. & eccleſ. lib.* 2. *Claſ.* 3. *c.* 7. unde Monarcha & Vicarius Dei in terris, *l.* 2. §. *ſed quia* 18. *C. de vet. jur. enucl.* & mundi dominus dicitur *l.* 9. D. *ad leg. Rhod. de jact. Novell.* 105. *c.* 2. quare pomum imperiale in coronatione ſua a Palatino Rheni offertur. Bull. *in orat. de majeſt. imper. n.* 97. Jus Imperii eſt poteſtas abſoluta & extremum jus omnium earum rerum, quæ ad majeſtatem regni, & reipublicæ pertinent, vel belli titulo, vel ſubditorum patientia adquiſitum: Clapmar. *lib.* 1. *c.* 11. Jura imperii hæc ſunt. 1. Legem aliis dare non accipere. Pompeius lege Gabinia legibus ſolutus fuit. Hinc Ulpianus ait: Princeps legibus ſolutus eſt. Livius *lib.* 3. Auguſtus conjugem lege Voconia legibus ſolvit. Dionys. 58. & liberos legibus annariis. Tacit. *lib.* 1. *Annal.* & licet legibus ſolutum eſſe (2.) jus ſit, Princeps exemplo ſuo

ſuo cuſtos & legum moderator eſſe debet. Regis ad exemplum totus componitur orbis, ait Claudianus. Leges Imperator dat, & non niſi a ſummo Deo accipit. Carolus V. Imperator ſic ad S. P. Leonem X. ſcripſit, non eſſe ex dignitate Auguſti leges accipepere miniſque terreri ab his maxime, qui imperio ſuo ſubjecti, & toties victi graviore poena digni cenſerentur. Jovius *in vita Leonis*: Eadem majeſtas eſt, ne quis leges imperii violet. Iſtorum, inquit Imp. Juſtinianus, alterum alterius imperio ſemper eguit, & tam res militares legibus, quam ipſæ leges armorum præſidio ſervatæ ſunt. Sic Conſt. dixit armari jura gladio. (3.) Magiſtratus creare, in quo maxima Imperiis majeſtas atque dignitas elucet. Modeſtinus *l. un. D. ad leg. jul. ambit.* Ad curam principis magiſtratuum creatio pertinet, non ad favorem populi. (4.) Jus rerum ſacrarum. Apud Romanos jus hoc ad reges & Imperatores attinebat. Rex ſacrorum præſes eſto. Leo S. Pontifex ad Imperatorem Leonem: Debet, inquit, Imperator incunctanter advertere regiam poteſtatem tibi non ſolum ad mundi regimen, ſed maxime ad eccleſiæ præſidium eſſe collatum. (5.) Summi Imperii jus eſt, monetam cudere. Poeta *lib.* 3. de Friderico Imperatore: Rege figuratam regis patet eſſe monetam Cæſaris, & domino ſub Cæſare fulget imago. Quare graviſſime puniuntur illi, qui nummorum circulos circumcidunt, de quo exſtat conſtitutio Imp. Conſtantini *in C. Theod.* & majeſtatis pœna tenentur, qui nummos corruperunt: *l. 2. C. de fals. mon.* (6.) Jus vitæ & necis. Et cum in regali ſolio reſidet is vitæ neciſque omnium dominus. Q. Curtius *de reb. geſt. Alex. M. lib.* 4. Auguſtinus *de fato.* Imperatori ſoli licet revocare ſententiam, & reum mortis abſolvere, & ipſi ignoſcere. Et in *l. 2. C. de ſent. poſſ. & reſtit.* ad Licianum in inſulam deportatum Antoninus Auguſtus inquit: Reſtituo te in integrum provinciæ tuæ. Ut autem ſcias, quid ſit in integrum reſtituere: honoribus & ordini tuo, & omnibus ceteris te reſtituo. (7.) Jus & legatos mittendi & recipiendi, quod Diis immortalibus Poetæ tribuunt. Virgil. Interpres Divum fert horrida juſſa per auras. Ex hoc legationis jure legati ſancti ſunt & inviolabiles. Livius de Legat. Tarquini *lib.* 1. (8.) Jus ſummi imperii eſt extrema provocatio quod Auguſtus jure tribuniciæ poteſtatis ſibi reſervavit. Tacitus *lib.* 4. *Annal.* Tunc adpellabatur ad principem ex toto fere terrarum orbe: *l.* 45. *D. de condit. & dem.* Apoſtolus ad Cæſarem adpellavit. Unde illud in Act. Hic homo ſervari poterat niſi provocaſſet. Claudere jura manu apud Ictos familiare eſt. (9.) Jus imperii eſt bella inferre. Apud Romanos bellum decernere non licuit niſi maximis comitiis. Mutata vero reipublica lege Julia majeſtatis tenebatur qui bellum ſine principis juſſu gereret: *lib. 3. ad leg. jul. majeſt. l. un. C. ut armorum uſus.* & *Novell.* 17. (10.) Summi Imperii jus eſt vectigalia indicere, & penes ſolum principem eſt: *l.* 10. *D. de publican. l. 3. C. vectig. nov. inſtit. non poſſ. l. un.* §. 3. D. *ad leg. jul. de ambit.* Hujus generis eſt jus nundinarum, de quo lex *eſt C. de nund. & mercat.* Hæc jura ſummi Imperii ſunt. Aliqui jus inſtituendi regios curſores addunt: *tit. C. de curſ. publ.* Ne acta publica penes aliquem ſint quam Principem, & in archivo. Hodie cura eorum apud Can-

Cancellarium eſt in omnibus fere regnis. Qui Imperatores ſalutabant, ſacram purpuram adorare dicebantur, *l. 1. C. de App. præf. præt.* Purpurea inſcriptio ſolius erat Imperatoris: *l. 6. C. de divers. reſcr.* Imperatoris inſignia ſunt, excubiæ, arma, comitatus militum, diadema, ſella, crux: qui enim inſignia habet, imperium habet: Cujac. 20. *obſ.* 37. Pro ſolius principis ſalute vota concipiebantur: *l. 1. C. de obl. vot.* Imperatores Romani etiam Chriſtiani ſe æternos, ſanctos, divinos adpellabant, *l. 2. C. de Fabric.* Qui per Romanum Imperatorem pejerabat, fuſtibus cedebatur: *l. ſi duo §. ult. D. de jurejur.* Nec quis impune principem etiam hoſtem interficiat, Occidi, ait S. David, eum, qui nuntio allato de morte Sauli, præmium ſibi dari poſtulabat; quanto magis homines impios, qui interfecerunt virum juſtum in domo ſua, & lecto dormientem. Regum cauſam communem eſſe, cædem principis ulciſci: perpendantur Darii regis verba Alexandro expoſita, a Beſſo lethaliter vulnerati: exempli communemque omnium regum eſſe cauſſam, quam negligere illi indecorum eſſe, & periculoſum; quippe cum in altero juſtitiæ ejus, in altero etiam utililatis cauſſa verſetur. Paveſcant regum infeſtiſſimi parricidæ (cum Guthero dicam) & qui infami rebellione principis fulmen contemnunt. Diſcant impii ſceleris gregales ſcriptores, nullam male de principe merendi juſtam eſſe uſquam cauſſam poſſe, nullum tantum facinus, quod parricidio aut conſpiratione ſit vindicandum. Vindicem ubique adeſſe Deum, primi & maximi criminis ultorem graviſſimum, qui impiorum facinora judicat, diſcutit, & damnat æternique fulminis ignibus conſcios tradit.

Imperator Romanus Regibus dominatur & præeſt. Regibus enim Electores comparantur. Præter alia jura hæc Majeſtati Imperatoriæ competunt. (1.) Electores creat arg. *c. un. quis dicat. Dux. Marchio &c. c. 2. feud. 2. feud.* 1. (2.) Creat & Principes, Duces, Comites, Barones: *c. cit.* (3.) In toto Romano Imperio nobilitat: *l. quoties 3. C. ubi Senat.* & cum indigno diſpenſare videtur: *l. idem Ulpianus §. 1. D. de excuſat. tut. l. 3. D. de natal. reſtit.* nec inquiri debet an Princeps dignum elegerit: *l. 2. C. de crim. ſacrileg.* (4.) Facit Notarios & Tabelliones. Borcholt. in *c. un. quæ ſint regal. n.* 4. & Doctores ſine ſollemnitate: Coler. *part. 2. proceſſ. c.* 1. (5.) Infames reſtituit ad famam: *l. 10. C. de ſentent. paſſ.* Contra quemlibet Magiſtratum jus habet pœnas capitales remittendi: *l. 4. l. 31. D. de poen.* alias pœnæ in judicum arbitrio non ſunt, *l. 13. D. de poen.* (7.) Nothos & ſpurios legitimandi: *Novell. 53. c. 3. & tit. D. de natalib. reſtit.* (8.) Jus publici mercatus tribuit *l. 1. D. de nund. l. un. C. eod.* (9.) Salvum conductum concedere poteſt, *l. 4. D. de pœn.* (10.) Jus fiſci habet: Peregrin. *de jure fiſci lib. 4. tit.* 3. (11.) Ferias generales conſtituit, *l. 4. C. de fer.* (12.) Privilegia concedit, confirmat, interpretatur. (13.) Regalia jura confert 1. *feud.* 14. & 2. *feud.* 10. *l. 5. C. de dignit.* (14.) Academias & univerſitates erigit, eiſque privilegia concedit: *Auth. habita C. ne fil. pro patr. Part. 1. ord. cam. tit.* 3. (15.) Licet ab ipſo non detur appellatio, *l. 1. §. 1. D. a quib. appell. non lic.* ab ejus reſcriptis, ſi ad preces falſas impe-

petrentur, *tit. C. si contr. jus & utilit. publ.* provocandi facultas non denegatur, *l. 2. C. de apellat.* Ad melius informandum Imperatorem adpellari potest, *l. 18. §. 2. D. de minor. l. 17. D. de jur. Patron.* Nec sic sententia Imperatoris arguitur: non enim adversus principem, sed relatoris calliditatem, aut iniquitatem provocatur, *arg. l. 1. §. 1. D. quand. adpell.* Dn. Giron.

IMPERFECTUM flagitium, id est, non consummatum: *l. 1. §. ult. D. de extr. crim.*

IMPERIALITER, *βασιλικῶς: l. un. §. 14. in fin. C. de caduc. toll.*

IMPERIALIUM *sententiarum, in cognitionibus prelatorum* Paullus libros sex scripserat. Iidem videntur hi libri cum illis, quos in Indice Florentino, *Sententiōn ἤτοι factōn βιβλία ἕξ* adpellari animadvertimus. Proferuntur quædam ex his Libris, sed servato vetere titulo: *l. ult.* D. *de cond. & dem. l. 10. D. de manumiss. l. 240. D. de verb. signif.* Vocantur etiam libri Decretorum, *l. ult. D. de hered. inst. l. ult.* D. *ad SC. Trebell. l. 24. D. de jur. patron.* Hein.

IMPERIUM, aliquando significat *αὐτοτελῆ ἡγεμονίαν ἢ ἐξουσίαν*, *merum imperium vel potestatem*, ut loquitur Dio Caff. *lib. 43. p. 235.* Eleganter autem Ammianus Marcellinus *lib. 29. c. 15.* definivit, *Imperiam* aliud nihil esse, quam curam salutis alienæ. Curatius tamen *civile Imperium* a ceteris omnibus secernes, si dixeris: esse jus ea generaliter regendi, quæ ad civitatem hujusque finem spectant.

Imperium pro iis quæ regimini imperioque subsunt. Sic ampliari Imperium hominum, adjectione potius, quam pecuniarum copia, malle se dixit Hadrianus Imp. in *l. ult. §. 3. D. de bon. damn.*

Imperium etiam pro auctoritate & potestate magistratuum qualibet accipitur. Ita: Imperio Magistratus adoptari dicuntur, qui apud Prætorem vel Præsidem, adoptantur: *l. 2. D. de adopt. §. 1. Inst. eod. tit.* Vid. Noodt. *De Jurisdict. & Imp. lib.* 1. c. 2. ubi textus colligit in quibus synonymice vocabula imperium & jurisdictio sumuntur, quemadmodum hodie sumi notum est.

Alias Imperium accipitur jus coercendi; leges nempe factis applicandi cum effectu, quodque in exsequutione, quam vocamus, consistit, & ita a Jurisdictione in specie sic dicta est diversum, quæ per se exsequutione pœnæque irrogatione destituitur. Et ita: Imperium habere magistratus dicuntur, veluti consul, præfectus urbi, prætor, proconsul & cæteri qui coercere aliquem possunt, & in carcerem duci jubere: *l. 2. D. de in jus voc.* Et contra sine imperio esse dicuntur minores magistratus, qui hanc potestatem non habent: *l. 32.* D. *de injur.* Ita ut, imperium dici possit potestas armata. Sigon. de *jur. Civ. Rom. lib. 1. c. 2.* Conf. Averan. *Interp. jur. lib. 1. c. 3.*

Hoc autem *Imperium* vel *merum* est vel *mixtum.* Hoc est jus modice coercendi, ideo *mixtum* adpellatum quod jurisdictioni est admixtum, seu cohæret, ut loquitur *l. 1. §. ult.* D. *de offic. ejus cui mand. est jurisd.* ne scilicet illa nulla sit. Nam jurisdictio sine modica coercitione nulla est: *l. ult.* D. *eod. tit.* Hinc mandata jurisdictione privato, etiam imperium, quod non est *merum* videtur mandatum. *d. l. ult. §. 1. eod. tit.* Siquidem cui jurisdictio mandata est, ea quoque concessa videntur sine quibus jurif-

risdictio explicari non potest. Ne putes tamen jurisdictioni omni cohærere vel inesse imperium. Sunt enim magistratus municipales, quibus negant auctores nostri ea, *quæ magis imperii sunt*, non *quæ magis jurisdictionis*: *l.* 4. D. *de jurisd. l.* 26. *pr.* & §. 1. *D. ad municipal.* Quæ ut recte intelligantur, adeundus est Gundling. *in Pand. p.* 150. §. 6. & 8. Sufficit vero heic adnotasse: Si cui jurisdictioni cohæret imperium tantum quidem, ne ea penes exercentem sit inefficax, tum id modica coercitione finiri, idque illud esse, quod *mixtum* adpellantur. Contra, quum mixtum hoc imperium vix alicui sit concessum nisi in finem ut ipse efficaciter jurisdictionem explicet: Hinc recte ex sententia Ulpiani dixeris: Mixtum esse Imperium, cui etiam jurisdictio inest: *l.* 3. *D. de jurisdict.*

Imperium vero merum *mixto* opponitur, quod *non merum* dici modo vidimus. Estque merum Imperium habere gladii potestatem, ad animadvertendum in facinorosos homines: *d. l.* 3. *D. de jurisd.* Heic autem Ulpianus a symbolo imperium merum definit: Consueverant namque Romani iis, quibus imperium committebant, gladium tradere: Senec. *de clem. lib.* 1. *c.* 2. Verum quum hoc symbolum ad jurisdictionem quoque pertineat, haud ita commoda videtur hæc Ulpiani definitio, cujus loco hæc videtur adhibenda: Esse merum imperium, quod non jurisdictioni, hujus tuendæ caussa admiscetur, nec adeoque modica coercitione finitur, sed ad pœnas etiam capitales erogandas extenditur. Hinc ei etiam qui jurisdictionem non habuit, merum videas competisse imperium, veluti in Urbe Quæsitoribus rerum capitalium. Quod autem dixi, quod non jurisdictioni, hujus tuendæ causa admiscetur, eo non significare volui eidem personæ competere non posse utrumque, jurisdictionem & imperium merum: Nam in provinciis hoc cum juris dicendi potestate in eadem persona conjunctum est. Cui vero imperium merum nec jurisdictio competit, nulla ne cognitio data est? An nudum exsequutionis imperium penes eum est? Sane Ulpianus ipse in *l.* 6. D. *de offic. Proconf.* cognitionem mero imperio vindicat. Nec vox *animadvertere* cognitionem semper excludit: Contra solam aliquando cognitionem innuit: *l.* 15. §. 28. *D. de injur. l.* 1. §. 1. D. *de minor.* In significatu plenissimo igitur accipienda vox illa, ut & cognitionem & exsequendi jus complectatur. Vid. Vursfel. *jurispr. defin.* §. 98. *n. c.*

Imperium pro jussu: *l.* 4. D. *de reg. jur.*

Imperii summi notentur species, & adjuncta. Species sunt tres, Monarchia, Aristocratia, Democratia. Potestas videlicet est vel penes paucos, vel penes multos, vel penes unum: Plato *lib.* 6. *de republ.* Herodot. *lib.* 1. *Aristot. lib.* 3. *Politic. cap.* 7. Isocrat. *orat.* 3. *ad Nicocl.* Tacit. *lib.* 4. *Annal.* Monarchia est imperium quod ab uno regitur: Aristot. 1. *Politic.* 23. & aliis in locis. Monarchiam optimum imperium esse multi affirmant 1. Quod sit simplicissima, reducatque illa multitudinem subditorum ad unitatem naturalem, vitetque dissensionum pericula Liv. *lib.* 26. *Hist.* Regnum est res inter Deos hominesque pulcherrima. 2. Quod sit antiquissima: Justin. *lib.* 1. *hist.* & Sallust. *in Catilin.* Reges namque in terris nomen imperii id primum fuit. Adamus ante diluvium, post diluvium vero caput extulit Ni-

Nimrodus a quo originem reges repetunt. 3. Quod & communissima, validissima, & maxime civilis. Tacit. *lib.* 1. *Annal.* Discordantis sæpe patriæ post aliud haud remedium fuit, quam si ab uno regeretur. Salmas. *in defensione regia cap.* 8. Regnum est imperium, quod princeps comiter administrat. Nimirum, ut cives libertatis suæ compotes, principum legibus volentes obsequantur. Talia sunt regna Hispaniæ, Germaniæ, Galliæ &c. Dominatus est imperium, quod princeps severiter administrat. Sinarum, Tartarorum, Indorum, Turcarum Reges dominatum usurpant: Gothofred. *in Archontolog. Cosmica lib.* 2. *p.* 169. Bertius in *tabulis* contractis, *lib.* 6. *p.* 685. Aristocratia est imperium, quod a proceribus regitur. Olim tale imperium habebant Spartani, & Massilienses a Græcis profectis: Strabo *lib.* 4. *Geograph.* Democratia est imperium, quod a populo regitur. Adjuncta imperii sunt modi, quibus ad imperium pervenitur, successio scilicet & electio. Successio est, cum quis a natalium jure imperat: Tiraquellus, Cirierius, Laudensis *de jure promogenituræ.* Tholosanus *lib.* 7. *de republica.* Vernuleius *lib.* 1. *Politiæ tit.* 7. *cap.* 5. Zosimus *lib.* 2. *hist.* estque patrimonialis vel legitima. Patrimonialis est, quæ obtinet inter populos bello subactos. Tale erat vetus Hebræorum regnum, quod Deus Regi Davidi, velut proprium donaverat, & deinceps filio ejus Salomoni, licet natu minori conferebat: 2. *Samuel.* 7. 8. *Regum* 1. *Psalm.* 2. 7. 28. 45. Legitima est, quæ obtinet inter populos sponte subjectos. Talia regna sunt Gallicani ex instituto Hugonis Capeti, & Suecicum a Gustavo Wasa ordinatum. Serrarius *in inventar. Galliæ fol.* 855. Loccenius *lib.* 6. *Histor. Suec.* Electio est, cum quis suffragiorum jure imperat, ut Germanorum Imperator. Duplex est, lata, vel restricta. Prior, cum peregrinus eligitur, posterior, cum eligitur indigena. Dom. Abb. Giron.

Imperii Lex in *l.* 3. *C. de testam.* lex Regia intelligitur, qua populus in Imperatorem omne suum imperium potestatemque contulisse ratumque jussisse, quod constitueret, dicitur a Pomponio, in *l.* 2. §. 11. *D. de orig. jur.* De qua lege regia, quod varia in jure nostro nomina fert, plura dixit Heinecc. *in Syntagm. Antiquit. l.* 2. §. 65. & in *hist. jur.* I. 4. §. 168. *seq.*

Imperia. Toralia, *imperia*, in *l.* 3. *pr.* D. *de suppellect. legat.* corrupte dici Hotomannus existimat pro Toralia impervia, i. e. densa, & non rara. Joseph. Scaliger *ad* 1. *Varr. de re rust.* veterem lectionem tuetur, toraliaque *imperia* vocari a Paullo censet, veterum more, *a* in *e* mutato, *imparia* quæ & paterfamilias sibi servat præter ea, quæ sunt quotidiani usus: eadem forma qua trapetes impares esse oportere præcipit Cato, hoc est, præter illos, quorum quotidie usus esset: ut si in illis quotidianis aliquid fractum sit, aut aliquid reficiendum sit, ea præsto sint, quæ in illorum locum sufficiantur. Trapetes, inquit bonos privatos impares esse oportet: id est, oportet esse trapetes præter illos quotidianos in singulis torcularibus. Paria nempe vocari debent, quæ habentur quotidianæ usioni: imparia ergo quæ præter illa adhibentur. Ideoque idem Cato quæ supra imparia, dixit alibi supervacanea. Prœla, inquit, temperata quinque, supervacanea tria. Ide *ibid.* suculas quinque, supervacaneam unam. Addidit igitur Ju-

Jurisconsultus *imparia*, ne tantum ea, quæ in usum quotidianum insternerentur comprehenderet, sed & ea quoque intelligeret, quæ aliquando ad eosdem usus depromi possent. Cujacius *lib.* 10. *obs. c.* 13. notat *Imperia* in Basilicis προσκεφάλαια esse, & forsitan scribendum esse *impelia* pro *impilia*: atque adeo hac voce non tantum πόδια significari, ut *obs.* 5. *cap.* 11. docuit, sed etiam pulvinos: nec male hic *impilia*, cum & coactiores durioresque sint. Homiliæ Scholasticæ, ἐςρώσαμεν τὴν κλίνην, κ̣ δὲ αὐτὸ σκληρὸν ἐςὶν ἐξετείνκξαμεν κ̣ προσκεφαλαίε ἐμαλάξαμεν.

IMPETIGINOSUS, *l.* 6. §. 1. D. *de Ædil. edict.* qui *impetigine* laborat Hujus autem morbi Cornel. Celsus *lib.* 5. *c. ult.* species quatuor facit, unam, quæ similitudine scabiem repræsentat, sed magis exulcerata est, & varis similes pustulas habet, videnturque in ea esse quasi bullulæ quædam, ex quibus interposito tempore squamulæ resolvuntur: alteram papulæ fere similem, sed asperiorem, rubicundioremque, figuras varias habentem, quæ *rubrica* cognominatur: tertiam, quæ crassior est, & durior, & magis tumet, in summa cute finditur, & vehementius rodit. *Nigræ* cognomen est: quartam, quæ curationem omnino non recipit, distantem colore: nam subalbida est, & recenti cicatrici similis, squammulasque habet pallidas, quasdam subalbidas, quasdam tenticulæ similes. Hæc Celsus. Quibusdam videtur impetigo eadem esse, quæ Græcis λειχὴν, id est, summæ cutis asperitas, cum leni pruritu. *Impetiginum* autem remedia prodit Plinius *lib.* 20. *c.* 9. *lib.* 22. *c. ult. lib.* 23. *proœm.* & *lib.* 25. *c.* 7.

IMPETRABILE postulatum, pro eo, quod justum & æquum est, adeoque impetrari potest: *l. ult. C. Th. de petit.* De voce *impetrabilis*: vide Durandum Casellium 1. *var.* 9.

IMPETRATIO obscura, pro subreptione: *l.* 10. *C. Th. de oper. publ.*

IMPETUS. Si quis inopinato fortunæ impetu rem familiarem amiserit: *l.* 4. D. *ut in poss. legat.*

Impetus prædonum: *l* 23. D. *de reg. jur.* id est, incursus.

Impetus pro animi effervescentia. *Impetu* delinquitur, quum per ebrietatem ad manus, aut ad ferrum, venitur: *l.* 11. §. 2. *D. de pæn.*

IMPILIA, *l.* 25. §. 4. *D. de aur. arg. leg.* & in nonnullis Plinii editionibus *lib.* 19. *hist. nat. c.* 2. ubi hæc leguntur: Teophrastus auctor est, esse bulbi genus circa ripas amnium nascens, cujus inter summum corticem eamque partem, qua vescuntur, esse laneam naturam, ex qua *impilia* vestesque quædam conficiuntur. Sunt autem *impilia* socci lanei, de quib. Selden. in *Uxor. hebr. lib.* 1. *c.* 14. Add. Ant. Bynæum *de Calc. hebr. lib.* 2. *c.* 4. §. 3. *p.* 182. *seq.* Hein.

IMPINGERE. Impacti in carcerem: *l.* 13. *D. de custod. & exhib. reor.*

IMPIUS, pro eo qui patriam vitat, seu fugit: *l.* 2. *C. Th. si curial. relict. civ.*

Impius terminus, pro morte videtur poni, in *l.* 11. *C. Theod. de domest. & protect.* Impius enim hac figura est sævus, immitis. Hor. *Epod.* 5. 13. Impube corpus, quale possit *impia* movere Thracum pectora.

IMPLERE ætatem: *l.* 20. §. 2. *D. de ann. legat.* annum vel annos: *l.* 13. §. *ult. D. de tut. & cur. l.* 40. *D. ad SC. Trebell.* militiam vel stipendia: *rubr. C. quib.*

quib. muner. l. 2. C. de re milit. possessionem vel usucapionem *: l.* 7. D. *pro emt. l.* 7. D. *de usurp.* sollemnia : *l.* 10. *C. de administr. tut.* sollemnia accusationis *: l.* 11. §. 5. D. *ad Leg. jul. de adult.*

Implet animus, quod deest possessioni *: l.* 3. §. 3. *D. de adquir. vel amit. possess.* id est, supplet.

Impleto asse, id est, expleto & distributo *:* Paul. 3. *Sent.* 4. §. 6. Impletus numerus liberorum*: l.* 2. §. 1. *D. de vacat. & excus. mun.* cui nullus deest.

Implere pro exsequi. Sic implere cautionem : *l.* 24. D. *de usu & usufr. leg.* collationem : *l.* 1. §. 13. D. *de collat.* conditionem : *l.* 13. D. *de manum. test.* contractum vel conventionem : *l.* 1. *C. de furt. l.* 2. *D. pro emt.* fidem *: l.* 4. *D. de manum.* functiones *: l.* 140. C. *Theod. de decur.* judicium uxoris defunctæ : *l.* 15. *C. ad Leg. falcid.* numerationem *: l.* 1. D. *qui potior.* officium debitum*: l.* 21. §. *ult. D. ad SC. Silan.* placitum *: l.* 1. *C. commod.* quantitatem : *l.* 27. §. 16. D. *ad SC. Trebell.* partem religionis : *l.* 3. *C. arbitr. tut.* satisdationem *: l.* 2. *D. de custod. & exhib. reor.* stipulationem : *l.* 2. D. *de fidejuss.* testamentum *: l. ult. C. famil. ercisc.* venditionem : *l.* 46. *D. de act. emt.* voluntatem : *l.* 8. §. 6. D. *de cond. inst.*

Implere, interdum est probare*: l.* 23. *D. de prob. l.* 1. *C. eod. tit. l.* 1. *C. de condict. ob. turp. caus. l.* 3. C. *de non num. pecun.* & ita *implere* accusationem : *l.* 14. *D. ad SC. Turpill.* adfirmationem *: l.* 5. *C. de lib. causs.* caussam adpellationis *: l.* 2. *C. quand. provoc.* delationes : *l.* 5. §. *ult.* D. *de jur. fisc.* exceptionem *: l.* 19. *D. de probat. & præs.* intentionem : *l.* 19. *D. de probat.* quod intenderit; *l.* 3: §. 3. D. *de test.* litem : *l. ult. C. de præscript. 30 vel 40 annor.* petitionem : *l.* 30. §. *ult. D. de except.* probationem *: l.* 26. §. *ult.* D. *depos.* Quinctil. *Decl.* 7. Ego vero Judices, ex hoc, qui recusat dives quæstionem, partem probationis impleri. Lactant. *lib.* 7. c. 8. Parum habent firmitatis ad probandam & implendam veritatem. Eodem significatu, *implere* professionem : *l.* 42. §. *ult. D. de jur. fisc.* provocationis certamen : *l.* 6. *C. de his quæ ut indign.* sollemnia.

IMPLICARI molestiis hereditatis *: l.* 4. §. 11. D. *de dol. & met. exc.* negotiis hereditariis *: l.* 22. *D. si quis omiss. caus.* Quæ *implicantur* rebus soli : *l.* 30. §. 1. *D. de usurp.*

IMPLICITUS statuliberi casus libertatis ; *l. ult. C. si ex nox. caus.* Implicita facti quæstio *: l.* 52. D. *pro soc.*

IMPLORARE auxilium *: l.* 13. §. *ult. D. ad SC. Trebell. & passim:* beneficium *: l.* 1. *C. si advers. solut.* compensationem : *l.* 2. *C. de compens.* decretum *: l.* 39. §. 9. *D. de admin. & peric. tut.* edictum *: l.* 1. §. *ult. D. ut in possess. legat.* judicium liberale : *l.* 3. §. 10. *D. de adquir. vel amitt. possess.* legem Falcidiam : *l.* 87. §. *ult. de legat.* 2. restitutionem in integrum *: l.* 86. D. *de adquir. vel omitt. her.*

IMPONERE conditionem alicui, vel etiam legato : *l.* 4. §. 1. *D. de hered. inst. l.* 86. D. *de condit. & dem.* libertatis caussa *: l. ult. D. de liber. causs. l.* 8. *D. de donat. l.* 33. *l.* 37. *D. de bon. libert.* Quæ liberto imponuntur *: l.* 1. §. 5. *D. quar. rer. act.* Imponitur servo ancillæve merces pro opera *: l.* 13. D. *de usu & habit.*

Imponere necessitatem : *l.* 4. §. 5. *D. de offic. proconf.* onus : *l.* 15. C. *de prob.* operas : *l.* 7. §. 1. *de oper. libert.* pœnam : *l.* 1. §. 1. *D. de effract.* quadrans heredis *l.* 49.

l. 49. D. *de jur. fisc.* rationem Falcidiæ; *l.* 6. *l.* 8. *C. ad Leg. Falcid.* servitutem: *l.* 105. *D. de cond. & dem.* fundo quem quis vendat: *l.* 19. *D. de servit.*

Imponere libertatem: *l.* 7. §. 8. D. *de don. int. vir. & ux. l. ult. D. qui & quib. manum.* vindictam servo: *l.* 19. §. 3. D. *de castr. pecul. l.* 14. *D. de manum. l.* 12. §. 2. *D. de liber. caus.* id est, servum vindicta manumittere. Horat. *lib.* 2. *Serm. sat.* 7. *v.* 76. *seq. Vindicta terque quaterque Imposita, haud usquam misera formidine privat.*

Imponere ædificium areæ: *l.* 39. D. *de legat.* 2. fenestras & ostia in ædificia: *l.* 59. *D. de rei vind.* merces in navem: *l.* 2. §. 2. *D. de Lege Rhod. de jact.* pecora prædiis, puta stercorandi caussa: *l.* 14. *D. de impens. in res dot. fact.* nomen fundo: *l.* 106. *D. de verb. obl.* servum in machina: *l.* 5. §. 10. D. *commod.* superficiem in solo: *l.* 18. §. 4. D. *de damn. infect.* tectorium parietibus: *l.* 44. *D. de usufr.* ædificio tegulas: *l.* 18. *D. de act. emt. vend.*

Imponere manus. Vid. infra manus.

IMPORTARE actionem, crimen id est, inferre: *l. ult* §. *ult.* D. *de divort. l.* 9. §. 1. *D. de statulib.*

Importare ignominiam, infamiam, id est, irrogare: *l.* 5. D. *de decurion. l.* 7. D. *de publ. jud. l.* 22. *D. de his qui not. infam.*

Importata vi fluminis: *l.* 9. §. 1. *D. de damn. inf.* id est, illata.

IMPORTUNE repetere: *l.* 17. §. 3. *D. commod.* id est, intempestive, ut ibidem explicatur.

IMPORTUNITATES in *l.* 7. *C. Theod. quor. adpellat.* vocant Imperatores importunas, inanes & frustratorias, non tam adpellationes, quam ludificationes, ut dicuntur *l.* 1. *D. eod. tit.*

IMPORTUNO tempore vel loco offerre pecuniam: *l.* 36. D. *de solut.* Cic. *lib.* 2. *de orat. c.* 5. Aut importunum tempus in tanto ocio, quod raro datur.

IMPOSITIO pilei, id est manumissio: *l.* 10. C. *de testam. manum.* Vide infra sub *pileus.*

IMPOSSIBILIUM nulla est obligatio: *l.* 185. D. *de regul. jur.* Quod impossibile est, neque pacto, neque stipulatione, potest comprehendi: *l.* 32. D. *eod. tit.* Si homo mortuus sisti non potest, nec pœna rei impossibilis committatur: *l.* 68. D. *de verb. oblig.* Vid. *l. ult.* §. 4. *D. de verb. obl.*

Impossibilis conditio, Græco sermone ἀδύνατος: *l.* 20. *D. de condit. instit. l.* 104. §. 1. D. *de legat.* 1. Eam definit, Paull. *lib.* 3. *Sent. tit.* 4. §. 1. quæ per rerum naturam admitti non potest. At *impossibilis* conditio dicitur variis modis. Est impossibilis, cui natura impedimento est, quominus existat, veluti, si quis ita dixerit; si digito cælum attigero, dare spondes? §. 11. *Inst. de inutil. stipul. l.* 16. §. *ult. D. de injust. rupt.* Sed & impossibilis conditio intelligitur, quæ jure impleri non potest: *l.* 137. §. 6. *D. de verb. oblig.* Qui ita heres institutus est, si servum hereditarium non alienaverit, siquidem solus heres scriptus sit, sub *impossibili* conditione institutus videtur, *l.* 4. §. *ult. D. de condit. instit.* Municipibus si jurassent, legatum est. Hæc conditio non est impossibilis, *l.* 97. D. *de condit. & demonstr.*

Conditio vero impossibilis, prout variis negotiis adjicitur, diversos producit effectus. Nam quoad contractus: Non solum stipulationes impossibili conditioni adplicatæ nullius momenti sunt, sed etiam cæteri quoque contractus, veluti emtiones, locationes, impossibili conditione interposita, æque nullius mo-

momenti sunt: *l.* 31. D. *de oblig. & act.* Impossibilis conditio, quum in faciendum concipitur, stipulationibus obstat: *l.* 7. D. *de verb. oblig.* Consentit *l.* 1. §. 9. *D. de oblig. & act. l.* 29. *D. de fidejuss. l.* 11. *Inst. de inutil. stipul.* Hæc ita in contractibus se habent: At in supremis tabulis non æque. Etenim sub impossibili conditione factam institutionem placet non vitiari: *l.* 1. D. *de condit. instit.* Si in non faciendo impossibilis conditio institutione heredis sit expressa, heres erit, perinde ac si pure institutus sit: *l.* 50. §. 1. D. *de hered. instit.* Si quis ita institutus sit, si monumentum post mortem testatoris in triduo proximo mortis ejus fecisset: quum monimentum in triduo perfici non possit, dicendum erit, conditionem evanescere, quasi impossibilem: *l.* 6. *D. de condit. instit.* Idem dicendum de eo, quod sub impossibili conditione legatum est, siquidem tale legatum pro puro habetur: *l.* 5. *D. quand. dies legat.* Et huc faciunt *l.* 135. D. *de reg. jur. l.* 104. §. 1. *D. de legat.* 1. *l.* 3. *l.* 6. §. *ult. de condit. & demonstr. l.* 45. *D. de hered. instit. l.* 16. §. *ult. D. de injust. rupt.*

Impossibile aliquando idem est ac, difficile, ut in *l.* 2. *D. de his, qui effud. l.* 60. §. 2. D. *locat. l.* 6. *C. de curat. furios.*

IMPOSTORES in antiquo Lexico ἐπίθεται: itaque pro deceptoribus *l.* 4. §. 2. *D. de Ædil. edict. l.* 1. §. 3. D. *de extraord. cogn.*

IMPOSTURA callida mathematicorum. *Collat. Leg. Mos. & R. tit.* 15. §. 2. Si quis imposturam fecerit, aut collusionem in necem alterius, stellionatus potest adpellari: *l.* 3. *D. de stellion.* Trebell. Pollio *in Galien. c.* 12. Quum quidam gemmas vitreas pro veris vendidisset ejus uxori, atque illa, re prodita, vindicari vellet: surripi quasi ad leonem venditorem jussit. Deinde e cavea caponem emittit, mirantibus cunctis rem tam ridiculam, per curionem dici jussit: *Imposturam fecit; imposturam passus est.* Deinde negotiatorem dimisit.

IMPOTENTER se gerere, *l.* 9. §. *ult.* D. *de offic. proconf.* ut is qui sui potens non est, impos sui apud priscos dictus. Quinctilian. *lib.* 2. *c.* 3. Ne quid impotenter faciat.

IMPRECARI *l.* 1. §. 3. *D. de extraord. cognit.* ubi &

IMPRECATIONES incantationibus æquiparantur.

IMPRESSIO, pro concussione. Si per impressionem quis rei suæ fecerit cessionem: *l.* 11. *C. de his, quæ vi.* Paull. 5. *Sent.* 1. §. 1. Impressione alicujus terroris. Cic. *ad famil. lib.* 5. *epist.* 2. Non judicio atque disceptatione, sed vi atque impressione, avertere.

IMPRIMERE. Indicia ferro impressa, id est, stigmata fronti inusta, apud Caium *Inst. lib.* 1. *tit.* 1. §. 3.

IMPROBABILIS pro improbo. Proxenetæ emtionibus & venditionibus, commerciis, contractibus licitis, utiles, non improbabili more se exhibent: *l. ult. D. de proxenet.*

IMPROBARE est reprobare, ut loquitur *l.* 9. *D. de negot. gest.*

IMPROBE est non probe, vel parum probe, non jure, injuste, inciviliter, mala mente contra bonam fidem.

IMPROBITAS. Nemo de improbitate sua consequitur actionem: *l.* 12. §. 1. D. *de furt.*

IMPROFESSUS servus: *l. ult.* §. 1. *D. de publican.* Quinctil. *Decl.* 341. Cujus professio facta non est, ut fraudaretur jus vectigalis.

Improvisus casus: *l.* 36. §. 2. *D. de testam. mil.*

Imprudens & *prudens*, invicem pugnant: *l.* 66. §. 4. D. *sol. matr.* ut *imprudens* & sciens, apud Terent. *Hecyr. Act.* 5. *sc. ult.* Damna fatalia, quæ imprudentibus accidunt, id est, nihil tale opinantibus, & præter spem & cogitationem: *l.* 5. §. 3. *D. pro soc.* Imprudentis cædis damnatus. Quinctil. *Declam.* 249. & *in argumento Declam.* 305. Imprudens emere dicitur, qui bona fide rem a non domino emit: *l.* 24. §. 1. *D. de act. emt. l.* 19. §. 3. D. *de neg. gest. l.* 31. §. 1. D. *de reb. cred. l.* 38. *l.* 58. D. *de rei vind.* Imprudens vendidisti, id est, ignorans: *l.* 41. §. *ult. D. de contrah. emt.* vel insciens: *l.* 17. §. 4. *D. de Ædil. edict.*

Imprudentes, pro imperitis juris: *l.* 17. §. 4. *D. eod. tit.*

Imprudenter, minus considerate: *l.* 21. §. *ult.* D. *de negot. gest.* Qui casu teli hominem imprudenter ferierit. *Collat. Leg. Mos. & Rom. tit.* 1. §. 7.

Imprudentia adsessoris: *l.* 2. D. *quod. quisque jur. in al.* judicis: *l.* 51. D. *de evict. & passim.* id est, imperitia.

Imprudentia, alias pro quavis ignorantia ponitur, ut & Donatus *in Terent. prol. Eunuchi* notat. Cic. *lib.* 2. *Rhet. ad Herenn. c.* 16. Si autem imprudentia reus se dicat peccasse, primum quæretur utrum potuerit scire, aut non potuerit: deinde utrum casu fecerit. Idem *in partit. orat. c.* 37. Imprudentiam ait esse, aut in casu, aut in quadam animi permotione. Et hoc sensu *imprudentiæ* fere in omnibus pœnalibus judiciis succurritur: *l.* 100. D. *de reg. jur.* Per imprudentiam, id est inconsulto, oscitanter, ex errore: *l.* 22. §. 7. D. *rem. rat. hab. l.* 4. §. 3. D. *de dol. mal. & met. except. l.* 16. D. *de condict. indeb.*

Impubes dicitur mas minor annis 14 femina vero minor 12. Caius *lib.* 2. *Inst. tit.* 2. §. 2. *princ. Inst. quib. mod. tut. fin.* Macrob. 1. Saturnal. 6. Post annos bis septem, ipsa ætas necessitate pubescit: tunc enim moveri incipit vis generationis in masculis, & purgatio fæminarum. Tertul. *lib. de virgin. veland. Tempus etiam ethnici observant, ut ex lege naturæ jura sua ætatibus reddant; nam fæminas quidem a* 12 *annis: masculum vero a duobus amplius ad negotia mittunt: pubertatem in annis, non sponsalibus aut nuptiis decernentes.* SCo Silaniano torqueri non debet, sed terreri tantum debet masculus impubes vel habena, vel ferula cædi: *l.* 1. §. 33. D. *ad SC. Silan.* Verum tamen impuberes ab anno septimo, usque ad annum undecimum, proximi censentur infantiæ, similes plane furioso & infanti, quantum ad delinquendi affectum attinet. Quia hujus ætatis pueri, bonum & malum non adhuc possunt discernere, adeoque intellectu carent: §. 9. *Inst. de inutil. stip.* Ab anno duodecimo usque ad annum 14. impuberes censentur proximi pubertati, & doli capaces adeoque furtum & injuriam admittere possunt: *l.* 111. *D. de reg. jur. l.* 23. *D. de furt.* Sane impuberis est ministerium, si forte vel librarius, vel nomenclator vel calculator sit, vel histrio, vel alterius voluptatis artifex: *l.* 7. §. 5. D. *de oper. libert.*

Impudentia ejus, qui diversa duobus testimonia præbuit: *l.* 27. §. 1. *D. de Leg. Cornel. de fals.*

Impudicitia. Ad impudicitiam servos compellere: *l.* 2. D. *de his qui sui vel al jur. impudicos* facere dixit *l.* 9. §. *ult.* D. *de injur.*

Impu-

IMPUDICUM visum est*: pr. Inst. quib. mod. tut. fin.*

IMPUGNARE judicium : *l.* 2. D. *de his quæ ut indign. l.* 87. *D. de legat.* I. jus civile : *l.* 5. *D. de pact. dot.* utilitatem pupilli : *l.* 42. D. *de adquir. vel omitt. hered.*

IMPULSUS. Si quis alterius impulsu damnum dederit: *l.* 7. §. 3. D. *ad Leg. Aquil.*

IMPUNITAS. Crimina impunitate coalescunt : *l. ult. C. Th. de defens. civ.*

IMPURE. *Impurius* ad patriam reverti, id est, cum nota & dedecore : *l.* I. *C. Th. de stud. lib. urb. Rom.*

IMPURUM flagitium. Paull. 2. *Sent.* 26. §. 13.

IMPUTARE est alicui acceptum vel expensum ferre. Sed & *imputari* alicui dicitur quod ei oneri damnove esse debere affirmatur. Sic : si medio tempore tutor solvendo esse desierit, imputabitur contutoribus, cur non egerint cum eo : *l.* 9. §. 4. *D. de tut. & rat. distr.* Sibi imputare debet creditor, qui satisdationem admisit vice solutionis *: l.* I. §. I. D. *quib. mod. pign. vel hypoth.* Imputatur etiam alicui id, quod ipsius culpa vel facto evenit. Sic : Non permittendum ei, caussari tempestatem, vel vim fluminis, si quid sit, quod ei imputetur*: l.* 2. §. 8. D. *si quis caut. in jud. sist.* Qui negligenti amico rem custodiendam tradidit, non ei, sed suæ facilitati imputare debet : §. 3. *Inst. quib. mod. re contr. oblig.*

Imputare pro reputare. *Imputare* sorti *: l.* 26. *D. de condict. indeb.* peculio : *l.* 21. D. *de pecul.*

Imputari verbum in computatione Falcidiæ duobus modis accipitur. Imputari enim primum est, in quadrantis computationem venire, & ita in Falcidiam imputari id dicimus, quod heredi ad quartam explendam computatur : *l.* 19. *l.* 29. *l.* 91. *D. ad Leg. Falcid. l.* 26. *D. de bon. libert. l.* 44. D. *de solut. l.* 8. §. 12. *D. ad SC. Vellei.*

Imputare quadranti *: l.* 76. *D. ad Leg. Falcid.* in quartam hereditatis, quam per Legem Falcidiam heres habere debet : *l.* 91. *D. eod. tit.* in ratione Legis Falcidiæ *: l.* 25. D. *eod. tit.* quemadmodum in Trebellianica imputare portioni, quadrantis, in *l.* 58. §. 5. *&* §. 6. *D. ad SC. Trebell.* Aliquando *imputari* dicitur in falcidiam, quod Falcidiam patitur : *l.* I. §. 8. D. *ad leg. Falcid.* quod nempe patitur deductionem quartæ.

Porro *imputari* dicimus diem : *l.* 40. D. *de cond. & dem. l. ult.* §. I. D. *quis ord. in bon. poss. l.* 4. §. 5. *D. de statul.* in numerum : *l.* 60. §. I. D. *de rit. nupt.* tempus : *l.* 3. *C. quib. non objic.*

IMA scelerum nequitia *: l.* 5. *C. de heret. Imus* fundus, id est, infimus*: l.*31. D. *de serv. præd. rust.*

IN aliquando denotat terminum ad quem, idemque est ac *usque in.* Sic : in adventum successoris *: l.* 10. *D. de offic. procons.* in quam ætatem *: l.* 69. §. I. *D. de legat.* 3. *In annos decem* liber esse jussus: *l.* 49. D. *de cond. & dem.* satisdare *: l.* 15. *pr. junct.* §. 2. *D. de damn. infect. In* calendas possidere *: l.* 12. *D. de precar. In diem* finitæ litis *: l.* 3. §. 4. *D. de lib. exhib.* mortis : *l.* 72 §. 2. *l.* 91. §. I. *l.* 92. *l.* 93. §. 3. *D. de legat.* 3. finitæ tutelæ : *l.* 53. *D. de admin. & per. tut.* In diem vitæ nostræ *: l.* 57. D. *de don. int. vir. & ux.* id est, quoad vixerimus.

In diem vitæ testatoris, id est, usque in diem mortis : *l.* 14. §. 2. *D. de legat.* 3.

In, etiam significat tempus, quo quid fieri debet. In diem addicere : *l* I. *& tot. tit.* D. *de in*

 diem

diem addict. In diem confertur obligatio: *l.* 44. *D. de obl. & act.* de hypotheca convenit: *l.* 12. §. 2. D. *qui potior.* In diem dare, & *præsenti die*, opponuntur: *l.* 22. D *de condit. inst.* *In diem* deberi dicitur, quod die certa dari debet. *In diem* debitor: *l.* 16. D. *de hered. pet. l.* 14. *D. de liber. leg.* debitum: *l.* 27. D. *qui & a quib.* heredem instituere: *l.* 3. D. *de hered. inst.* relicta legata: *l.* 73. §. *ult.* D. *ad Leg. falcid.* rogatus restituere: *l.* 6. §. *ult. l.* 22. §. 2. D. *ad SC. Trebell.* stipulari: *l.* 22. *D. de obl. & act.* In tempus capiendæ hereditatis institui heredem: *l.* 62. *D. de hered. inst.* In id tempus adquiri, quo: *l.* 32. *D. de serv. præd. rust.*

In aliquando certum casum denotat. In mortem differri, id est, in casum mortis: *l.* 22. D. *ad SC. Trebell. l.* 31. §. 2. D. *de mort. causs. don.*

In, pro *intra*: In diebus, sine addito, intra biduum: *l.* 217. §. *ult. fin.* D. *de verb. signif.* *In* centum diebus, in cretionis formula sic accipiendum, ut & centesimus dies contineatur: *l.* 1. §. 8. *D. de success. edict.* In diebus triginta proximis: *l.* 3. §. 11. D. *de statulib. l.* 40. *D. de contr. emt.* *in* decem mensibus: *l.* 29. D. *de lib. & postum.* in pubertatem, *l.* 2. *ad fin.* D. *de vulg. & pupil. substit.*

In mortem quoque inquisitio tendat: *l.* 40. *C. Theod. de hæret.* id est, in id etiam tempus quo quis mortuus erit.

In pro *post.* In annos: *l.* 41. §. 15. *D. de fideicomm. libert.* in tempus: *l.* 56. §. 1. *seq. ad SC. Trebell.*

In pro de. Criminibus, in quibus videntur argui: *l.* 27. *in fin. C. Theod. de petit.* Eodem referri solet locus Caii *l.* 73. *pr. fin. D. ad Leg. falcid.* *Necesse est legatariis, cum herede in portione legatorum pacisci*, vel, ut Florentiæ legitur, *in portionem*: nec non *l.* 6. §. 4. *D. de jur. patron.* Jusjurandum quod liberto *in* hoc impositum est. *Hein.*

In instrumentum significat. *In* gladio: *l.* 1. §. 3. D. *ad leg. Cornel. de sicar.*

In pro inter, vel in numero. In testibus: §. 9. *Inst. de testam. ordin.* *In* suis heredibus habere, id est, suorum numero: *l.* 78. §. 1. *D. de reg. jur.*

In bello amissum, id est, propter caussam belli: *l.* 2. D. *de incend. ruin. naufr.*

In difficili esse, pro difficile esse: *l.* 29. §. 15. *D. de lib. & postum.* Sic & Liv. *lib.* 3. *c.* 65. Moderatio tuendæ libertatis in difficili est. Eodem modo idem *lib.* 3. *c.* 8. dixit, *in* facili est: nec minus frequentes formulæ: *In proclivi, in expedito, ex facili, e difficili*, de quibus Ducker. *de Latin. vet. ictor. p.* 390. Hein.

In eo esse, ut: *l.* 30. §. 1. *D. de adquir. vel omitt. hered. l.* 44. *D. de pact. l.* 24. *D. quæ in fraud. cred.*

In hoc adoptare, ut: *l.* 7. §. 2. *D. de bon. damn.* Similes loquutiones vide in *l.* 31. §. 2. *D. de mort. causs. don. l.* 3. *l.* 14. *D. de manum. vind. l.* 21. *D. de fideic. libert. l.* 4. D. *de pact. dot. l.* 75. *D. mand.*

In libertate esse, aliud longe est, quam *liberum esse.* In libertate enim sunt, qui se liberos putant, & se pro liberis gerunt, quamvis servi sint: *l.* 7. §. *ult. l.* 11. *l.* 12. *l.* 28. *D. de liberal. caus.* Quod eleganter exponitur a Quinctiliano *Declam.* 340. & 343. unde multa ad interpretationem superiorum legum desumi possunt. Sic & aliud est *in possessione* esse, aliud *possidere.* Denique rei servandæ caussa, legatorum, damni infecti, non possident, sed sunt *in posses-*

possessione custodiæ caussa : *l.* 10. *D. de adquir. possess.*

In pendenti esse, pro pendere, vel incertum esse : *l.* 25. §. 1. *D. de usufr. l.* 43. §. 2. *D. de adquir. rer. dom.* Sic & *in suspenso* tenere, dixit Seneca *de ira lib.* 2. *c.* 23. Tacit. 1. *hist.* 78. Add. Ducker *de Latin. vet. Ictor. p.* 389. *seq.* Hein.

In præsenti : *l.* 17. §. 10. *D. de Ædil. edict.* *In* præsentia : Senec. *epist.* 110. Terent. *Phorm. Act.* 5. *sc.* 2. *v.* 14. Provisum est, ut in præsentia hæc hinc abeat. & Cic. passim. *In* præsentiarum : *l.* 1. §. 4. D. *de tab. exhib. l.* 2. §. 31. D. *ne quid in loc. publ. l.* 11. § 8. *de interrog. in jur. fac. l.* 1. §. 15. *D. de magistr. conven. l.* 1. §. 9. D. *quod vi aut cl.* Usi eadem formula sunt Cato *de re rust. c.* 144. Corn. Nep. Tacitus, & Apuleius : quamvis de analogia certent viri docti, & adhuc sub judice lis sit.

In reliquum, id est, deinceps: *l.* 3. *C. Th. de proxim. Com. dispos. lib.* 6. *tit.* 26.

In se torqueri, id est, contra se: *l.* 1. §. 19. D. *de quæst.*

Quamvis vero notæ sint regulæ grammaticorum de præpositione *in*, vel accusativum, vel ablativum regente : sæpe tamen casus quartus pro sexto ponitur, ut *in* accusationem pro *in* accusatione : *l.* 22. §. 1. D. *ad Leg. jul. de adult. in* dotis caussam esse: *l. ult.* §. *ult.* D. *de pact. dot.* Conventicula *in* domos, pro in domibus : *l.* 58. *C. Th. de hæret. lib.* 16. *tit.* 5. *In* functionem permanere: *l.* 16. C. *Theod. de murileg. & gynæc.* Quum in moram promissor esset: *l.* 8. *D. de novat.*

In possessionem esse, dixit Cic. *In* mentem esse, Plaut. apud Gell. *lib.* 1. *c.* 7. sicut & apud alios optimi commatis auctores ejusmodi loquutionum multa copia est. Exempla congessit Philipp. Paræus in *Lexic. Plaut. hac voce.*

Usus hac forma Cic. *pro Quinctio c.* 5. *pro Arch. c.* 5. Sed & Plaut. *Aulul. Act.* 4. *sc.* 8. *v.* 6. dixit: collocare in arborem. Gell. *lib.* 1. *c.* 7. & *lib.* 9. *c.* 14. scribere in ordinem, ut in *l.* 1. *pr.* D. *ad Leg. jul. de vi priv.* Sedere in eum ordinem. Add. Jo. Frid. Gronov. *ad Liv. lib.* 2. *c.* 14. Nic. Heins. *ad Ovid. Epist. Parid. v.* 38. Bronekhus *ad Propert. lib.* 2. *Eleg.* 7. *v.* 50. Nec minus sæpe casum sextum pro quarto positum videas. In Senatus consulto incidit : *l.* 1. §. *ult. D. ad SC. Turpill.* Succedere in loco : *l.* 1. §. 7. D. *de conj. cum emanc. lib.* In rationibus referre : *l.* 53. D. *de manum. testam.* In Deorum numero referre : Cic. *lib.* 1. *de nat. Deor. c.* 12. Similia exempla collegit Gronov. pater *in Senec. nat. quæst. lib.* 4. *p.* 327. Hein.

Sæpe huic præpositioni jungitur sub finem *ve.* *Inve* littore : *l.* 1. §. 17. D. *de flum.* Inve eum locum : *l.* 1. D. *ne quid in loc. sacr. l.* 2. *D. ne quid in loc. publ.* Inve ripa : *l.* 1. *pr. D. de flum.* *Inve* se : *l.* 9. §. 2. D. *de rec. arbitr.* Inve stipulatum ejus : *l.* 33. §. *ult.* D. *de legat.* 3. Inve vinculis : *l.* 23. D. *ex quib. cauf. major.*

INÆDIFICARE locum : *l. ult. D. de pign. act.*

INANE metaphorice dicitur, quod inutile est, sine vi, & sine effectu : *l.* 19. D. *de bon. poss. cont. tab.* Et ita *inanis* actio adpellatur, quam inopia adversarii, vel aliqua exceptio ratioque excludit, vel eludit : *l.* 6. D. *de dol. mal. l.* 24. *D. de liberal. causs.* Ac proinde *inanis* actio & utilis opponuntur : *l.* 24. *D. mand.* & apud Paull. 2. *Sent.* 15. §. 1. *Inanis* cautio, nulla sequuta numeratione : *l. ult. C. si pign. convent.*

Inane fit chirographum solutione. *Inane* nomen heredis, id est, nudum & sine re: *l.* 3. *C. de inoff. donat.*

INANISSIMA turpissimaque doctrina vocatur Manichæorum matæologia a Diocletiano & Maximiano Augg. *l.* 1. *C. Hermog. de malef. & mathem.* & in *Collat. Leg. Mos. & Rom. tit.* 15. §. 3. ubi sine ratione Pet. Pithœus legi mavult *immanissima*. Nam eodem sensu & magicas artes *inanes* vocat Plin. *lib.* 18. *hist. nat. c.* 7. & *inania* Tacit. 2. *Annal.* 27.

INANITER residere apud aliquem dicitur, quod vel omnino sine caussa, vel sine justa caussa apud eum est: *l.* 6. *C. Theod. de pact. lib.*

INARARE pro arare, posuit Ulpianus *l.* 9. D. *quod vi aut clam.* quum alias fit terræ arando quid immiscere, ut apud Caton. *de re rust. c.* 23. Columell. *lib.* 2. *c.* 2. & 5. Pallad. in *Septembre tit.* 3. & Plin. *lib.* 18. *hist. nat. c.* 18. & 25. Vid. Ducker. *de Latin. vet. Ictor. p.* 420. ubi non ineleganter primam illam syllabam in *inarare*, ex præcedente littera *im* natam esse suspicatur. *Hein.*

INARGENTATI lecti: *l.* 3. §. 3. *D. de suppell. leg. l.* 100. §. *ult.* D. *de legat.* 3.

INAUGERE, *l.* 27. *in fin.* D. *de liberal. causs.*

INAURATA basilica: *l.* 21. *C. de oper. publ.* inaurati lecti: *l.* 3. *D. de suppell. leg.* id est, auro obducti.

At in *l.* 14. *D. de contr. emt.* ubi *inauratum* aureo opponitur his verbis: *Auro legato ea, quæ inaurata sunt non debentur*; Inauratum non videtur auro obductum: sed argentum, vel æs auro mixtum. Alias hanc legem vix in gratiam reduces cum *l.* 41. §. 1. D. *eod. tit.* Sane & Catull. *in Epithalam Thet. & Pel. v.* 5. aureum vellus vocare *auratum*, & Ennium plane *inauratum*, observavit Bynkersh. 6. *obs.* 14. Hein.

INAURES in *l.* 27. & *l.* 32. §. *ult. D. de aur. arg. leg.* ab aurium foraminibus ita nuncupatæ, ex quibus pretiosi lapilli pendebant, auctore Isidoro *lib.* 9. *etymol. c.* 30. Solebant enim veteres foratis auribus gemmas & lapillos inserere. Tertull. *de cultu fem. lib.* 1. *c.* 8. In graciles aurium cutes calendarium expendunt. Idem *eod. libro c.* 5. anxie forari margaritas consuevisse, ait, ut penderent. Sed & in libro *de pallio c.* 4. Aurem foratu effeminari meminit. Plin. *lib.* 9. *c.* 35. *de elenchis* loquens: Hos digitis suspendere, ac binos & ternos auribus, feminarum gloria est. Cyprianus *de habit. virgin.* An vulnera inferre auribus Deus voluit, quibus innocens adhuc infantia, & mali sæcularis ignara cruciatur, ut postea de aurium cicatricibus & cavernis pretiosa grana dependeant? Plaut. *Epidic. Act.* 5. *sc.* 1. *v.* 33. *Non meministi me inaurem ad te adferre natali die.* Sed hæc omnia ad feminarum cultum pertinent. Masculos enim aures habere foratas turpe habebatur, eoque nomine male audiebant Carthaginienses, aliique barbari, inauribus sese jactantes. Inter Lucillii fragmenta & illud est: *Nequam est, aurum aures cujus vehementius ambit.* Plaut. in *Pœnul. Act.* 5. *sc.* 2. *v.* 20. *Atque, ut opinor, digitos in manibus non habent. Ag. Quid jam? Mi. Quia incedunt cum anulatis auribus.* Hein.

INCALESCENS sexus: *l.* 15. §. *ult.* D. *de testib.* pro eo, qui in hermaphrodito prævalet, ut loquitur *l.* 10. *D. de stat. hom.* Hinc Rittersh. *ad Paull. recept. sent. lib.* 3. *tit.* 4. legendum putat *invalescentis* sexus: quod & probabilius videtur, maxime quum

&

& Basilica hic habeant, *ἐι τὰ ἀῤῥένων ἐπικρατεῖ ἐν αὐτῷ si virilia in eo prævaleant.* Attamen & scholiastes ibi legit *πεπυρωμένης φύσεως, incalescentis naturæ vel sexus.* Vid. Schulting. *Jurispr. vet. antej. p.* 344. Hein.

INCANTARE, *l.* 1. §. 3. D. *de extraord. cogn.* Tritum est illud XII. Tabularum caput: Qui malum carmen incantassit, apud Plin. *lib.* 28. *c.* 2.

INCENDIARIUS, qui consulto incendium infert. Paull. *lib.* 5. *sent. tit.* 3. §. 6.

INCENDIORUM enim quædam fortuito fiunt: *l.* 11. *D. de incend. ruin. naufr.* quæ & fortuita vocantur *l.* 28. §. 12. *D. de pœn.* & apud Symmach. *lib.* 10. *epist.* 27. Quædam culpa inhabitantium fiunt: *l.* 3. *D. de offic. præf. vigil.* Quædam consulto, ut Paullus ait, *lib.* 5. *Sent. tit.* 3. §. 6. seu data opera: *l. ult.* D. *de incend. ruin. naufr.* dolo: *l. ult.* D. *de offic. præf. vigil.*

Adversus incendia autem excubias nocturnas vigilesque commentum esse Augustum, refert Sueton. *in Aug. c.* 30. & Paullus *l.* 1. *l.* 3. *D. de offic. præf. vigil.*

INCENSITI *l. un. C. de Classic.* iidem qui *incenseti* vocantur *l. un. C. Theod. eod. tit.* ubi: Ex *incensetis* vel *adcrescentibus.* In *l.* 1. 7. *C. Theod. incessibus vel adcrescentibus* scribitur manifesto mendo; Barbarum porro est *incensibus* illud, pro quo *incessibus* incuria librariorum scriptum esse aiunt. Sunt autem *incensiti* qui ob inopiam in tabulas censuales non referebantur. *Incensi* vero erant, qui censum militiæ caussa subterfugiebant. Ulp. *Reg. tit.* 11. §. 11. Maxima capitis deminutio est, per quam & civitas & libertas amittitur, veluti cum *incensus* aliquis venierit. Cic. *pro Cæcin. c.* 38. Quum autem *incensum* vendit, hoc judicat, quum ii qui in servitute justa fuerunt, censu liberentur, eum qui, quum liber esset, censeri noluerit, ipsum sibi libertatem abjudicasse. Idem Cic. pro Flacc. *incensa prædia* dixit. Sed ibi *incensa* sunt combusta, incendio deleta. De *incensis* illis & *incensitis* vid. plura apud Ez. Spanh. *Orb. Rom. Exercit.* 2. *c.* 5. *p.* 158. *seq.*

INCENSORES messium: *l.* 16. §. *ult. D. de pœn.* & apud Paull. *lib.* 5. *Sent. tit.* 20. §. 5.

INCENTIVUM *c. ut clericorum. De vita & hon. cler.*

INCERTUM, quod non potest sine formidine oppositi vel adfirmari, vel negari. *Incertum* vero aliquid est vel absolute, quod nihil certi habet, ad quod referatur, ut alea & fortuna: *l.* 7. D. *de hered. vel act. vend.* vel relate ad certam rem vel personam; *l.* 11. D. *eod. tit.*

Incerti actio condictiove ex variis caussarum figuris datur. Nam si quidem stipulatio incerta est, quæ ex stipulatu hoc casu datur actio, *incerti* actio est: *pr. Inst. de verb. oblig.* Et ita si stipulatus sis, vacuam possessionem tradi, fructus postea captos actione incerti ex stipulatu consequuturum te, ait *l.* 4. D. *de usur.* Quum quis in judicio sisti promiserit, neque adjecerit pœnam, si statûs non esset, *incerti* cum eo agendum est, in id, quod interest; *l. ult.* D. *si quis in jus vocat.* Si pœna non fuerit adjecta compromisso, sed simpliciter sententia stari quis promiserit, incerti adversus eum erit actio: *l.* 27. §. *ult.* D. *de recept. arb.* Nec ex stipulatu modo, sed & ex testamento *incerti* actio est, ut in specie *l.* 8. D. *de usufr. ear. rer.* Sed etsi heres vetitus sit agere cum eo, qui negotia defuncti gessit, *incerti* ex testamento legatarius agit, ut ei ne-

negotiorum gestorum actio remittatur: *l.* 8. §. *6. D. de liberat. leg.* Si quis ita stipulatus: Stichum aut decem, utrum ego volam, Stichum legaverit: *Incerti* actio legatario adversus heredem competit, per quam compellat heredem experiri: *l.* 75. §. *ult. D. de legat.* 1. Usufructu itineris, actus, viæ legato, *incerti* actio erit cum herede, ut legatario, quamdiu vixerit, eundi agendi ducendi facultatem præstet.

Incerti condictio servitutum etiam constituendarum nomine datur. Quum iter excipere deberem, fundum liberum per errorem tradidi, *incerti* condicam, ut iter mihi concedatur: *l.* 22. §. *ult.* D. *de condict. indeb.* Si tibi liberum prædium tradidero, quum serviens tradere deberem, etiam condictio *incerti* competit mihi, ut patiaris eam servitutem, quam debuit, imponi: *l.* 8. *D. de act. emt.* Si binarum ædium dominus dixisset, eas, quas venderet, servas fore, sed in traditione non fecisset mentionem servitutis, *incertum* condicere potest, ut servitus imponatur: *l.* 35. D. *de servit. præd. urb.* Incerti condicitur cautio præstita: *l.* 16. §. 1. *D. de minor.* Omissa cautio fructuaria *incerti* condictione condicitur: *l.* 5. §. 1. *D. de usufr. ear. rer.*

Præterea *incerti* condictio liberationis consequendæ gratia competit. Nam qui sine caussa obligantur, *incerti* condictione consequi possunt, ut liberentur: *l.* 3. *D. de condict. sin. causs.* Si falso existimans se damnatum dare, promiserit, incerti condicere potest, ut liberetur; *l.* 5. D. *de act. emt. vend.* Si quis debitorem, qui doli mali exceptione tueri se poterat, per ignorantiam circumventum, delegaverat, tenebitur condictione, vel *incerti*, si non pecunia soluta sit, vel *certi* si soluta sit: *l.* 12. D. *de novat.* Si pecuniam, quam me tibi debere existimabam, jussu tuo spoponderim ei, cui donare volebas, *incerti* condictione stipulatorem compellam, ut mihi acceptam faciat stipulationem: *l.* 2. *pr.* D. *de donat.* Idem erit, si ei, quem creditorem tuum putabas, jussu tuo pecuniam, quam me tibi debere existimabam, promisero: *l.* 2. §. 1. D. *eod. tit.* Si sine deductione impensæ in domum legatam, antequam legati dies cederet, factæ, heres domum tradiderit, poterit incerti condici, quasi plus debito dederit: *l.* 40. §. 1. D. *de condict. indeb. Incerti* agetur stipulationis utiliter interponendæ gratia: *l.* 121. D. *de verb. oblig. Incerti* condictione agit is, cui pignori res data sit, si ea surrepta est: *l.* 12. D. *de condict. indeb.*

Alias *incerti* actio condictiove est *præscriptis verbis* actio. Sic civilem *incerti* actionem, id est, præscriptis verbis, sufficere legimus *l.* 7. D. *de pact.* civili intentione *incerti* agendum est: *l.* 6. D. *de præscr. verb. Incerti* condictione, id est, præscriptis verbis: *l.* 19. §. *ult.* D. *eod. tit.* quod dicitur *incerti* judicio in *l.* 9. *C. de donat.* Actio *incerti* civilis: *l.* 23. D. *commun. divid. l.* 22. *C. de donat.*

Incerta quoque actio, pro *incerti* dicitur: *l.* 3. *C. de inutil. stipul.*

Incerti agere, id est, ad exhibendum: *l.* 33. D. *depos.*

Incertus contractus: *l.* 1. §. *6.* D. *de pecun. const. l.* 9. D. *de reb. cred. l.* 18. D. *de acceptil.* qui proprium & speciale nomen non habet.

Incertus vel incerta dies dicitur is, de quo ambigitur an exstiturus sit. Sic: Si dies incerta adjecta sit legato, quasi, Quum pubes erit, quum in familiam nupserit, quum magistratum inierit: *l.* 21. D. *quand. dies legat.*

Ali-

Aliquando *incertus* dies dicitur qui certo quidem futurus eſt, ſed ambigitur quando. Ita dies incertus eſt, cum ita ſcribitur: *Heres meus cum morietur, dato.* Nam diem incertum mors habet ejus: *l.* 1. §. 1. D. *de cond. & dem.* Quod ſub incerto die debetur, veluti, ſi cum moriar, dare promiſero: *l.* 16. *l.* 17. D. *de condict. indeb.*

Incertus homo legari promittive dicitur, qui generaliter & indiſtincte legatur promittiturve: *l.* 13. D. *de legat.* 1. *l.* 25. §. 17. D. *famil. erciſc.* *l.* 3. D. *qui ſine manumiſſ.*

Incerta pars, quæ, quota ſit, non adparet, veluti: Quidquid mei juris in eo fundo eſt. Quidquid Titius poſſidet: *l.* 3. §. 2. *l.* 26. D. *de adquir. vel amitt. poſſeſ.* *l.* 32. §. *ult.* D. *de uſurp.*

Incertæ partis vindicatio datur, ſi forte legi Falcidiæ locus ſit in teſtamento: *l.* 76. §. 1. D. *de rei vind.*

Incertus pater: *l.* 3. *C. ſolut. matrim.* §. *pen. Inſt. de nupt.* Dubium vocat Ovid. *lib.* 2. *Triſt.* *v.* 253. qualis vulgo quæſitorum pater. Certus enim is demum pater, quem juſtæ nuptiæ demonſtrant. Quamobrem ſpurium quemdam lapides in vulgus jactantem, Cynicus hoc ſcommate repreſſit: *Cave patrem ferias* Diog. Laërt. *lib.* 6. *ſegm.* 62. Nec minus facete ejuſdem ſectæ alter eam, quæ vulgo ſui copiam faciens, ex vago illo complexu gravida facta, partum ediderat, non magis certo cui quam patri partum adſignare poſſe ait, quam eam, quæ per ſpinas incedens icta fuerit, adſerere, quæ potiſſimum ſpina pupugerit.

Incerta perſona: Ulpianus *Reg. tit.* 24. §. 18. Incertæ perſonæ legari non poteſt, vel uti, quicumque filio meo filiam ſuam in matrimonio collocaverit, ei homini tot millia dato. Juſtinianus §. 25. *Inſt. de legat.* Incerta perſona videbatur, quam incerta opinione animo ſuo teſtator ſubjiciebat: veluti ſi quis ita dicat: Quicumque filio filiam ſuam in matrimonium dederit, ei heres meus illum fundum dato. Illud quoque, quod ita relinquebatur, qui poſt teſtamentum factum primi Coſſ. deſignati eſſent, æque incertæ perſonæ legari videbatur. Idem. *eod.* §. Libertas quoque incertæ perſonæ non videbatur poſſe dari, quia placebat, nominatim ſervos liberari.

Incertum pretium, id eſt, non definitum nec per ſe nec per relationem ad aliam quantitatem. Unde: Incertum non eſt pretium ſi quis ita emtor rogaverit: Quanti tu eum emiſti? quantum pretii in arca habeo: *l.* 7. §. 1. *D. de contr. emt.* Vid. infra ſub artic. *pretium.*

Incertam quantitatem continet ſtipulatio judicatum ſolvi, & rem ratam habiturum dominum, & damni infecti, & his ſimiles: *l.* 2. §. 2. *D. de præt. ſtipul.*

Incertæ res: *l.* 30. §. 5. *D. ad Leg. falcid.* id eſt generaliter legatæ.

Incerta ſtipulatio eſt, ubi non adparet, quid, quale, quantumque eſt in ſtipulatione: *l.* 75. *D. de verb. oblig.* Si ita ſtipulatus fuero, pecuniam te mihi crediturum ſpondes? *Incerta* eſt ſtipulatio, quia id venit in ſtipulationem, quod mea intereſt: *l.* 68. D. *de verb. obl.* Qui ex pluribus fundis, quibus idem nomen impoſitum fuerat, unum fundum, ſine ulla nota demonſtrationis ſtipulatur, *incertum* ſtipulatur.

Incertum abſolute, pro ipſa incertitudine ponitur. Sic *incertum* ætatis, ac reſtitutionis: *l.* 48. *D. de fidejuſſ.* antiquitatis: *l.* 1. *C. Th.*

Th. de reponf. prud. belli: Tacit. *lib.* 4. *c.* 23. cautionis: *l.* 16. §. 14. *D. ad SC. Trebell.* conditionis: *l.* 11. *D. de bon. poff. fec. tab.* contentionis: *l.* 1. *C. Th. de equ. curul.* litis: *l.* 20. *C. mand.* maris: Tacit. *lib.* 3. *Annal. c.* 54. rei: *l.* 12. *D. de act. emt.* fucceffionis: *l.* 14. *D. de tranfact.* venerationis: Apulei. *lib.* 4. *metam. p.* 156. Add. Voff. *de vet. ferm. lib.* 1. *c.* 26. Ob. Giphan. *ad l.* 1. *C. de pact.* Andr. Alciat. *parerg. jur. lib.* 9. *c.* 20.

INCESSANTER, fine intermiffione: *l.* 28. *C. Th. de cohortal.*

INCESSIS. Ex *inceffibus* atque adcrefcentibus; *l.* 7. *in fin. C. Theod. de tyronib.* Vid. fupra art. *incenfiti.*

INCESTARE, pro polluere. *Inceftare* facramenta, quod de rebaptifantibus ufurpatur: *l.* 2. *C. Theod. ne fanct. bapt. iter.* *Inceftare* publicos oculos & confundere afpectum: *l.* 13. C. *Theod. de re milit.* infauftis adfpectibus oculos hominum: *l.* 3. *C. Theod. de fepulcr. viol.* Virgil. 4. *Aen. v.* 150. totamque *inceftat* funere claffem.

INCESTUM, *i*, vel *inceftus*, *us*. Utraque enim declinatione uti Jurifconfultos, ipfe Briffonius *in parerg. c.* 54. obfervaverat. Sed non eft hæc forma jurifconfultis propria. Ipfe enim Cicero non modo *inceftu* dixit, *Partit. orat. c.* 34. & *pro Milone c.* 22. verum etiam incefta, *lib.* 4. *Tufcul. Quæft. c.* 35. & *inceftis*: *lib.* 2. *de Legib. c.* 16. Sed & Livius promifcue dixit *inceftu*, *lib.* 4. *c.* 44. & *incefto lib.* 8. *c.* 15. nec non *incefti lib.* 2. *c.* 42. Vid. Ducker. *de Latinit. jurifc. p.* 338. Præterea & adjectivum *inceftus*, *a*, *um* in jure noftro frequentiffimum effe, exempla docebunt. *Hein.*

Inceftum vero committere dicitur, fi quis ex his, quas moribus prohibemur uxores ducere, duxerit: *l.* 39. *D. de rit. nupt.* Ulpian. *Reg. tit.* 5. §. 7. Si quis eam, quam non licet uxorem duxerit, inceftum matrimonium contrahit. Juftinianus §. 1. *Inft. de nupt.* Inter eas perfonas, quæ parentium liberorumve locum inter fe obtinent, contrahi nuptiæ non poffunt: veluti inter patrem & filiam, vel avum & neptem, vel matrem & filium, vel aviam & nepotem, & ufque ad infinitum. Et fi tales perfonæ inter fe coierint, nefarias atque inceftas nuptias contraxiffe dicuntur. Idem habet Caius *l.* 1. *Inft. tit.* 4. §. 8. Ex quibus intelligitur *inceftas* proprie effe nuptias inter propiores, cognatos & adfines. Alias enim nuptiæ jure civili prohibentur tamquam *indecoræ* vel *noxiæ*. Illæ prohibitæ erant (1.) inter fenatores fenatorumque liberos & libertinas, aliofque vilioris conditionis vel turpis vitæ perfonas: *l.* 44. *pr. D. de rit. nupt.* (2.) Inter ingenuum & eam, quæ artem ludicram, lenocinium, vel quæftum corpore fecerat, nec non a lenone manumiffam, vel in adulterio deprehenfam, vel judicio publico damnatum: *l.* 43. *D. eod. tit.* [3.] Inter adulterum & adulteram, raptorem & raptam: *l.* 26. D. *eod. tit. l. un.* §. 1. *C. de rapt. virg. Nov.* 134. *c.* 12. [4.] Inter vitricum & privigni viduam, *l.* 15. D. *de rit. nupt.* [5.] Cum ea, quam uxor poft divortium ex alio viro peperit: §. 9. *Inft. de nupt.* Tanquam *noxiæ* prohibentur nuptiæ I. Chriftiani cum Judæa vel contra: *l.* 6. *C. de jud.* II. Tutoris vel curatoris, filiive, ejus cum pupilla, vel adulta, rationibus nondum redditis: *l.* 59. *feq.* D. *de rit. nupt.*

III.

III. Præfidis vel alii cujufcumque, qui officio publico præeft in provincia, cum muliere provinciali: *l.* 57. *l.* 63. D. *de rit. nupt.* IV. Clericorum aliorumque qui caftitatis voto fefe obftrinxerunt: *l.* 44. C. *de epifc. & cler. Nov.* 6. *c.* 1. §. 7. *Inceftum* autem vel jure *gentium*, vel *civili* committitur. Jure gentium inceftum committit, qui ex gradu defcendentium uxorem duxerit: *l. ult. D. de rit. nupt.* Jure vero civili, quoties fola juris civilis obfervatio intervenit, veluti quum ex latere eam ducimus, quam vetamur, vel adfinem, quam propter publicam honeftatem impedimur: *d. l. ult.* D. *de rit. nupt.* & *l.* 38. §. 1. *D. ad leg. jul. de adulter.* Si noverca privigno, nurus focero, pecuniam dotis nomine dedit, jure gentium inceftum committitur: *l. ult.* §. *ult.* D. *de condict. fin. cauff.* nimirum, quod hæ perfonæ inter fe parentum liberorumque loco funt: *l.* 16. D. *folut. matrim.* §. 7. *Inft. de nupt.* Spartian. *in Antonin. Carac. c.* 10. de ejus cum Julia noverca nuptiis agens: *Ad parricidium*, inquit, *junxit inceftum.*

Et hoc eft *inceftum* quod per nefarias nuptias contrahitur. Interdum vero citra ullam matrimonii conjunctionem, folo nefario coitu, *inceftum* commititur. Etiam fi concubinam quis habuerit fororis filiam, licet libertinam, *inceftum* committitur: *l.* 56. D. *de rit. nupt.* Sueton. *in Neron. c.* 5. Inceftique cum forore Lepida fub exceffu Tiberii reus. Non. Marcell. *Inceftum* ufu dicitur flagitium in adfines admiffum.

Rectius hæc omnia fe habent, quam fententia Cujacii, qui, quum in *l.* 1. D. *de concub.* legiffet, eas perfonas, quas uxores habere non liceret, concubinas haberi potuiffe: *lib.* 5. *obf. c.* 6. etiam proximas cognatas & adfines, non quidem duci in matrimonium, at in concubinatu tamen haberi potuiffe, ftatuit, idque probare nititur ex *l.* 16. D. *de his, quæ ut indign.* ex qua colligit Cocceium Caffianum, V. C. primum Rufinam in matrimonio, ac deinde ejus filiam, privignam fuam, in concubinatu habuiffe. Sed Rufina ipfa fuerat Caffiani concubina, ejufque filiam vulgo quæfitam ante concubinatum Caffianus nepti fuæ heredem fubftituerat, uti pluribus oftendit Hein. *in Comm. ad Leg. Jul. & Pap. Pop. lib.* 2. *c.* 1. *p.* 108. *feq.*

Denique *incefti* crimen, vel folum eft, vel adulterio conjungitur: *l.* 39. §. 5. D. *ad Leg. Jul. de adult.* Add. *l.* 38. *eod. tit. l.* 5. D. *de quæftion.*

Incefta etiam Veftalium virginum dicebantur, ut apud Plin. *lib.* 28. *c.* 2. & Sueton. *Domit. c.* 8. Quo exemplo Ifidor. *lib.* 5. *orig. c.* 26. Incefti, ait, judicium in virgines facratas, five in propinquos fanguine, conftitutum eft. Idem *lib.* 9. Inceftus propter illicitam commixtionem vocatur, quafi inceftus, ficut, qui virginem facram, vel adfinitatis fuæ proximam ftupraverit.

INCHOARE, incipere, feu novi quid adgredi. Hinc rem coeptam perficere & novam inchoare opponuntur: *l.* 42. D. *de adquir. vel omitt. her.* Nova quoque negotia inchoare, & vetera explicare, adverfantur: *l.* 21. §. 2. D. *de negot. geft.* itemque factam donationem confirmare, & novam inchoare: *l.* 96. §. *ult.* D. *de donat. int. vir. & ux.* ut &, inchoare & negotia, & confummare: *l.* 21. §. 2. D. *de negot. geft. Inchoatum* crimen: *l.* 13. *C. ad Leg. jul. de adult.* Inchoatalis:

lis: *l.* 5. *D. rat. rem hab.* quæstio: *l.* 32. D. *de min.* usucapio: *l.* 24. D. *de usurp. & usucap.*

INCIDERE, antepenultima correpta, pro cadere, vel decidere. Si bos in fossam inciderit: *l.* 7. §. 8. *D. quod vi aut clam.* In laqueum aper incidit: *l.* 55. *D. de adquir. rer. dom.* Incidit glans in fundum: *l.* 9. §. 1. D. *ad exhib.*

Metaphorice *incidere* dicimur in ea, in quæ casu & eventu magis, quam voluntate, aut judicio, devenimus. Etiam si mater in caussam furtivam inciderit: *l.* 3. *C. de usuc. pro emt.* Cum coherede non contrahimus, sed in eum incidimus: *l.* 25. §. 16. *D. famil. ercisc.* Quum non adfectione societatis incidimus in communionem, ut evenit in re duobus legata: *l.* 31. D. *pro soc.* Incidere in fures: *l.* 50. §. *ult. D. de furt.* in furorem: *l.* 44. §. 6. *D. de adquir. rer. dom.* in tempestatem & vim fluminis: *l.* 2. *D. si quis caut. in judic. sist.* in adversam valetudinem: *l. ult. D. de rei vind.* Pupillus non ipse contraxit, sed in tutorem incidit, *l. ult.* D. *rem. pupill. salv.* *Incidit* dies in tempus pupilli: *l.* 38. *D. de minor.*

Incidere pro pertinere. Quidquid per vim fit, aut in vis publicæ, aut in vis privatæ crimen incidit: *l.*152. D. *de reg. Jur.* Incidere in eam definitionem: *l.* 27. *D. de aur. arg. leg.*

Incidere dicuntur in jura, qui contra ea peccati quid committunt: sed & facta *incidunt* in legem, quæ legi sunt obnoxia: *l.* 60. *D. ad Leg. Falcid.* In justam accusationem incidit: *l.* 5. *C. de accusat.* Incidit in injuriarum actionem: *l.* 44. *D. de obl. & act.* *Incidere* in Aquilliam: *l.* 34. D. *de obl. & act.* in caussam commissi; *l.* 16. §. 1. *D. de publicam.* in Corneliam: *l.* 13. §. *ult. D. de Leg. Corn. de sicar.* in criminis suspicionem: *l.* 2. *C. de furt.* in edictum: *l.* 8. §. *ult. D. de edend.* in interdictum: *l.* 20. *D. quod vi aut clam.* in legum laqueos: *l. ult. C. de bon. quæ lib.* in legem: *l.* 8. D. *quod. met. caus.* & apud Quinctilian. *Declam* 263. in obligationem: *l.* 81. D. *de solut.* in pœnam: *l.* 7. *D. de serv. export.* in senatus consultum: *l.* 22. §. 7. D. *de Leg. Cornel. de fals.* in sententiam edicti: *l.* 20. §. 1. *l.* 27. D. *si quis omiss.* in verba constitutionis: *l. ult.* D. *qui pet. tut.* in severitatem legis: *l.* 8. *C. de Leg. Corn. de fals.* in Turpillianum: *l.* 14. §. 1. D. *de bon. libert.* in voluntatem SC. *l.* 71. §. 1. *D. de hered. inst.*

Incidere denique dicitur, quod contingit, accidit, evenit. Quicumque casus inciderit: *l.* 30. §. 1. D. *de fideic. libert.* Incidunt caussæ: *l.* 8. §. 8. D. *de transact.* & apud Cic. *de offic. lib.* 3. *c.* 3. Quæcumque incidisset controversia: *l.* 6. §. 1. *D. quod cujusque univ. nom.* Incidentia damna: *l.* 30. §. 5. *D. ad Leg. Falcid.* Justa deliberatio incidit: *l.* 13. §. 1. *D. ad SC. Trebell.* Ubi falsi examen inciderit: *l.* 22. *C. ad Leg. Corn. de fals.* Ex facto cum incidisset: *l.* 39. *D. de furt.* Scio, illud aliquando incidisse: *l.* 3. §. 2. *D. de minor.* Si qua alia incommoditas ei post arbitrium susceptum incidat: *l.* 16. *D. de recept. arb.* Incidente infirmitate, vel necessaria protectione: *l.* 18. §. 1. *D. de judic.* Multa merita incidere possunt: *l.* 15. §. 1. *D. de manum. vind.* Incidit quæstio: *l.* 3. *C. de ord. judic.* Ex facto incidit species talis: *l.* 83. *D. de legat.* 2.

Incidere, antepenultima producta, significat excidere, exsecare, concidere. *Inciditur* lapis, vel terra:

ra: *l.* 1. §. 1. *D. de riv.* Inciso lino: *l.* 28. §. 1. D. *de lib. leg.* *Incidere* tabulas: *l. ult.* D. *de injust. rupt. irrit. l. ult.* D. *de his quæ in test. del. l.* 16. §. *ult.* D. *de his, quæ ut indign. l.* 11. §. *ult. D. de bon. poss. sec. tab. l.* 20. §. *ult.* D. *de testam. mil.* non est, ipsas ceratas tabulas ipsumve linum concidere, & in partes secare, sed linum, quo ligatæ erant tabulæ, seu quod tabulis ter quaterve erat circumductum, incidere, & rumpere, ut docent *l.* 3. §. 23. *D. de SC. Silan. l.* 1. §. 10. & §. 11. *D. de bon. poss. sec. tab.* Plerumque enim testatores non ea mente, ut intestati morerentur, tabulas incidebant, sed, ut aperirent, & quod in iis scriptum erat, recognoscerent, deinde eas rursus suo signo & sigillo signabant, ut conciderentur: *l.* 1. §. 3. D. *de his, quæ in testam.* ut adparet ex *d. l.* 20. §. *ult. D. de testam. mil.* At *incidere* testamentum in *l.* 15. §. 1. *D. de testam. mil.* est delere.

INCILE, IS, est locus depressus ad latus fluminis, ex eo dictus, quod incidatur. Inciditur enim vel lapis, vel terra, unde primum aqua ex flumine agi possit: *l.* 1. §. 1. D. *de riv.* Menagio *Amoen. jur. civ. c.* 39. potior videtur originatio Vossii, qui ab *inciendo* derivat. *Incile* ducere: *l.* 1. §. 5. *D. ne quid ex flum. publ.* Prima *Incilia*, vel principia fossarum, quibus aquæ, ex flumine, vel ex lacu, in primum rivum communem pelli solent: *l.* 1. §. 8. D. *de aqu. quotid. & æstiv.* Cato *de re rust. c.* 155. In monte fossas inciles puras habere oportet. Et mox: Incilia aperire, aquas diducere. Columella *lib.* 1. *c.* 9. Si olea in olivo sit, incilia excitantur, quæ limosam aquam ad codicem deducant. Sed de illo loco Catonis suspicatur Brissonius vocem *fossas* e glossemate esse, non ab auctore. Festus: *Incilæ* vel, ut alii legunt *incilia*, fossæ, quæ in viis fiunt, ad deducendam aquam, sive derivationes de rivo communi factæ. Apulei. *lib.* 9. *de asin. aur. p.* 221. Rursum ad viam prodeunt, lacunosis incilibus voraginosam.

INCISIO, proprium architecturæ vocabulum: *l.* 3. *C. Theod. de excus. artif.* Græci κατατομὰς, ἐγκόμματα, ἐγκοπὰς, διακοπὰς dicunt, quibus nempe Architecti fabricationi modum dant.

INCIVILE dicitur, quod iniquum, injustum, novum & rationi æquitatique consentaneum non est. Curatoris libertum eam pupillam, cujus patronus res administrat, uxorem ducere, satis incivile est; *l.* 66. §. *ult.* D. *de rit. nupt. Incivilis* debitoris audacia. *Inciviles* pœnæ, quibus invitus homo facere non potest: *l.* 9. §. 10. *D. de pœn.*

INCIVILITER, & *civiliter* opponuntur: *l. ult.* §. *ult. D. quod met. caus.* ubi inciviliter extorta dicuntur, quæ quis ab adversario per vim, adparitione præsidis interveniente, coactus est dare: *Inciviliter* custodiendo athletam: *l. ult.* §. 2. D. *eod. tit.* Inciviliter instituti rivi: *l.* 2. *D. de extraord. cogn.*

INCLAMATUS. Per longioris temporis intervalla inclamatus, advertat confutari debere: *l. un. C. Theod. si cert. pet. de chirogr.*

INCLEMENS fortuna, de naufragio: *l.* 5. *C. Theod. de naufrag.*

INCLINARE, proclivem esse, ad aliquid. *Inclinandum* est: *l.* 22. §. 1. *D. inoff. test. l.* 81. §. 3. *D. de legat.* 1. In contrarium inclinat pater: *l.* 8. §. 1. *C. de bon. quæ lib.* Inclinat Julianus in hoc: *l.* 42. D. *de adquir.*

quir. vel omitt. hered. In hanc sententiam inclinat: *l.* 7. §. 2. *D. de pecul.*

Inclinari, passive, labi, pessum ire. Sic miseræ humilitatis *inclinati* despectu: *l.* 41. *C. Theod. de episc.* Ne plebi mixta dignitas inclinetur: *l.* 12. *C. Theod. de Legat.* ubi nulla necessitate alii tentant, *inquinetur.* Si arbor ex vicini fundo, vento inclinata in tuum fundum sit: *l. ult.* D. *de arb. cæd.*

INCLUDERE judicio actiones: *l.* 130. D. *de reg. jur.* hominem in arcula: *l.* 11. §. *ult. D. ad Leg. jul. pecul. Inclusæ* litteris interrogationes: *l. 6. D. de custod. & exhib. reor.*

INCLYTUS, A, UM. vel *Inclutus.* Id Servius Græcum vocabulum esse notat *ad Aen. lib. 6. v.* 781. *Nam* κλυτόν, inquit, *gloriosum dicunt.* Inclytæ civitates, *l. ult. C. de commerc. & mercat. Inclyta* nobilitas: *l.* 17. §. 1. D. *de excus. Inclyta* urbs, id est, Constantinopolis: *l.* 11. *C. de adsessor.*

INCOGNITA caussa condemnare Cic. *de Nat. Deor. lib.* 2. *c.* 29. *Incognitum* legibus, *l.* 21. *in fin. C. de legib.*

INCOLA est, qui in aliquam regionem domicilium suum contulit, quem Græci πάροικον adpellitant. Nec tantum hi qui in oppido morantur, incolæ sunt, sed etiam, qui alicujus oppidi finibus ita agrum habent, ut in eum se, quasi in aliquam sedem recipiant: *l.* 239. §. 2. *D. de verb. signif. Incola habetur* ὁ ἐν ἀγρῷ καταμένον, ὁ γαρ ἐκείτης τῆς πόλεως, ἐξερέτοις μὴ χρώμενος, ἔτος ἐ νομίζεται ἐιναι *incola. Incola habetur, qui in agro permanet.* At qui extra agrum illius civitatis *præcipuis non utitur, non existimatur esse incola*: *l.* 35. D. *ad municip.* Vetus Glossarium Græcum: *Incola* ὁ πάροικος, ὃς καὶ ἀλλαχοῦ ἐν πόλει, ἢ ἐν χωρίῳ τὴν οἴκησιν ἐκτήσατο, *qui & alibi in urbe, vel ruri, domicilium possidet.* Mulier, quamdiu nupta est, incola ejusdem civitatis videtur, cujus maritus ejus est: *l. ult.* §. 3. D. *ad municip.* Incolæ quos sibi quæque civitates vindicant: *l.* 37. D. *eod. tit.* Add. *l.* 2. D. *de veteran. l.* 7. §. 10. D. *de interd. & releg.*

Incola porro a cive & municipe separatur: *l.* 20. *l.* 29. *l.* 34. D. *ad munip. l. 6. in fin. l. ult.* §. 22. D. *de mun. & honor. l.* 11. *C. de adpell.* Nam *cives* vel origo, vel manumissio, vel adlectio, vel adoptio, *incolas* vero domicilium facit: *l.* 7. C. *de incol.*

INCOLATUS: *l.* 34. D. *ad municipal. l.* 5. *l.* 12. *l.* 46. *l.* 52. *l.* 141. *C. Theod. de decur.* ubi in *l.* 52. male, ut videtur, legitur *incolonatus.*

INCOLERE. In ea provincia, quam incolit: *l.* 7. §. 11. D. *de interd. & releg.*

INCOLORATE restitui desiderantem: *l.* 18. D. *de minor. Colorate*, inquit Ducker. *de Latin. vet. jurisc. p.* 322. *habet Quinctilian. Declam.* 285. *Coloratæ* adfert quidem iste tale patrocinium. Itaque nec *incolorate* rejiciendum opinor. *Hein.*

INCOLUMIS, *e.* tum de rebus, tum de personis dicitur. Sic *incolumis* actio perseverat: *l.* 1. C. *de commun. rer. alien.* Incolumes ædes, id est, integræ, non vitiosæ: *l.* 13. §. 2. D. *de dam. infect.* Ut quartam partem debitæ ab intestato portionis præstet incolumem: *l.* 2. *C. de inoff. test.*

Incolumes liberi in *l.* 1. §. *ult. l.* 2. §. 1. D. *de vacat. & excus. mun. l.* 30. D. *de solution. l.* 1. *C. qui num. liber.* Speciatim sunt superstites, uti explicatur in *pr. Inst.*

Inst. de excusat. tut. vel vivi, ut *l.* 2. §. 4. D. *eod. tit.* Quinque *incolumium* liberorum pater : *l.* 4. D. *de mun. & honor. l.* 1. *C. de Legation.* Cic. *lib.* 1. *de Invent. c.* 30. Nemo est qui non liberos suos, & incolumes, & beatos esse cupiat.

INCOMMODARE. Si incommodatur ad usum manus : *l.* 14. §. 6. D. *de Ædil. edict.* Incommodare navigationem ; *l.* 1. §. 15. D. *de flumin.* id est, difficiliorem facere.

INCOMMODE. Non *incommode* dici potest ; *l.* 1. §. 4. *D. de collat.* potest adhiberi distinctio: *l.* 95. §. 5. D. *de solut.* Quicumque locus in palatio privatis ædificiis incommode occupatus est : *l.* 47. *C. Theod. de oper. publ.*

INCOMMODITAS incidit arbitro: *l.* 16. *D. de recept. arbitr.* Incommoditas rivi : *l.* 1. §. 6. *D. de itin. actuq. priv.*

INCOMMODUM, substantive, quævis molestia, & onus. Hinc opponuntur *commodum*, & *incommodum* personæ : *l.* 137. §. 4. D. *de verb. oblig.* commoda & *incommoda* hereditaria ; *l.* 1. D. *de bonor. possess.* Junguntur etiam commodum & *incommodum* emtoris : *l.* 7. *D. de peric. & commod.* Secundum naturam est, cujusque rei commoda eum sequi, quem sequuntur incommoda : *l.* 10. D. *de regul. jur.* Inter heredes commoda & *incommoda* communicantur ; *l.* 19. D. *famil. ercisc.* Reipublicæ incommodum est, curias hominum paucitate languescere : *l.* 32. *C. Theod. de decurion.* Incommodum dare : *l.* 26. §. *ult. D. de oper. libert.* sustinere ; *l.* 37. D. *locat.* sentire ; *l.* 4. *D. de novat.* Illud *incommodi* sequitur : *l.* 5. §. 4. *D. de nov. op. nunc.* Sine *incommodo* publico ; *l.* 14. D. *de servit.* rei familiaris : *l.* 96. *D. de legat.* 1. Cum aliquo incommodo : *l.* 1. §. *ult.* D. *si usufr. pet.*

Incommodum pro pœna. Sic *incommodum* deportationis : *l.* 92. C. *Theod. de decurion.* Quinque librarum auri mulctetur incommodo : *l.* 18. *C. Theod. de divers. offic.*

INCONCUSSA æternitas : *l. ult.* C. *Th. de cens.* firmitas : *l.* 30. *in fin. C. de donat.* possessio : *l.* 4. *C. quib. non objic.*

Inconcussum jus : *l.* 5. *C. de liberal. causs. robur. l.* 50. *C. Theod. de oper. publ.*

INCONGRUENS est, uxorem marito annuum præstare ; *l.* 33. §. *ult.* D. *de donat. int. vir. & ux.* Incongruens insinuatio ; *l.* 13. *in fin. C. de testam.*

INCONGRUUS judex ; *l.* 1. *C. de jurisd. omn. jud.* Ea voce præter Veget. *lib.* 2. *c.* 19. utuntur Apuleius *lib.* 3. *de habit. doctr. Plat.* & Symmach. *lib.* 4. *epist.* 8. ut adeo e censu Latinorum non videatur penitus excludenda, quamvis *incongruens* latinius dici non negemus. Ad *incongruam* sibi fortunam adspirare ; *l.* 183. *C. Theod. de decurion.*

INCONSIDERANTER : *l.* 3. §. 17. *D. de susp. tut.*

INCONSULTE, imprudenter, inconsiderate. Non *inconsulte* accidens damnum, sed fato : *l.* 11. §. 4. *D. de minor.* Ne minores *inconsulte* libertatem amittant : *l.* 16. *C. de liberal. causs.* Inconsulte jurare : *l.* 2. *C. ad Leg. jul. majest.*

INCONSULTO & *consulto* opponuntur : *l.* 1. §. 1. §. 3. D. *de his quæ in testam. del.* Sic : *inconsulto* deletum nomen heredis; *l.* 1. *D. si tab. testam. null. exst.*

INCONSULTUS, *a*, *um*. Ut *inconsulti* animi a repudio mittendo detrimento retrahantur : *l.* 8. *C. de repud.* Inconsultus calor calumniæ vitio caret ; *l.* 1. §. 5. D. *ad SC. Turpill.* Si inconsulto do-

dolore adulterum interemit: *l.* 4. *C. ad Leg. jul. de adulter.* Inconsulto errore lapsus: *l.* 1. *C. si maj. fact. alienat. fact. sine decret. rat. hab.* Inconsulta facilitas: *l.* 11. §. 4. *D. de minor.* Inconsulto Prætore: *l.* 5. §. 4. & §. 5. *D. de reb. eor. qui sub tut. vel cur.*

INCONVENIENS, incongruens, & indecorum; *l.* 34. *D. de oper. libert.* Inconveniens bellico operi: *l.* 23. *C. Th. de decurion.* id est, ineptus.

INCONVULSA simplicitas; *l. un. C. Th. de Hirenarch.*

INCORPORALES res, *corporalibus* adversantur. Sunt autem tales res, quæ tangi non possunt, qualia sunt ea, quæ in jure consistunt, sicut hereditas, usustructus, obligationes, quoquo modo contractæ, item servitutes prædiorum urbanorum & rusticorum; *l.* 1. §. 1. D. *de rer. divis.* §. *un. Inst. de reb. corp. & incorp.* Servitutes etiam prædiorum rusticorum, etiam si corporibus accedunt, incorporales tamen sunt; *l.* 14. *D. de servit.* Incorporales res traditionem & usucapionem non recipere manifestum est; *l.* 43. §. 1. *D. de adquir. rer. dom.* Eædem enim possideri nec intelliguntur, ceu ex *l.* 4. §. 27. *D. de usurp. & usuc.* diximus.

INCORPORATIO honorum, ad fiscum devolutorum; *l.* 1. *l.* 12. *l. ult. C. Theod. de bon. proscript.*

INCORRUPTA ordinis adstipulatio; *l.* 117. *C. Theod. de decur.* obligatio; *l.* 26. §. 4. *D. de condict. indeb.* villa; *l.* 25. §. 3. D. *locat. conduct.* fides instrumentorum; *l.* 11. *C. de fid. instr.*

Incorruptum depositum; *l. ult.* D. *depos.* jus; *l.* 9. D. *de liberal. causs.*

INCREDIBILITAS, Incredibilitatis prætextu patientiam adumbrare; *l.* 29. D. *ad Leg. jul. de adult.* Alibi vix legitur hoc vocabulum. Immo in hac ipsa *l.* 29. vulgata editio habet *incredibilitatis*, quo vocabulo & Apulei. *lib.* 1. *metam. p.* 11. usus est. *Hein.*

INCREMENTUM, generaliter pro quolibet augmento ponitur. Et ita alluvio definitur esse incrementum latens: §. 30. *Inst. de rer. divis.* similiterque in alluvione latitare incrementum, ait Ulpianus in *l.* 9. §. 4. *D. de usufr.*

Incrementum actionis, quæ per inficiationem crescit, id est duplum; *l.* 20. §. 4. *D. de hered. pet.*

Incrementum Nili: *l.* 10. D. *de extr. crim.* quod teste Plinio *lib.* 5. *c.* 9. est cubitorum decem & octo. Vide etiam eumdem Plin. *lib.* 18. *c.* 18.

Incrementum specialiter pro accessionibus, fructibus, vel usuris usurpatur. Cum *incremento* fideicommissum præstare; *l.* 43. §. 1. D. *de legat.* 2. Cum incremento restituere hereditatem rogatus heres; *l.* 3. §. 5. *D. de SC. Trebell.* Suet. *in Aug. c.* 66. Legata vel partes hereditatum, a quibuscumque parentibus relicta sibi, aut statim liberis eorum concedere, aut, si pupillari ætate essent, die virilis togæ, vel nuptiarum, cum incremento restituere consueverat. Μετὰ προσόδων, dixit Dio *lib.* 56. *p.* 591. ubi Suetonii verba modo citata Græce referuntur ita: Καὶ τοῖς παισὶν ὧν μικρῶν ἔτι ὄντων, τοὺς πατέρας τῶν ὄντων ἐκεκληρονομήκει, προσέταξε πάντας, μετὰ τῶν προσόδων, ἐπειδὰν ἀνδρωθῶσιν ἀποδοθῆναι, ὅπερ πυ καὶ ζῶν ἐποίει, ει γὰρ τινα τέκνα ἔχοντα διεδέξατο τοῖς παισὶν αὐτοῦ παντὸς, εἰ μὲν ἤδη τότε τέλειοι ἦσαν, εὐθὺς, εἰ δὲ μή, μετὰ τοῦτο πάντα ἀπεδίδου. Pueris etiam, quorum paternas, ipsis adhuc puerilem ætatem agentibus, hereditates adierat, patrimonia cum incremento jussit reddi, simul ac virilem ætatem attigissent, quod idem

idem superstes etiam observaverat, ut, si cujus heres fieret, cui liberi essent, omnino his paterna bona, vel statim, si adulti essent, vel postea, omnia restituerat.

Incrementum usurarum: *l.* 24. D. *depos.*

INCRESCERE. Crescere eam aquam, quæ colorem mutet, & increscat: *l.* 1. §. 16. *D. de aqu. & aqu. pluv. arc.* Quæ verba cum sensum non habeant, pro *inscrescat nigrescat* reponendum est cum Rad. Fornero *Rer. quotid. lib.* 1. *c.* 16. Nam & quod de colore mutato præcedit, id postulat, & ea emendatio satis convenit veterum sententiæ, qui aquam fluctibus nigrescere existimabant. Gell. *lib.* 1. *c. ult.* Hein.

INSCRUSTARE parietem: *l.* 13. *D. de serv. urb. præd.* id est, crusta, marmoris operire, uti loquitur Plin. *lib.* 35. *c.* 6. seu marmore, in tenues crustas, seu lamellas, secto tegere: quod utique in usum luxuria invexit. M. Senec. *lib.* 2. *Controv.* 1. In hoc ergo, ait, exitus varius ille secatur lapis, ut tenui fronte parietem tegat. Lucan. *lib.* 10. *v.* 114. *Nec summis crustata domus, sectisque nitebat Marmoribus.* L. Senec. *Epist.* 86. Pauper sibi videtur ac sordidus, nisi Alexandrina marmora Numidicis crustis distincta sint. Plinius autem *lib.* 35. *c.* 30. ut marmor in eam rem secaretur, tradit his verbis: Arena hoc fit, & ferro videtur fieri, serra in prætenni linea premente arenas, versandoque tractu ipso secante. Adde Isidor. *lib.* 19. *c.* 13. Hinc

INCRUSTATIONES, quæ in impensis voluntariis numerantur; *l.* 79. D. *de verb. signif.* & a tectoriis eo differunt, quod illæ solido de marmore, subductis & subtractis crustis, parietes operirent, his vero e marmore contuso, cribrisque excreto, & arenato, cum calce mixto, parietes inducerentur, diligentique fricatione lævigarentur, ut Vitruv. *lib.* 7. *Architect. c.* 6. docet.

INCUBARE, ut Serv. in *lib.* 1. *Æn. v.* 93. ad hæc verba: *Ponto nox incubat atra.* Scribit, proprie est, per vim rem alienam velle retinere. Unde

INCUBATIO, detentatio rei; *l. ult. C. ne rei domin.* Incubatio diuturna; *l.* 15. *C. Theod. de jur. fisc.* quæ in eadem lege longi temporis præscriptio dicitur. Et

INCUBATOR, adpellatur injustus possessor. B. Augustinus *Homil.* 30. *Non erit vox justi possessoris, sed impudentis incubatoris improbitas.* Et ita incubatores pro injustis detentoribus, in *l.* 20. *C. Theod. de pagan. sacrif.* Hinc & Serv. in *lib.* 7. *Æn. v.* 266. tyrannum & suorum temporum usu loquendi *imperii incubatorem* interpretatur.

INCULPATIM: *l.* 20. *C. Th. de palatin. sacr. larg.*

INCULPATUS, qui culpa caret; *l.* 34. §. 4. *D. de legat.* 2. Macrob. 4. *Saturn.* 7. Omnis culpæ privatio inculpatum facit. Hinc honestæ & inculpatæ vitæ testis, & *notatus* & reprehensibilis adversantur; *l.* 3. *D. de testib.* Inculpata est mora; *l.* 9. §. *ult.* D. *de usur.* id est, reprehensione caret. Inculpatæ tutelæ moderatio; *l.* 1. C. *unde vi.*

At in *lib. feud.* 1. *tit.* 19. §. 1. his verbis: Si unus *inculpatus* fuerit, una de his nominatis culpis, item in *Leg. Salic. tit.* 43. Si cujus servus in futurum fuerit *inculpatus &c.* item *Leg. Burg. tit.* 8. *de ingenuis inculpatis*, hoc vocabulum idem ac *culpatum* significat.

INCULTI agri; *l.* 7. *D. de jur. delib.*

INCUMBERE rei, est eam detinere; *l.* 2. *C. de fruct.* Ita in-

incumbere bonis alienis; *l.* 3. §. 15. *D. de susp. tut.* pignori; *l.* 55. D. *de furt.* possessioni bonorum; *l.* 1. §. 1. *D. ut legat. seu fideic.* civiliter aut naturaliter; *l.* 3. §. *ult. D. ad exhib.* corpore & animo; *l.* 19. D. *de adquir. possess*

Incumbere alicui dicitur id, cujus onus ei injunctum, necessitasve imposita est. Sic heredi defensio mortis incumbit; *l.* 5. §. *ult.* D. *de SC. Silan.* Incumbit onus probandi; *l.* 20. *C. de probat.* probatio; *l.* 1. *l.* 2. D. *eod. tit.*

INCUNCTABILE est, id est, nullam habet dubitationem; *l.* 21. *D. de testib.*

INCUNCTANTER: *l.* 20. *D. de manum. vind. l.* 58. *C. Th. de hæret.*

INCURIA necatus; *l.* 5. §. *ult. D. ad SC. Silan.* id est, per servorum incautam negligentiam. Incuria supponentis ignem: Paull. *lib.* 5. *Sent. tit.* 20. §. 5.

INCURRERE incidere. Incurrere aculeos legis; *l.* 1. *C. ut intr. cert. temp.* in legem: Paull. *lib.* 5. *Sent. tit.* 23. §. 2. periculum: Paull. *lib.* 1. *Sent. tit.* 13. *B.* §. 1. majestatis crimen; *l.* 1. *C. de priv. carc.* Si quis stilum proscriptionis incurrerit; *l.* 7. C. *de bon. proscript.*

Incurrere intervenire. Quamvis temporis *incurrat* compendium; *l.* 17. §. *ult. D. de castr. pecul.* incurrebat hæsitatio; *l.* 42. D. *de mort. causs. don.* Nihil præjudicii cuicumque incurret; *l.* 12. §. 2. *C. de reb. cred.* Si nulla fraudis incurrat suspicio; *l.* 3. *D. de separat.* In his quæ extra testamentum incurrerent; *l.* 16. *D. de cond. & demonstr.* Incurrit tractatus, *l. ult.* D. *si pars hered. pet.* vitium; *l.* 13. §. 1. *D. de donat. int. vir. & ux.* Lapsum temporis incurrere; *l.* 2. *C. Theod. de tempor. curs.*

Si fune rupto, aut cum a nullo regeretur, navis incurrisset; *l.* 29. §. 4. D. *ad Leg. Aquil.*

INCURSUS fluminis: Plin. *lib.* 10. *Epist.* 73. hostium; *l.* 15. §. 1. D. *locat.* latronum; *l.* 24. *D. locat.* prædonum; *l.* 1. §. 1. D. *de obl. & act.* id est, impetus, ut *l.* 23. *in fin.* D. *de reg. jur.* Reciprocos pœna sortiatur *incursus*; *l.* 7. *C. Theod. de accus. & inscript.* obscura phrasis, de cujus genuina significatione disputat ibi Jac. Gothofred. Verba legis hæc sunt: *Hi, quos custodia delatæ criminationis includit, intra unius mensis spatium audiantur inquisitione completa, ne si delati criminis caussam segnius judicantis lenitudo distulerit, reciprocos pœnæ sortiatur incursus.* Ibi forte pro *sortiatur* reponi satius est *sortiantur*, ut sensus sit: ne hi, qui ob delationem a se factam in custodiam missi sunt, judicis dilatione, diutius detineantur, neque ita, quod pœnæ accusatus meretur in eum, qui detulit, quodammodo redundet. Solebat enim accusator custodia includi, ceu patet ex *l. ult. C. de accus.* his verbis: Quisquis ille est, qui crimen intendit, in judicium veniat, nomen rei indicet, vinculum inscriptionis arripiat, custodiæ similitudinem, habita tamen dignitatis æstimatione, patiatur.

INCUS, *dis*, est, ut ait Papias, instrumentum, *quo fabri ferrum domant.* Si incudem aut malleum fregit faber; *l.* 2. §. 1. D. *de leg. Rhod.*

INCUSTODITÆ ædiculæ; *l.* 19. D. *ad Leg. jul. peculat.*

INDAGO, significatu proprio est retium, seu plagarum ambitus, quo silvæ collesque a venatoribus, ferarum includendarum caussa, cinguntur. *Indaginem* plagis positis a venatore emere; *l.* 11. §. *ult.* D. *de act. emt.* ubi *indaginem* emere est spem ex indagine po-

posita emere, quemadmodum supra de retis jactu dictum est, art. *jactus*. Tibull. *lib.* 4. *Eleg.* 3. *v.* 7. Densos *indagine* colles Claudentem. Ovid. *lib.* 7. *metamorph.* *v.* 767. Venimus, & latos *indagine* cinximus agros. Lucan. *lib.* 6. *v.* 42. Et vasta silvas *indagine* clausit. Silius Italic. *lib.* 10. Tacitoque premens vestigia rostro Lustrat inaccessos venantum *indagine* saltus. Idem *lib.* 13. Mœnia flexa sinu, spissa vallata corona, Alligat, & telis in morem *indaginis* ambit. Stat. Papin. *lib.* 3. *silv.* 5. *v.* 8. Non grege Massylo curvaque *indagine* clausus. Idem *lib.* 2. *Thebaid.* *v.* 553. Ut clausos *indagine* profert In medium vox prima feras. Symmach. *lib.* 2. *epist.* 37. Interea loci ferarum domos *indago* sollicitat.

Indago pro indagatione seu investigatione inquisitione, *l.* 22. C. *ad Leg. Corn. de fals.*

INDEBITE, injuste, nulla ratione; *l.* 8. *C. de profess. & med.* Alio sensu hæc vocula reperitur in *l.* 25. §. *ult. D. de probat.* eo scilicet, quo *indebito* dixit Ulpianus *l.* 25. *D. de condict. indeb.* de eo, quod non debetur, quamvis pro adverbio adjectivum *indebita* nonnullæ editiones reponant.

INDEBITUS *a*, *um*, *Indebitæ lucis usurpandæ mora*, induciæ, quæ reis condemnatis conceduntur; *l.* 7. *C. Th. quorum adpell. non recip.*

Indebiti actio; *l.* 8. *D. de aliment. vel cibar. leg.* quæ passim *condictio indebiti.* Indebitum autem solutum accipimus, non tantum quod omnino non debetur, sed & quod alii debetur, si alii solvatur; *l.* 65. §. *ult.* D. *de condict. indeb.* immo &, quod per aliquam exceptionem perpetuam peti non potest; *l.* 26. §. *ult. D. eod. tit.* Vetus Glossarium Græcum *Indebitum* interpretatur *κατὰ πλάνην καταβληθὲν per errorem solutum.* Nam per errorem, non item consulto dati, repetitio est; *l.* 54. *D. de reg. jur.* Unde idem Vetus Glossarium: *Indebiti*, ait, *condictio*, ὃν κινῶ ἐις ἀπαίτησιν τȣ̃ κατὰ πλάνην καταβληθέντος ὥσπερ ἐι κατὰ πλάνην ἔδοξέ τινα χρεωςεῖν ρ νομίσματα αντὶ ν́, ᾗ κατέβαλεν αὐτὰ, quam moveo, ad repetendum id, quod per errorem solutum: veluti si per errorem quis putarit, se debere centum, quum quinquaginta debeat, & tantum solverit. *Indebitum* ergo solutum, quum de repetitione agitur, est non debitum, per errorem solutum: §. *6. Inst. de oblig. quæ quasi ex contr.* §. 1. *Inst. quib. mod. re contr. oblig.* Et ita *indebitum* solutum accipe in *l.* 50. *D. de solut. l.* 16. D. *rat. rem habit.* Vid. supra sub art. *condictio.*

Indebitus honor dicitur, qui ante tempus adripitur; *l.* 4. *C. Th. de decurion.*

INDECORE: *l.* 48. *D. de oper. libert.* & apud Cassiod. *lib.* 2. *Var. c.* 34.

INDECORUM est, patrem a filio regi; *l.* 12. D. *de tut. & cur. dot.*

INDEFENSUS, *a*, *um*. *Indefensa* persona: *l.* 5. §. 20. D. *ut in possess. legat.* respublica: *l.* 1. *C. de jur. reip.*

Indefensum jus; *l.* 40. §. 1. *D. de hered. pet.*

Indefensus recte dici non potest, qui dominum præsentem non habuit; *l.* 2. *D. de custod. & exhib. reor.*

INDEMNATUS custodia defunctus; *l.* 9. *D. qui test. fac. poss.* id est, antequam de eo judicium redditum, & pronunciatum esset, ut *l.* 2. §. *ult.* D. *de bon. eor. qui ant. sent.* Cic. *pro domo c.* 4. Potest igitur damnati pœnam sustinere indemnatus? Et in *L. Pison. c.* 13. Indemnati ci-

civis atque integri capitis profcriptio.

INDEMNIS adpellatur qui damnum non fentit, qui nullo damno adficitur. Sic *indemnis* fieri; *l.* 5. §. 16. D. *de tributor. act.* difcedere; *l.* 27. D. *de Ædil. edict.* Indemnem præftare; *l.* 17. D. *de admin. & peric. tut.* Hinc

INDEMNITAS, damni reftitutio; *l.* 33. *D. de dol. mal.* De *indemnitate* cavere: id eft, fatifdato cavere alicui, *indemnem* eum futurum, ejus negotii nomine, quo de agatur; *l.* 16. §. 14. *D. ad SC. Trebell. l.* 29. *D. fam. ercifc. l.* 29. *D. de jur. dot.* Indemnitatem confequi judicio; *l.* 1. §. 5. D. *de contrar. tut. act.* præftare; *l.* 63. D. *de legat.* 2. repromittere: *l.* 1. *C. de conven. fifc. debit.* fervare: *l.* 38. *D. de Ædil. edict.* Indemnitati profpicere; *l.* 3. *C. famil. ercifc. l. ult. C. de in lit. jur.* fatisfacere; *l.* 36. §. *ult.* D. *ad municipal.* Indemnitatis fecuritatem confequi; *l.* 3. *C. de conven. fifc. debit.*

INDEPTUS. Vid. infra *indipifci.*

INDERE. *Indita* actio; *l.* 25. *C. de adpell. & confult. l.* 9. C. *Theod. eod. tit.* id eft, actio inferta, vel in acta relata. *Indere* quid in aurum, argentum, æs publicum: *l.* 1. *D. ad Leg. jul. peculat.* Pretium, quod dotali inftrumento inditum eft; *l.* 6. *C. folut. matrim.* Si vera funt quæ precibus indidifti; *l.* 18. *C. de probat.*

INDEVOTA *defidia.* Ita pro devota refcribit Jac. Gothofr. interpretaturque per moram, in tributis exigendis transferendifque commiffam: *l. un.* C. *Theod. de offic. vicar.*

INDEVOTIO *heredis*, legitur in *l.* 1. *in fin. D. de penu leg.* quæ tamen verba Triboniani magis, quam Ulpiani phrafin fapiant, ut ex *l. ult. C. de fideic. libert. l. ult. C. de teftam. manum. l.* 35. C. *de donat.* colligitur. Quamquam *indevotionis* vocem a barbarie adferit Ambrof. *de Elia c.* 17. quo peregrinum quidem receptum tamen bibendi pro falute principis morem, jam inde fuis temporibus invaluiffe oftendit. *Quid memorem ait facramenta, quæ violare nefas arbitrantur? Bibamus inquiunt, pro falute Imperatorum, &, qui non biberit, fit reus indevotionis. O piæ devotionis obfequium!* Alia quædam de hoc vocabulo adnotavit Ducker. *de Latin. vet. Ictor. p.* 362. *feq.* faffus tamen, nec *devotionem* nec *indevotionem* ufquam apud bonum auctorem hac notione legi.

Indevotio & ei, qui vitat & fugit patriæ munera, tribuitur; *l.* 119. *C. Theod. de decurion.*

Indevotionem exercere adverfus creditorem debitor dicitur, qui exactionem recufat, feu debitum fe adgnofcere negat. Contra, *devotionem* fuam oftendere dicitur, qui debitum adgnofcit, in *l. ult. C. de duob. reis ftipul.*

INDEX, ut Afconius Pædian. *in Divinat.* explicat, eft, qui facinoris, cujus ipfe eft confcius, latebras indicat, impunitate propofita. Græci μηνυτὴν ab eadem origine dicunt, & ita apud Ciceronem, Salluftium, Livium, Tranquillum, vox hæc accipienda eft. *Ab indice nominati:* Plin. *lib.* 10. *Epift.* 97.

Alias *Index*, fcripturæ alicujus exemplum, ex authentico defcriptum fignificat; *l.* 2. *D. de fid. inftrum.* Paull. *lib.* 5. *Sent. tit.* 12. §. 11. Cujacius *lib.* 5. *obferv. c.* 25. aliique magis putant brevem quamdam effe fubnotationem ex ampliori pleniorique fcriptura delibatam.

Ab hoc porro diverfum eft, *per indicem*, quod παροιμικῶς ufurpatur pro *fummatim*, & διὰ συντόμου

πα-

παραδόσεως explicat Theophilus §. *ult. Inst. de publ. jud.* Ascon. Pædian. *in Verrin.* 3. Antequam caussa ageretur, quasi per *indicem* res exponebant. Usus eadem voce Justinianus *l.* 1. §. 12. *C. de vet. jur. enucl.* Hein.

Index Legis, apud Cic. Philipp. 1. c. 8. est, quod *summarium* vulgari sermone dicitur. Sic & librorum *indices* Cic. *lib.* 2. *de orat. c.* 14. Gell. *lib.* 20. *c.* 11. quos a Græcis συλλάβυς adpellari ait idem Cicero *lib.* 4. *ad Attic. Epist.* 4. nimirum, quod breviter & summatim indicant, quid illis contineatur. Unde Justinianus *Constit. de concept. Digest.* §. 12. commentarios in Digesta conscribi vetans: *Per indices*, inquit, *tantummodo titulorum subtilitatem, quæ παράτιτλα nuncupantur, quædam admonitoria ejus facere permittit.* Sed monet hic Heinecc. παράτιτλα quidem non esse summaria titulorum. De ea re vide infra sub voce παράτιτλον.

INDICARE, interprete Ulpiano, est deferre, arguere, accusare & convincere; *l.* 197. D. *de verb. signif.* quæ referenda est ad *l.* 3. §. 13. & 14. *D. de SC. Silan. & Claud.* quod inscriptio ipsa ostendit. Græci in eumdem sensum utuntur verbo ἐνδείκνυσθαι, ut ex *l.* 3. *D. de via publ.* patet. *Indicare* conscios suos: *l. ult. D. ad exhib.* fugitivos dominis; *l.* 15. *D. de præscript. verb.* fugitivum vel furem; *l.* 4. §. *ult.* D. *condict. ob. turp. caus. l.* 48. §. 1. D. *de furt.* Inspectio tabularum *indicat*: *l.* 2. §. 5. *D. testam. quemadm. aper.* Hinc

INDICATIO: *l.* 13. §. 3. *D. de act. emt.*

INDICERE, interdum significat injungere. Sic onus indicere alii; *l.* 13. §. 5. *D. de decur. Indictæ* collationes: *l.* 8. §. 2. *D. de vacat. & excus. mun.* feriæ: *l.* 26. §. 7. *D. ex quib. caus. major.* Macrob. *lib.* 1. *Saturnal. c.* 16. Imperativæ feriæ sunt, quas Coss. vel præstores pro arbitrio potestatis *indicunt*. Serv. *in lib.* 1. *Æn. v.* 636. ad eum versum: *Simul Divum templis indicit honorem*, id est, jussit fieri supplicationes. Et bene indicit, quia Trojani inopinato venerant. Feriæ autem aut legitimæ sunt, aut *indictæ*. Indici autem dicuntur, quia paupertas majorum ex collatione sacrificabat, aut certe de bonis damnatorum. Mulctæ *indicendæ* jus: *l.* 2. *C. de mod. mulct.* id est, irrogandæ, ut loquitur *l.* 6. §. 9. D. *de offic. præsid.* Indici munera, id est, injungi, ut adparet ex *l.* 6. §. *ult.* D. *de mun. & hon.* Eodem significatur munera indicuntur *l.* 2. *C. de mun. patrim. & passim.* Similiter operas *indicere* liberto patronus dicitur, dum illi operas, quas edat, aut præstet imponit, diemque illarum præstationi statuit; *l.* 23. §. *ult.* D. *de oper. libert. & passim.* In his speciebus quæ postea indicuntur; *l.* 28. *D. de usu & usufr.* Indixisse viduitatem; *l.* 2. *C. de instit. & subst. & rubr. C. de ind. viduit. & Leg. jul. Miscell. toll.*

Indicere, denunciare. *Indictum* bellum: *l. ult.* D. *de legation.*

Indicere nomen. *Indictum* iis nomen, pro inditum, est in *l. ult. pr.* D. *de bon. damnat.* Aliæ editiones ibi habent *inductum*. Quidni una litterula extrita, legas *inditum*? Hein.

INDICIUM interdum significat mercedem operæ exhibitæ ad indicandum servum fugitivum. Nam, ut ait Ulpianus, in *l.* 15. D. *de præscript. verb.* Solent, qui noverunt, servos fugitivos alicubi celari, indicare eos dominis, ubi celentur. Solent & mercedem hujus rei accipere, & sic indicare. Et mox: Si pactio inter

terceſſit ob *indicium*, hoc eſt, ut, ſi indicaſſet, adprehenſuſque eſſet fugitivus, certum aliquid daretur. Idem *l.* 4. §. *ult. D. de condict. ob. turp. cauſ.* Si tibi *indicium* dedero, ut fugitivum meum *indices*, vel furem rerum mearum. Paull. *lib.* 2. *Sent. tit.* 31. §. 24. Apuleius *lib.* 6. *Metam. p.* 176. Si quis a fuga retrahere, vel occultam demonſtrare poterit fugitivam, conveniat Mercurium prædicatorem, accepturus *indicii* nomine ab ipſa Venere ſeptem ſuavia. Idem *lib.* 7. *p.* 199. ejuſdem argumenti, quod ejuſmodi indicii nomine datur *indicinæ* præmium vocat. *Indicium* ergo, ut ex ſupra dictis locis patet, tam id, quod mercedis præmiique nomine ob indicandum furem fugitivumque datur, quam ipſum indicationis factum deſignat. Illud autem indicii præmium, ſeu mercedem Græci *μήνυτρα* vocant. Dio Chryſoſt. in Orat. quæ Ἐυβοικὸς ἢ κυνηγὸς inſcribitur: Οὐδὲ κήρυκος τῶν ὠνίων, ἐδὲ κλοπῶν, ἢ δρασμῶν μήνυτρα προτιθέντας ἐν ὁδοῖς. Nec præcones rerum venalium, furtorum, fugæve, *indicii* præmium promittentes in viis publicis. Lucianus ἐν δραπέταις, *in fugitivis p.* 604. *Tom.* 2. Ἀλλὰ καιρὸς ἀποδιδόναι τὰ μήνυτρα, ὥς ἔγωγε πάνυ σαφῶς, ὃν ζητεῖτε, οἶδα. Sed tempus eſt, ut mihi detis *indicinæ* præmium. Ego enim plane novi, quem quæratis.

Indicium etiam criminis nunciationem, magiſtratui factam ſignificat. Et ita Vindicem, Vitelliorum ſervum, conjurationem *indicio* ſuo detexiſſe, ait Pomponius *l.* 2. §. 24. *D. de orig. jur.* Conjurationem Sergii Catilinæ mulier detexit, & M. Tullium, conſulem *indicium* ejus inſtruxit: *l.* 8. *D. ad Leg. jul. majeſt.* & ita *indicium* accipe in *l.* 39. D. *ad Leg. Falcid. l.* 6. §. 3. *D. ad SC. Turpill. l.* 1. §. 16. *D. de quæſtion.* Proinde qui crimen nunciat, defert, detegit, *indicium profiteri* dicitur, ut in *l.* 24. *D. de Leg. Cornel. de falſ. l.* 1. *D. ad Leg. Cornel. de ſicar.* & apud Plin. *lib.* 3. *epiſt.* 16. & Tacit. *lib.* 6. *Annal. c.* 3. Attamen contra hunc receptum loquendi morem Marcianus *l.* 3. §. 4. D. *ad Leg. Cornel. de ſicar. indicium confiteri* uſurpat his verbis: Qui falſa indicia confeſſus fuerit, confidendaque curaverit, quo quis innocens circumveniretur. Sane eodem ſenſu *indicium* deferre Q. Curtius non ſemel ait: veluti *lib.* 5. *c.* 11. *lib.* 6. *c.* 7. & *c.* 9. Pariter Seneca *lib.* 1. *de clement. c.* 9.

Præterea *indicia* ſunt ſigna vel argumenta, ad fidem faciendam idonea, ſeu per quæ aliquis coarguitur, convincitur, comprobatur: *l.* 30. *C. de evict.* ſic: *Indicia* certa, quæ jure non reſpuuntur, non minorem probationis, quam inſtrumenta continent fidem; *l.* 19. *C. de rei vind.* Amiſſis inſtrumentis cetera probationum indicia jure prodita non habentur irrita; *l.* 15. *C. de jur. dot.* Vid. & *l.* 3. *C. de nupt.* Quinctilianus *lib.* 3. *Inſt. orat. c.* 9. ſignum, quod Græci vocant σημεῖον id proprie eſſe tradit, quod ex eo, de quo quæritur, natum ſub oculos venit: quod quidam *indicium*, quidam veſtigium nominarunt, per quod alia res intelligitur, ut per ſanguinem cædes. Ibid. Signorum alia indubitata & neceſſaria, quæ aliter habere ſe non poſſunt, quæ Græci vocant τεκμήρια, alia non neceſſaria & dubia, quæ σημεῖα.

Indicia, id eſt, notæ, ſeu verborum compendia. Scripturæ quibuſcumque verbis, vel *indicis*, inveniantur relictæ; *l. ult. C. commun. divid.*

INDICTIO, pro onere, quod imponitur. Sic *indictio* operarum: *l.* 6.

l. 6. C. de oper. libert. In specie est onus quod patrimoniis indicitur, annuaque pensitatio, quæ pro possessionibus præstatur. Ascon. Pædian. *in Verrin. 2. Omne genus pensitationis in hoc capite positum est, canonis, oblationis, indictionis.* Si qua tributorum, aut vectigalis, indictionisve quid nomine præstare oportet: *l. 13. §. 6.* D. *de act. emt. vend. Indictionis* canonicæ tributum: *l. 14. C. Theod. de proxim. comit. dispos.* Indictiones ergo erant anniversariæ tributorum & annonarum præstationes pensitationesve, quarum onus quisque pro modo possessionum adgnoscebat. Itaque patrimoniorum ea munera erant, *rubr. C. de indict. Indictiones* non personis, sed rebus, indici solent; *l. 3. C. de ann. & tribut.* Ac plane onus id fructuum fuisse, perinde ac tributa, & alia quæ referuntur in *l. 27. §. 3. D. de usufr.* ostendit Paullus in *l. 28.* D. *de usu & usufr. legat.* in qua, fundo, cujus ususfructus legatus erat, temporarias indictiones indictas fuisse, proponit.

Sane collationes quasdam *per magistratus* ex improviso indictas, quasdam vero e lege factas, docet Papinianus *l. 8. §. 3.* D. *de vacat. & excus. mun.* Illas *extraordinarias indictiones* vocant Imperatores *l. 10. C. de mun. patrim.* nimirum quæ extra ordinem imperabantur, ut loquitur *l. 6.* D. *de vacat. & excus. mun.* Altera ergo species *indictionum canonicarum*: altera *extraordinariarum* nomen habebat, ut loquuntur Impp. *l. 1. C. de indict.* Ceterum quod supra consuetudinariam functionem augmenti nomine indicebatur, *superinductum* vocabant: *l. 1. & rubr. C. de superind. l. 15. C. de excus. mun.*

Indictio, etiam significat spatium XV annorum in orbem circumactorum, seu quindecim annorum, in se revolutorum iterationem: cujusmodi partitione tempora numerari computarique Constantinus instituit. Unde & ἐπινέμησιν a Græcis, & κύκλον adpellatam, vero propius accedit. (Vid. Fr. Raguel. *ad Decis. Justin. p. 5.*) quamvis & aliam ἐπινέμησις notationem quibusdam magis placere, scio, quam nec improbo. Extat certe Græca hæc vox *in Novell. 47. c. 1. & Novell. 74. in epilogo.* Latina vero *l. 3. 7. 8. 9. 11. 161. C. Theod. de indulg. debit. & passim. eod. Cod.* Fit autem *indictionis* quintæ decimæ mentio: *l. 3. C. Theod. eod. tit.* quem numerum *Indictiones* non excedebant, sed ad primum exinde annum earum computatio revolvebatur. Ceterum *indictionis* duas notationes Georg. Cedrenus adfert, ridiculam unam *p. 268.* ab Actiaca victoria deductam, alteram *p. 178.* æque rejiciendam ab *indicando*: ac demum: Græcia, (ait juxta versionem latinam,) ab eventu nomen imposuit, ut ἐπινέμησιν adpellaret. Antiquitus enim tributum subditis non ita impositum erat, ut ejus fixa esset & immutabilis ratio, sed juxta frugum proventum humaniter iis imponebatur, ita, ut, eo tenuiore, minus penderent, neque eo uberiore census augeretur: Itaque exactoribus proportione tribuebant, idque tunc, quando necessitas postulabat. Hæc Cedrenus. Ut ut sit, Indictionum computationem, a mense Septembri inchoatam, constat, ejusque rei locuples testis est D. Ambrosius cujus libro *de Noa. c. 17.* verba sunt hæc: Etsi a Septembri mense annus videatur incipere, sicut *indictionum* præsentium usus ostendit. Idem *lib. 10. epist. 83. Indictio Septembri mense incipit.* Vulgo autem *Indictionum* auctor Constantinus lau-

datur. Cedrenus tamen *p.* 268. Theodosii principatu, morem hunc, abrogatis explosisque Olympiadibus, cœpisse scribit, hoc modo juxta Latinam interpretationem: Tum Olympiorum desiit festivitas, quarti cujusque anni exitu solita celebrari, instituta eo tempore, quo Manasses Judæ rex fuit, & usque ad imperium Theodosii perducta, cœperuntque numerari *indictiones*, quarum principium in decimum quintum annum imperii Augusti incidit.

Indictio, latinis adpellatur numerus quindecim annorum, annis Christi addi solitus, ad cavendum errorem, qui de temporibus forte oboriri poterat, institutus. Triplex indictionum usus observatur apud scriptores. Alia enim a Kal. Septembribus proficiscitur, eaque Constantinopolitana dicitur: altera ab VIII. Kal. Octobris, quæ Constantiniana & Cæsarea: tertiaque Pontificia seu Romana & a Kal. Januarii consurgit; quæ diversitas etiam notatur in diplomatibus Imperatorum & in bullis Pontificum; licet Macer *Reg. magistri.* 54. 55. 95. scribat, quod Pontificia initium sumat a die nativitatis Domini, id est, post tres menses indictionis imperialis inceptæ, quæ prima vice in Concilio Constantiensi in usu posita fuit.

INDICTITIA onera apud Cassiod. *lib.* 1. *Var. c.* 14.

INDICTUS, *a*, *um*. *Indicta* caussa, id est, incognita.

Indictum pro interdicto legitur *l.* 1. *C. Theod. & Justin.* de commeatu, nisi forte id librarii potius sit vitium. *Hein.*

INDIFFICILI: *l.* 29. §. 13. *D. de lib. & postum.* qua loquendi forma non modo Ulpianus alibi usus, *l.* 4. §. 1. *D. hered. inst.* sed & Tertullianus imitatus est, dum *de cultu femin. c.*9. Dignoscere inquit, *in facili* est. Vid. supra sub *in.*

INDIGERE. Qui graviore animadversione indigent; *l.* 1. §. 7. *D. de offic. præf. urb.* Quæ postea emergunt, auxilio indigent: *l.* 11. §. 8. *D. de interrogation.* filium non indigere exheredatione a sequentibus gradibus: *l.* 4. §. *ult.* D. *de hered. inst.* Si tutelæ ætas indigeat; *l.* 3. D. *de tutel.* Indiget venia fortuito factum incendium; *l.* 11. *D. de incend. ruin. naufr.*

INDIGNE esse præteritum, id est, nullo merito suo: *l.* 5. D. *de inoff. testam.* Non *indigne* uxorem sortiturus sit: *l.* 20. §. 1. *D. de manum. vind.* id est, non contra conditionis suæ statum dignitatemve.

INDIGNUS *heres*, non dignus judicio testatoris. Quinctil. *Declamat.* 308. Porro in jure civili *indigni heredes* ex his caussis habentur, si defuncti mortem ulti non sunt, vel judicium ejus impugnaverint, vel id egerint, ut per negligentiam & culpam suam defunctus moreretur, vel in fraudem fisci fidem adcommodaverint, vel bona viventis adhuc alienaverint. His enim ex caussis hereditas ab heredibus, quasi ab indignis, aufertur: *tit. D. & C. de his quæ ut indign. l.* 26. *D. de SC. Silan. l.* 23. *D. de jur. patron. l.* 8. §. 14. *D. de inoff. test. l.* 46. D. *de jur. fisc.* Paull. *lib.* 5. *Sent. tit.* 12. §. 2.

INDIPISCI pro adipisci: *l. ult. C. Theod. de honor. codic. l.* 13. *C. Theod. de bon. proscr. l.* 11. *C. Th. de Palatin. l.* 77. *ejusd. C. de decur. & passim.*

INDISCRETA dignitas pro pari; *l.* 1. *C. Th. de præf. præt.* Indiscreta obsequia, id est, alimenta, quæ tum ex fisco, tum ex re principis privata parentibus egenis præbebantur: *l.* 1. C. *Th. de alim. quæ inop. patr. de publ. pet. deb.*

IN-

Indiscrete, ἀδιακρίτως, indifferenter: *l.* 25. D. *de probat. l.* 5. *C. de quæstion.*

Indiscretim: *l.* 47. *C. Theod. de Episc. & cler. l.* 18. C. *Theod. de extraord. & sordid. mun.*

Indistincte, interdum idem est, ac generaliter. Si *indistincte* homo legatus sit: *l.* 3. D. *qui & a quib. Indistincte* pauperes scripti heredes: *l.* 49. §. 3. *de episc. & cler.* Alii codices habent *indiscrete.* Alias, ut in *l.* 49. D. *de adquir. rer. dom. indistincte*, est absolute, omnino, & sine ulla distinctione. *Indistincte* ipsi servo defensio danda est: *l.* 33. *D. de noxal. act.* Indistincte datus curator, id est, simpliciter, non specialiter in rem, seu litem, *l.* 3. §. *ult.* D. *de tutel.* Quoties *indistincte* quid solvitur *l.* 5. D. *de solut.* id est, quoties debitor ex pluribus caussis, unum debitum solvit, nec dicit, quod potius debitum voluerit solutum, ut *l.* 1. D. *eod. tit.*

Individuum adpellatur, quod divisionem non recipit. Si factum, de quo cautum, individuum sit, veluti iter fieri: *l.* 2. §. 1. D. *de verb. oblig.* id est, si in partes dividi non possit, ut *ibidem* Paullus loquitur. Cui opponitur quod divisionem recipit. Et ita *individuæ* sunt servitutes, præter usumfructum: *l.* 1. §. 9. *D. ad Leg. Falcid. l.* 7. *D. eod. tit. l.* 72. D. *de verb. oblig.* Individuum viæ jus est: *l.* 6. D. *quemadm. serv. amitt.* Et ita individuum accipe in *l.* 80. §. 1. *D. ad Leg. Falcid. l.* 46. §. 1. D. *de administr. & peric. tut.* Hoc quoque sensu matrimonium *individua* consuetudo dicitur, *l.* 1. D. quo nomine quodvis arctius consortium venit, quando homines una vivunt nec unus ab alterius latere facile discedit. Quemadmodum ergo *dux militi testis gestorum individuus est*: Ammian. Marcellin. *lib.* 16. *c.* 32. quemadmodum amicus *cum amico* individuo contubernio vivit: Apulei. *Apolog. p.* 320. ita & matrimonium individua vitæ consuetudo dicitur. Vid. Marqu. Freher. *Verosimil. lib.* I. *c.* 11. *Hein.* Vid. *indivisum.*

Interdum *individuum* significat, non quod dividi non potest, sed quod indivisum est, ut in *l.* 32. §. 6. D. *de administr. & peric. tut.* Pro communi & individua hereditate annonas præstitit. Unus individuum commune pro solido possidens: *l.* 3. *C. in quib. causs. cessat. long. temp.*

Indivisi adpellatione aliquando significatur, quod divisum non est. Sic: Judex familiæ erciscundæ nihil debet indivisum relinquere: *l.* 25. §. 20. *D. famil. ercisc.* Pro *indiviso* pars: *l.* 7. §. 3. *l.* 8. §. 3. D. *quib. mod. pign.* Pro partibus *indivisis*: *l.* 5. *D. de stipul. servor.*

Interdum *indivisum* adpellatur, quod divisionem non recipit. Sic *indivisa* pignoris caussa, id est, ut, parte debiti soluta, non luatur pars pignoris: *l.* 65. D. *de evict.* Si res vel naturaliter *indivisæ* sunt, vel sine damno divisio earum fieri non potest: *l.* 26. §. *ult. de legat.* 1. In solidum defendenda est venditio, cujus indivisa natura est: *l.* 39. D. *de verb. oblig.* Usus, itineris, actus, aquæductus usus indivisus est: *l.* 17. *D. de servit.* Quales sunt in genere servitutes. Hinc de servitute plures in solidum tenentur & agunt: *l.* 17. D. *de servit. l.* 2. §. 2. *de verb. oblig.* Nec pro parte servitus legari aut adimi potest: *l.* 11. D. *de servit.* nihilo magis pro parte potest adquiri: *l.* 5. *in fin.* D. *Commun. prædior.* Unus ex dominis communium ædium servitutem illis non potest imponere: *l.* 2. D. *de servit. l.*

19.

19. *l.* 34. D. *de servit. rust. præd.* etsi pro parte retineri queat servitus: *l.* 8. §. 1. D. *de servit. l.* 30. §. 1. *de servit. urb. præd.* jam scilicet adquisita: Nam si promissa sit servitus, totum habenti fundum, isque partem fundi alienet antequam servitus actu constituatur, promissio in irritum cedit: *l.* 11. *D. de servit.* Ergo, si plures domini servitutem cedant, ex novissima demum cessione superiores confirmabuntur; etsi, dum ultima exspectatur, qui pro sua parte cessit, benigna ratione prohibeatur uti jure cesso, idque cessionario permittere cogitur, *d. l.* 11. D. *de servit. rust. præd.* Ceterum, si fundus plurium pro diviso communis sit, nihil vetat, singulis partibus imponi servitutem, *quia non sunt partes, sed fundi*: *l.* 6. §. 1. D. *Commun. prædior.* Dixi, quando plures domini partibus indivisis, singuli constituunt servitutem, nihil agi, quamdiu omnes cessionem non peregerunt. Ultima peracta, consolidatur & absolvitur servitus: reliquæ cessiones particulares tantisper, dum ultima superveniat, suspenduntur: *d. l.* 11. *D. de servit.* atque tum demum, ubi ultima peragitur, reliquæ cessiones cum hac novissima conjunguntur. Ideo, si præcedentes, vel una ex illis in eodem statu non substiterint, sed morte cedentis aut alienatione partis fundi mutationem receperint, ultima cessione nihil agitur. Atque ideo, si duo domini diversis temporibus mortui, legaverint servitutem, nihil agitur; quia non, ut actus viventium, ita & defunctorum actus suspenduntur; sed mors, quæ est ultima linea rerum, abrumpit conjunctionem, ut notabiliter docet Paullus in *l. ult. D. commun. præd.* addens tamen hanc limitationem, ut si utriusque domini, a quo legata fuit servitus per partes, hereditates eodem tempore adeantur, tum adhuc cessiones particulatim factæ conjungantur, ac ita servitutis constitutio convalescat. Ex hac individua servitutis natura sequitur etiam, quod servitus tota sit in toto fundo eademque tota in singulis partibus; adeo ut si fundus, cui servitus debetur, particulatim vendatur, omnes partes servitus sequatur eaque singuli recte utantur; si modo res ita ferat: *l.* 23. §. 3. *D. de servit. præd. rust.* Idem est in servitute passive considerata: Quippe, ita per fundum est diffusa servitus, ut omnes glebæ serviant, ait Javolenus in *l.* 13. §. 1. *D. eod. tit.* Quod ita quidem subtiliter & quasi *in potentia* vere dictum, in *actu* tamen *exercito* civiliter accipiendum: ut qua parte fundi primum servitus determinata est, ea parte consistat, ceteræ partes agri liberæ sint: *d. l.* 13. §. 1. Vid. Ulr. Huber. *præl. ad Pand. lib.* 8. *tit.* 4. *n.* 2. *& seq.*

INDOTATA: *l.* 9. §. 1. *in fin. D. de jur. dot. & passim*, dote cassa, quæ dote caret, ut apud Terent. *in Adelph. Act.* 3. *sc.* 2.

INDUBIÆ probationes: *l.* 11. *C. de fid. instrum.*

INDUBITANTER: *l.* 2. §. 7. D. *de bon. poss. sec. tab.*

INDUBITATE, *l.* 7. *D. famil. ercisc. & passim.*

INDUBITATI juris est: *l.* 49. *D. de re milit. Indubitatum* est: *l.* 8. D. *de negot. gest.*

INDUCERE, novi aliquid introducere. Sic: Aequitas merum jus compensationis inducit: *l.* 36. *D. de admin. & peric. tut.* Constitutio D. Pii hoc induxit, *l.* 37. §. 3. D. *de legat.* 3. Tullus Hostilius primus in rem publicam induxisse quæstores dicitur: *l.* 1. *D. de offic. Quæst. Jusjurandum* & actionem, & exceptionem inducit:

cit: *l.* 28. §. *ult. D. de jurejur.*

Inducere, intromittere. *Inducere* aquam: *l.* 31. D. *de servit. præd. rust.* familiam: *l.* 1. §. 13. *de ventr. in possess. mitt.* in possessionem: *l.* 33. §. *ult. l.* 52. *l.* 53. *D. de adquir. possess.*

Inducere superinducere. *Inducere* vitricum filiis mater dicitur, quæ ad secundas nuptias convolat, extantibus ex priore matrimonio liberis: *l.* 1. C. *ubi pupill. educ. deb.* Sic & pater novercam liberis inducere dicitur, apud Plin. *lib.* 6. *epist.* 38. & 39. Filia ab octogenario patre exheredata, intra undecim dies, quam ille novercam ei, amore captus, induxerat. Eodem loquendi genere Diodorus Sicul. *lib.* 12. *p.* 79. Τοῖς, ait, *μητρυίαν ἐπαγαγμένοις κατὰ τῶν ἰδίων τέκνων ἔθηκε πρόστιμον. Eum, qui novercam liberis ex se natis induxisset, senatu consilioque patriæ omnino submovendum statuit. Superinducere* liberis novercam, dixit Seneca *lib.* 3. *Declam.* Quinctilian. *in argum. Declam.* 381. & *arg. Declam.* 34.

Inducere pueros primis litteris, id est, imbuere, instituere: *l.* 11. §. *ult. D. de mun. & hon.*

Inducere, inferre. Qui injuriam adversus liberos suos testamento inducunt: *l.* 4. D. *de inoff. test.* *Inducere*, obducere, tegere. Inducere tectorium: *l.* 38. D. *de rei vind.* Et ita: *inducere* munus comitate orationis, id est, ornare munus oratione: Plin. *lib.* 1. *Epist.* 8. quem locum eleganter exposuit Schefferus in *Lect. Academ. p.* 69.

Inducere, impellere, vel illicere. Calore inducti: *l.* 7. §. *ult.* D. *ad Leg. jul. repetund.* Dolo inductus: *l.* 48. D. *de fidejuss.* si generum socer specie futuræ dotis induxerit: *l.* 64. §. *pen. D. de jur. dot.* Et per hoc in fraudem legatarii inducantur: *l.* 95. §. *ult. ad Leg. falcid.*

Inducere, cancellare, oblitterare, expungere, linea ducta tegere: *l.* 22. *C. de solut. l.* 3. D. *de his quæ in test. del.* *Inducere* nomen heredis: *l.* 12. §. *ult. D. de his, quæ ut indig.* tabulis publicis *l.* 7. §. *ult.* D. *ad Leg. jul. pecul.* testamentum: *l.* 15. §. 1. *D. de testam. mil. l.* 2. D. *de his quæ in testam. del.* Hinc

Inducere est etiam tollere, abolere. Sic: Inducta totius temporis caussa: *l.* 37. *in fin. D. de administr. & peric. tut.* *Induci* cognitio dicitur, quæ ex actis tollitur, & aboletur, *l.* 9. D. *de jur. fisc.* seu quæ circumduitur, ut est in *l.* 27. §. 1. *D. de liberal. causs. l.* 73. §. 1. D. *de judic. l.* 45. D. *de re judic.* Induci judicium: *l.* 7. D. *de hered. pet.* *Induci* locatio, quæ fit irrita: Cic. *lib.* 1. *ad Attic. Epist.* 17. Asiani, qui de censoribus quæsti sunt, nimium magno conduxisse, ut *inducatur* locatio postulantes. Liv. *lib.* 39. *c.* 44. Quas locationes quum Senatus, precibus & lacrymis publicanorum victus, induci, & de integro locari jussisset.

INDUCIÆ dicuntur, ut ait Paullus *l.* 89. *D. de capt. & postl. revers.* quum in brevi & præsenti tempore convenit, ne invicem se lacesserent. Varro vero, ut est apud Gell. *lib.* 1. *c.* 25. *inducias* definiebat pacem castrensem, paucorum dierum, vel belli ferias. Ipse vero Gellius pactitiam belli cessationem, quæ Græcis ἐπεχειρία, quod eo tempore non pugnetur, & manus cohibeantur. Donat. *in Eunuch. Terent. Act.* 1. *sc.* 1. Induciæ, ait, sunt pax in paucos dies: vel quod in diem dentur, vel quod in dies otium præbeant. Attamen centum annorum inducias apud Liv. *lib.* 1. *c.* 15. & *lib.* 7. *c.* 20. & in annos triginta, *lib.* 9. *c.* 37. & in annos quadraquinta, *lib.* 2. *c.* 28. *lib.* 7. *c.* 22. *lib.* 10. *c.* 37. In-

dr-

ducias, quo a pace differunt, interpretari velim pactum quo jus lacessendi ad tempus suspenditur; pax vero est, qua in perpetuum caussæ belli quod geritur fit abolitio ita, ut ex ea bellandi jus natum aut pretensum penitus tollatur. Hinc induciis factis manet belli caussa utrinque prætensa, & jus lacessendi ex ea natum reviviscit effluxo tempore induciarum. Contra, pace celebrata, jus bellandi non est nisi ex nova belli caussa justifica. Hinc induciæ, ut recte dicuntur inter hostes, ita & qui inducias habent in statu belli versantur. Contra, pax non dicitur nisi inter amicos eosve saltim, qui nocendi animum minime præ se ferunt, & ea bellum excludit: Si induciæ, non cum univeso populo bellanti, sed cum quodam ejus exercitu, vel castro, vel præsidio, aut in aliquem finem transitorium, veluti ad sepeliendos mortuos, factæ sint, *armistitium* esse dixerim.

Induciæ etiam pro qualibet dilatione usurpantur. Et ita: *induciæ* quadrimestres: *l. 3. C. de usur. rei judic.* semestres: *l. 26. C. de fidejuss.* unius anni: *l. 1. C. in quib. causs. milit. for. præscr.* quinquennales: *l. ult. C. qui bon. ced. poss.* viginti dierum: *l. 62. C. Theod. de hæret.*

Inducias pro intervallis: seu intermissione furoris Imperatores dicunt. Furiosum in suis induciis ultimum condere elogium posse placuit: *l. 9. C. qui testam. fac. poss.* Breves & majores morbi induciæ: *l. 9. C. de curat. furios.*

INDUCTIO, litura: *l. 2. C. de his quæ in testam. del. l. 1. §. 1. D. eod. tit.*

INDUERE. Induti nomen Christianitatis: *l. ult. C. Theod. de apost.* & *l. 4. C. Justin. eod. tit.* Elegans est ille verbi usus, quo *induere* pro simulare accipitur. Liv. *lib. 1. c. 56.* Cujus simulationem induerat. Seneca *de benef. lib. 2. c. 2.* Induit sibi animi sui vultum. Plura exempla attulit Gronov. *ad Tacit. Annal. lib. 1. c. 7.* Hein.

Induere nomen successionis: *l. 2. §. ult. D. ad SC. Tertull.* At vix locus est huic verbo *induere*, & pleræque editiones habent inducere, quod magis probabile. *Hein.*

INDULGENS. *Indulgentior* annus: *l. 2. C. Theod. de fer. l. 7. C. Just. eod. tit.*

INDULGENTIA, id est, benigna concessio, per quam poenæ liberatio contingit: *l. 10. C. Theod. de indulg. crim.* Ita enim deportati, in metallum damnati, aut alias servi pœnæ effecti, indulgentia principis restitui dicuntur: *l. 2. l. 3. l. 11. C. de sent. pass.*

Indulgentia pro quavis gratia & beneficio quocumque. Beneficium Imperatoris, quod a divina ejus indulgentia proficiscitur: *l. 3. D. de constit. princ.*

Indulgentia debitorum, id est, gratia, qua debitores a debitis tributis, & publicis functionibus absolvebantur, de qua integer exstat titulus 38. *in Codicé Theod. lib.* 11. Erat autem harum indulgentiarum genus triplex, *reliquorum*, seu præteriti temporis, *in futurum*, immunitates scilicet a publicis functionibus, & *mixtum*, partim in præteritum, partim in futurum. Vid. Jac. Gothofred. *Paratitl. ibid.* Ceterum indulgentia eo sensu sæpissime in numis & sæculi quarti scriptoribus occurrit, ceu ostendit Gisb. Cuper. *ad Lactant. de mort. persequut. c. 34.*

Indulgentia secunda, de iterato baptismate, in *l. 4. pr. C. Theod. ne sanct. bapt. iter.*

Indulgentia ecclesiastica, quo differat a *dispensatione* Vid. in art. *dispensatio.*

IN-

INDULGERE, concedere, tribuere, dare. Sic *indulgere* advocatos petentibus. *Indulgetur* honori personarum & majestati Dei: *l.* 32. §. 4. *de recept. arb.*

Indulgere condonare. Propter Crispi atque Helenæ partum criminibus indulgemus: *l.* 1. *C. Theod. de indulg. crim.* Quum lex in præteritum quid indulget: *l.* 22. *D. de legib.*

INDULTUM, concessio condonatio. *Indultum* adnotationis: *l.* 39. *C. Theod. de navicular.* legis: *l.* 1. *C. Theod. de quinquenn. præscr. l.* 22. *C. eod. tit. de navicul.* principis: *l.* 1. *C. Theod. si nupt. ex rescript. pet.* sacrum: *l.* 2. *C. Theod. de indulg. crim.*

INDUSTRIA socii plerumque tanti est, ut plus societati conferat, quam pecunia: *l.* 29. *D. pro soc.*

De *industria*, data opera: *l.* 62. §. 1. D. *de evict. l.* 3. *D. de pignorat. act.* Donat. *in Andr. Terent. Act.* 5. *sc.* 6. De industria, ait, id est, scientia & providentia. Ea enim, quæ discimus & scimus operatione genita, industria quadam scimus.

INDUSTRIUM se præbere: *l.* 1 *C. qui & advers. quos.*

INEFFICACITER condemnatus: *l.* 2. *pr.* D. *quæ sent. sin. adpell.*

INEFFICAX actio: *l.* 13. *D. de jur. dot.* ademptio: *l.* 14. §. *ult. D. de adim. leg.* decretum: *l.* 3. *D. de colluf. deteg.*

INEMTUM, cujus venditio ex lege dicta resolvitur, seu aliqua conditione existente, pro infecta habetur: quo fit, ut ad venditorem pristinum ejus dominium redeat. Sic res inempta fit: *l.* 5. *D. de leg. commiss. l.* 7. C. *de pact. int. emt. & vend.*

INEPTIA. Ob ineptiam remotus tutor: *l.* 3. §. *ult. D. de suspect. tut.*

INERS obsequium: *l.* 10. *C. Theod. de re milit.* ubi inertis obsequii studium tribuitur iis, qui juvenes militiæ idoneos penes se, quocumque obtentu retinent, militiæque & patriæ muneribus subducunt.

INERTIA alterius non debet alteri jus corrumpi: *l.* 9. *D. de liberal. causs.* Ob *inertiam* remotus tutor: *l.* 3. §. *ult.* D. *de suspect. tut.*

INESSE dicuntur aliquando quæ, tametsi verbis expressa non sint, tacite tamen intelliguntur. Hinc *expressum esse*, & *inesse* sibi sæpe opponuntur. Conditiones extrinsecus, non e testamento venientes, id est, quæ tacite *inesse* videntur, non faciunt legata conditionalia: *l.* 99. D. *de condit. & demonstr.* Diversa caussa est voluntatis expressæ, & ejus, quæ inest: *l.* 138. §. *ult. D. de verb. oblig.*

INEXCUSABILIA onera: *l.* 50. §. 1. *D. de judic.* quæ remitti non possunt. Ita & *inexcusabilis* necessitas: *l.* 15. *C. Theod. de legat. & decret.*

INEXPIABILIS pœna: *l.* 9. *C. Theod. de hæret.* ultio: *l.* 9. *C. Theod. de tiron.*

INEXPLETA aviditas: *l.* 1. *C. Theod. de offic. rect. prov.* Ita & veteres scriptores loquuntur. Stat. Papin. *lib.* 2. *Thebaid. v.* 518. *Inexpleta* alvus. Sed *inexpletum lacrymans* adverbialiter dixit Virgil. *Aeneid.* 8. *v.* 559. Hein.

INFAMARE, alicujus famam lædere. Quodcumque quis dixerit ut alium infamet: *l.* 15. §. 27. D. *de injur.* Hæc res non numquam infamat: *l.* 79 *D. de judic.* est etiam infamiam irrogare. *Infamatur* uterque: *l.* 66. *D. de rit. nupt.* & contemptui exponere, ut: Quos vitæ humilitas infamaverit: Paull. *recept. sent. lib.* 5. *tit.* 15. §. 1.

IN-

INFAMIA, quamvis famæ & exiſtimationis labem ſignificat. Proinde ad infamiam alicujus fieri, (quod generaliter edicto prætor vetuit,) intelliguntur hæc, ſi in invidiam alicujus veſte lugubri utatur, aut ſqualida, aut ſi barbam demittat, vel capillos ſubmittat, vel ſi carmen conſcribat, aut proponat, vel cantet aliquid, quod pudorem alicujus lædat: *l.* 15. §. 27. *D. de injur.* Ad infamiam pertinet injuria, quum pudicitia attentatur: *l.* 1. §. 2. D. *eod. tit.*

Infamia etiam contemtum, & quodvis probum & dedecus ſignificat. Quo ſenſu hæretici dogmatis infamia dicitur: *l.* 1. §. 2. *C. Juſtin. de ſumm. Trinit. l.* 2. *C. Theod. de fid. cathol.*

Infamia, etiam ignominiam, & famæ inflictam notam demonſtrat; *tot. tit.* D. *de his qui not. inf.*

INFAMIS, *e*, & de perſonis & de rebus dicitur, *Infamis*, quando perſona ita dicitur, idem eſt, ac famoſus & ignominioſus, qui integræ famæ non eſt, ſed notatus: *l.* 1. *C. de infamib. l.* 8. *D. de accuſ. l.* 2. D. *de offic. adſeſſ.* Qui autem infames ſint, explanatur *tit. D. de his qui not. inf. tit. C. ex quib. cauſ. infam. irrog. l.* 1. *l. ult. D. ad Leg. jul. de vi privat. l.* 10. §. 2. D. *de poen. l.* 12. D. *de decurion.*

Infamis, quando res dicitur, idem eſt, ac quod infert ignominiam, vel famam & exiſtimationem lædit. Sic *Infamiſſima* utilitas tribuitur procuratoribus alienarum facultatum: *l.* 34. *l.* 92. *C. Theod. de decurion.* Erat enim hoc ſervile munus, ac proinde tales fundorum procuratores ſervis paſſim junguntur: *l.* 2. *C. Theod. de pign. l. un. C. Theod. de pecul. l. un. C. Th. quod juſſu.* Non ergo intelligendi procuratores, qui in judicio operam amicis præſtant, ceu docuit Jac. Gothofred. *in Commentar. ad l.* 92. *D. de decurion.*

INFANDÆ & ferales mentes apoſtatarum: *l.* 5. *C. Theod. de apoſtat.* Infandiſſimus tyrannorum Maximus: *l.* 7. *C. Theod. de infirm. his, quæ ſub tyrann.*

INFANS fari non poſſe creditur, & *infantis* adpellatione continetur, qui infra ſeptimum ætatis annum eſt: *l.* 1. §. 2. D. *de admin. & peric. tut.* Add. *l.* 18. *C. de jur. delib.* Vetus Gloſſar. Græcum: *Infans* ἧττων τῶν ἑπτὰ ἐτῶν, *minor ſeptem annis.* Ac plane Conſt. Harmenopulus infantem interpretatur ἑπταετῆ, ſeptennem, *lib.* 6. *tit.* 6. §. 7. eoque modo infantis ætas exaudienda eſt in *l.* 55. *D. de uſufr.* Proximo verro infantiæ Theophilus in §. 9. *Inſt. de inutil. ſtip.* accipit τοὺς ἀρξαμένους λαλεῖν καλῶς, ὁποῖοί εἰσιν οἱ ἕβδομον ἢ ὄγδοον ἄγοντες ἐνιαυτόν. *Incipientes recte fari quales ſunt, qui ſeptimum vel octavum annum agunt.* Sic & apud Græcos παιδίον intelligi ἑπτὰ ἄχρι ἐτῶν, ὀδόντων ἐκβολῇ, *uſque ad annum ſeptimum, quo dentes excidunt primulum* Moſcophul. *in libro* περὶ χεδῶν, & *in libro* qui συλλογὴ τῶν Ἀττικῶν ὀνομάτων inſcribitur, tradit, qua in re ſequutus eſt Hippocratem, qui hominis ætatem in ſeptem gradus diſtribuit, finemque primæ putavit ſeptimum annum. Cenſorin. *de die natal. c.* 14. Laudatur iſte Hippocratis locus a Philone *de creat. mund. p.* 16. ipſoque Moſchopulo περὶ χεδῶν *p.* 14. Attamen Græci non eamdem ſemper ſervant loquendi rationem. Nam Ariſtophanes Grammaticus apud Euſtathium obſervat, Βρέφος eſſe eum, qui modo natus ſit: παιδίον, ὃ ἡ τιθὴ τρέφει, *quem alat nutrix*; παιδάριον, qui jam ambulet & loquatur; παιδίσκον, qui

qui ſit ætatis illi proximæ ; παῖδα denique, qui jam per diſciplinas encyclicas curſum peragere poſſit: *Hein.*

INFANTILIS veſtis : *l.* 25. §. 9. D. *de aur. arg. mund. leg.* Uſus hoc adjectivo etiam eſt Juſtinus *lib.* 17. *extr.* Infantilibus blandimentis inductus. Et infantilem uterum dixit Apulei. *lib.* 5. *p.* 164. Hein.

INFAVORABILIS ; *infavorabiliter* : *l.* 6. *D. de collat. honor. l.* 2. §. 6. D. *de decurion.*

INFAUSTI adſpectus : *l.* 5. *C. de ſepulcr. viol.* damnatique hæreticorum conventus ; *l.* 34. *C. Theod. de hæret. Infauſtis* defunctorum obſequiis occupati, in *l.* 12. *C. Theod. de veteran.* iidem, qui copiatæ vocantur *l.* 1. *C. Th. de luſtr. collat.* de quibus ſupra ſub verbo *Copiata. Infauſtum* officium tribunorum per Africam, ad requirendos vagos & deſertores miſſorum ; *l.* 17. C. *Theod. de deſert. & occult.* Infauſta hoſpitalitatis præbitio ; *l.* 6. *C. de metat. Infauſtus* præſumtor, de tyranno ; *l. ult. C. Theod. de Epiſc.* infauſtas voces jactare ; *l.* 9. §. 1. D. *de his quæ ut indign.*

INFECTIO pro colore ; *l. ult. C. Theod. de veſt. olover.* Ejuſdem infectionis filo, id eſt, eodem colore tincta.

INFECTUS, vel, uti in *l.* 12. §. 2. *D. de captiv.* legitur, *infactus, a, um*, quod nondum factum eſt. Hinc pro infectis haberi dicuntur, quæ nulla ſunt: *l.* 3. C. *qui manum. non poſſ. l.* 20. *C. de don. int. vir. & ux.* Sic *infectum* æs apud Feſtum *lib.* 16. *in verbo rodus*, *ſignato* opponitur. *Infecti* argenti adpellatio rudem materiam continet, id eſt, non factam : *l.* 19. §. 11. *D. de aur. arg. Infecto* argento legato, fractum vel colliſum continetur : *l.* 27. §. 3. D. *eod. tit.* Si infectum argentum legatum eſt, quod ejus ita fractum eſt, ut eo, quod ad rem comparatum eſt, non poſſis uti ſine refectione, id legatum videtur : *d. l.* 27. §. 4. D. *eod. tit.* Si quis infectum argentum petat, & maſſam argenteam dicere, & pondus debebit ponere : *l.* 19. *D. de furt.* (Vid. ſupra ſub voce *argentum.*) Ita & *infectæ* materiæ pondus ; ſignatæ numerum ; factæ ſpeciem dici oportet : *l.* 6. *D. de rei vind.* & , ſi purpura *infecta* ſit, vel lana : pondus adjiciendum: *l.* 1. §. 40. D. *depoſ.*

Infectum damnum, quod nondum factum eſt, ſed futurum veremur : *l.* 2. D. *de damn. infect. l.* 1. *D. de rip. mun.* Vid. ſupra ſub art. *damnum.*

Aliud eſt *infectus* ab *inficere* de quo Vid. infra.

INFERIORES creditores, id eſt, poſteriores ; *l.* 24. §. *ult. D. de reb. auct. jud. poſſid.*

INFERIUS teſtamentum, pro poſteriore. Eoque modo *ſuperiori*, id eſt, priori adverſatur : *l.* 3. §. 4. D. *de injuſt. rupt. irrit. teſtam. l.* 19. D. *de teſtam. milit.*

INFERRE pedem finibus : *l.* 18. §. 2. *D. de adquir. vel amitt. poſſeſ.* monimento corpus : *l.* 2. *C. quæ res pign.* oſſa tumulo : Tacit. *Annal. lib.* 4. *c.* 44. pro quo *inferre* abſolute uſurpatur : *l.* 6. §. 1. *D. de diviſ. rer. l.* 20. §. 1. *D. de adquir. vel omitt. hered. l.* 30. D. *de adquir. poſſeſ. l.* 3. §. 3. D. *de ſepulcr. viol. l.* 6. §. 6. D. *commun. divid.* De inferendo mortuo interdictum : Vid. infra art. *de mortuo* inferendo.

Inferre cædem : Paull. *Sent. lib.* 5. *tit.* 23. §. 8. concuſſionem : *l.* 1. *C. de delict.* damnum : *l.* 41. *D. de Ædil. edict.* injuriam : *l.* 1. D. *de liberal. cauſ.* jusjurandum, id eſt, deferre : *l.* 11. *C. de reb. cred.* Et ita : Si reus actore *inferente* juraverit : *l.* 28. §. *ult.* D. de

de jurejur. Inferre manum alicui; *l. 13. D. de re milit.* metum mortis; *l. 8. D. quod met. cauf.* necessitatem; *l. 55. §. 2. D. ad SC. Trebell.* ftuprum vel adulterium; *l. 12. D. ad Leg. jul. de adulter.* vim; *l. 45. §. 4. D. ad Leg. Aquil.* vulnus; *l. 7. §. ult. D. de injur.*

Inferre, pro folvere: *l. 34. §. ult.* D. *de ftatul. l. 42. §. ult.* D. *de jur. fifc. Inferre* juftam æftimationem: *l. 14. §. ult. D. de jur. fifc.* injuriæ æftimationem: Paull. *lib. 5. Sent. tit. 4. §. 9.* partem debiti: *l. ult.* D. *qui pot. in pign.* pecuniam: *l. 13. D. de pollicit. l. 17. §. 4.* D. *de ufur.* penfiones: *l. 58.* D. *de ufufr.* plus debito: *l. 101.* D. *de folut.* pœnam: *l. 12. D. de manumiff. l. 29. fin. D. de Lege Cornel. de fals.* pretium: *l. 9. §. 2.* D. *de adquir. rer. dom.* quantitatem debitam: *l. 3. C. de jur. fifc.* fummas: *l. 40.* D. *de ftatul.* vectigal: *l. 7. in fin. D. de publican.* ufuras: *l. 1. C. de his, quib. ut indign.*

Inferre in rationes vel rationibus: *l. 12. D. de liberat. legat. l. 22. §. 8.* D. *mandat.* Si non intulit rationibus creditoris pecuniam: *l. 38.* D. *de negot. geft.* Quod amplius fuerit, rationibus heredis heredumve meorum inferatur: *l. 32. §. 4. D. de ufu & ufufr. legat.*

Inferre, id eft, intendere, movere. *Inferre* accufationem: *l. 1. §. 10.* D. *ad SC. Turpill.* actionem: *l. 39. D. de admin. & peric. tut.* controverfiam: *l. 1. C. de his quib. ut indign.* crimen: *l. 11. l. 18.* C. *ad Leg. jul. de adult.* Auctor ad Herenn. *lib. 4. c. 35.* Accufatoris officium eft, inferre crimina. *Inferre* litem: *l. 44. D. de judic.* quæftionem: *l. ult. C. de fervit. pign. dat.*

INFESTARE alterius domum: *l. 15. C. Th. de metat.*

INFESTARI per latrunculos: *l. 3. §. 2. D. de incend. ruin. naufr.*

INFESTUM nomen delatorum: *l. 24. C. Th. de petition.*

INFESTUS: *l. 11. §. 8.* D. *de legat. 3.* Non amare, nec tamquam inter infeftos: *l. 28. §. 2. D. de donat. int. vir. & ux.*

INFICERE contagione repetitionis (baptifmi) homines, femel munere divinitatis ablutos: *l. 4. pr. C. Theod. ne fanct. baptifm. iter.*

Infecta cruore chonchylii pallia & tunicæ: *l. ult.* C. *Th. de veft. olover.* id eft tincta.

INFICIARI in genere eft negare. Interdum eft creditum vel depofitum abnegare, ut *l. 13.* D. *depof.* Feftus *lib. 9. inficiari*, ait, eft creditum fraudare. Quinctil. *Declam. 245. Depofitum qui inficiatus fuerit, quadruplum folvat. Inficiari eft depofitum nolle folvere.* Inficiando depofitum nemo facit furtum: *l. 47.* D. *de furt.* Si rem depofitam loco non moveris, vel inficiandi animum habeas: *l. 3. §. 8. D. de adquir. vel amitt. poff.* Quod autem illis locis inficiari depofitum, hoc abnegare dicitur *l. 1. D. de furt. l. 11.* D. *depof.* & apud Plin. *lib. 10. Epift. 97.* & Tertull. *ad fcapul.*

Ad *Inficias* ire: *l. 44. §. 4.* D. *famil. ercifc.* Quod inficias ire abfque præpofitione, dicunt Terent. *Adelph. Act. 3. fc. 2.* Quinctilian. *lib. 3. Inft. orat. c. 7.* Gell. *lib. 16. c. 19.*

INFICIATIO, *l. 1. §. 4.* D. *de his, qui effud.* pro *negatione facti* ut Cicero loquitur. Sic *inficiatione* duplicantur actiones damni injuriæ ex Lege Aquillia, & interdum depofiti; & eorum quæ venerabilibus locis relicta funt: *§. 26. Inft. de act.* Hinc inficiatione crefcens cauffa: *l. 23. §. 10.* D. *ad Leg. Aquill.*

INFICIATOR, qui debere fe

ſe negat, nec bonam fidem adgnoſcit, ſed fruſtratur & tergiverſatur. Cicero *de orat. lib.* 1. *c.* 37. Ut ſi ille inficiator probaſſet judici, ante petitam pecuniam, quam eſſet cœpta deberi. Seneca de *benef. lib.* 2. *c.* 17. Quum alter triſtis ſit, & ſollicitus, qualis eſſe inficiator & fraudulentus ſolet. Quinctil. *lib.* 7. *c.* 2. An petitorem calumniari, an reum inficiatorem eſſe. Martial. *lib.* 11. *epigr.* 9. *In jus, o fallax, atque inficiator eamus.*

INFIDÆ advocationes: *l.* 16. *D. de pœn.*

INFIGERÆ vulnera; *l.* 32. *D. ad Leg. jul. de adult. Infixa* inædificatis junguntur: *l.* 21. *D. de inſtr. vel inſtr. leg. Infixa* navis: *l.* 7. *D. de incend. ruin. naufr.* In Florentino Codice eſt *inficta* navis. Et ita quidem loqui & ſcribere conſueviſſe veteres, pluribus exemplis docuerunt Cujac. *lib.* 9. *obſ. c.* 9. & Jac. Durantius Caſſell. *lib.* 2. *Var. c.* 15. Sed quum, quod ad ſenſum attinet, perinde ſit, utramvis accipias lectionem, abſonum eſſet, de lectione vera diſceptare velle. *Hein.*

INFINDERE Sylvam: *l. ult. D. de jur. immun.* Uſus eodem vocabulo Virgilius *lib.* 5. *Æn. v.* 142. *Infindunt pariter ſulcos.* Magis tamen proprie juriſconſulti de ligno & ſilva, quam poeta de ſulcis, videntur uſurpaſſe. *Hein.*

INFINITUM, quod finem aut modum certum non habet. At plerumque tamen magis ἀόριςον, quam id, quod fines & extremum non habet, ſignificat, idemque eſt ac indefinitum, vel immodicum. Ad *infinitum* extenditur æſtimatio: *l.* 8. §. *ult.* D. *rem rat. hab.* Perſonæ, quæ in numero parentium liberorumve ſunt, ſive proximi, ſive ulterioris gradus ſint, uſque ad infinitum: *l.* 53. *D. de rit. nupt. In Infinitum* jurare: id eſt, ſine ulla taxatione, ut ipſa explicat *l.* 68. *D. de rei vind. l.* 4. §. 2. D. *de in lit. jur.* In infinitum donarem: Paull. *lib.* 6. *Sent. tit.* 11. §. 6. In infinitum objicitur exceptio: *l.* 4. §. 17. *D. de dol. & met. except.* Nec enim in infinitum obligatus eſſe debet: *l.* 13. §. *ult. D. de damn. infect.* In infinitum procedere verba: *l.* 18. §. 3. D. *de inſtr. vel inſtrum. leg.* Lex in infinitum capere permittit: *l.* 7. §. 1. D. *de Leg. jul. repet.* Non onerandus eſt heres in infinito: *l.* 1. §. 11. *D. ut legat. ſeu fideic. cauſſ. cav.* In infinito hoc modo multos ſanos eſſe negaremus: *l.* 1. §. 9. D. *de Ædil. edict.* In infinito, videlicet per quamlibet fundi partem ire agere licebit: *l.* 9. D. *de ſervit.* In infinito ſupra ſuum ædificium imponere: *l.* 24. *D. de ſerv. præd. urban.* Sic & infinita vel immoderata æſtimatio: *l.* 40. D. *de damn. infect.* Infinita æſtimatio eſt libertatis: *l.* 178. §. *ult.* D. *de reg. jur.* Infinita cuſtodia: *l.* 4. §. *ult. D. de peric. & commod. rei vend.* Non infinita pecunia, ſed modica: *l.* 192. D. *de verb. ſignif.* Infinito pretio emere: *l.* 61. *D. ad Leg. Falcid.* infinitæ ſpecies unius generis: *l.* 3. §. 21. D. *de adquir. vel amitt. poſſeſ.* Tempus *infinitum*, & *certum* adverſantur: *l.* 91. D. *de condit. & demonſtr.* Infinitæ uſuræ: Paull. *lib.* 2. *Sent. tit.* 14. §. 3.

INFIRMARE, facere ut effectum non ſortiatur. Sic *infirmare* teſtamentum dicitur Teſtator qui efficit ne valeat: *l.* 2. D. *de his, quæ in teſt. del.* vel etiam ii quorum cauſſa infirmum fit. Sic: Non in totum teſtamentum infirmant filii, ſed tantum eum gradum, qui ab initio non valuit: *l.* 43. §. 2. D. *de vulg. & pupil. ſubſt. Infirmari* dicitur actio per exceptionem *l.* 112. *D. de reg. jur.*

confessio: *l.* 29. §. 1. *D. de donat.* contractus: *l.* 46. §. 2. D. *de jur. fisc.* donatio: *l.* 11. §. 5. D. *de don. int. vir. & ux.* exceptio replicatione: *l.* 4. §. *ult. D. si quis caution.* factum: *l. ult. C. si in fraud. patron.* fideicommissum: *l.* 18. *D. de legat.* 3. institutio: Paull. *lib.* 3. *Sent. tit.* 4. §. 7. legatum: *l.* 108. §. 9. *D. de legat.* 1. libertas: *l.* 29. D. *de manum. test.* obligatio: *l.* 136. D. *de verb. oblig.* promissio: *l.* 9. *C. de contrah. stipul.* Res facti infirmari jure civili non potest: *l.* 1. *D. de adquir. vel amitt. possess.* sententia: *l.* 1. D. *de fer.* scriptura: *l.* 4. *C. de jur. & fact. ignor.* Saepe *infirmari* & id dicitur, quod non valuit: *l.* 43. §. 2. D. *de vulg. & pup. subst. l.* 15. D. *de condit. inst. l.*46. §.2. *D. de jur. fisc.*

INFIRMITAS. Si propter infirmitatem (imbecillitatem) retinere equi impetum non potuit, vel sustinere mularum impetum: *l.* 8. §. 1. D. *ad Leg. Aquill.* ubi infirmitatem culpae adnumerari, Caius ait; puta quod infirmitatis parum memor aliquid suscepit quis, quo alteri nocetur: §. 4. §. 5. §. 6. §. 7. §. 8. *Inst. de Leg. Aquil.*

Infirmitas aedificii: *l.* 43. D. *de damn. infect.* aetatis: *l.* 8. D. *de minor.* corporis: *l.* 17. *D. de oper. libert.* faeminae: *l.* 2. §. 2. D. *ad SC. Vellei.* humana: *l.* 1. §. 4. D. *de oblig. & act.* memoriae: *l.* 44. D. *de adquir. vel amitt. possess.* sexus: *l.* 18. D. *de jur. fisc.*

Infirmitas, pro adversa valetudine. Si ex infirmitate decesserit: *l.* 30. §. *ult.* D. *de adim. leg.* & ita accipe id vocabulum in *l.* 2. D. *qui sine manumiss. l.* 2. § 43. D. *ad SC. Tertull. l.* 18. D. *de judic. l.* 6. *D. de his, qui sui vel alien. jur.*

INFLARE, pro augere. Vectigalia, quae calor licitationis ultra modum solitae conductionis inflavit: *l.* 9. D. *de publican.*

INFLIGERE damnum: *l.* 50. *D. ad SC. Trebell.* maculam: *l.* 26. D. *de poen.* poenam: *l.* 2. D. *ad Leg. jul. de adulter.* summam poenae nomine: *l.* 1. *C. de fiscul. usur.* usuras: *l.* 3. §. 4. *D. ubi pupill. l.* 11. *l.* 17. §. 3. *D. de usur.* Vid. supra sub art. *adfligere.*

INFLUERE. Aqua, si in partem aquagii influxit: *l.* 9. *D. quemadm. servit. amitt.*

INFODERE. Infossa dolia fundo: *l.* 54. §. *ult.* D. *de act. emt.*

INFORMARE, de novo excitare, vel condere: *l.* 1. C. *Th. de oper. publ.* Nullus judex novum opus informet. At *informare* actiones petitoris, in *l.* 12. *C. Th. de fid. test.* dicitur reus, qui titulum suae possessionis actori edit.

INFORTUNIO alieni criminis stringi: *l.* 1. *pr.* C. *Theod. de bon. proscript. Infortunium* naufragii: *l. ult. C. de naut. foen.*

INFRA, id est, alio posteriore legis capite: *l.* 2. D. *ad Leg. Aquill.*

INFRINGERE actionem aequitate defensionis: *l.* 12. *D. de dol. mal. & met. except.* Infringitur datio: *l.* 10. *D. de reb. dub.* fides venditionis: *l.* 2. *C. commun. rer. alienat.* immunitas: *l.* 11. §. 2. D. *de mun. & hon.* jus libertatis: *l.* 71. §. 3. *D. de condit. & demonstr.* officium tutoris: *l.* 5. §. 8. D. *de admin. & peric. tut.* testamentum testimonio suo: *l.* 5. §. 15. D. *de his, quae ut indign.* Hereditas materterae petita non infringit alterius hereditatis petitionem: *l.* 3. *C. de pet. her.* Infringitur spes: *l.* 9. §. 3. *D. de statulib.*

INFRUCTUOSAE arbores: *l.* 13. §. 4. D. *de usufr.* Infructuosus fundus: *l.* 13. D. *de reb. eor. qui sub tut.* Infructuosum ratio-

tioni suæ prædium: *l. ult. §. ult. D. de legat. 3.*

INFULÆ pro quavis dignitate accipiuntur. Sic *infulis* dicati: *l. 122. C. Theod. de decurion. Infulæ* dignitatis: *l. 27 42. 155. C. Theod. eod. tit. Infulæ* duumviratus aliorumque honorum: *l. 19. C. Theod. de adpell.* Infulas adfectati honoris amittere: *l. 8. C. Theod. de cohortal.* Infulæ imperiales: *l. ult. in fin.* C. *de quadr. præscr.* potestatis: *l. un. C. Th. ne sine juss. princip.* Infularum splendore decorati: *l. ult. C. Th. de palat. sacr. larg.*

INFUNDERE. Infusum venenum per vim: *l.* 1. §. 19. D. *de SC. Silan.*

INGENIUM, indoles, natura, habilitas, prudentia. Circa advocatos diligentem esse oportet, sed cum ingenio: *l. 9. D. de offic. proconf.* Inter artifices longa est differentia ingenii & naturæ: *l. 31. D. de solut.* Ex natura ingenioque ejus, cui relictum est, statuendum erit: *l.* 12. D. *de legat. 3.* Magno ingenio de jure aperto respondit: *l* 109. D. *de condit. & demonstr.* Simulatæ observationis ingenia & fraudes depellere: *l. 6. C. Theod. de curiof.* Mentiri callide paupertatis ingenium: *l. 1. C. Theod. de censitor.* Servilis ingenii nequitia: *l. 3. C. de libert. & eor. liber.* Subtili ingenio auferatur: *l. 2. C. de commerc.* Auctoritatem dignitatis ingenio suo augeat: *l. 19. D. de offic. præsid.*

Ingenium etiam ingenitam cuique animali vim denotat, ut in *l.* 34. §. 9. D. *de Ædil. edict.* Si nata sit mula eo ingenio, ut alterum jugum non patiatur.

Quin nomen hoc ad ea quoque, quæ anima & sensu carent, transfertur, ut in *l. 6. C. de bon. proscr. Ingenium* ruris. Virgil. *lib.2. Georg. v.* 177. *Nunc locus arvorum ingeniis.* Ingenium loci apud Ovid. *ex Ponto lib. 2. v.* 52. Tacit. *lib. 6. Annal. c.* 41. Locorumque ingenio sese contra imbelles regias copias tutabantur. Sallustius *lib. Hist.* apud Non. Marcell. Castrisque collatis, pugna tamen ingenio prohibebantur: scilicet ingenio loci. Apulei. de mundo *lib.* 1. *p.* 56. ingenia loci qualitatemque dixit, & *de Deo Socr. p.* 47. ingenium regionis. Flor. *lib. 2. c. 6.* Observato loci ingenio. Idem *lib. 2. c. 16.* Ingenium situs dixit Gellius *lib.* 12. *c.* 1. Ingenia lactis & proprietates. Eadem loquutione usi sunt Columella *de re rust. lib. 6. c.* 1. ubi ingenium animi in pecudibus: Gell. *lib. 3. c. 6.* ingenium palmæ. Add. Tertull. *de habit. mulier. c.* 2. Pompon. Mela *de sit. orb. lib.* 1. *c.* 13. Quidquid enim rei cuidam veluti ingenitum & naturale erat, id veteres ingenium adpellabant.

INGENUITAS statum ingenuorum, eorumque conditionem significat: *l. 2. §. ult. l.* 5. D. *si ingen. esse sic.* Hinc ingenuitas & libertinitas opponuntur: *l.* 2. §. 1. D. *eod. tit. l.* 12. §. 1. D. *quand. adpell.* Ingenuitatis jura: *l.* 4. D. *de jurejur.* instrumenta: *l.* 2. §. *ult.* D. *quib. ad libert. procl.* status: *l. 3. D. de natal. restit.*

INGENUUS is est, qui statim ut natus est, liber est, seu, ut ait Imperator, qui cum libertate solem adspexit: *l.* 14. *C. de fideic. libert.* ita dictus quod ipsi quasi ingenita est libertas quasi dicas *liberum ingenuum*, id est, nativum. Quidquid enim nativum, non factitium est, veteribus erat *ingenuum.* Sic ingenui fontes apud Lucret. *lib.* 1. *v.* 230. opponuntur puteis fossis. Ingenuæ agri opes, apud Prudent. *hymn. ante cib. v.* 51. sunt fructus in agro nati. Ingenui crines apud Statium *lib. 2. Silv.* 1. *v.* 44. sunt nativi

& proprii, oppositi adscititiis & peregrinis, eo tempore maxime usitatis. Quemadmodum ergo ingenuum dicebatur, quidquid non erat factitium: ita & homines liberi id nomen ferebant, qui non facti, sed statim, ut nati essent, liberi erant. Qualis est, qui natus est ex matre, quæ tempore partus vel conceptionis, vel intermedio libera fuit, *pr. Inst. de ingen. l.* 5. §. 2. *D. de stat. hom. l.* 11. *C. de oper. libert.* Hinc ingenuus est, sive ex duobus ingenuis natus sit, sive ex libertinis duobus, sive ex altero libertino, & altero ingenuo. Item qui ex matre libera, licet patre servo, natus est, *pr. Inst. de ingen.* & apud Caium *lib.* 1. *Inst. tit.* 1. *pr.* Nec officit ingenuitati manumissio, si quis ingenuus natus inde in servitutem detrusus fuerit: §. 1. *Inst. eod. tit.* e. g. a latronibus captus: *l.* 13. *pr. D. qui testam. fac.* Nec liberi olim permittente jure vetere a patre venum dati, vel noxæ dediti, item obærati, addicti creditoribus, posteaque manumissi, libertini sunt, sed ingenui.

Dicebantur præter eos *ingenui*, qui licet tales non essent, ingenuorum fruerentur juribus, quales erant natalibus restituti: *l.* 3. *D. de natal. restit.* aut qui jus aureorum annulorum acceperant ab Imperatore: *l.* 4. 5. 6. *D. de jur. aur. annul.* aut qui ingenui sententia judicis erant judicati, quamvis tales non essent: *l.* 25. *D. de stat. hom.*

Ingenuum Græci εὐγενῆ adpellant. In cujus verbi interpretatione plerique juris ignorantia lapsi sunt, ut apud Galenum *in libro de cognoscendis curandisque animi morb. c.* 9. *p.* 134. *Tom.* 6. Τὸ δ' ἐν πλούτῳ πρωτεύειν οὐκ ἀρετῆς, ἀλλὰ τύχης ἔργον, ἥτις καὶ δούλους, καὶ ἀπελευθέρους ἐργάζεται, ἡμῶν τῶν ὀνομαζομένων εὐγενῶν πλουσιωτέρους. Divitiis excellere, non virtutis sed fortunæ est, quæ & servis, & libertinis dat operam, nobis, qui ingenui dicimur, multo opulentioribus. Ubi male interpretes *generosi & nobiles*.

INGERERE, offerre, inferre, inserere. Unde quum eo sensu ingerere occurrat in *l. ult. C. Theod. de indict.* verbum *inferre* pro eo reposuit Tribonianus, *l. ult. C. Inst. eod. tit.* Qualis mutatio etiam observatur in *l. un. C. de oblat. veter.* juncta *l. un. C. Theod. eod. tit.* Huc pertinent illa: Cujus se defensor ingerit: *l.* 21. §. *ult. D. ex quib. causs. maj.* Ingerere libellos adpellatorios: *l.* 56. C. *Theod. de adpell.* maledictum aut convicium; Paull. *Sent. lib.* 5. *tit.* 4. §. 20. manus audaces: *l.* 8. §. 3. *C. de repud.* numerum personarum: *l.* 6. *C. Theod. de custod. reor.* operas suas invito: *l.* 25. *D. de procurat.* pœnam: *l.* 6. *C. Th. ad Leg. Jul. repetund.* aliquid refutatoriis: *l.* 11. *C. Th. de adpell.*

INGLORIUS. Inglorios esse non patimur: *l.* 9. *C. Theod. de domestic.* Glossa Cyrilli: ἀκλεής, *inglorius.*

INGRATA testamenta vocabantur eorum, qui bene de se meritis honorem testamento non habuerant, nec eos legato ullo erant prosequuti. Ideoque primipilariorum, quos ipse promovisset, testamenta, ut ingrata, rescidisse Caligulam, refert Sueton. *in Calig. c.* 28.

INGRATI actio heredibus patronorum, sicut ipsis manumissoribus, defertur: *l.* 3. *C. de libert. & eor. lib.* qua nempe libertus ingratus in servitutem revocabatur, §. 1. *Inst. de cap. demin. l. un. C. de ingrat. lib.* Lege quidem Ælia Sentia actio prodita erat adversus libertos ingratos, ut in

in latumias darentur ad perpetuas operas. Vid. Dosith. *Sent. & Epist. D. Hadriani III. 3. p. m.* 862. *seq.* Jac. Cujac. *Obs. lib.* 10. *c.* 33. Jan. Vinc. Gravin. *de Legib. & SCtis p.* 528. *seq.* Iidem ut in servitutem revocarentur Claudius Imperator invexit: Sueton. *in Claud. c.* 25. quod quidem non videtur expressa quadam constitutione vel SCo definivisse, sed extra ordinem quosdam ingratos libertos ita mulctasse. Sane temporibus Neronis quum ad senatum referretur, ut liberti ingrati revocarentur in servitutem, id plerisque displicuit, additumque nihil aliud læso patrono concedi, quam ut vicesimum ultra lapidem in oram Campaniæ libertum possit relegare. Tacit. *Annal. lib. 3. c. 26.* Eoque jure usi videntur Romani, donec Commodus Imperator, quod extra ordinem fecerat Claudius, edita constitutione induceret: *l. 6.* D. *de agnosc. lib.* Jac. Ruevard. *conjectan.* Vid. Hein. *Antiq. Rom. ad Inst. lib.* 1. *tit. 6.* §. 9. *& not.* Theodosianus & Valentinianus in *Novell. tit. 6.* antiquas, aiunt, sanctiones sic opprimere sub *ingrati* actione libertos, ut ab heredibus defunctorum præcipiant in servitutem revocari, velut injuriarum & superbiæ reos. *Ingratus* autem libertus est, qui patrono obsequium non præstat, vel res ejus filiorumve tutelam administrare detrectat: *l.* 19. *D. de jur. patron.* Plane ut ingratus a patrono puniri non potest, qui suis numis emtus est ab eo, a quo manumissus est: *l. 7. C. de oper. libert.* Liberta ingrata non est, quod arte sua contra patroni voluntatem utitur: *l. ult. D. de obseq. parent.*

Ingratus, in *l.* 36. §. *ult.* D. *mand.* pro invito & nolente. Unde *ingratiis* adverbialiter acceptum, apud Plaut. *Milit. glor. Act.* 2. *sc.* 5. *v.* 39. & alibi passim, & Terent. *Heaut. Act.* 3. *sc.* 1. *v.* 37.

INGRAVARE. Per singulos obolos, libræ unius auri dispendiis *ingravetur*, id est, mulctetur, afficiatur: *l.* 2. *C. Theod. de aquæd.*

INGRAVIS valetudo: *l.* 3. *pr. D. de SC. Silan.* Vid. supra *indifficilis.*

INGREDI bona debitoris: *l.* 14. *D. ex quib. causs. in possess. eat.* possessionem: *l.* 44. §. *ult.* D. *de adquir. vel amitt. possess.*

Ingredi, auspicari. *Ingressus* annum: *l.* 48. *D. de cond. & dem.* consulatum: *l.* 36. *D. eod. tit.*

INGRESSUS, *us*, pro introitu & initio. Quæstura ingressus est, & quasi primordium gerendorum honorum: *l.* 1. §. 3. D. *de offic. quæst.* Dum in judicio honor petitur, qui in ingressu sacramenti offerri debuit: *l.* 1. §. 5. *D. de extraord. cognit.* Ingressus litis: *l.* 15. *C. de judic.*

INGRUERE. Ingruentis consilium: Paull. *Sent. lib.* 5. *tit.* 4. §. 8. Si hiems ingruerit: *l. 6.* §. *ult. D. de servit. præd. rust.*

INHABILIS tam persona quam res minus idonea dicitur. *Inhabilis* ad agendum: *l.* 1. §. *ult. D. quod cujusq. univ. nom.* Inhabile iter: *l.* 4. §. 5. D. *si serv. vind.* Inhabilis tueri rempublicam: *l.* 11. D. *de decur.*

INHABITARE domum: *l.* 14. *C. de usur. l.* 4. §. 6. *D. de damn. inf.* partem (domus): *l.* 5. *D. de his, qui effud.* in fundo: *l.* 78. *D. de legat.* 3.

INHABITATORES perpetui, qui non divertendi, sed habitandi caussa, in caupona sunt: *l.* 1. §. *ult. D. furt. adv. naut. caup. & stab.*

INHÆRERE officio: *l.* 8. *C. Theod. de numerar.* Inhæret caussa stipulationi: *l.* 13. D. *judic. solv.*

INHIARE fortunis alienis: *l.* 21. *C. mand.* Inhiantibus populis: *l.* 4. C. *Th. ne quid. publ. læt. nunc.* id est, occurrentibus undique hominibus, magnoque sacrorum vultuum visendorum desiderio studioque confluentibus.

INHIATIO, cupiditas, vel desiderium. Inhiatio inverecunda petentium: *l.* 15. C. *Theod. de petition.*

INHIBERE, verbum nauticum esse tradunt grammatici, erroremque suum ultro aiunt agnovisse Ciceronem, *lib.* 13. *ad Attic. Epist.* 21. quod eo pro Latino usus sit. Alex. Mor. *in præfat. Euseb. Thesauro temporum Scalig. præmissa p.* 1. 13. Ex eo vero Ciceronis loco patet, verbum hoc illum non tamquam nauticum, & parum Latinum, damnasse, sed *quod arbitratus esset, sustineri remos, quum inhiberi essent remiges jussi*, quum postea coram viderit, *non sustineri, quum inhibeant: Sed alio modo remigare.* Rejicit ergo non vocem, sed usum ejus pro ἐποχῆ, quam similitudo illa vel metaphora, a nautis petita, plane non exprimit. Plura ad eum locum notant viri docti, qui omnino sunt ab elegantiæ studiosioribus adeundi. *Hein.*

In jure nostro id verbum pro prohibere, vel impedire accipitur. Sic *inhibentur* actiones: *l.* 31. D. *de noxal. act.* alienatio: *l.* 56. §. *ult.* D. *de jur. dot.* arbiter: *l.* 32. §. 10. *D. de recept. arb.* conamen: *l.* 22. *C. mandati.* cursus usurarum: *l.* 4. C. *de usur. pupil.* donatio: *l.* 7. D. *de donat.* exactio: *l.* 3. *C. de novat.* nuptiæ: *l.* 16. D. *de sponsal.* opus: *l.* 9. D. *commun. divid.* persecutio: *l.* 44. *D. de vulg. & pupil. subst.* petitio: *l.* 47. *D. de oper. libert.* restitutio: *l.* 6. C. *de pact.* vindicatio: *l.* 10. *D. de reb. eor. qui sub tut.* usucapio: *l.* 24. D. *de usur.*

INHONESTE nubere: *l.* 63. *D. de condit. & dem.* vivere: *l.* 48. §. *ult.* D. *de verb. signif.*

INJECTIO manus erat vetus ritus rem suam vindicandi. Quod cum rudiore sæculo extra jus, & privato arbitrio, fieret: postea in ipso jure ille ritus adumbratus est, quoties lis erat de vindiciis. Tunc enim is, qui sibi vindicias dari postulabat, rei præsenti, vel ejus symbolo, veluti glebæ, injiciebat manum. Ad quem morem sæpissime adludunt poetæ. Virgil. *Æn. lib.* 10. *v.* 419. *Injecere manum Parcæ.* Ad quæ verba Servius: *Sermone juris*, inquit, *usus est. Nam manus injectio* dicitur, quoties, nulla judicis auctoritate exspectata, *rem nobis debitam vindicamus.* Ex quo loco simul patet, sæpe sibi homines hoc jus manus injiciendi stipulatos esse, ne opus esset judicii ambagibus. Ovid. *Amor. lib.* 1. 4. *Et dicam: mea sunt, injiciamque manum.* Et *lib.* 2. *eleg.* 5. *v.* 30. *Injiciam dominas in mea jura manus.* Martial. *lib.* 1. *Epigr.* 5. *Et quum se dominum vocabit ille: Dicas, esse meos, manuque missos.* Inde ergo intelligitur, stipulationem illam, qua veteres sibi manus injectionem, vendito mancipio, excipiebant, ad id comparatam fuisse, ut liceret venditori mancipium sine judicis auxilio sibi vindicare, si legibus contractus non stetisset emtor. *Hein.*

Injectionem manus excepisse venditor dicitur, *l.* 10. §. 1. *D. de in jus voc.* qui eam legem in vendendo mancipio dixit, ut, si mancipium prostitueretur, manus in id injicere sibi liceret, & id abducere: *l.* 1. D. *qui sine manumiss. l.* 1. §. 4. *C. de Lat. lib. toll.*

INJICERE quid in collum: *l.* 7. *D. ad Leg. jul. de vi publ.* conditionem: *l.* 13. §. *ult. D. de statul. l.* 12. §. *ult. D. de manum. test.*

test. l. 34. §. *ult.* D. *de adquir. vel amitt. hered.* conditionem legato: *l.* 6. D. *de legat.* 1. manus in servum: *l.* 9. D. *de serv. export. l.* 2. C. *eod. tit. l.* 20. §. 1. D. *de manum.* Vid. infra sub artic. *manus.*

INIMICITIÆ capitales. Solebant veteres, si quæ graves inter eos inciderint simultates, amicitiam sollemni ritu quadam ratione renunciare, & inimicitias præsentibus superstitibus profiteri. Quem morem evidenter visus est Suetonius expressisse *in vita Claudii*, cum scriberet Germanicum Pisoni amicitiam renunciasse. Verba Suetonii hæc sunt: At ne tunc quidem ultra progressus, quam ut amicitiam ei renunciaret mandaretque domesticis ultionem, si quid sibi accideret. Ad hunc morem videtur etiam Valerius Maximus respexisse, *lib.* 4. Ait enim Tiberium Gracchum Tribunum plebis inimicitias ex professo, cum Africano & Asiatico Scipionibus gessisse. Idem Valerius *eod. lib.* sic de Metello Macedonico scribit: Acerrime cum Scipione Africano Macedonicus discusserat, eorumque ab æmulatione virtutis profecta contentio ad graves testatasque inimicitias progressa fuerat. Nec id quoque visus est Sidonius Apollinar. ignorasse, qui sic *Epistolarum lib.* 7. scribit: Inimicitias indictas honeste exercet, tarde credit, celeriter deponit: Cicero etiam auctor est, inimicitias olim denunciari solitas: Sic enim pro Lucio Flacco scribit: Etenim cum a clarissimis viris justissimas inimicitias sæpe cum bene meritis civibus depositas esse vidissem, non sum arbitratus quemquam amicum reipublicæ, posteaquam Lucio Flacci amor in patriam perspectus est, novas hinc inimicitias nulla accepta injuria denunciaturum. Senec. *lib.* 10. *Epist.* Inimicitias mihi denuncias, si quicquam ex his, quæ quotidie facio ignoraveris. Idem *de ira lib.* 3. Hortensius simultates tibi indiceret, & Cicero, si derideres carmina ejus, inimicus esset. Et hæc quidem quum ita sint, nunc intelligibile est, quales *inimicitias* adpellaverint Jurisconsulti capitales, *l.* 18. *in fin. de procur. l.* 15. D. *de recept. arb. l.* 6. *D. de excus. l.* 3. §. 9. *D. de adim. vel transf. leg. l. ult. D. de his, quæ ut indign.* & §. *item si propter Inst. de excusat.* Eas nimirum, quas alter alteri testato denunciaverat. Certe quia sanguinem & vindictam spirabant ex professo, indeque capitales adpellatæ omnino videri possunt. Nec aliud voluisse visus est Seneca, cum sic *de ira lib.* 3. scriberet: Quid juvat tamquam in æternum genitos iras indicere, & brevissimam ætatem dissipare. Ræward. *Varior. lib.* 5. *c.* 15. Vid. supra art. *capitalis.*

INIMICORUM quæstioni fides haberi non debet, quia facile mentiuntur: *l.* 1. §. 24. D. *de quæst.*

INIQUITAS loci: *l.* 1. §. 1. *D. si quadr. paup.* id est, asperitas. *Iniquitas* judicantium: *l.* 1. D. *de adpell.* ponderum: *l.* 32. *C. Theod. de suscept.* repentini casus: *l.* 3. *C. de inoff. test.* sententiæ: *l.* 18. §. 1. D. *de mun. & hon.*

INIRE, ingredi, capessere. *Inire* consulatum: *l.* 19. *D. de condict. indeb.* honorem: *l.* 11. *D. de pollicit.* magistratum: *l.* 54. *D. de procur.* officium: *l.* 39. §. 9. D. *de administr. & peric. tut.*

Inire æstimationem: *l.* 41. D. *ad Leg. Aquil.* computationem: *l.* 68. *D. ad Leg. Falcid.* consilium: *l.* 43. §. 7. *D. de Ædil. edict.* numerum: Paull. *Sent. lib.* 4. *tit.* 14. §. 3. navigationem: *l.* 3. D. *de mort. causs. don.* quantitatem bono-

bonorum: *l.* 1. §. 6. *si cui plusquam per leg. Falcid.*

Inire communionem: *l.* 67. D. *pro soc.* consortium: *l.* 52. §. 8. *D. eod. tit.* contractum metu: *l.* 6. *C. de his, quæ vi & met.* conventionem; *l.* 1. C. *de duob. reis.* negotiationem: *l.* 1. *D. de negot. gest.* societatem: *l.* 65. §. 3. D. *pro soc.*

INITIARE *Initiata* his cunabulis auctoritas: *l.* 1. *D. de offic. præf. præt.* opera: *l. ult. C. de oper. publ.* Initiati orthodoxorum ritu: *l.* 6. *C. Theod. ne sanct. baptism. iter.* curiæ sacris: *l. ult.* C. *Theod. quemadm. mun. civ.* Initiatus sponte, &, qui consortio majorum retinetur, opponuntur: *l.* 16. *C. Th. de divers. offic.*

INITIUM justum pro titulo; *l.* 2. C. *de long. temp. præscr.*

Ab *initio* inutile legatum fuisse, & ex accidenti postea in eum casum pervenisse, opponuntur: *l.* 51. D. *ad Leg. Falcid.* Quæ ab initio inutilis fuit, institutio, ex post facto convalescere non potest; *l.* 210. D. *de regul. jur.*

Ab *initio* idem est, quod dicitur in continenti, *l.* 13. *C. de pact.* & ex tempore contractus, *l. pen. C. de pact. int. emt. & vend.*

Ab *initio* caussam agere: *l.* 19. D. *de adpell.* id est, ex integro, sicuti in *l.* 24. *in fin.* D. *depos.*

INJUNGERE, imponere mandare. *Injungere* conditionem personæ: *l.* 69. D. *de condit. & demonstr.* curam: *l.* 8. D. *de alim. & cibar. leg.* educationem: *l.* 1. §. *ult.* D. *ubi pupill.* munus: *l.* 2. *C. quo quisq. ord.* necessitatem: *l.* 25. §. 4. *D. de Ædil. edict.* satisdationem: *l.* 1. §. 11. D. *ut legat. seu fideic.* separationem: *l.* 12. §. 7. *D. de instr. vel instr. leg.* servitutem; *l.* 9. D. *comm. præd.*

Injungere, adferre, inferre, irrogare. *Injungere* damnum: *l.* 135. D. *de verb. signif.* pœnam Ulp. *Reg. tit.* 1. §. 2. *l.* 2. D. *de prævar. l.* 7. §. 21. *D. de interd. & releg. Collat. Leg. Mos. & Rom. tit.* 14. §. 13. servitutem, id est, in pœnam servitutem cui irrogare: *l.* 6. §. *ult. D. de pœn.*

Injungere, adjungere. *Injuncta* morti possessio: *l.* 13. §. 5. D. *de adquir. vel omitt. poss.* Eamdem hujus verbi notionem probant ex *l.* 2. §. 19 D. *de orig. jur.* ubi Pomponius: *Et his Dictatoribus Magistri æquitum injungebantur sic, quomodo regibus tribuni celerum.* Sed dubiæ sanitatis est hic locus, & in plerisque codicibus legitur adjungebantur: Bynkersh. *Prætermiss. p.* 38. Hein. *Injuncta* Domui area: *l.* 57. D. *locat.*

INJURIA, ait Ulpianus, ex eo dicta est, quod non jure fit. Omne enim quod non jure fit, injuria fieri dicitur. Interdum injuriæ adpellatione damnum culpa datum significatur, ut in Lege Aquillia dicere solemus: *l.* 1. *D. de injur.* Idem Ulpianus in *l.* 5. §. 1. D. *ad Leg. Aquill.* Injuriam autem hic accipere nos oportet, non, quemadmodum circa *injuriarum* actionem, contumeliam quamdam, sed quod non jure factum est, hoc est, contra jus, id est, si culpa quis occiderit. Et mox: Igitur injuriam hic accipiemus damnum, culpa datum etiam ab eo, qui nocere noluit. Justinian. *pr. Inst. de injur.* Generaliter injuria dicitur omne, quod non jure fit. Specialiter alias culpa, quam Græci ἀδίκημα dicunt, sicut in Lege Aquillia damnum injuriæ accipitur. Unde, quod a quadrupede datur, injuria factum non dicitur, sed proprio nomine *pauperies* adpellatur. Nam, ut denuo ait Ulpianus, pauperies est damnum sine injuria facientis datum, nec enim potest animal injuriam fecisse, quod sensu caret, *l.* 1.

l. 1. *D. si qudrup. paup.* §. 2. *Inst. eod. tit.* Seneca *lib.* 2. *de ira c.* 26. Nulla est injuria nisi a consilio profecta. Nocere itaque nobis possunt (muta animalia) & ferrum aut lapis : injuriam quidem facere non possunt. *Injuria* igitur tam denotat quod dolo quam quod culpa fit contra jus alterius. Hinc per injuriam, id est, per vim, ex bonis alienis aliquid auferre : *l.* 3. §. 2. *D. ad Leg. jul. de vi privat.* Ea autem significatione, qua injuria culpam significat, accipe *l.* 9. §. 2. *D. de minor. l.* 6. D. *naut. caup. stab. l.* 19. *D. commod. l.* 41. *D. locat.* Unde Legis Aquilliæ actio damni injuriæ actio vocatur : *l.* 1. *D. de publican. l.* 54. *D. de adquir. rer. dom. l.* 10. *in fin. D. de edend. l.* 6. §. 1. *D. naut. caup. stab. l.* 111. D. *de reg. jur.* Cujus actionis fit mentio apud Ciceron. *pro Q. Roscio c.* 11. & Quinctilian. *Declam.* 13. & *Declam.* 385. de qua etiam vide supra sub art. *damnum.* Damnum autem injuria non videtur dedisse, qui defendendi sui caussa vicini ædificium, orto incendio disturbavit: *l.* 3. §. *pen.* D. *de incend. ruin. naufr. l.* 49. §. *ult.* D. *ad Leg. Aquill.*

Injuria pro damno quolibet & incommodo. Sic *injuria* necessitatis, voluntati opponitur : *l.* 4. *C. Theod. de aur. coron.* Inde *Injuriosæ* necessitatis sors : *l.* 1. *C. Theod. ne quid publ. lætit. nunc.*

Interdum & iniquitatem *injuriam* dicemus. Nam quum quis inique, vel injuste sententiam dixit, injuriam ex eo dictam, quasi *non juriam l.* 1. D. *de injur.* Justinianus *pr. Inst. de injur.* Injuria, ait, alias dicitur iniquitas & injustitia, quam Græci ἀδικίαν vocant. Quum enim prætor vel judex non jure contra quem pronuntiat, injuriam accepisse dicitur. Quæ verba sumta videntur ex Paulli libro singulari *de injuriis*, uti adparet ex *Collat. Leg. Mos. & Rom. tit.* 2. §. 5. Sic : adversus injuriam adpellare : *l.* 7. §. 1. *D. de minor. Injuria* quæ fit emtori non debet auctorem contingere : *l.* 50. D. *de evict.* Ab eo, cujus ea de re notio fuit, injuriam passus : *l.* 6. *C. de excus. tut.*

Specialiter etiam *injuria*, ut ait Ulpianus, dicitur contumelia : *l.* 1. *D. de injur.* quæ a contemnendo dicta est, quam Græci ὕβριν adpellant : *pr. Inst. de injur.* Talis injuria fit, aut re, aut verbis. Re quoties manus inferuntur : verbis, quoties non manus inferuntur, sed convicium fit. Omnisque injuria aut in corpus infertur, aut ad dignitatem pertinet. In corpus fit, quum quis pulsatur ; ad dignitatem, quum comes matronæ abducitur : ad infamiam, quum pudicitia attentatur : *l.* 1. §. 1. *D. eod. tit.* Paullus *libro sing. de injur.* ut est in *Collat. Leg. Mos. & Rom. tit.* 2. §. 5. Edictum, inquit, de injuriis ad injuriam pertinet, quæ contumeliæ caussa fit. Fit autem injuria vel in corpore, dum cœdimur, vel verbis, dum convicium patimur, vel cum dignitas læditur, ut quum matronæ vel prætextatæ comites abducuntur. Justinianus §. 1. *Inst. de injur.* Injuria committitur, non solum, quum quis, pugno puta, aut fustibus cæsus, vel etiam verberatus erit, sed & si cui convicium factum fuerit, sive cujus bona quasi debitoris, quum nihil deberet, possessa fuerint ab eo, qui intelligebat, nihil eum sibi debere : vel si quis ad infamiam alicujus libellum aut carmen scripserit, composuerit, ediderit, dolove malo fecerit, quo quid eorum fieret : sive quis matrem

trem familias aut prætextatum prætextatamve, adfectatus fuerit: five cujus pudicitia attentata esse dicetur. Auctor. *rhet. ad Herennium lib.* 4. *c.* 25. Injuriæ sunt, quæ aut pulsatione corpus, aut convicio aures, aut aliqua turpitudine vitam alicujus violant. Idem *lib.* 2. *c.* 26. falsam esse ait definitionem, si quis dicat, injuriam esse nullam, nisi quæ ex pulsatione aut convicio constet. Sic: Quodcumque quis fecerit, vel dixerit, ut alium infamet, erit actio injuriarum: *l.* 15. §. 27. D. *de injur.* Quibus ex omnibus adparet injuriam definiri debere quodvis dictum aut factum, ad alterius contumeliam dolo malo directum: ita ut dicto etiam scriptura, facto pictura etiam famosa contineatur. Eadem in *simplicem & atrocem* dividitur: §. 9. *Inst. l.* 7. §. 7. 8. *l.* 8. *l.* 9. D. *de injur.* & hæc vel ex facti atrocitate, vel ex loco, ubi contumeliose quis habitus est, vel ex persona cui illata, æstimatur: §. 9. *Inst. l.* 7. §. *ult. D. de injur.* Injuriarum autem caussa non publici judicii, sed privati, continet querelam: *l.* 7. *de injur.* quamquam extra ordinem criminaliter agi ex eadem possit: *l.* 5. *l.* 37. §. 1. *l. ult.* D. §. 8. 10. *Inst. de injur.* Injuriarum actio magis vindictæ, quam pecuniæ, habet persequutionem: *l.* 2. §. 4. *D. de collat. honor.*

Injuria majestatis, pro crimine majestatis: *l.* 4. *C. Theod. de indulg. crim.*

Injuriam matrimonii sui exsequi: *l* 15. §. *6. D. ad Leg. jul. de adult.* Est hoc idem, ac adulterum, adulteramque accusare, immo & occidere adulterum. Papinianus vero *apud Auct. Collat. Leg. Mos. & Rom. tit.* 4. §. 12. id elegantius exprimit *injuriam lecti & domus, non translatitie persequi.* Similique loquutione usus Constantinus M. maritum, accusatorem adulteri adulteræque, n n minus eleganter *genialis tori vindicem* vocat: *l.* 30. *pr. C. ad Leg. jul. de adult.* Hein:

Injuria quæstionis: *l.* 10. *C. Theod. de fid. test. & instrum.* quæ & *injuria corporis* adpellatur: *l.* 39. *l.* 75. *C. Theod. de decur.* itemque *corporalis*: *d. l.* 10. *de fid. test. & instrum. l.* 47. *l.* 80. *l.* 190. *C. Theod. de decur.*

Injuriæ adpellatione & munera personalia veniunt: *l.* 36. *C. Theod. de Episc.*

Eleganter *injuria* injustam liberorum exheredationem significat: *l.* 40. D. *de inoff. testam.* ubi jurisconsultus: Non consentiendum est, inquit, parentibus, qui injuriam adversus liberos suos testamento inducunt. Et *l.* 8. *pr. D. eod. tit.* scribit Papinianus: Inofficiosi querelam patrem filii sui nomine instituere non posse, invito eo: ipsius enim injuriam esse. Usus eadem loquutione est Valer. Maxim. *lib.* 7. *c.* 8. Vid. Ev. Otto *Papinian. lib. 6. c.* 2. *p.* 57. *seq.* Hein.

INJURIOSUS, facilis ad contumeliam faciendam, conviciumque dicendum: *l. ult.* D. *de offic. procurat. Cæs. l.* 14. D. *pro soc.* Impune tibi eum injuriosum esse non patietur, *l.* 8. C. *de Sentent. pass.* id est, non feret eum injuriam tibi inferentem.

INJUSTUS, *a*, *um. Injusta* adpellatio, non jure, neque recte, neque justa ex caussa, interposita: *l. 6. D. de his, qui not. infam.*

Id quod ex *injusta* caussa apud aliquem est, condici potest: *l. 6. & rubr.* D. *de condict. ob turp. vel injust. caus.* id est, quod non ex justa caussa ad quem pervenit: *l.* 1. *D. de condict. sin. caus.*

Injusta & justa possessio opponun-

nuntur *: l. 2. l. 3. D. uti possid.* *Injusta* est possessio, si quis vi, vel clam, possidet *: l. 7. §. 4. D. commun. divid.*

Injustum matrimonium, contra leges contractum : *l. 1. D. und. vir. & ux.*

Injustum repudium apud Quinctil. *Inst. orat. lib. 7. c. 5. & Declam. 62.*

Injustum testamentum, in *rubr. D. de injust. rupt. irrit. fact. testam.* accipe, quod non jure factum, est ubi sollemnia juris (externa) defuerunt, ut loquitur Papinianus *l. 1. D. eod. tit.* & Paullus *l. 5. D. de his quæ ut indign.* & Justinianus §. 5. *Inst. quib. mod. test. infirm.* Et ita injustum testamentum exaudiendum est: *l. 2. §. 1. D. testam. quemadm. aper. l. 26. D. de inoff. testam. l. 47. D. de hered. pet. l. 9. C. de suis & legit. her.* quod & *non justum* adpellatur, *l. 1. D. de except. rei iud. Injustum* etiam dicitur testamentum, quod inutile, & nullius momenti est, præterito eo, qui in potestate erat *: l. 3. §. 3. l. 6. §. 1. D. de injust. rupt. irrit. fac. test.* conjuncta *l. 3. D. de lib. & postum. l. 9. C. de suis & legit. hered.*

Injusta uxor. Vid. art. *uxor.*

INLACRYMARI. Vid. supra *illacrymari.*

INLÆSA existimatione : *l. 27. D. de procurat. Inlæsæ* res : *Collat. Leg. Mos. & Rom. tit. 10. §. 9. Inlæsis* horreis : *l. 1. C. de locat.*

INLECEBRÆ. Familiarium rerum carere *inlecebris. l. 63. C. Theod. de Decurion.* Careant emolumentis, quæ ex donationibus, vel morientium voluntate alternis solebant *inlecebris* fraude & circumventione percipere : *l. 49. C. Theod. de hæret.*

INLECTUS. Vid. supra *illectus.*

INLIBATA conscientia *: l. 1. C. Theod. de Episcop. judic.*

INLIDERE. Si quis puerum saxo inlisisset *: l. 7. §. 3. D. ad Leg. Aquil.*

INLIGARE muneribus vel officiis: *l. 156. C. Theod. de decurion.* curiæ nexibus : *l. 161. C. Theod. eod. tit.* obsequiis & functionibus : *l. 48. C. Theod. de hæret.* Nullus sane solis materni sanguinei *inligetur : l. 137. C. Theod. de decurion.*

INLUDERE commodis curiarum *: l. 43. C. Theod. de decurion.* Alia officia *inlusurus* : *l. 62. C. Theod. eod. tit.* Publicis *inludere* functionibus per suam fagam : *l. 119. C. Th. eod. tit.* Si eos spes falsi honoris *inluserit : l. 24. C. Theod. eod. tit.*

INLUSTRARE & *inlustris* Vid. *illustrare, illustris.*

INLUVIES. Erepto splendore ejus (Eutropii) & consulatu, a tætra *inluvie*, & a commemoratione nominis ejus & cænosis sordibus vindicato *: l. 17. C. Theod. de pœn.*

IMMANE aurum, id est, immensum : *l. 7. C. Theod. de tyron.*

INNATA libertas, id est, ingenuitas: *l. 17. C. Theod. de tyron. Innatum* in publico, publicum est *: l. 65. §. ult. D. de adquir. vel amitt. possess.*

INNECTERE. Veteranorum filios curialibus muniis *innectendos : l. 15. C. Theod. de decurion.* Sacramentis *innexi* : *l. 105. in fin. C. Theod. eod. tit.*

† INNOCENS, expers criminis, *integer vitæ, sceleris purus*, ut Horatius loquitur *lib. 1. Od. 22. v. 1. l. 5. D. de poen.* Quamvis ex juris principiis & is innocens credatur, cui defuit accusator, quamvis non defuerit inimicus : *l. 6. C. Theod. de famos. libell.* Quibus adfinia sunt illa apud Paullum *recept. sent. tit. 12. §. 5.* Cer-

Certæ humanæ rationis eſt, favere miſerioribus, & prope *innocentes* dicere, quos abſolute nocentes pronunciare non poſſumus. Sunt ergo *innocentes*, qui numquam criminis accuſati, prope *innocentes* ſervi communes, qui ab alterutro tantum domino vincti fuerunt. Si qui vero accuſati judicium ſalvi evaſiſſent, ii eleganter vocantur *ambuſti*. Valer. Max. *lib.* 8. *c.* 1. Vid. Schulting. ad *Paulli locum p.* 424. *Hein.* Boni atque innocentis viri officio fungi: *l.* 4. §. 1. D. *fam. erciſc.*

Innocentes etiam dicuntur res, quæ ſunt innoxii uſus, vel nemini nocent. Ut *innocens* ignis: *l.* 9. §. 3. *l.* 11. §. 1. D. *locat. Innocens* induſtria: *l.* 12. *C. Theod. de luſtr. collat.*

INNODATUS nexibus municipalis ordinis: *l.* 180. C. *Theod. de decurion.*

INNOTESCERE. Ut *innoteſceret* Prætor, curam agere: *l.* 3. §. 1. D. *naut. caup. ſtat.* Sunt qui ſibi hic Græciſmum videntur obſervare, ut *innoteſceret prætor curam agere*, *reprimendæ improbitatis*, idem ſit, ac *innoteſceret prætorem curam agere*. Scip. Gentil. *lib.* 1. *parerg. c.* 6. Et ſane non infrequens iſta conſtructio in jure noſtro. Saltim ejus manifeſtiſſima exempla exſtant in *l.* 22. §. 8. *D. ſolut. matr. l.* 3. D. *de dot. præleg. l.* 33. *D. de legat.* 1. nec non apud Tacit. Annal. *lib.* 2. *c.* 57. Diſſentire manifeſtus: Et *lib.* 15. *c.* 54. Magnæ cogitationis manifeſtus. At mihi tamen veroſimilius videtur, *innoteſcere*, verbum alioqui neutrum tranſitive hic accipi, pro *notum facere*. Sic *inſueſcere* pro adſuefacere apud Horat. *Lib.* 1. *ſerm. ſat.* 4. *v.* 105. Inſuevit pater optimus hoc me, Ut fugerem. Item, *requieſcere*, pro quietem facere, apud Virgil. *Eclog.* 8. *v.* 4. Propert. *lib.* 2. *lib.* 2. *eleg.* 22. *v.* 47. Gloſſarium vetus: *Vileſcit*, ἐξευτελίζει. Ita & *lucere cereum* Plaut. Curcul. *act.* 1. *ſc.* 1. *v.* 9. *lucere novæ nuptæ* Idem. *Caſin. Act.* 1. *ſc.* 1. *v.* 30. *Prælucere faces*, Martial. *lib.* 12. *epigr.* 42. ἐνεργητικῶς dixerunt. Adde Guil. Bud. *Comment. lingu. Græc. p.* 1103. & Salmaſ. *ad ſcript. Hiſt. Aug. p.* 270. Hein.

INNOVARE. Placuit cum de adpellationibus judicatur, altero ex litigatoribus in lite defuncto, menſes quatuor *innovare*, & nova tempora prorogari: *l. un. C. Theod. ſi pend. adpell.* Symmach. *lib.* 10. *epiſt.* 45. Orta præſcriptio eſt, quæ aſſereret *novari tempora* poſſeſſore mortuo debuiſſe.

INNOXII & nocentes opponuntur, *l.* 12. §. 1. D. *de public. judic.* Qui quum aliter tueri ſe non poſſent, damnum culpa dederint, innoxii ſunt: *l.* 45. §. 4. *D. ad Leg. Aquil.*

Innoxium eſſe delictum non debet: *l.* 6. §. 7. *D. de offic. præſ.* id eſt, impune, vel a pœna vacuum.

Innoxium ignem habere: *l.* 11. §. 1. *D. locat.*

INNUBERE, nubere: *l.* 1. C. *Theod. de revoc. donat. l.* 1. *C. Theod. de ſecund. nupt.*

INOFFICIOSUS libertus: *l.* 1. D. *de jur. patron.* *l. ult.* D. *de in jus voc.* qui in officio debito peccat.

INNOFFICIOSUM teſtamentum, quod recte quidem factum eſt, ſed non ex officio pietatis, ut loquitur Marcianus: *l.* 2. D. *de inoff. teſt.* vel ut Paull. *lib.* 4. *ſent. tit.* 5. §. 1. *quod fruſtra liberis exheredatis, non ex officio pietatis videtur eſſe conſcriptum.* Hujus enim verbi de *inofficioſo* vis illa eſt, docere, immerentem ſe, & ideo indigne præteritum, vel exheredatione ſummo-

motum: *l.* 5. *D. de inoffic. testam.* Denique inofficiosum testamentum dicere, hoc est, adlegare, quare exheredari, vel præteriri non debuerint: *l.* 3. D. *eod. tit.* Resque hoc colore defenditur, quasi parum sanæ mentis fuerit, quum testamentum inique ordinaret: *l.* 2. *l.* 5. *l.* 13. D. *eod. tit. l.* 36. D. *de legat.* 3. De *inofficioso* testamento agunt liberi, qui queruntur, aut inique se exheredatos, aut inique præteritos; *pr. Inst. de inoff. test.* Sed & aliæ personæ querela inofficiosi experiuntur, veluti parentes utriusque sexus, sive exheredati injuste sive præteriti: *l.* 1. *l.* 30. D. *de inoff. test.* fratres & sorores germani & consanguinei, exheredati aut præteriti, si ipsis persona infamis, vel levis notæ macula laborans prælata sit: *l.* 27. *C. de inoff. test.* Ut igitur *inofficiosi* querela sit actio, qua ii, quibus debetur portio legitima, injuste exheredati vel præteriti, agunt contra heredes institutos, ut testamentum eo colore, quod testator non sanæ mentis fuerit, rescindatur. Eadem adpellatur hereditatis petitio: *l.* 20. §. 2. *l.* 34. D. *eod. tit.* Vid. infra sub art. *querela.*

INOLESCERE. *Inolita* licentia: *l.* 21. *C. Theod. de præt. & quæst. In* moribus *inolescendis*, similiter passive dixit Gell. *lib.* 12. *c.* 1.

INOPIA, pro quovis defectu. *Inopia* probationum: *l.* 3. C. *de reb. cred.* Est etiam in specie paupertas. Sic: propter *inopiam* adversarii inanis actio: *l.* 6. D. *de dol. mal.*

INOPINABILE, quod nemo temere opinatus esset futurum. Si quid inopinabile natura adinvenerit: *Novell.* 72. *c.* 5. §. 1. *extr.*

INOPINATA caussa *l.* 3. *D. de condict. indeb.* Si aliquid *inopinatum* emergat: *l.* 7. D. *de fer.* Ex *inopinato*: *l.* 24. §. 16. D. *de fideic. libert.* Jura constitui oportet, ut dixit Theophrastus, in his, quæ ἐπὶ τὸ πλεῖςον, *ut plurimum* accidunt, non quæ ἐκ παραλόγου, id est, *ex inopinato*: *l.* 3. *D. de legib. Inopinatus* fortunæ impetus: *l.* 5. D. *ut in possess.*

INOPS. *Inopes* onera patrimonii, ipsa non habendi necessitate non sustinent: *l.* 4. §. 2. D. *de mun. & honor.*

INORMITAS vehiculi vel ponderis, pro *enormitas*: *l.* 30. *C. Theod. de curs. publ.* sicut *inormis* pro *enormis*, prisca dictione, Spartiano quoque usurpata in *Aelio Vero c.* 1. ubi plura ejusmodi exempla congessit Salmas. in *Not. p.* 61. & post eum Lud. de la Cerda (*in Advers. sacr. c.* 134. *sect.* 13. Add. Car. Du Fresne *Gloss. lat. h. v.*

INQUIETARE in genere est turbare, vexare, interpellare; atque etiam controversiam alicui quæstionemve movendo. Ita: Eum qui bonis cessit, ne quidem ab aliis, quibus debet, posse inquietari: *l.* 4. D. *de cess. bon.* & hoc sensu passim id verbum legitur in Libris nostris.

Nec personæ modo, sed & bona, inquietari ob debita dicuntur: *l.* 5. *C. an serv. ex suo fact.* itemque donationes: *l.* 1. *C. de revoc. donat.* facultates: *l.* 5. *C. Theod. de jur. fisc.*

Inquietare pro violare. Eum, qui hanc formam ausus fuerit inquietare: *l.* 3. *C. Theod. de frum. urb. Constantinop.*

INQUIETATOR. Si quis in ullam rem inquietator exstiterit: *l.* 1. *C. de primicer. & secundocer.*

INQUIETUDO, *l.* 2. *C. de long. temp. præscr. Inquietudinem* inferre: *l.* 36. *C. de donat.* sustinere: *l.* 5. *C. de ingen. manumitt.*

INQUILINUS est, qui conduc-

ductis ædibus habitat: & proprie urbani prædii conductorem significat: *l.* 37. D. *de adquir. vel amitt. possess. & passim.* Ac plane Appian. *lib.* 2. *de bell. civ. p.* 428. ubi Ciceronem a Catilina ἰγκουιλίνον, inquilinum adpellatum esse, refert, statim addit, *inquilinum* Romanorum lingua adpellari τὸν ἐν ἀλλοτρίαις οἰκίαις ἐνοικοῦντα, *alienas ædes inhabitantem.* Unde a *colono*, id est, *fundi conductore*, inquilinum separari, vidimus supra, voce *coloni*, ut & confirmat *l.* 25. §. 1. C. *de adquir. possess. l.* 6. §. 1. *D. de precar. l.* 1. §. 1. D. *de migrand. Inquilini* castrorum: *l.* 17. §. *ult.* D. *de excusat.* Superficiarius quasi inquilinus est: *l.* 3. §. 3. *D. de nov. op. nunc.*

Inquilini, pro his, qui prædiis adscribuntur, iisque adhærent: *l.* 112. *D. de legat.* 1. ubi Cujacius eodem trahit *l.* 4. §. 8. D. *de cens. l.* 17. §. *ult. D. de excusat.* Elegante translatione Seneca *Epist.* 108. eos, qui multos annos apud philosophos persederint, pertinacissimos quidem & adsiduos, sed qui ne colorem quidem duxerint, *non discipulos*, sed inquilinos philosophorum vocat.

INQUINARE amplissimum ordinem: *l.* 1. D. *de collus. deteg.* Quos scelus inquinat: *l.* 2. *C. de dignit. Inquinare* segetem alienam: *l.* 27. §. 14. D. *ad Leg. Aquill.* vestimenta: *l.* 27. §. 18. D. *eod. tit.*

Eleganter emta a Judæis Christiana mancipia *inquinari* emtorum dominio dicuntur: *l.* 5. *C. Theod. ne Christ. mancip. Jud. hab.*

INQUISITIO in genere est investigatio, excussio, scrutatio. Sic inquisitio census: *l.* 5. *C. Theod.* fugitivorum: *l. ult. D. de fugit.* rei, quæ sub custodia nostra est: *l.* 3. §. 13. *D. de adquir. vel amitt. possess.*

Ex *inquisitione* vero dari confirmarique tutor curatorve dicitur, qui caussa cognita, & moribus, fide, facultatibus ejus æstimatis, magistratuum decreto datur, vel confirmatur: *l.* 1. §. 17. *C. de ventr. in possess. mitt. l.* 14. §. 5. *D. de solut. l. ult.* C. *de auct. præst. l.* 4. *C. de tut. qui satisd. cog.* Inquisitionis fides: *l.* 28. §. *ult.* D. *de testam. tut. l.* 13. §. *ult. D. de tut. & cur. dat.* Per inquisitionem idonei pronunciati: *l.* 5. *D. de confirm. tut.*

Sed & *inquisitio* fit in delicta. Sic inquisitionem in eos, qui se hæreticorum erroribus dederunt, facere: Edict. Justiniani 2. *c.* 1. pr. Carol. du Fresne *Glossar. h. v.* Et *inquisitio*, hac parte, in specie dicitur, quæ ex mero judicis officio est ad investiganda delicta, ut boni mores conserventur. Ita quidem jure etiam civili procedere contendit Oldendorp. ex *l.* 13. *D. de officio præsid.* ubi Ulpianus: Congruit bono & gravi Præsidi curare, ut pacata atque quieta provincia sit, quam regit: quod non difficile obtinebit, si sollicite agat, ut malis hominibus provincia careat, eosque conquirat: nam & sacrilegos, latrones, plagiarios, fures conquirere debet: & prout quisque deliquerit, in eum animadvertere: receptoresque eorum coercere, sine quibus latro diutius latere non potest. Idem Oldendorp somnium esse ait quod alii dicunt hic de generali inquisitione non de speciali agi. Quomodo enim in genere aliquid pervestigabit magistratus, quod fructum adferrat reipublicæ, nisi perveniat tandem ad specialem inquisitionem adversus hunc vel illum. Quod item dicunt, sine legitimis indiciis specialem inquisitionem non procedere: id observandum est etiam in illa, quam ipsi vocant generalem

lem. Nam nullus omnino poteſt in ſuſpicionem adduci, niſi ex cauſſa ſecundum juris definitionem veriſimili: quæ cum adeſt, quilibet judex poteſt, ſive dicas generaliter, ſive ſpecialiter inquirere veritatem. Solum id obſerva, quid requiratur ad legitimam inquirendi cauſſam, ne credas aniles rumores ſufficere ad lædendam hominis famam, conditionem vel vitam. Multo minus ſatis eſt malorum hominum diffamatio, qui vel invidia, vel quavis fraude proximum necare connantur falſis delationibus. Hæc quidem Oldendorphius. Verum, quod in *d. l.* 13. D. *de offic. Præſ.* inculcatur, ut Præſes noxios homines *conquirat*, id minime inquiſitionem illam, in proceſſu quem vocant inquiſitorium, uſitatam ſignificat, ceu oſtendit Thomas in *diſſert. de orig. proceſſ. inquiſitor.* §. 39. & *ſeq.* ubi alios juris civilis textus allatos expendit, inter quos eminent illa Conſtantini Imp. *l.* 1. *C. de cuſtod. reor.* in quacumque cauſſa reo exhibito, ſive accuſator exiſtat, ſive eum publicæ ſollicitudinis cura perduxerit, ſtatim debere quæſtionem fieri, ut noxius puniatur, innocens abſolvatur. Quibus idem Imp. ſtatim ſubjungit: Quod ſi accuſator aberit ad tempus, aut ſociorum præſentia neceſſaria videatur, id quidem debet, quam celerrime procurari. Quorum verborum antecedentium ſenſus ex ſequentibus ita eſt exponendus: Celerrime debet expediri proceſſus accuſatorius, ſive *accuſator exiſtat*, ſeu *ſtatim præſens ſit*, ſive abſente accuſatore reus exhibeatur, ab irenarchis cum elogio. Interim quam celerrime debere accuſatorem abſentem evocari ut accuſationem inſtituat. Adde Gothofr. *ad l.* 1. *C. Theod. eod. tit.*

Sane hodie, ex ſententia juris canonici invaluit fere ubique inquiſitorius ille proceſſus, ipſo accuſatorio longe frequentior & uſitatior, quo judex ſine accuſatore ex officio inquirit in veritatem criminis: nec judex actor eſt, ſed ſola fama, & ideo litis conteſtatione non eſt opus; & ſuſcipitur inquiſitio ex ſola gravium perſonarum relatione: *cap. qualiter & cap. ult. de accuſat.* Non igitur tantum in caſu extraordinario famæ & clamoris publici, ſed etiam ad delicta occulta eruenda, quæ per *denunciationem* quam vocant *ſimplicem* delata ſunt, adhibetur. Antequam autem ad *ſpecialem* contra reum procedatur inquiſitionem, conſtare ex actis debet de legitimo ejus fundamento: præmittenda *generalis* inquiſitio: utrum crimen commiſſum ſit? & ſi de eo conſtat, quis illud commiſerit? ac ſub quibus circumſtanciis. Atque hunc in finem teſtes ſummarie accipiuntur, ad inſtruendam *ſpecialem* inquiſitionem, pro qua tamen declinanda reus merito audiendus, defenſione pro *avertenda inquiſitione* oblata, quippe quæ hodie magni præjudicii eſt. Denique ubi ad ſpecialem inquiſitionem indicia ſufficere videntur, hæc juxta modum præſcriptum eſt peragenda, & caute obſervandum, ne nulliter procedatur: *c.* 12. *de accuſat.* qui modus hoc eſt; ut præſens ſit is, contra quem inquiſitio facienda: per contumaciam tamen abſens condemnari poteſt, quod extraordinaria tantum plectatur pœna. Deinde exponenda ei capitula, de quibus inquiſitio ſuſcepta, & ſic neceſſario ad illa examinandus eſt, hic vero reſpondere tenetur: recipiendi teſtes: dicta & nomina teſtium ei publicanda, ut contra excipere poſſit, denique defenſio ejus admittenda: *c. un. eccleſ. benef. ſin. dim. conf. c.* 24. *de accuſat.*

Inquisitio, Tribunal. vid. hac voce.

Inquisitor, qui inquirendi in reum caussa in provinciam mittitur, apud Plin. *lib.* 3. *Epist.* 9

Inquisitor ecclesiasticus. Vid. sub art. tribunal.

Inreverens miles: *l.* 13. §. 4. *D. de re milit.*

Insania, dementia. Si maledictum adversus Imperatorem ex *insania* processit, miseratione dignissimum est: *l.* 1. *C. si quis Imp. maledix.* Quid vero intersit inter insaniam & furorem, docet Cic. *Tusc. Quæst. lib.* 3. *c.* 5.

Insania pro errore pestilente. *Insania* novæ præsumtionis: *l.* 22. *C. Theod. de præt. & quæst.* sacrificiorum: *l.* 2. *C. Theod. de pagan.*

Insciens dominus, in *l.* 34. D. *de usurpat.* idem quibusdam ac *sciens* esse videtur, notante Dion. Gothofredo, eique adstipulante Wissenbachio *Exerc. ad Dig. Part.* 2. *disp.* 20. *thes.* 10. ut particula *in* sit προσθετική quemadmodum in lege Manilia, quam e codice MSC. Hygini restituit Lips. *Elect. lib.* 1. *c.* 15. Et similia ejus notionis videri posse: *l.* 1. §. 2. *D. migrand.* ubi *infrequens* interdictum, valde freqnens: *l.* 29. §. *pen. D. de lib. & postum.* ubi *indifficilis* casus, pro valde difficili, nec non *l.* 3. *pr. D. ad SC. Silan.* ubi *ingravis* valetudo pro gravissima occurrit. Enim vero legis Mamiliæ caput 5. in mendo cubare, ipse Lipsius observavit. De *indifficilis* & *ingravis* idem videtur Alciato *lib.* 4. *de verb. signif. sub fin.* In *l.* 1. §. 2. *D. de migr.* nihil est, quod nos a vulgari vocabuli *infrequens* significatione recedere cogat. Malim igitur dictæ *l.* 34. aliam medelam quæri, aut, donec melior reperiatur, textum inserta particula non negative legi, cum Cujacio *lib.* 15. *obs. c.* 18. interquem & Jo. Robertum quæ disputata sint, patet ex *lib.* 1. *Controv. c.* 19. Hæc Brissonius. Sed quid opus est tanto tumultu, quum hic textus *l.* 34. *D. de usurpat.* & sine emandatione, & tam insitata vocabuli notione, recte se habeat? Ait Alfenus Varus, castissimæ latinitatis auctor: *Si servus insciente domino, rem pecularem vendidisset, emtorem usucapere posse.* Si legas *non insciente*, vel *inscientem* accipias pro *sciente*, vel conscio domino: quid opus erat, monuisse emtorem posse usucapere, quum servus, sciente & non prohibente domino, rem peculiarem vendens, dominium procul dubio transferat? Loquitur ergo procul dubio de casu quodam, quo & insciente domino vendente servo emtor sit in conditione usucapiendi. At vero talem casum jam Accursius evidentissimum ostendit in *l.* 10. *C. quod cum eo, qui in al. pot.* Nam si liberam habens peculii administrationem servus equas aliasve res peculiares vendidit, rata esse dicitur venditio. Quis ergo neget emtorem tunc usucapere posse? Si servo non fuerit libera administratio, nec dominium insciente domino transferre potuit servus, nec emtori justum est possidendi initium, scienti servilem venditoris conditionem, quia res furtiva est: *l.* 56. §. 3. *D. de furt.* Si vero nec servus animo amovendi furandive, sed quia credidit, id dominum non nolle, vendiderit: & emtor istas res bona fide, vel ignarus conditionis ejus acceperit: nulla est ratio cur emtor usucapere nequeat, quum res furtiva sine animo, consilioque furandi non intelligatur. Ita recte Accursii sententiam defendisse videtur Robert. *recept. lect. lib.* 2. *c.* 18. & *Controv. lib.* 1. *c.* 19. Hein.

Ins-

INSCIENTIA; *l.* 28. *in fin. D. de judic. l.* 23. *C. de loc. cond.* Inscientia medici, id est, imperitia: *l.* 52. *D. ad Leg. Aquill.* Quod verbum occurrit apud Cic. *lib.* 2. *de invent. c.* 2. *lib.* 1. *de orat. c.* 46. & 54. ubi plerique olim legerunt *inscitia*. Sed veram lectionem Victorius, aliique viri docti pridem restituerunt. *Hein.*

INSCRIPTIO in crimen, quæ similitudine supplicii accusatores obligat: *l. ult. C. de injur.* Unde inscriptio pro *subscriptione* illa, quæ ab accusatore fiebat: *l.* 15. §. 5. D. *ad SC. Turpill. l.* 1. *C. eod. tit. l.* 8. *C. unde vi. l.* 1. *l.* 19. *C. qui accus. non poss.* Symmach. *lib.* 1. *Epist.* 49. Quid habeat conditionis inscriptio, nostis præ ceteris, juris publici conditores *cet.* Provisum enim est, ne quis temere in alieni capitis discrimen irrueret, in se idem prius pœnæ sponsione vinciret.

Ad eamdem inscriptionem pertinent verba Gratiani, Valentiniani & Theodosii Impp. *l.* 2. D. *de exhib. & transm. reis:* Ex longinquo si quis acciendus, non prius insimulanti adcommodetur adsensus: quam sollemni lege se vinxerit. Dirum illud inscriptionis vinculum accusatoribus injecerunt etiam Germanicæ originis gentes in Leg. Visigoth. *lib.* 2. *tit.* 1. §. 1. & *Leg. Bajuvar. tit.* 8. *c.* 17. Vere ergo Romana est formula subscriptionis, quam ex Odoranni, Monachi Senonensis, schedia, seu compilatione ecclesiastica exscripsit Brissonius de *Formul. lib.* 5. §. 189. *p.* 442. Igitur ego ille adversum te in rationibus publicis adsisto. Si te injuste interpellavero, eadem pœna, quam in te vindicare pulsavi, me constringo, atque conscribo partibus tuis esse damnandum, atque subiturum. Et pro rei totius firmitate manu propria firmo & bonorum virorum judicio roborandum trado. *Hein.*

Inscriptio dicitur etiam ipse libellus accusatorius. Hinc: *Inscriptionum* libelli: *l.* 2. §. 8. & §. *ult. D. ad Leg. Jul. de adult.* paginæ: *l.* 3. *C. qui accus. non poss.* item

Inscriptiones absolute: *l.* 16. *C. de accus. & inscript.* Formulam hujusmodi libelli inscriptionum suppeditavit Paullus *l.* 3. *pr.* D. *eod. tit.*

Inscriptio, etiam titulum, operi alicui, vel sepulcro præfixum significat: *l.* 2. *l.* 3. *in fin. D. de oper. publ. Inscriptiones* monimentorum: *l.* 6. *C. de relig. & sumt. fun.*

INSCRIPTUS, pro accusato, adversus quem accusator se in crimen inscripsit: *l.* 2. *C. Theod. de abolit.*

INSCULPERE. Si insculpenda gemma data sit: *l.* 13. §. 5. *D. locat.*

INSECTARI calumniosis criminibus innocentes: *l.* 6. §. 2. D. *de offic. præsid.* famam alienam libello dato principi: *l.* 15. §. 29. D. *de injur.*

INSECTATIO criminis: *l.* 26. *C. Theod. de cohortal.*

INSEQUENTES sibi, pro se in *l.* 3. §. 9. *D. de suis & legit.*

INSEPULTUS *l.* 12. §. 2. *l.* 14. §. 7. *D. de religios. l.* 28. D. *eod.* Insepultam facere sepulturam, dixit Optat. Milevit. id est, de indignis defunctis nullam in altari commemorationem facere, imo illos sepultura privare.

INSERERE arbitrium stipulationi: *l.* 3. *C. de dot. promiss.* mandato caput tale: *l.* 1. D. *de tem mil.* conditionem legato: *l.* 11. *D. de legat.* 2. diem stipulationi: *l.* 13. §. *ult. D. de damn. infect.* libello epistolam: *l.* 1. *C. de contrah. & committ. stipul.* doti pactum: *l.* 10. *C. de jur. dot.* pactis pœnam: *l.* 41. *C. de transact.*

INSIDERE. Insidens regionis visceribus prædator : *l.* 9. *C. Theod. de exsequut. & exact.* pro quo in *l.* 3. *C. rust. eod. tit. insidians*, præter necessitatem, reposuit Tribonianus.

INSIDIÆ ædificiorum : *l.* 2. §. 2. *C. de vet. jur. enucl.* piratarum : *l.* 18. D. *commodat.* tutorum : *l.* 1. *C. Theod. de in integr. rest.* venenorum : *l.* 4. *C. Theod. de indulg. crim.* Multorum insidiis expositum minorum ætatium consilium : *l.* 1. D. *de minor.* Insidiis medici necatus : *l.* 5. §. *ult.* D. *de SC. Silan.* Si qua opera moenibus, vel publicis operibus, ita cohæret, ut ex his incendium vel *insidias* vicinitas reformidet : *l.* 13. *C. de oper. publ.*

INSIDIARI pudicitiæ : *l.* 5. D. *ubi pupill. educ. vel mor.* alienæ verecundiæ : *l.* 41. C. *Theod. de episc.* id est, calumniosam accusationem instituere. Hominem homini *insidiari* nefas : *l.* 3. D. *de just. & jur.*

Reperitur etiam *insidiare* in forma activa : *l.* 28. §. 11. *D. de pœn.* ubi Callistratus : Qui saluti dominorum suorum *insidiaverint.* De eo loco ex instituto Scip. Gentil. *lib.* 1. *Parerg. c.* 18. Voss. *de analog. lib.* 3. *c.* 7. Ducker. *de latin. vet. Ictor. p.* 328. Sed Haloander ibi habet : *insidiaterunt* : que lectio valde probabilis est. Ceterum non raro veteres deponentibus etiam forma activa usi sunt, ut *molior*, & *molio* : Valer Max. *lib.* 5. *c.* 10. *ex Rom.* 2. *arbitror*, & *arbitro* : Plaut. Stich. *Act.* 1. *sc.* 3. *v.* 87. & *Pseudol. Act.* 4. *sc.* 2. *v.* 57. ut alia ejus generis omittamus exempla, quæ post Vossium adtulit Perizon. *ad Sanctii Minerv. lib.* 3. *c.* 2. & 3. Non ergo soloecum erit illud *insidiaverit*, quamvis exemplo destituatur. *Hein.*

INSIDIOSA loca : *l.* 36. §. 1. D. *de rei vind. l.* 4. *D. de mort. causs. donat.*

Insidiosæ artes : *l.* 49. *C. Theod. de decurion.*

INSIDIOSE dissimulare : *l.* 43. *D. de contrah. emt.* id est, callide & fraudulenter.

INSIGNIA, pro quibusve signis. Utriusquæ caussæ quædam habebat insignia : §. 1. *Inst de donat. Insignia* luctus : *l.* 15. *C. ex quib. caus. infam irrog.* In specie *Insignia* sunt ornamenta, symbola dignitatis. Appianus *lib.* 1. *de bell. civil p.* 417. σημεῖα τῆς ἀρχῆς, *signa magistratus*; Dio vero Cassius *lib.* 48. *p.* 238. τὰ ἀρχικὰ, *signa magistratus* & κοσμήματα τῆς ἡγεμονίας, *ornamenta curationis publicæ* vocat. Cicero *pro Sext. c.* 6. Se illis fascibus ceterisque insignibus summi honoris atque imperii esse ornatos. Idem *Epist.* 1. *ad Quintum fratrem c.* 4. Majoraque præferant fasces illi ac secures dignitatis insignia, quam potestatis. Sic : *Insignia* consularia : *l.* 2. *pr.* D. *de his qui not. infam.* consularitatis : *l.* 2. *C. Theod. de senat. & gleb. collat.* dignitatum : *l.* 25. *C. Theod. de decurion.* claræ domus : *l.* 27. C. *Theod. de Episc.* honoris : *l.* 4. *C. Theod. de decurion.* palatini laboris : *l.* 73. *C. Theod. eod. tit.* magistratuum : *l.* 1. §. 3. *D. de postul.* militaria : *l.* 2. §. 2. *D. de his qui not. infam.* ordinis : Paull. *sent. lib.* 5. *tit.* 25. §. 12. prætorum : *l.* 15. *C. Theod. de prætor.* præturæ : *l.* 12. *C. Theod. eod. tit.* proconsularia : *l.* 1. D. *de offic. proconf.*

INSIGNIS dies : *l.* 8. *D. ad SC. Turpill.* id est, celebris & festus.

Insignes latrones : *l.* 16. *D. de adpell.* id est, famosi, ut *l.* 28. §. 15. *D. de poen.*

INSIGNITUS macula : *l.* 10. *C. Theod. de tironib.*

INSIMULARE, crimen in ali-

aliquem conjicere, accusare. Si quis socius criminis insimulatus fuerit: *l.* 1. *C. Theod. de exhib. reis.* Hinc

INSIMULATIO accusatio: Quia nonnulli ex ordine Senatorio maleficiorum insimulatione atque invidia stringebantur: *l.* 10. *C. Theod. de malef.* Insimulatio congrua: *l. ult. C. Theod. de apostat.*

INSINUARE, notum facere. *Insinuatum* est quosdam patres: *l.* 3. *C. Theod. de matern. bon.*

Insinuare judici desiderium: *l.* 9. *C. Theod. de decurion.* fidem: *l.* 24. C. *Theod. de hæret. Insinuata* divino Petro, apostolo, religio: *l.* 2. *C. Theod. de fid. cathol. l.* 1. *C. Justin. eod. tit.* Insinavit voluntatem suam testator: *l.* 11. §. 2. *D. de legat.* 3. Verbum hoc isto signific tu tantum Solino, Spartiano, aliisque recentioris ævi scriptoribus familiare fuisse, observant Salmas. *ad Jul. Capitolin. in Vero c.* 1. & Ducker. *de Latin.vet. Ictor. p.* 439. Hein.

Insinuare, apud magistratus actis intervenientibus intimare, & publicare: *l.* 30. *l.* 31. *l.* 36. §. *ult.* C. *de donat.* §. 2. *Inst. de donat.*

Insinuare litem, id est, denunciare: *l.* 1. *C. Th. de denunciat.*

INSISTENTIUM, id est, in via stantium, densitas *l.* 5. *C. Th. de sepulcr. viol.*

Insistere possessioni: *l.* 1. *D. de adquir. possess. l.* 2. *C. Theod. de his quæ super relig. Insistere* mora pestiferæ perseverationis: *l.* 1. *C. Th. de his qui super relig.*

INSITA conditio legato: *l.* 82. D. *de condit. & demonstr.* id est, adjecta, inserta.

INSOLENTER agere, aut cupide; *l.* 5. *C. Theod. de offic. Rect. prov.*

INSOLENTIA. Supplicia ab insolentia judicum reperta: *l.* 3. *C. Theod. de exaction.* Insolentia curiosa: *l.* 33. D. *de usur.*

INSOLITUM esse fieri: *l.* 18. D. *de minor. l.* 2. *C. de quæstion. l.* 27. D. *de pœn.*

INSONS victima: *l.* 10. *l.* 12. *C. Th. de pagan.*

INSPECTARE. Inspectatur conditio, id est, inspicitur, spectatur: *l.* 2. *D. de usur.*

INSPECTATIO, pro inspectio: *l.* 12. §. 9. *D. de capt. & postlim.* Ita & Seneca *Natur. Quæst. lib.* 6. *c.* 4. Quorum dulcis mihi inspectatio.

INSPECTIO æqua rerum ac personarum, quæ privatam degunt vitam, in publicis functionibus; *l.* 3. *C. Theod. de immunit. concess.* Inspectiones discussionesque: *l.* 11. *l.* 12. *C. Th. de censitor. per æquat.* Inspectio fidelis in *l.* 1. *C. Theod. finium regund.* est, quæ fit ab agrimensoribus ex fide terminorum *oculis suis subjectis locis*, ut loquitur *l.* 8. §. 1. *D. eod. tit.* Hinc in veteribus lapidibus, & scriptoribus: *in re præsenti.*

Inspectio jecoris: *l.* 9. *C. Th. de pagan. Ne quis inspectione jecoris, extorumque præsagio, vanæ spem promissionis accipiat.* Pro eo extorum *inspicia* dixit Tertullian. *lib.* 1. *poem. adv. Marcian. v.* 13. sollemni in his sacrificiis voce, notante Barthio *lib.* 25. *Advers. c.* 11. Adde de hoc augurandi genere Alex. ab Alexandro *Genial. dier. lib.* 5. *c.* 25.

Inspectio militis: *l.* 28. *C. Theod. de erogat. militar. annon.* ubi inspectio est census, recensio, lustratio. Alioquin σημαντικῶς annona militaris *inspici* dicitur. Lamprid. *in Alexandr. Sever. c.* 15. Annonam militum diligenter inspexit. Ita & *respicere.* Vulcatius in *Avidio Cassio cap.* 6. Arma militum septimo die semper respexit, vestimenta etiam & calceamenta.

Inspectio & peræquatio: *l.* 6. *C. de advoc. divers. judic. Novell. Theod. & Valentin. de postul.*

Inspectio rationum: *l.* 4. *C. de fid. instrum.* tabularum: *tit. D. quemadm. testam. aper.* etiam earumdem lectionem comprehendit: *l.* 2. §. 4. D. *testam. quemadm. aper.*

Inspectio pro visione, & quod Græci θεωρίαν vocant: *l.* 63. §. 3. *D. de adquir. rer. dom. l.* 31. §. 1. *D. depos. l.* 44. §. 1. *D. de oblig. & act. l.* 91. D. *de verb. oblig.*

INSPECTOR, cui venalis res, pretii exquirendi explorandique caussa, vel statuendi apud se, an emere velit, inspicienda datur: *l.* 10. §. 1. *D. commod. conjuncta*: *l.* 17. §. 2. *D. præscr. verb.* Eodem nomine veniunt, qui ad inspicienda provincialium prædia revelandaque, vel censitioni subjicienda, a Principe mittebantur: *rubr. C. de censib. & censit. & peræquat. & inspect. l.* 2. *C. Theod. de indulg. tribut. l.* 31. *l.* 33. *C. Theod. de annon. Novell. Theodos. & Valentin. de revelat. adærat.*

INSPIRATIO. Ex tribus electionum formis una est, quæ per inspirationem sive viam spiritus S. dicitur fieri, in *decretal. lib.* 1. *c.* 42. *tit.* 6. cum scilicet communiter & ab omnibus concorditer, quasi divino spiritu afflatis, nullo discrepante, aliquis eligitur, absque aliquo tractatu, ex quo nempe præsumi possit aliqua persuasio, vel suggestio in gratiam eligendi, Vid. supra *electio.*

INSTANS æstas: *l.* 1. §. 8. *D. ne quid in flum. publ.* id est, præsens, vel ejus temporis, quo interdictum redditur, *Instans* enim non de futuro tantum, sed & de præsenti dici, veterum testimoniis probavit Coel. Rhodigin. *Lib.* 8. *Lect. Antiq. c.* 15. *p.* 428. *Instans* annus: *l.* 7. §. 1. *D. solut. matrim.* id est, annus, quo fit divortium, seu annus currens, ut vulgo loquimur, Ab instanti octava indictione: *l.* 173. *C. Th. de decur. Instans* periculum: *l.* 6. *D. de mort. caus. don.* id est, imminens, impendens.

INSTANTER & sæpius petere: *l.* 1. *D. de libell. dimissor.*

INSTANTIA est diligentia, & aure rem persequendi studium. Sic diligenti studio instantiaque complere incepta opera: *l. ult. C. de oper. publ.* Præses provinciæ efficaci instantia compellet: *l.* 6. *C. de postlim. revers.* Instantiam repetentis dimissorias constitutiones desiderat: *l.* 1. *D. de libell. dimiss.* Stricta instantia falsum arguere: *l. ult. C. ad Leg. Corn. de fals.* Hein.

In specie *instantia*, est diligens & adsidua debiti repetitio. Sic instantia creditoris reciperati sunt cullei: *l. ult.* §. *ult. D. de pign. act.* Cum instantia humanum se exactorem præbere: *l.* 33. D. *de usur.*

Est etiam *instantia* ipsum susceptum judicium. Ut: Reus, putans, se bona *instantia* uti: §. 1. *Inst. de pœn. tem. litig.* Jurat enim de calumnia reus, id est, se putare, quod propitio jure adversus actorem consistat, actionemque excipiat. *Hein.*

Denique est etiam *instantia* lis, coram uno tribunali instituta. Unde aliquando a lite separatur. Salva quidem lis est, verum *instantia* tantum edicti perierit: *l.* 71. §. 2. *D. de judic.*

INSTAR, pro similitudine. *Instar* actionum habent stipulationes prætoriæ: *l.* 10. §. *ult. D. de compensat. l.* 37. D. *de obl. & act.* conditionis habet sermo: *l.* 121. D. *de verb. oblig.* Quum duæ partes ordinis in urbe positæ totius curiæ instar exhibeant: *l.* 142. *C. Theod. de decurion.* Donationis, an legati instar obtinere: §. 1. *Inst. de donat. l.* 3. *C. Theod. de dot.* Instar donationis inducit: *l.* 46. *D. de legat.* Instar humanitatis exhibere: *l.* 6. *C. Theod. de*

de sepulcr. viol. Instar judicii habet jusjurandum : *l. 26. §. ult. D. de jurejur.* Instar legatorum obtinent : *l. 17. D. de mort. causs. don.* Publiciana ad instar proprietatis, non ad instar possessionis respicit : *l. 7. §. 6. D. de Public. in rem act.* Instar rei judicatæ obtinere : *l. 2. C. de jur. fisc.* sceleris esse : *l. 16. D. de pæn.* Sed & hoc verbum cum præpositione *ad* conjungitur : Ut : *Ad instar* actionis institoriæ : *l. ult. C. de instit. & exercit.* Ad *instar* decreti : *l. 2. C. quand. decret.* interdicti : *l. 4. C. unde vi. l. ult. C. de lib. exhib. l. ult. C. de act. emt.* Quam quidem figuram improbat Servius in *lib. 2. Æneid. v. 15.* his verbis : *Instar est nomen indeclinabile, licet Probus declinaverit, ut nectaris, & caret præpositione, sicut peregre : quamvis Serenus, lyricus, ad instar dixerit.* Verum, quum *instar* nomen substantivum esse, ne Servius quidem inficietur, quid obstet, quo minus admittat præpositionem? Præpositioni sane junxerunt Solinus, & Apuleius *Metamorph. lib. 4. p. 154. lib. 7. p. 189. lib. 10. p. 248. & p. 253. lib. 11. p. 267.* Fatendum tamen, apud antiquiores & meliores ævi auctores ita non reperiri.

INSTARE dicuntur accusator; *l. 18. §. 2. D. de quæst.* creditores : *l. 1. §. 18. D. de ventr. in possess. mitt. Instare* negotio gerendo : *l. 3. D. de instit. act.* Vid. infra *institor.*

INSTAURARE, redintegrare ; sive ex integro quid facere. Serv. *Æneid. 2. v. 15.* ad verba Virgilii : *Instar montis equum divina Palladio arte - Ædificant : Instar*, ait, est ad similitudinem. Unde *instaurata*, non restaurata, dicuntur ædificia ad antiquam similitudinem facta. Sic *instaurare* accusationem : *l. 3. C. ad SC. Turpill.* actiones : *l. 14. D. quæ in fraud. credit.* ædificia : *l. 29. C. de locat.* agonem ; *l. 1. C. de expens. publ. lud.* caussam : *l. 7. C. de jur. & fact. ignor.* crimen: *l. 4. D. ad SC. Turpill.* litem ; *l. 39. C. de transact.* mandatum ; *l. 56. §. 2. D. mandat.* matrimonium : *l. 62. §. 1. D. de donat. int. vir. & ux.* quæstiones : *l. 13. C. de transact.* querelam : *l. 6. C. eod. tit.*

Instaurare, resarcire. Quidquid ille dilapidavit, ipse de propriis rebus instauraret : *l. 1. C. Theod. de suscept.*

INSTAURATIO, reparatio (adpellationis) : *l. 7. C. Th. de reparat. adpell.* Instauratio caussæ : Paull. *Sent. lib. 5. tit. 5. §. 10.* itinerum : *l. 4. C. Theod. de itin. mun.* litis : *l. 1. C. si advers. libert.* militiæ : *l. 6. C. de re milit.* negotii : *l. ult. C. si advers. transact.*

INSTERNERE. Quæ insternendi injiciendive caussa parata sunt: *l. 23. §. 1. D. de aur. arg. leg.*

INSTIGARE accusatorem : *l. 1. D. ad SC. Turpill.* Hinc *instigator* accusationis : *l. 20. D. de his, qui not. inf.*

INSTIGATIONIBUS novercalibus corruptus : *l. 4. D. de inoff. test.*

INSTIGATUS, *us*, pro instigatione : *l. 1. §. 6. D. si quadrup. paup.* Quamvis non refragetur huic vocabulo analogia, inter rariora tamen omnino habendum videtur. *Hein.*

INSTIMULATI falso parentes : *l. 3. D. de inoff. testam.*

INSTINCTUS, impulsio ; *l. 3. D. de extraord. crim.* Instinctu libidinis : *Collat. Leg. Mos. & Rom. tit. 6. §. 4.* sanctæ religionis : *l. 13. C. de exact.* pro quo tamen *l. 3. C. de exsequut. & exact.* ubi ea constitutio reperitur, *institutum* sanctæ religionis legitur.

INSTITOR est, qui tabernæ locove, ad emendum vendendumve præponitur, quique sine loco ad eumdem actum præponitur: *l.* 18. *D. de instit. act.* adpellatus ex eo, quod negotio gerendo instet: *l.* 3. *D. eod. tit.* Pluribus eam etymologiam firmat Menag. *Amœnit. jur. civ. c.* 39. *p.* 291. Nec dissentit Just. Jos. Scaliger in *Priap. Carm.* 68. Nec multum facit tabernæ sit præpositus, an cuilibet alii negotiationi: *d. l.* 3. Quicumque enim negotio præpositus est, institor recte adpellabitur: *l.* 5. D. *eod. tit.* §. 1. *Inst. quod cum eo, qui in al. potest.* Glossarium: *Institor*, ὁ προϊςαμένος ἐργαςηρίου, *præpositus officinæ.* Senec. *lib.* 6. *de benef.* Institores delicatarum mercium juventus corrupta locupletat. Ovid. *Lib.* 1. *de art. amand. v.* 421. Institor ad dominam veniet discinctus emacem.

Institor præterea est servus, mutuis pecuniis dandis, & pignoribus accipiendis præpositus: *l. ult.* D. *quod cum eo, qui in al. pot.* Si dominus, qui servum institorem apud mensam pecuniis accipiendis habuit: *l.* 19. §. 1. *D. de instit.* Proinde mensæ numulariæ præpositus libertus *institor* adpellabatur: *l. ult.* D. *eod. tit.*

Sed & eos *institores* dicendos placuit, quibus vestiarii, vel lintearii dant vestem circumferendam & distrahendam, quos vulgo circitores adpellamus: item fullonum & sarcinatorum præpositi, muliones, stabularii quoque, nec non servus a tabernario ad merces comparandas peregre missus, *institorum* loco habendi sunt: *l.* 5. §. 1. *D. de institor.* Sic *institores* cauponum & stabulariorum: *l.* 1. §. 5. *D. naut. caup. stab. l.* 13. *l.* 15. *D. de instr. vel instrum. leg.* Seneca *lib.* 6. *de benef. c.* 17. Sordidissimorum quoque artificiorum institoribus supra constitutum aliquid adjicimus.

INSTITORIA actio, quæ adjectitiæ est qualitatis, tunc locum habet, ut Justinianus §. 1. *Inst. quod cum eo, qui in al. potest,* monet, quum quis tabernæ forte vel cuilibet alii negotiationi servum præposuerit, & quid cum eo ejus rei caussa, cui præpositus erit, contractum fuerit: *tit.* D. *& C. de institor. act. l.* 3. §. 1. *D. quib. ex causs. in possess. eat. l.* 4. D. *de minor.* Vetus Glossar. Græcum. *Institoria* ἀγωγὴ κατὰ τῦ ἐνςήσαντος αὐτῦ ὑπεξούσιον, εἰς καπηλεῖον, ἢ εἰς ὅμοιον, actio, quæ datur adversus eum, qui potestati suæ subjectum præposuit tabernæ vel simili negotiationi.

Sed & *utilis institoria* actio datur, in specie *l.* 16. *l.* 19. D. *de institor. l.* 5. *l. ult. C. eod. tit. l.* 13. §. 25. *D. de act. emt. l.* 31. D. *de negot. gest.*

INSTITUERE, interdum significat intendere, inferre, movere. Sic *instituere* accusationem: *l.* 14. §. 1. *&* §. 7. *D. de bon. libert. & passim.* actionem: *l.* 2. D. *de act. rer. amot. & passim.* crimen; *l.* 3. *C. de extraord. crim.* judicium: *l. ult.* D. *de act. rer. amot.* litem: *l.* 10. D. *de judic.*

Instituere vero, & *peragere* litem, diversa facit *l.* 22. *D. de inoff. test.* Altero enim verbo initium & exordium litis, altero finis & exitus significatur. Non sufficit litem instituere, si non in ea perseveret: *l.* 15. §. 1. D. *eod. tit.* Add. *l.* 57. §. *ult.* D. *de condict. indeb. Instituere* petitionem; *l.* 28. D. *de excusat.* inofficiosi querelam: *l.* 8. *D. de bon. possess. contr. tab.*

Instituit sæpe ponitur pro cœpit: & hinc sicuti posterius, ita & prius, non raro abundat. Sic *instituit* accusare; *l.* 4. *l.* 11. §. 3. D.

D. *ad Leg. jul. de adult.* agere; *l.* 5. *l.* 9. *D. de except. rei judic.* Hinc in *l.* 2. §. 1. D. *de orig. jur. Populus sine lege certa, sine jure certo agere instituit*, nihil aliud est quam agere cœpit. Cic. *pro Cluent. c.* 3. Sicuti facere instituistis. Sic & Græci: Ἐπιχείρησαν ἀνατάξασθαι. Instituerunt componere. *Luc.* 1. *v.* 1. Ἤρξατο ποιεῖν, *cœpit facere. Act.* 1. *v.* 1. ἄρξασθαι λαλεῖν, *cœpisse loqui*, vel *loquutus. Act.* 11. *v.* 15. ubi similes veterum locos contulit Casaubonus. Polyb. *lib.* 2. *c.* 37. γράφειν ἐπικεχειρήκαμεν, *scribere instituimus.* Add. Rupert. & Bynkersh. *prætermissa ad l.* 2. §. 1. D. *de orig. jur.* Georg. Raphel. *Adnot. in Nov. Test. ex Polyb. & Arrian. p.* 158. Quantum dare filiæ instituerat: *l. ult.* D. *de in rem vers.* Testamentum aliud facere instituit: *l.* 22. *D. de adim. leg.* Libertus duos patronos habere instituit: Paull. *Sent. lib.* 3. *tit.* 2. §. 2. Ubi tamen dubia lectio. Codices enim quidam habent: *Libertus duos heredes instituit.* Schultingius mallet: Libertus, duos patronos habens, heredes instituit.

Instituere, inducere quid novi, inchoare, ordinare. *Instituere* fabricas: *l.* 16. *C. Theod. de oper. publ.* lapicidinas; *l.* 3. §. 5. D. *de usufr.* fullonicas; *l.* 13. *D. de aqu. & aqu. pluv.* novum opus: *l.* 2. §. 10. *D. ne quid in loc. publ.* pœnam; *l.* 9. *D. de Leg. Pomp. de parricid.* prata: Columell. *lib.* 12. *de re rust. c.* 18. rivos; *l.* 1. D. *de extraord. cognit.* salictum; *l.* 3. *C. de arbor. furt. cæs.* segetes: Varron. *lib.* 1. *de re rust. c.* 37. vectigal novum; *l.* 1. *D. ad Leg. Jul. de ambit.* vineas; *l.* 61. *D. locat.*

Instituere contractum, obligationem: *l.* 1. D. *de reb. cred. l.* 8. §. 4. *D. ad SC. Vellei.*

Instituere heredem, id est facere, scribere & quasi suo loco ponere & collocare: Instituuntur autem heredes, qui primo gradu scribuntur, *substitui* dicuntur, qui secundo gradu; *l.* 1. *D. de vulg. & pup. substit.* Itaque ut illi *primi*; sic hi *secundi* heredes adpellantur. *Institutum* accipimus eum quoque, qui heres scriptus non est, sed solummodo nuncupatur; *l.* 1. *D. de hered. instit.*

Instituere procuratorem, tutorem, id est, dare: Paull. *lib.* 1. *Sent. tit.* 3. §. 2. Cic. *lib.* 13. *ad famil. epist.* 61. Liv. *lib.* 1. *c.* 34.

Instituere, instruere, docere. *Instituere* disciplinis vel arte servum; *l.* 27. §. 2. D. *de usufr.* accusationem, vel caussam probationibus; *l.* 2. §. *ult. D. ad Leg. jul. de adulter. l.* 15. §. *ult. D. de quæst.*

INSTITUTIO & doctrina conjunguntur in *l.* 31. D. *de solut. Institutio* divina; *l.* 65. *C. Theod. de hæret.* Deo & hominibus exosa; *l.* 12. *C. Theod. eod. tit.* grammatica; *l.* 18. *C. Theod. de extraord. seu sordid. mun.* profana; *l.* 3. *C. Theod. de hæret.*

Institutio heredis; *l.* 34. *l.* 42. §. *ult. l.* 48. *l.* 51. *l.* 70. *l.* 71. D. *de hered. inst.* Vetus Glossarium Græcum. Ἔνστασις ἐστιν ὁ φύσει πρῶτος βαθμὸς τοῦ κληρονόμου. Institutio est primi gradus heredis.

Institutiones suas Justinianus prima Legum cunabula, & totius legitimæ scientiæ elementa vocat: §. 3. & 4. *procem. Inst.* Lactant. *lib.* 1. *divinar. institut. c.* 1. *Quidam prudentes*, inquit, *& arbitri æquitatis, institutiones civilis juris compositas ediderunt.* Institutionum autem libros, ad jus civile pertinentes scripserunt Caius, Paullus, Ulpianus, Florentinus, Callistratus, Marcianus. Sunt & aliorum auctorum ejus generis libelli, veluti Quinctiliani *Institutio-*

tiones oratoriæ, Vegetii rei *militaris*, Lactantii, *rerum divinarum*, Vitruvii Pollionis *Architectonicæ*, Caſſiani rerum, ad vitam monaſticam abſolvendam obſervandarum. Ceterum ſubbarbarum eſt vocabulum *Inſtituta* pro *Inſtitutionibus*, quamvis in Codicibus MSSC. eadem inſcriptio librorum Vegetii & Caſſiani legatur.

INSTITUTUM. *Inſtituta*, pro præceptis ſacris: *l.* 1. *l.* 2. *C. Th. ne ſanct. baptiſm. iter.*

Inſtitutum, vel propoſitum vitæ: *l.* 17. *D. de oper. libert.* publicum; *l.* 4. *C. Theod. quor. adpell.* Hujus inſtituti & vitæ: *l.* 12. §. 4. D. *de uſu & habit.* Inſtitutum illud vitæ & voluntatis; *l.* 10. *C. Theod. de luſtr. collat.* Inſtitutum liberale, κυρίως de ædificio inſtituto. Aut, ut eſt plerumque liberale *inſtitutum* habitationem ſuam quis ornamento urbis adjecit: *l.* 7. *C. Theod. de præd. navicul.*

INSTRUCTIO, fabricatio, ſtructura, ut: Inſtructio operis: *l.* 12. §. *ult. D. de pollicitat.* pontium itinerumque; *l.* 7. *C. de ſacroſ. eccleſ.*

Inſtructio, inſtitutio, Sic: *inſtructio* pupillorum vel adoleſcentium; *l.* 3. § 6. *D. ubi pupil. educ.*

Inſtructio provinciæ, id eſt, proviſio annonæ rerumque neceſſariarum ad tuendum limitem, militemque alendum; *l.* 28. *C. Th. de ſuſceptor.*

Inſtructio legatorum, id eſt, mandata, quæ legatis dantur; *l.* 24. *C. Th. de legat. & decret.*

Inſtructio, brevis relatio de modo ſenatoriarum poſſeſſionum, quam cenſuales ad palatinos ſacrarum largitionum mittere tenebantur, ut conſtaret, quantum per novorum ſenatorum acceſſionem fiſco adcreviſſet; *l.* 2. *l.* 6. *C. Theod. de ſenator.*

Inſtructio in *l.* 6. *l.* 9. *C. Th. de adpellat.* dicitur, quidquid ad inſtructionem cauſſæ pertinet, ut exponitur *d. l.* 9. veluti, quæ probationis cauſſa recitantur: *l.* 29. *eod. tit.* Quales inſtructiones *neceſſarias* & *univerſas* judex inferior ad principem, ſi quando ad eum eſſet provocatum, mittere tenebatur.

Inſtructio etiam eſt omne id, quo fundus inſtruitur. Paull. *Sent. lib.* 3. *tit.* 4. §. 40. Uxores vero eorum, qui mercedes præſtare conſueverunt, neque inſtructionis, neque inſtrumenti, adpellatione continentur: id eſt, neque ad *inſtructum*, neque ad *inſtrumentum* pertinent. *Hein.*

INSTRUERE aliquem id eſt, certiorem facere; *l.* 10. §. 1. D. *de edend.* Ita etiam: *Inſtruere* conſilium; *l.* 1. §. 16. D. *de quæſt.* contutores; *l.* 14. §. 6. D. *de ſolut.* diligentiam judicantis; *l.* 34. D. *de admin. & peric. tut.* emtorem; *l.* 14. §. 2. *D. de liberal. cauſſ.* notionem præſidis; *l.* 1. *C. Theod. de offic. rector. provinc.* prætorem; *l.* 1. §. 2. *D. de magiſtrat. conven.* religionem cognoſcentis; *l.* 1. §. 17. *D. de quæſt.* prætoris; *l.* 6. §. 3. *D. ſi quis omiſſ. cauſſ.* ſe; *l.* 5. *D. de jur. delib.* tranſgredientem; *l. ult.* §. 6. D. *de public. judic.*

Inſtruere parare, juvare, idoneum reddere. Inſtruere accuſationem; *l.* 14. *D. de bon. libert.* aliquem ad accuſationem; *l.* 1. §. 13. *D. ad SC. Turpill.* ædes; *l.* 13. *C. Theod. de annon. civic.* balneas; *l.* 35. §. *ult.* D. *de legat.* 3. calumniam; *l.* 1. §. 1. D. *de jur. patron.* cauſſam: *l.* 21. *C. de evict.* epulas: Paull. *lib.* 3. *Sent. tit.* 6. §. 44. prælum vel trapetum funibus; *l.* 19. §. 2. *D. locat.* forum, theatrum, ſtadium; *l.* 122. D. *de legat.* 1. fugam; *l. ult. D. de requir. & abſ. damn.* aliquem conſilio ad furtum; *l.* 50. §. 1. *D.*

D. de furt. lites; *l. 9. §. ult. D. de Leg. Cornel. de falſ.* nimirum advocatione, vel teſtibus, ut in *l.* 20. D. *eod. tit.* *Inſtruere* menſuram: *l. 65. §. 3.* D. *de adquir. rer. dom.* monimentum; *l.* 41. *D. de legat.* 3. navem; *l. 6.* D. *de leg. Rhod. l.* 1. §. 7. D. *de expenſ. publ. jud.* tabernas; *l.* 15. D. *de inſtr. vel inſtrum. legat.* A quibus inſtructus ſit fundus, pro *ea quibus inſtructus*, in *l.* 28. D. *quando dies legat.*

Inſtruere, inſtituere, informare, docere: *l. 3. §. 5. D. ubi pupill. educ. vel mor.* Inſtruere artificiis ſervos; *l.* 25. *D. de pignor.* legationes: *l.* 10. *C. Theod. de legat. & decret.* Vid. ſub *inſtructio.*

INSTRUCTUS, *a*, *um*. *Inſtructum* dicitur, quidquid ita rebus neceſſariis abundat, ut nihil deſit. Unde D. Auguſtinus *lib.* 2. *Quæſt. ſuper Genes.* Græcum ἀπεσκευὴν *inſtructum* vertiſſe dicit. Sic *inſtructum* fundum legare, eſt cum omni inſtrumento, & ita, ut inſtructus eſt, legare. Sane quum *inſtructus* fundus legatur, plus eſt, quam ſi *cum inſtrumento* legetur, & hoc legato uberius illud eſt; *l.* 5. *l.* 12. *l.* 27. *D. de inſtr. vel inſtrum. legat.* Continetur enim illo, quod in agro, vel in domo, vel in hortis eſt, quo dominus vel pater familias ibi eſſet inſtructior: *d. l.* 12. §. 27. & §. *ult. D. eod. tit.* Et ita accipe *inſtructos* hortos: *l.* 24. §. *ult. D. de adim. legat.* inſtructa prædia: *l.* 2. §. *ult.* D. *eod.* *Inſtructa* autem taberna in *l.* 5. §. 10. D. *de inſtitor. act.* ſic accipienda eſt, quæ, ut ait *l.* 185. D. *de verb. ſignif.* & rebus, & hominibus, ad negotiandum paratis conſtat.

INSTRUMENTUM. Hoc nomine ea omnia veniunt quibus cauſſa inſtrui poteſt. Et ideo tam teſtimonia, quam perſonæ, inſtrumentorum loco habentur: *l.* 1. D. *de fid. inſtrumentorum*. Quæ hac adpellatione contineantur, ubi eorum gratia dilatio petitur, vide *l.* 99. §. *ult. D. de verb. ſignif.* quod fragmentum pertinet ad interpretationem *l.* 7. *D. de fer. l. ult.* §. 1. *D. de adpellat. l.* 1. C. *de dilat. l.* 18. *C. Theod. quor. adpell. non recip.* Res non inſtrumentis geruntur, ſed in his rei geſtæ teſtimonium confertur: *l.* 12. D. *de probat.* Ea formant tabelliones ſeu progmatici: *l.* 9. §. 1. D. *de pœn.* Huc pertinent *Inſtrumenta* ad contractum pertinentia: *l. ult. C. ad exhib.* debitorum: *l.* 92. §. *ult.* D. *de legat.* 3. *l. ult.* §. *ult.* D. *de donat.* diviſionis: *l.* 20. D. *quand. ex fact. tut.* domeſtica: *l.* 5. C. *de probat.* donationis: *l.* 23. *C. de donat.* dotis: *l.* 5. D. *de judic. & paſſim.* emtionis: *l.* 20. *C. de probat. & paſſim.* ingenuitatis: *l.* 2. §. *ult. D. ſi ingen. eſſe dic.* manumiſſionis recte factæ: *l.* 25. *C. de liberal. cauſſ.* ad matrimonium pertinentia, ſeu nuptialia: *l.* 2. *C. de nupt. l.* 1. *C. de dot. promiſſ.* prædiorum: *l.* 15. *C. ad Leg. Falcid.* id eſt, inſtrumenta originis auctoritatis fundorum & prædiorum, ut *l. ult.* D. *de pign. act.* vel quæ ad probationem eorum originis pertinent; *l.* 24. *C. de fideicomm.* *Inſtrumentum* diſſolutæ quantitatis; *l.* 2. *C. de condict. ex leg.* Tabulæ inſtrumentorum reipublicæ municipii: *l.* 31. *D. de furt.* Inſtrumentum ſolidorum decem: *l.* 49. D. *ſolut. matrim.* ſtatus: *l.* 8. D. *quod met. cauſſ.* tabularum teſtamenti: *l.* 2. D. *teſtam. quemadm. aper.* teſtationis: *l.* 12. *C. de contrah. emt.* tutelare: *l. ult. D. de fidejuſſ. tut.* voluntatis: *l.* 77. §. 26. *D. de legat.* 2.

Inſtrumentum. Hoc nomine etiam venit quodcumque vel ad exercendum artificium, certamve nego-

gotiationem, quis instruitur, aut sine quo exerceri nequiret possessio: *l.* 12. D. *de instr. vel instrum. legat.* Et sic accipitur instrumentum agri: *l.* 9. §. 6. D. *de usufr.* Vetus Glossarium: *Instrumentum* τὸ τοῦ ἀγροῦ παρακολούθημα, οἷον δίκελλαι, δρέπανα, καὶ ἑξῆς, *agri accessorium, veluti ligones, falces, & similia.* Instrumentum argentariæ: *l.* 4. §. *ult.* D. *de edend. l.* 6. *D. eod. tit.* balnearium, seu balneatorium: *l.* 13. §. *ult. l.* 17. *D. de instruct. vel instrum. leg.* cauponium: *l.* 13. *l.* 15. *l.* 17. §. *ult. D. eod. tit.* domus, id est, quod tempestatis arcendæ, aut incendii caussa paratur, non quod voluptatis gratia. Instrumenta enim ea esse, quæ ad tutelam domus pertinent: *ornamenti* quæ ad voluptatem: *l.* 12. §. 16. D *de instruct. vel instrum. leg.* Et ita *instrumentum* & *ornamenta villæ* separat Cicero *pro Domo sua c.* 24. Instrumento fundi quid contineatur, exponitur plenissime in *l.* 8. *l.* 9. *l.* 10. *l.* 11. *l.* 12. & *l.* 15. *D. de instruct. vel instrum. leg. l.* 33. *in fin.* D. *de Ædil. edict. l.* 17. D. *de act. emt.* Gell. *lib.* 7. *c.* 10. *Instrumentum* autem, & instructus fundus, separantur, *tit.* D. *de instruct. vel instrum. leg.* Plenius enim est & uberius *instructi*, quam *instrumenti* legatum, quum illo non loci tantum, sed & patris familias ipsis instrumentum, quod ut instructior est, habuit continentur: *l.* 12. §. 17. D. *eod. tit.* Quæ rusticorum caussa parantur lanificæ, & lanæ & tonsores, & fullones, & focariæ, non *agri* sunt *instrumentum*, sed *instrumenti*: *l.* 12. §. 6. D. *eod. tit. Instrumentum* itineris: Quinctilian. *in argum. Declam.* 159. lanionis, medici, navis, pictoris, piscatorium, pistorium, rusticum & urbanum, tabernæ cauponiæ: *l.* 13. *l.* 17. *l.* 18. *l.* 23. *l. ult. D. de instruct. vel instrum. legat.* Quum quæritur, quod sit tabernæ instrumentum, interest, quod genus negotiationis in ea exerceri solitum sit; *l.* 23. D. *eod. tit.* Si præter merces servus in tabernam habeat instrumentum, plerumque hic adparatus ex merce est, immo semper: *l.* 5. §. 13. *D. de tributor. act. Instrumentum* villæ: *l.* 12. *l.* 16. *pr. l.* 19. §. 1. D. *de instruct. vel instrum. legat.*

Instrumentum hoc sensu plerumque & servos, fundo, vel certæ negotiationi destinatos complectitur. Sic instrumento pistorio continentur pistores: *l.* 18. §. 1. *D. de instr. vel instrum.* balneario balneatores & fornacatores, qui balnei caminum accendunt: *l.* 13. *in fin. l.* 17. §. *ult. l.* 14. *D. eod. tit.* piscatorio piscatores: *l.* 17. §. 1. D. *eod. tit.* cauponio corpora quæstuaria, *arg. l.* 4. §. 2. *D. de his qui not. infam.* Cujac. *lib.* 27. *obs.* c. 38. Hein.

INSUBTILI ratione motus: *l.* 11. D. *de legat.* 1.

INSUBTILITER: *l.* 7. §. 6. D. *de pact.* Quod non insubtiliter dici potest.

INSUERE. Insuti vestibus clavi: *l.* 23. *D. de aur. arg. leg.* Insuitur culleo parricida: *l.* 9. D. *ad Leg. Pomp. de parricid.*

INSULA vulgari significatu locum denotat, qui undique aquis ambitur. Ac plane insulas dictas, *quod in salo sint*; observat Martianus Capella *de nupt. philol. lib.* 6. *Insula*, quæ alveo fluminis non cohæret, sed virgultis, aut alia qualibet materia ita substinetur in flumine, ut solum ejus non tangat, memorantur in *l. pen.* §. 2. *D. de adquir. rer. dom.* id est, *insula natans*, qualem describit Ovid. *Metamorph. lib.* 6. *v.* 333. *Quam vix erratica Delos - Orantem accepit tum, quum levis insula nabat.*

bat. De ejus generis insulis plura Grot. *de jur. bell. & pac. lib.* 2. *c.* 8. §. 9. *n.* 3. & Griphiand. *de Insulis c.* 6. §. 1. 43. *Insula* quæ in mari nascitur quod raro accidit: *l.* 7. §. 3. *D. de adquir. rer. dom.* §. 22. *Inst. de rer. divis.* Exempla pete ex Plin. *lib.* 2. *hist. nat. c.* 86. Liv. *Lib.* 39. *c.* 56. Nunciatumque erat, ait, haud procul Sicilia, insulam, quæ non ante fuerat, novam editam in mari esse. Justin. *lib.* 30. *c.* 4. Inter Insulas Theramenem & Therasiam medio utriusque ripæ & maris spacio, terræ motus fuit. In quo cum admiratione navigantium repente ex profundo cum calidis aquis insula emersit. Præsidem *Insularum*, in *l.* 4. *C. de navicul.* & in inscriptione *l. pen. C. ubi de caus. stat.* nec non in *Novella* 8. intelligimus insularum, in mare Aegeo & Jonio, & circa Asianum tractum, sitarum, puta Cycladum, Rhodi, Cypri, aliarumque, ut in *l.* 33. *C. de adpell.*

Insula etiam dicitur domus, ab aliis separata, nec conjuncta vicinis parietibus: *l.* 30. *D. locat. l.* 91. §. *ult. D. de legat.* 3. *l.* 2. §. 14. D. *ne quid in flum. publ.* Tacit. *lib.* 6. *Annal. c.* 45. *lib.* 1. *hist. c.* 86. nec non in Inscript. apud Reines. *Class. I.* 138. Addantur Alciat. *Commentar. ad l.* 160. D. *de verb. signif.*

INSULARIUS, modo inquilinus, uti *l. ult.* D. *de offic. præf. urb.* modo custos insulæ seu ædium, insula comprehensarum: *l.* 16. §. 1. *D. de usu & habit. l.* 5. §. 1. *D. de institor. act.* Reines. *Class. I. Inscr.* 138. Quod vero Alex. ab Alexandro *lib.* 3. *genial. dier. c.* 25. & Coel. Rhodigin. *lib.* 7. *Lect. antiq. c.* 31. *p.* 390. etiam servos apolidas, & in insulas deportatos, insularios a jurisconsultis adpellari scribunt, id vix ullo idoneo testimonio probant, merito proinde notati ab Alciato *Comment. in l.* 166. *D. de verb. signif.*

INSUPER, præterea, & hoc amplius: *l.* 3. §. 16. *D. de suspect. tut. l.* 20. *D. de inst. vel instrum. legat.* §. 2. *Inst. de donat.* Terent. Eunuch. *Act.* 5. *sc.* 6. *v.* 12. An poenitebit flagitii, te auctore quod fecisset Adolescens, ni miserum insuper etiam patri indicaret?

Insuper habere, pro negligere & posthabere, sive susque deque habere: *l.* 43. *D. de relig. l.* 17. D. *de his quæ ut indign.* ut notavit Cujacius *lib.* 3. *observ. c.* 22. cui ex Gellio, Apuleio, Symmacho auctarium est adjectum: Gellius enim *lib.* 4. *c.* 1. Hæc ego, inquit, quum philosophiæ me dedissem, non *insuper* habui discere. Idem *lib.* 1. *c.* 19. Tarquinius ore jam serio, atque attentiore animo, eam constantiam non insuper habendam intelligit. Apuleius *lib.* 4. *de asin. aur. p.* 154. Lacrymis istis, quas parvi pendere latrones consueverant, *insuper* habitis. Idem *lib.* 1. *p.* 117. Hic est, qui diebus ac noctibus ætatulam meam illusit. Hic est, qui meis amoribus *insuper* habitis, non solum me diffamat, probris, verum etiam fugam instruit. Symmach. *in Epist.* Hæc me, atque alia hujusmodi perpulerunt, scribendi munus insuper non habere.

Fuit de hac loquutione controversia inter Cujacium & Jo. Robertum. Illo pro una voce habet *insuperhabere*, idque interpretatur negligere, vel, ut *l.* 43. *D. de relig.* habent Basilica, παρορᾶν *Lib.* 5. *obs. c.* 2. Robertus *lib.* 3. *Animadv. c.* 19. in omnibus juris locis *insuper habere* divisim scribendum putat, ut idem sit, ac aliquid præterea habere: &

& quamvis is non esset bonus iste Robertus, cui quis deferre vellet de tersa Latinitate judicium, magno tamen cum supercilio scribere non dubitat: *Gellius, Apuleius, Symmachus non sunt puræ Latinitatis auctores. Hos hinc facessere jubeo cum aliis plerisque impuris vocabulis suis* Quasi omnes juris nostri auctores felice illa atque aurea Latinitatis ætate floruissent, ut absurdum sit, eorum Latinitatem ex Gellio, Apuleio, Symmacho illustrare velle. Raevardus Var. *lib.* 3. *c.* 3. & Taubm. *ad Plaut. Mercat. Act.* 1. *sc.* 2. *v.* 82. plane in tria vocabula *in super habere* hanc loquutionem distrahunt, nec auctoritate, nec analogia, ut mihi quidem videtur, suffragante. Sed solida omnino est observatio Cujacii, quam etiam ex MSSC firmat Muret. *lib.* 11. *Var. lect. c.* 17. Hein.

Insurgere leges jubemus: armari jura ultore gladio: *l.* 32. *C. ad Leg. jul. de adulter. l.* 3. *C. Theod. eod. tit.*

Integer, salvus, illæsus, inoffensus, nulla macula notatus. Sic integer consensus: *l.* 5. *C. pro soc.* status: *l.* 1. §. 1. *D. nihil innov.* Integri nummi: id est, intacti, nondum consumti: *l.* 84. D. *de solut. Integer* quadrans: Ulp. *regul. tit.* 24. §. 32. *Integra* manet, fit, actio: *l.* 89. *D. de solut. l.* 1. §. 5. D. *de contr. tutel. act.* caussa: Paull. *lib.* 2. *sent. tit.* 15. §. 1. Apud Terent. *Hecyr. Act.* 1. *sc.* 2. verba hæc: Caussa hac integra, Donatus interpretatur, *non dicta. Integra* defensio: *l.* 4. *C. except.* dignitas: *l.* 24. §. 1. *D. de serv. corrupt.* existimatio: *l.* 15. *C. de his qui accus. non poss.* facultas accusandi: *l.* 21. *C. ad Leg. jul. de adulter.* fama: *l.* 7. *D. de recept. arbitr.* frons: *l.* 43. D. *de testib.* opinio: *l.* 21. *D. de rei vind.* optio: *l.* 4. *D. de opt. vel elect. leg.* persequutio: *l.* 1. *C. de his quæ vi metuve.* persona: *l.* 4. *D. de popul. act.* petitio, *l.* 21. *C. de solut.* repetitio: *l.* 6. *C. de solut. Integra* dum res est, potest conventione nostra infecta fieri emtio: *l.* 2. *D. de resc ind. vend.* id est, ante pretium solutum, ut *ibid.* seu antequam res sequuta fuerit, ut *l.* 5. §. *ult. D. eod. tit. Re integra* ab emtione & venditione, utriusque partis consensu, recedi potest: *l.* 1. *C. quand. lib. ab emt.* Perfecta emtio venditio, *re integra* tantum, pacto & consensu potest dissolvi: *l. ult.* C. *eod. tit.* id est, ante traditionem interpositam, ut *d. l.* 1. seu re nondum sequuta, ut *l.* 7. §. 6. D. *de pact.* vel si nondum impleta sunt, quæ utrimque præstari debuerunt, ut ait Pomponius in *l.* 6. D. *de contrah. emt.* Mandatum *re integra* domini morte finitur: *l.* 15. *C. mand.* id est, antequam res ab eo geri cœperit, cui mandatum est: *l.* 6. D. *de jurisd.* seu nondum explicato negotio, ut *l.* 9. D. *de curat. furios.* Vetus Glossarium: *Integra re*, μήπω ἀρξαμένου ποιῆσαι τι τοῦ ἐνταλθέντος, *antequam mandatarius quidquam facere cœperit.* Et alibi: ἀκεραίου δηλαδὴ τοῦ πράγματος μένοντος, *intacto adhuc manente negotio.*

Integra terra est, in quam nondum dominus pascendi gratia pecus immisit: *l.* 30. §. 2. D. *de verb. signif. Integra* permanet vindicatio; *l.* 24. *C. de rei vind.*

Integrum jus, id est salvum: *l. ult.* §. *ult.* D. *ad SC. Trebell.* & ita. Integri juris fratres: §. 1. *Inst. de success. cognat.* sunt non emancipati, seu capitis deminutionem, vivo patre non passi.

Si negotium integrum est: *l.* 23. C. *de fideicomm.* id est, si necdum heres agnoverit judicium defuncti, nec vel transegerit, vel

vel solverit, quod relictum est.

Integer, sincerus & incorruptus. Integra deliberatione sancimus: *l.* 47. *C. Theod. de adpellat. & consult.* Integra fides: *l.* 38. *D. de negot. gest. l.* 1. §. *ult.* D. *de Carbon. edict.*

Integra ætas est, *quæ in flore consistit, cui neque addendum jam sit*, neque quidquam *adhuc sit imminutum*, inquit Donatus in *Terent. Andr. Act.* 1. *sc.* 1. Virgil. *lib.* 9. *Aen. v.* 255. *Integer* ævi Ascanius. Et *lib.* 2. *v.* 638. *Integer ævi sanguis.* Apud Statium quoque *lib.* 5. *silv.* 2. *v.* 13. de cor *integer ævi*, legitur.

Integer, sanus, incolumis. Unde *integer* claudo, lusco & manco opponitur: §. 9. *Inst. de Leg. Aquil.* Seneca *lib.* 5. *de benef. c.* 24. Quum hoc factum est, *integer* eram: postea ad Mundam in acie oculus mihi effossus est, & in capite lecta ossa. *Integra* mente & valetudine: *l. ult.* D. *de injust. rupt. irrit.* Horat. *lib.* 1. *Ode* 3. *At precor integra cum mente*, id est, sana, ut ibidem interpres explicat, quemadmodum & Juvenalis *Sat.* 10. loquitur. *Orandum est, ut sit mens sana in corpore sano. Integrum* ac sanum: *l.* 27. *D. de act. emt. vend.*

Integrum, totum, solidum, indivisum. *Integra* dotis actio: *l.* 3. *C. de pact. conv.* materia auri: *l.* 33. *D. aur. arg. leg.* Integras partes petere: *l.* 77. §. 27. D. *de legat.* 2. integram pecuniam solvere: *l.* 12. *C. si cert. pet.* Integro statuto tempore: *l.* 32. §. *ult.* D. *de serv. præd. urb.* In integrum teneri, id est, in solidum: *l.* 25. *D. de re jud.*

Ex integro, rursus, vel denuo, &, ut vulgo loquimur, de novo. Sic: *ex integro* agere: *l.* 45. §. *ult. D. de minor.* audiri: *l.* 6. *D. de custod. & exhib.* cavere: *l.* 8. §. 2. *D. qui satisd. cog.* cognoscere: *l.* 9. *C. quand. provoc. non est necess.* defensionibus uti: *l.* 1. *C. ex quib. caus. major.* edere: *l.* 7. D. *de edend.* experiri: §. *ult. Inst. de act.* jurare: *l.* 33. D. *de jurejur.* litigare: *l.* 73. §. 2. *D. de judic.* locare: *l.* 14. D. *locat.* petere: *l.* 25. §. *ult. D. de except. rei jud.* satisdare: *l.* 10. D. *qui satis.* venditionem facere: *l.* 8. §. 1. *D. de reb. auct. jud. possid.*

In Integrum in solidum. Sic In integram summam obligari: *l.* 122. *D. de verb. oblig.* teneri: *l.* 25. D. *de re jud.* Et hoc sensu in integrum restituere accipitur in *l.* 58. *D. de pact.* id est, rursus præstare, ut exponitur *ibid.*

Alias *in Integrum* restituere, est in priorem statum, conditionem jusque restituere. Quod contingit primum illis, qui capti, fraudati, circumscripti sunt, ut: Si hereditate patris, ætatis beneficio in integrum restitutus: *l.* 2. §. *ult.* D. *de minor.* Adde *l.* 48. §. 1. *D. de fidejuss. l.* 1. §. 2. *D. de collat. bon.* Sed & caussa in integrum restitui dicitur: *l.* 33. *D. de re judic. l.* 31. *D. de minor.* & usufructus: *l.* 58. *D. de pact.* ubi *in integrum* restituere usumfructum, & *in caussam pristinam*, pro iisdem ponuntur. Singularis vero loquutio est, quando in integrum se restituere dicitur minor, qui impetrat in integrum restitutionem: *l.* 48. D. *de minor.* Deinde & deportati, in metallum damnati, aut alias servi pœnæ effecti *in integrum* restitui dicuntur, indulgentia principali: apud Paull. *lib.* 4. *tit.* 8. §. 24. Sic ambitus damnatus, si alium convicerit, in integrum restituitur: *l.* 1. D. *de Leg. jul. de ambitu. In integrum* restituere, est honoribus, & ordini, & omnibus ceteris aliquem restituere: *l.* 1. *C. de sent. pass.* Vid infra sub art. *restitutio.*

IN-

INTEGRARE. Donat. in *Andr. Act.* 4. *sc.* 2. *Integratur*, quod in integrum redit, quod repetitur, quod instauratur. Sic: *Integratur* dominium: *l.* 7. *C. de adquir poss.* jus debiti: *l.* 21. §. 1. *D. de SC. Silan.* At in *l.* 8. D. *de tut. & rat. distrah.* his verbis: *Finita tutela jure postliminii integratur:* Papinianus *integrare* posuit pro *recipere* ceu patebit, si jungas, ex §. 2. *Inst. de Atilian. tut.* Alias *integrare*, quatenus significat renovare, reficere, de novo facere, omnino est Latinum, quo usi sunt Gell. *lib.* 15. *c.* 2. Lucret. *de rer. nat. lib.* 2. *v.* 1146. & ipse Cicero *de invent. lib.* 1. *c.* 17. Vid. Ducker. *de Latin. vet. Jurisconf. p.* 407 Hein.

INTEGRITAS, incolumitas. Integritas mentis: *l.* 21. *D. qui test. fac. poss.*

INTEGRITUDO, pro integritate. *Integritudo* animi: *l.* 1. *D. de testam. milit.* Hoc vocabulum sola analogia defenditur. Quum enim veteres & boni auctores habeant *pinguitudo* pro pinguedine, ut Varro *de re rust. lib.* 2. *c.* 4. & *lib.* 3. *c.* 9. *dulcitudo* pro dulcedine, Cic. *lib.* 3. *de orat. c.* 25. & Ulpianus *l.* 10. §. 10. D. *quae in fraud. credit.* cur barbarum videatur *integritudo*, quamvis id vocabulum apud meliores auctores nemo adhuc observavit *Hein.*

INTELLECTUM habere: *l.* 124. *D. de reg. jur.* capere: *l.* 1. §. 3. *D. de adquir. possess.* eo non carere: *l.* 93. §. 1. *D. eod. tit.* Tenuis *intellectus*: *l. ult.* §. *ult. D. de divort.* Ibi: intellectus accipitur pro cognitione, seu facultate cognoscendi.

Intellectus pro sensu verborum. Videamus, qualem intellectum habet, *l.* 93. §. 1. *de adquir. vel omitt. oblig. Intellectus* institutionis: *l.* 11. §. 6. *D. ad leg. falcid.* Demonstrandi intellectus caussa: *l.* 3. §. *ult. D. de obl. & act.*

Intellectum habere dicitur, quod intelligitur, quamvis in sensus non incurrat. Hereditas, etiam sine ullo corpore, juris intellectum habet: *l.* 50. D. *de hered. pet.* id est, jus intelligitur. Et ita: *Intellectu* & corpore, (seu modo in sensus incurrente) partes habere, opponuntur: *l.* 5. D. *de stipul. servor.* Estque haec loquutio ex vetere philosophia depromta. Veteres enim res quasdam *esse*, quasdam *intelligi*, dicebant. Cicero *Topic. c.* 5. Definitionum duo sunt genera prima. Unum earum rerum quae sunt: alterum, earum, quae intelliguntur. *Esse* ea dico, quae cerni tangive possunt, ut fundum, aedes, parietem, stillicidium, mancipium, pecudem, supellectilem, penus, cetera, quo ex genere quaedam interdum nobis definienda sunt. *Non esse* rursus ea dico, quae tangi demonstrarive non possunt, cerni tamen animo, atque *intelligi* possunt, ut si usucapionem, si tutelam, si gentem, si adgnationem definias, quarum rerum nullum quasi subest *corpus*, est tamen quaedam conformatio insignita, & impressa *intelligentia*, quam *notionem* voco. Et Seneca *Epist.* 58. in rerum natura, quaedam *esse*, quaedam *non esse*, & animo tamen succurrere: id est, intelligi, tradit, quamvis non habeant *substantiam*. Omnes ergo res, quas *corporales* vocant Jurisconsulti, *esse*, *incorporales* non tam *esse* vel in *corpore* vel *substantia* consistere, quam *intelligi* putabant.

Est etiam quod magis *intellectu*, quam eloquutione exprimi posse dicitur, in *l.* 12. D. *rat. rem hab. l.* 13. D. *de solut.* Si quis non ipse prohibitus sit, sed procurator ejus, *intellectu* aliquo prohibitus ipse videtur: *l.* 14. §. *ult. D. de religios.*

INTELLIGENTIA sermonis:

nis: *l.* 20. §. *ult.* D. *qui test. fac. poss.*

INTELLIGERE, animo, consequi, mente percipere, quod agitur: *l.* 208. D. *de verb. signif.* Donat. in *prolog. Andriæ*: Quod credimus plerumque falsum: quod intelligimus certum est.

Intelligere, existimare, statuere, censere, perscipere, scire. Nulla intelligitur mora fieri: *l.* 88. *D. de reg. jur.* Prædonis loco intelligendus est: *l.* 46. *D. de hered. pet.* Non intelligitur venisse: *l.* 165. *D. de verb. signif.* Intelligitur, id est, videtur, creditur: *l.* 3. D. *de his, qui not. infam. l.* 56. D. *de verb. oblig. & passim.*

Intelligere, in aliquem sensum accipere, vel interpretari: *Intelligenda* est, id est, accipienda: *l.* 35. *D. de condit. & demonstr.* Intelligendi sunt: *l.* 228. D. *de verb. signif. Intelligere* debemus: *l.* 17. §. *ult. l.* 229. *D. de verb. signif.*

Etiam, quæ esse ponimus, fingimusque, *intelligere* dicimur, notante Alciato *Comment. in l.* 4. D. *de reb. cred.* Sic diremto etiam matrimonio, dotale prædium esse intelligitur: *l.* 12. D. *de fund. dot.*

INTEMERATE. Popularibus plausibus *intemerate* servire: *l.* 3. *C. Theod. de spectac.* Pro quo Codex Justinianeus in *l.* 5. *eod. tit.* habet *intemperanter.* Jac. Gothofredus *intemperate* mallet.

INTEMERATUS, *a*, *um.* *Intemerata* beneficia: *l.* 4. *C. Theod. de itin. mun.* dignitas: *l.* 25. *C. Theod. de decurion.* fides: *l.* 2. §. 1. *C. de summ. Trinit.* jura: *l.* 41. *C. de transact.* observatio: *l.* 21. *C. Theod. de extraord. seu sord. mun.* virginitas: *l. un.* C. *Theod. si quis eam, cujus tutor.*

Intemeratum frumentum: *l.* 1. C. *Theod. de can. frum. urb. Rom.*

INTEMPERANTER minores ad curiæ consortium devocare: *l.* 19. *C. Theod. de decurion.* id est, indiscrete, & nulla habita distinctione ætatis.

INTEMPERANTIA vina præbere: *l.* 29. *C. de adult. l.* 1. *C. Theod. eod. tit.* sive intelligatur vinum merum & ἄκρατον, quod ad intemperantiam, invitat, sive quod intemperanter, immodice sumitur.

INTEMPESTIVA convivia adpetere: *l.* 1. *C. Theod. de stud. liber. urb. Rom.* quibus opponuntur tempestiva, quæ justo tempore & loco fiunt. De his vid Turneb. *adversar. lib.* 6. *c.* 16. Curtius: *lib.* 6. *c.* 2. Intempestiva convivia & perpotandi pervigilandique insana dulcedo. Cicero *pro Murena c.* 6. Intempestivi convivii, amoeni loci, multarum deliciarum comes est extrema saltatio. Suetonius *in Caio c.* 45. Senatum populum que objurgavit edicto, quod Cæsare præliante, intempestiva convivia circum & theatra & amœnos secessus celebrarent. Sed apud Curtium, Ciceronem, & Suetonium rectius legitur *tempestiva convivia.* Observavit enim Salmasius ad Vopisci *Florian. c. ult.* convivia *intempestiva* nulla exstare in veterum libris, nisi librariorum negligentia, & esse illam distinctionem inter convivia *tempestiva & intempestiva*, quasi tempestiva diurna fuerint, intempestiva nocturna, nullius auctoritatis. *Tempestiva* autem convivia sunt, quæ de die ante horam solitam & justam inibantur, atque in multam noctem, vel ad sequentem aliquando protrahebantur lucem. Vid. Græv. *ad Suet. l. c.* & in *præf. in ult. Tom. Antiq. Rom.*

INTEMPESTIVE rei commodatæ usum auferre: *l.* 3. §. 3. D. *commod.* silva cæsa: *l.* 48. §. *ult.* D. *de usufr.* misericordiam exercere: *l.* 7. *D. depos.* iter facere: *l.* 9. §. *ult.* D. *ad Leg. Aquil.*

Aquill. renunciare ſocietati : *l.* 14. D. *pro ſoc.*

INTENDERE, pro agere, ſeu, ut vulgo loquimur, agendo concludere: quo ſenſu, juriſconſultis fere proprio, tum abſolute, tum cum caſu quarto, ponitur. Sic: *Intendere* accuſationem: *l.* 30. *D. de Lege Cornel. de falſ.* actionem: *l.* 7. *D. de injur.* crimen, id eſt, objicere: *l.* 14. §. *ult. D. de bon. libert.* cibariorum exactionem: *Collat. Leg. Moſ. tit.* 10. §. 2. litem: *l.* 44. §. 4. *D. famil. erciſc.* petitionem hereditatis: *l.* 3. *D. de agnoſc. & alend.* Actio qua intendit ſibi dari oportere: §. 15. *Inſt. de act.* Hereditatem noſtram eſſe intendere poſſumus: *l.* 3. *D. de hered. petit.* Poſſum *intendere* jus mihi eſſe, ire, agere: *l.* 9. *D. ſi ſerv. vind.* jus eſſe, uti frui: *l.* 5. *D. ſi uſusfr. pet.* Utiliter *intendere*, ſibi filiæve ſuæ reddi dotem: *l.* 22. §. 9. *D. ſolut. matr.*

INTENTARE accuſationem: *l.* 4. *C. ad Leg. jul. de vi publ.* actionem: *l.* 13. *C. de procurat.* crimen: *l.* 4. *C. de accuſ.* Intentata depellere: *l. pen. C. Th. ad Leg. jul. de adult.*

INTENTIO, adpellatur, quod actor vel accuſator judicio intendit: *l.* 17. D. *comm. divid. l.* 32. *pr.* D. *de pecul.* In uſu noſtro forenſi *fines & concluſiones* vocamus. Vetus Gloſſarium: *Intentio*, ἀρχὴ τῆς ἐπαγωγῆς. *Intentione*, (id eſt, condictione,) incerti agendum eſt: *l.* 6. *D. de præſcript. verb.* Sic accipe *intentionem* accuſatoris: *l.* 5. §. 10. *D. de his, quæ ut indign.* agentis: *l.* 7. *C. de petit. her.* Intentio ambigua: *l.* 69. *D. de judic.* delatoris: *l.* 5. §. 13. *D. de his, quæ ut indign.* dominii: *l.* 1. §. 2. D. *de pignor.* petitionis: *l. ult. C. de edend.* dati pignoris: *l.* 1. *C. de non num. pecun.* ſervitutium: *l.* 6. §. 3. *D. ſi ſervit. vind.* vindicantis: *l.* 4. *C. de uſucap.* Libera intentione, (id eſt, actione,) in judicium devocare: *l.* 4. *C. Theod. de famoſ. libell. Intentionem* publicæ neceſſitatis evadere: *l. ult. C. Th. de fiſc. debit.* Ab intentione repelli: *l.* 47. D. *de hered. pet.* Intentionem adjuvare: *l.* 7. *C. de except.* elidere; *l.* 17. *D. de evict.* munire; *l.* 10. *C. de except.* ſuam perdere: *l.* 9. §. 6. D. *ad exhib.* ſuſcipere; *l.* 9. §. 6. D. *ad exhib.* Si quis agens in *intentione* ſua plus complexus fuerit, quam ad eum pertinet: §. 33. *Inſt. de action.* Dicendum erit, nec tenere *intentionem*: *l.* 1. *pr. D. ſi menſ. falſ. mod.* Reus exceptionem velut *intentionem* implet: *l.* 19. *pr.* D. *de probat.* id eſt, reus in exceptione actor eſt, ut loquitur Ulpianus in *l.* 1. D. *de except.* In præjudiciis actoris partes ſuſtinet, qui habet intentionem ſecundum id quod intendit: *l.* 12. *D. de except.* id eſt, ſi in præjudiciis quæritur, quis actoris partes ſuſtineat? Reſpondetur eum eſſe actorem ſecundum cujus intentionem data & concepta eſt actio, ut, ſi ita detur actio: *Si patet Lucium eſſe patronum*, Lucius actoris partes ſuſtinebit. Quod ſi ita: *Si paret Gaium ingenuum eſſe*, Gaius actor intelligitur. Ita Cujac. *lib.* 5. *obſ. c.* 37. At Heineccius obſcuriſſimam eſſe & pæne nullum ſenſum fundere, ait phraſim illam: *Actoris partes ſuſtinere eum, qui habeat intentionem, ſecundum id, quod intendit.* Alii judicent.

Intentio, pro mente & voluntate: ut *intentio* defuncti: *l.* 10. *D. de alim. & cibar. legat.* voluntatis: *l.* 77. §. 26. *D. de legat.* 2.

INTER *ceteros* exheredare, id eſt, non nominatim, ſed ἀορίστως & indefinite: *pr. &* §. 3. *Inſt. de exhered. lib. l.* 25. *D. de lib. & poſtum.* Quæ loquutio juriſ-

riſconſultis propria eſt, ex formula qua teſtatores, alios, præter filios ſuos, excluſuri uti ſolebant: *Ceteri exheredes ſunto.* Theophil. *in* §. 1. *Inſt. de exhered. lib.* Quum enim ceterorum iſtorum numero & filiæ & nepotes nepteſque & fratres ſororeſque comprehenderentur: *inter ceteros* exheredari recte dicebantur. *Hein.*

Aliud eſt *inter cetera*, qua formula juriſconſulti utebantur, ſi quando non totam conſtitutionem, ſed partem illius, ad rem pertinentem recitarent. Tunc enim adſcribebant *inter cetera*, vel ſi paragraphum citarent, *ad locum.* Exempla, præter codicem Theodoſianum, in quo frequentiſſimus hujus formulæ uſus eſt, ſuggerunt Codex Gregor. *l.* 14. *de pact. & tranſact.* & Auctor *vet. Conſultat. c.* 4. 5. 6. 9. Plura de ea citandi ratione Jac. Gothofred. *Comment. in l.* 3. *C. Theod. de poſtul.* Hein.

Inter pro de, ut *Inter* ſicarios, Cic. *de Invent. lib.* 2. *c.* 20. Non enim oportet in recuperatorio judicio ejus maleficii, de quo inter ſicarios quæritur, præjudicium fieri. Idem *pro Cluent. c.* 7. In Q. Sergii, ſenatoris ejus, qui inter ſicarios damnatus eſt, manus incidit. Et *lib.* 2. *de fin. c.* 16. Inter ſicarios quæſtionem exercere.

Ut *inter bonos bene agier oportet*: notiſſima formula, qua in contractu fiduciæ uti ſolebant. Unde eadem & in formula, qua arbiter de eo contractu conſtituebatur, exprimi conſueverat. Cicero *lib.* 3. *de offic. c.* 17. Nam quanti verba illa: uti ne propter te fidemve tuam captus fraudatuſve ſiem? Quam illa aurea: ut inter bonos bene agier oportet, &, ſine fraudatione. Idem *lib.* 7. *ad famil. epiſt.* 12. Ubi porro illa erit formula fiduciæ: inter bonos bene agier, & ſine fraudatione? *Hein.*

INTERÆSTIMATIO, in *l.* 64. *pr.* D. *de Ædil. edict.* eſt pretium, ſeu interpretium redhibiti vel evicti hominis, quod emtor præſtat ſolvitve emtori. Cujac. *lib.* 16. *obſ. c.* 4.

INTERCALARE eſt interponere, vel inſerere faſtis diem, ut ratio motus ſolaris ſibi conſtet: *l.* 3. *D. de minor. l.* 98. D. *de verb. ſignif.* Macrob. *lib.* 1. *Saturnal. c.* 14. Hinc

INTERCALARIS dies: *l.* 2. D. *de diverſ. temp.* & apud Plin. *lib.* 2. *c.* 8. qui, ut anni ratio ſolis curſui conveniret, menſi februario inſeritur. Ἐμβολιμαῖον Græci vocant. Macrob. *lib.* 1. *Saturnal. c.* 14. Cæſar decem dies obſervationi veteri ſuperadjecit: ut annuum trecenti ſexaginta quinque dies, quibus ſol zodiacum luſtrat, efficerent, & ne quadrans deeſſet, ſtatuit, ut quarto quoque anno ſacerdotes, qui curabant menſibus ac diebus, unum intercalarent diem, eo ſcilicet menſe ac loco, quo etiam apud veteres intercalabatur, id eſt, ante quinque ultimos februarii dies, idque biſſextum cenſuit nominandum. Iſidorus *lib.* 6. *orig. c.* 16. ubi ait: Intercalares dies idcirco vocantur, quia interponuntur, ut ratio lunæ ſoliſque conveniat. Calare enim ponere dicitur: intercalare interponere.

Immo *calare* non eſt *ponere*, ſed vocare, a Græco καλεῖν. Hinc *incalare* teſte Feſto, *invocare: Incalationes invocationes*, *Intercalare, inter alia verba quid clamare.* Ita enim, ut paullo poſt ipſe Briſſonius notat, veteres carminibus nuptialibus, invocabant, e. g. apud Catullum *carm.* 62. *Jo. Hymen, Hymenæe Jo, Jo Hymen, Hymenæe.* Et *carm.* 63. *Hymen, o Hymenæe, Hymen, ades o Hymenæe.* Hæ invocationes, quum ſingulis ſtrophis interponerentur,

 dictæ

dictæ ſunt intercalares: & ab his demum translata eſt hæc denominatio ad dies & menſes, qui reliquis extra ordinem inſerebantur. Hinc recte Scaliger *de Emend. temp. lib.* 7. Dierum intercalationem vocarunt a carmine ſuccentivo, quod colis, & ſtrophis abſolutis, iterabatur. Quam etymologiam & Voſſius probat *in Etymol. p.* 107. *Tom.* 1. *op.* Hein.

Intercalaris menſis, apud Macrob. *lib.* 1. *Saturnal. c.* 13. De eo Modeſtinus *l.* 98. §. 1. 2. *D. de verb. ſignif.* Cato, inquit, putat, menſem intercalarem addititium eſſe: omneſque ejus dies pro momento temporis obſervat: extremoque diei menſis februarii attribuit Quinctus Mucius. Menſis autem intercalaris conſtat diebus viginti & octo. Sueton. *in Julio c.* 11. Annum ad curſum ſolis adcommodavit, ut 365 dierum eſſet, & intercalario menſe ſublato, unus dies quarto quoque adderetur intercalaris.

Omnia hæc multo accuratius ad rationes aſtronomicas & hiſtoricas exegerunt, qui hic præ ceteris conſulendi erunt Cenſorinus *de die natali c.* 20. & Joſ. Scaliger *de emendat. temp. lib.* 4. Hein.

Intercalaris annus apud Plin. *Hiſt. nat. lib.* 2. *c.* 47.

Intercalares calendæ apud Ciceron. *pro Quinct. c.* 25. & *lib.* 6. *ad famil. epiſt.* 14. De his erudite agit Jo. Frid. Gronovius *obſ. lib.* 2. *c.* 18. & Græv. ad Cic. *pro Quinct. c.* 25. Nimirum Decemviri inſtituerant, ut Februarius menſis ſecundus eſſet, intercalarius autem poſt Terminalia, quæ in diem iſtius menſis 23. incidebant, interjiceretur, ut quo die viceſimus quartus Februarii numerandus eſſet, eo die calendæ *intercalares* dicerentur. Macrob. *Saturnal. lib.* 1. *c.* 15. Ergo *V. Kal. intercalares* eſt dies februarii 20. *Hein.*

Intercalaris verſus, teſte Servio *in Eclog.* 8. *Virg. v.* 21. dicebatur, qui frequenter poſt aliquantulos interponitur. Tales permulti occurrunt apud veteres. Ut enim non repetam, quæ ſupra de epithalamis dixi, in quibus illud: *Hymen o Hymenææ, Hymen ades, o Hymenææ*, utramque faciebat paginam: quis ignorat verſum intercalarem Virgilii *in Ecloga* 8. *Incipe Menelaios, mea tibia, dicere verſus*, qui in illa ecloga octies repetitur, donec *v.* 6. huic carmini hunc finem imponit Damon: *Deſine Menelaios, jam deſine, tibia verſus.* Hinc eum imitatus Alphæſibœus, ſimili verſu intercalari ſe oblectat: *Ducite ab urbe domum, mea carmina ducite Daphnim.* quem novies repeti videmus in eadem ecloga, antequam *v.* 109. ſequitur hic epilogus: *Parcite, ab urbe venit, jam parcite, carmina Daphnis.* Qua in re Virgilius imitatus videtur Theocritum, qui & ipſe ſtatim *Eidyll.* 1. utitur verſu: Ἄρχετε βουκολικᾶς, μῶσαι φίλαι, ἄρχετ᾽ ἀοιδᾶς. *Incipe bucolicas mecum, mea Muſa Camœnas.* Et deinde idem eidyllion ita concludit: Λήγετε βουκολικᾶς, Μῶσαι, ἴτε λήγετ᾽ ἀοιδᾶς. *Deſine bucolicas mecum, mea Muſa, Camœnas.* Similis eſt verſus intercalaris in pervigilio Veneris: *Cras amet, qui numquam amavit, quique amavit cras amet.* ad quem lepidum verſum plura notavit Andr. Rivinus *in Not. p.* 58. *ſeq.* quibuſcum jungenda, quæ diſſeruit Scaliger. *lib.* 2. *Poet. c.* 31. Hein.

INTERCAPEDO, pro intervallo. Intercapedo judicato dilationem dare, non lucrum adferre debet: *l.* 3. *D. de uſur.* Add. *l.* 3. §. 3. *D. ſi cui plus quam per Leg. Falcid.*

INTERCEDERE, intervenire interponi. Sic *intercedere* dicuntur acceptilatio; *l. ult.* D. *de accep-*

acceptil. actus; *l.* 1. *C. quand. lic. ab emt.* adpellatio: *l.* 5. §. 12. D. *de his quæ ut indign.* anni ante impletam conditionem; *l.* 64. D. *de verb. oblig.* auctoritas tutoris; *l.* 8. D. *de adopt.* calliditas; *l.* 9. §. 1. D. *de duob. reis.* capitis deminutio: *l.* 2. *D. quib. mod. usufr. amitt.* captivitas: *l.* 12. §. 5. D. *de capt. & postlim.* caussa: *l.* 35. D. *de solut.* consensus: *l.* 9. D. *de contrah. emt.* contractus: *l.* 25. *D. de pignor.* divortium: *l.* 66. §. 1. D. *solut. matrim.* dolus: *l.* 47. *D. de reg. jur.* donatio: *l.* 2. C. *de postlim. reverf.* error: *l.* 25. D. *de lib. & postum.* heredes: *l.* 73. D. *de reg. jur.* impendium: *l.* 44. §. *ult. D. ad SC. Trebell.* inimicitiæ: *l.* 43. §. *ult.* D. *de procurat.* instrumentum: *l. ult. C. de commun. rer. alienat.* mandatum: *l.* 54. *D. mand.* mora: *l.* 3. §. 1. D. *de adim. legat.* nota: *l.* 7. *C. de re milit.* nuptiæ: *l.* 7. D. *de condict. cauff. dat.* obligatio: *l.* 6. *C. de jur. dot.* pactum: *l.* 63. D. *de fidejuff.* persona: *l.* 30. §. 5. *D. de fideic. libert.* pignus: *l.* 59. *D. ad SC. Trebell.* pollicitatio: *l.* 1. *C. de jur. dot.* provocatio: *l.* 5. *C. de sent. & interloquut.* quæstio: *l.* 24. §. 1. *D. ad Leg. Falcid.* ratihabitio: *l.* 14. *D. de condict. cauff. dat.* ratio: *l.* 1. §. 8. *D. de tut. & rat. distr.* res: *l.* 52. D. *de oblig. & act.* satisdatio: *l.* 1. D. *ut in poffeff.* statutum temporis spacium: *l.* 3. *C. si quis ignor.* stipulatio: *l.* 72. §. 1. *D. de solut.* titulus: *l.* 2. *C. ne de stat. defunct.* tutor: *l.* 5. D. *de op. nov. nunc.* vitium: *l.* 8. *C. qui pet. tut.* voluntas: *l.* 3. *C. de donat.*

Intercedere, prohibere, impedire. Et ita *Intercedere* dicuntur Prætor edicto suo: *l.* 2. §. 5. D. *ne quid in loc. publ.* Lex: *l.* 87. §. *ult. D. de legat.* 2. necessitas: *l.* 6. §. *ult.* D. *ut legator. seu fideic.* pater filio: *l.* 3. §. 4. D. *de mun. & honor.*

Intercedere, interjacere. Sic: Si inter meas & Titii ædes tuæ intercedant; *l.* 5. D. *si serv. vind.* Vid. & *l. ult.* D. *de serv. rust. præd. l.* 17. §. 2. & §. *ult.* D. *de aqu. & aqu. pluv. l.* 15. §. 13. *D. de damn. infect. l.* 1. D. *de servit. præd. urb.*

Intercedere, fidem suam pro alio obligare, alienamque obligationem in se suscipere, significat: *l.* 2. §. *ult. & passim. tit. ad SC. Vellei.* Immo in hoc SCo id vocabulum significationem habet plane τεχνολογικὴν, & arti nostræ proprium. Comprehendit enim non modo fidejussionem: *l.* 2. §. 1. *l.* 25. §. 1. *D. eod. tit.* verum etiam mandatum, ut alter credat: *l.* 6. *l.* 7. *D. eod. tit.* immo & defensionem: *l.* 2. §. 5. *D. eod. tit.* pignorum pro alieno debito dationem: *l. ult.* §. 1. D. *eod.* constitutionemque pecuniæ: *l.* 28. *D. de constit. pec.* quatenus fit pro alio: item, expromissionem: *l.* 8. §. 9. *D. ad SC. Vellei. l.* 30. §. 1. D. *de pact.* correalem obligationem, pro pecunia alii soluta: *l.* 4. *l.* 19. *C. l.* 8. *l.* §. 14. *l.* 11. *l.* 12. *l.* 28. §. 1. *D. ad SC. Vellei.* Hein. Unde & Græci, quod animadverterent, nullum esse in lingua sua verbum, quo tam amplam significationem satis exprimerent, ipsum verbum *intercedere* in suam linguam deformarunt. *Intercesserunt* fidejussores & mandatores; *l.* 9. §. 3. *D. de SC. Maced.* Sive fidejussorio, sive mandatorio, vel quocumque alio nomine, pro debitore intercesserit: *l.* 12. *D. de minor.* Mulier quæ intercedens fundum pignori dedit: *l.* 39. §. *ult. D. de rei vind.* Intercedere non videtur mater, quæ pietati dans, litem filii præparandam curare maluit: *l.* 1. *D. de adpell. recip.*

Intercedere dicebantur episcopi, cum pro reis, caussa cognita, veniam a judicibus postulabant: *Const.* 14. *&* *l.* 15. 16. *C. Th. de pæn.* Augustin. *epist.* 52. 53. 54. 228. 230. & *contra Crescent. c.* 47. *seq.* officium quippe sacerdotis esse ducebant, pro iis intervenire: quod si non obtinerent, offendebantur, ut qui, quod erat officii sui, non reportassent. Maxime vero intercedebant pro iis, qui ad ecclesias confugiebant: *Concil. Arausi* 1. *can.* 5. Quibus hoc modo venia concedebatur, iis canonica ab ecclesia imponebatur pœnitentia, quam illi obituros sese ultro spondebant, veniam alias non consequuti: *Concil. Remens. can.* 7.

INTERCESSIO, pro interventu. Prætor intercessione auctoritatis suæ prospiciet: *l.* 1. *C. de abolit.* Intercessio, qua quis pro alio intercedit sive fidejussorio, sive mandatario, sive pigneratitio, sive expromissorio, sive defensorio nomine vel pro alio pecuniam constituendo, ut modo dictum est. Vet. Gloss. Græc. *Intercessio* ἐςὶ τὸ ὑπὲρ ἄλλȣ παραϭχεῖν ἐνέχυρον μὴν τὸ ἀναδȣ͂ναι τῷ χρεωςῇ τὸ ἐνέχυρον αὐτȣ͂. *Intercessio* est, quando quis ab altero pignus accipit, in casum si ille non luat pignus suum. Et iterum: *Intercessio*, τὸ ὑπὲρ ἄλλȣ ὑποβληθὲν ἐνέχυρον. Aliud Vetus Glossar. Græc. *Intercessionis* ἀντιφωνήσεως ἢ ἐγγύης. Pignoris igitur datio, *intercessionem* facit; *l.* 8. D. *ad SC. Vellei.* Add. *l. ult.* §. 3. *eod. tit.* Et *intercessio* est, quum mulier alieno nomine compromittat: *l.* 32. §. 1. D. *de recept. SC. Velleianum de intercessionibus* vocatur, in *l.* 40. *D. de condict. indeb.*

Intercessionis quoque species est subscribere & signare chirographum alienum: *l.* 15. *C. de administr. tut. & cur.*

Intercessio, pro exsequutione: *l.* 1. *C. de princ. agent. in reb. l.* 4. *C. Theod. eod. tit.* Sic militares intercessiones: *l.* 1. C. *Th. de lucr. offic.* quæ exsequutiones militares adpellantur, in *l.* 1. C. *de offic. milit. jud.* & *l. un. C. Th. eod. tit.*

INTERCESSOR, id est, interventor, fidejussor, mandator, adpromissor: *l.* 23. D. *de hered. vel act. vend. l.* 3. §. 4. *D. de pecul. l.* 11. *C. de except. l.* 20. *l.* 21. *C. de fidejussor.*

Intercessores, & pro exsequutoribus accipiuntur: *l.* 1. *C. Th. de pignor.* ubi Tribonianus reposuit exsequutores: *l.* 7. *C. quæ res pign.* Adde & *l.* 8. *C. de offic. rect. prov.*

Intercessores, dicuntur Episcopi qui sede vacante episcopatum administrabant, donec proprius aliquis esset: *Concil. Carthag. V. al. III. c.* 8. Capitul. Car. M. *lib.* 7. *c.* 89. Iidem hodie administratores dicuntur.

INTERCIDERE, active & antepenultima producta dicitur, qui aliquid concidit. Sic: Incendii arcendi caussa vicini ædes interciduntur: *l.* 7. §. 4. D. *quod vi aut clam. Intercidere* aquaductum: *l.* 25. §. 1. *D. ad Leg. Aquill.* codicillos: *l.* 3. *l.* 24. D. *de Leg. Cornel. de fals.* rationes dominicas: *l.* 1. §. *ult.* D. *de serv. corrupt.* sextam: *l.* 4. *pr.* C. *Th. ne sanct. bapt. iter.*

Intercidere neutraliter, & antepenultima correpta, dicitur, quod exstinguitur, deperit, interit. Sic *intercidunt* actiones: *l.* 49. D. *de hered. petit,* crimen morte: *l.* 2. C. *de testam. manum.* exemplum testamenti: Paull. *lib.* 4. *Sent. tit.* 6. §. 1. facultas solvendi: *l.* 95. §. 6. *D. de solution.* fideicommissum: *l.* 16. *l.* 55. §. 2. D. *ad SC. Trebell.* legatum: *l.* 59. D. *de cond. & demonstr.* libertas: *l.* 77. §. 29. D. *de legat.* 2. man-

mandatum: *l.* 57. *D. mandat.* materia: *l.* 2. *C. de testam.* obligatio: *l.* 50. D. *de fidejussor.* operæ: *l.* 34. *D. de oper. libert.* peculium: *l.* 9. D. *commun. divid.* spes: *l.* 2. *D. de statul.* via: *l.* 33. *D. ad Leg. Falcid.* voluntas; *l.* 18. §. 2. D. *famil. ercisc.* usufructus: *l.* 60. D. *de usufr.*

INTERCIPERE, lucrandi consilio rem intervertere, vel contrectare: *l.* 1. §. 1. *l.* 33. D. *de furt.* Sic intercipere argentum: *l.* 20. *D. commod.* bona: *l.* 43. D. *de liberal. causs.* epistolam: *l.* 14. §. *ult. D. de furt.* numos: *l.* 38. §. *ult.* D. *de noxal. act.* servos: *l.* 6. D. *de Leg. Fab. de plagiar.* usumfructum: *l. ult. D. si cui plus quam per Leg. Falcid.*

Intercipere, pro impedire, prohibere, intercedere. Intercipere contractum: *l.* 2. *pr. C. de præd. navicular. l.* 7. *C. Th. eod. tit.*

INTERCLUDERE dignitatis aditum: *l. un.* C. *Theod. de decurion.* viam provocandi: *l.* 1. *D. quand. adpel.* usum alicujus rei: *l.* 13. §. *ult.* D. *commun. prædior.*

INTERCOLUMNIA, in *l.* 45. *C. Theod. de oper. publ.* sunt spacia inter columnas, porticus, eadem forma, qua *interscalmium*, spacium, inter remigum ordines, *intertignium* spacium, inter duo tigna, apud Vitruv. *lib.* 1. *c.* 2. & *lib.* 4. *c.* 2. qui & intercolumniorum passim meminit, æque ac Cic. *ad Quint. fratr. lib.* 3. *ep.* 2. *c.* 2. Junge Cardi Du Fresne *Glossar. Lat. h. v.*

INTERDICERE, est denunciare & prohibere, ait Justinianus in §. 1. *Inst. de interdict.* Sic interdicitur cui administratione: *l.* 14. §. 1. D. *de solut.* advocationibus: *l.* 8. D. *de postul.* aqua & igni *l. ult.* D. *de legation.* & aliis locis quos supra sub art. *aqua.* Interdicere bonis est, administrationem bonorum suorum, curatore dato alicui adimere, ob id; quod neque modum, neque finem expensarum faciat: cujus interdictionis sollemnia verba a Paullo referuntur *lib.* 3. *Sent. tit.* 4. §. 7. Cic. *de Senect. c.* 7. Ut quemadmodum more nostro male rem gerentibus bonis interdici solet. Vid. Valer. Max. *lib.* 3. *c.* 5. *de filio Q. Fabii:* Ei Q. Pompeius, ait, Prætor, paternis bonis interdixit. Quod significat Horat. *Serm. lib.* 2. *sat.* 3. *Interdicto huic omne adimat jus Prætor, & ad sanos abeat tutela propinquos.* Lege XII Tabularum prodigo interdicitur bonorum suorum administratio: *l.* 1. *D. de curat. furios.* Prodigo commercio interdictum est: Ulpian. *tit.* 20. §. 13. Interdicere foro: *l.* 9. §. 4. *D. de pœn.* id est, prohibere forensibus negotiis sese adcommodare: ut *ibid.* testimonii officio ei, qui adulterii damnatus est: *l.* 14. D. *de testib.* ordine; *l.* 7. §. 20. D. *de interd. & releg.* Cui pomœrio civitatis interdictum est, urbe etiam interdictum videtur: *l.* 5. *D. de serv. exportand.*

Interdicere provincia: *l.* 7. §. 10. & §. 11. *D. de interd. & releg.* id est, vetare in provincia commorari. Unde *interdicti in rubr. D. de interd. & releg.* accipiendi sunt, quibus urbe, patria, regioneve aliqua interdictum est, aut, qui certæ rei interdictione puniti sunt.

Interdicere aliquando est interdicto uti, & experiri: *l.* 1. §. *pen. D. de via publ. l.* 3. §. 6. *D. de tab. exhib. l. pen. D. ne quid in loc. publ. l.* 1. §. 13. D. *de vi & vi arm. l.* 1. §. 22. D. *de aqu. quotid. & æstiv. l* 8. §. 2. D. *de precar. l.* 5. §. 10. *l.* 7. §. 1. D. *quod vi aut cl.* Huc pertinent illa Quinctiliani *lib.* 3. *Inst. orat. c.* 6. Non debuisti *interdicere* sed *petere.* Sic & auctores nostri: *Interdicturus*,

turus, id eft, interdicto ufurus: *l.* 3. §. 3. & §. 11. *D. ad exhib.* Interdicis mecum: *l.* 3. §. 6. *D. uti poffid.*

Interdicere alias prætor dicitur, qui interdictum dat, & proponit: *l. un.* D. *ut in flum. publ. l.* 1. §. 28. *D. de aqu. quot. & æftiv. l. un. D. de font. l.* 1. *D. de loc. publ. l.* 1. §. 8. D. *ne quid in flum. publ. l.* 1. §. *ult. l.* 2. *D. de cloac. l. ult. D. de riv. l.* 1. D. *de loc. & itin.*

Immo & *Interdicit* prætor, quoties aliquid imperat. Ut per locum, foffam, ftagnum publicum navigare liceat, interdicam: *l.* 1. D. *de flum. publ.* quamvis & ad *interdictum* recte referatur, (id eft, ad prohibitionem, ne ifta impediantur.) Vid. Scip. Gentil. *de jurifd. lib.* 1. *c.* 30. Hein.

INTERDICTIO aquæ & ignis, de qua fupra fub art. *aqua* Interdictio bonorum: *l.* 18. D. *qui teft. fac. poff.* matrimonii: *l.* 9. *D. de jur. dot.* negotiationis, profeffionis, advocationis: *l.* 9. *D. de pœn. l.* 1. §. *ult. D. de offic. præf. urb. l.* 3. D. *de decurion.* certæ rei: *l. ult.* D. *de injur.*

INTERDICTUM, ut Juftinianus tradit, adpellabatur forma ac conceptio verborum, qua prætor aut jubebat aliquid fieri, aut fieri prohibebat. Quod tum maxime fiebat, quum de poffeffione aut quafi poffeffione, inter aliquos contendebatur: *pr. Inft. de interdict.* Cujus adpellationis originem non a prohibitione, fed quia inter duos diceretur, deducit idem Juftinianus §. 1. *Inft. eod. tit.* licet eam etymologiam non contemnendis rationibus rejiciat Menag. *Amœn. jur. civ. c.* 38. *p.* 292. Ifidorus plane *lib.* 5. *orig. c.* 24. interdictum definit, quod a judice non perpetuum, fed pro reformando momento, ad tempus, *interim dicitur*, falva propofitione actionis. Vetus Gloffarium Græcum: *Interdictum* διχλεγόμενον μεταξὺ δύο ἀμφισβητούντων περὶ νομῆς, interloquutio inter duos, de poffeffione difceptantes. Quo adludens Cicero *lib.* 7. *ad famil. Epift.* 32. Urbanitatis, ait, poffeffionem, amabo, quibusvis *interdictis* defendamus. Erant nempe Romanis cognitiones, vocatæ *extraordinariæ*, maxime in cauffis poffeffionum, aliifque moram non ferentibus, in quibus ab ordine judiciorum in tantum recedebat Prætor, ut judicem non daret, fed ipfe levato, ut vocamus, velo cognofcebat. Jubebat vero in talibus cafibus ad implorationem actoris, qui *interdicere* dicebatur, (non prætor,) vid. Quinctilian. *Inft. orat III.* 6. quem, ducentem aquam in fundum vicini, hic prohibuerat, quominus id fieret, & prohibebat hoc modo: *Uti hoc anno aquam, qua de agitur, non vi, non clam, non precario ab alio duxifti, quo minus vis fiat, veto.* Vid. *l.* 1. D. *de aqu. quot. & æftiv.* aut fi v. g. *precario* alter ab altero quid teneret, reddereque id ipfum repetenti denegaret, Prætor jubebat: *Quod precario ab illo habes, aut dolo malo fecifti, ut poffidere defineres, habere, qua de re agitur, id illi reftituas.* Vid. Vurffel. *jurifpr. defin.* §. 669. Iterdicta plane & *actionum* nomine vocantur. Et ita actionem quod vi aut clam dicit *l.* 43. *de fin. D. ad Leg. Aquil.* Et Juftinianus interdictum unde vi *recuperandæ poffeffionis actionem* adpellat in *l.* 1. *C. fi per vim vel al. mod.* Ea porro, ut actiones, *accipi*, *edi*, *moveri*, *reddi*, dicuntur. Item *interdicto agere*, *experiri*, aiunt Jurifconfulti, ut & *interdicto teneri.*

Eorum alia funt *prohibitoria*, aut *reftitutoria*, aut *exhibitoria*: *l.* 1. §. 1. *D. de interd.* §. 1. *Inft. eod.*

eod. tit. l. 6. §. 1. *D. de confess.* Rursus: *Interdicta* quæ ad rem familiarem spectant, aut *adipiscendæ* sunt *possessionis*, aut recuperandæ, aut retinendæ: *l.* 2. §. 3. D. *de interd. Interdicta* vero retinendæ possessionis *duplicia* adpellantur, quibus uterque possessionem retinere intendit, qualia sunt *interdicta uti possidetis* & *urrubi*: *l. 2. pr. D. de interd. l.* 3. §. 1. *D. uti possid. l.* 1. §. 26. *D. de aqu. & aqu. quotid. l.* 1. §. 2. *D. de superfic.* §. 7. *Inst. de interd.*

Interdictum, prohibitio. Contra interdictum accedere: *l.* 1. *C. de tut. vel curat. qui satisd. non deb.* Ita & Horatius *lib.* 2. *serm. sat.* 3. *interdicto* pro interdictione bonorum, usus est.

Interdictum memoratur in *c.* 20. *decretal. de verb. signif.* Ut autem differt interdictum ab excommunicatione, vid. *art.* Excommunicatio.

INTERDIU, durante die: *l.* 6. *D. de his, qui effud. vel dejec. l.* 54. §. 2. *D. de furt. l.* 14. *D. comm. præd. Interdius* pro *interdiu* dixit Plaut. *Asinar. Act.* 3. *sc.* 3. *v.* 9. *Aulular. Act.* 1. *sc.* 1. *v.* 34. *Mostell. Act.* 2. *sc.* 2. *v.* 2. *Mercat. Act.* 5. *sc.* 2. *v.* 50. *Pseudol. Act.* 5. *sc.* 2. *v.* 8. *Rudent. Prolog. v.* 7. Inde *interdiarius*, quo nomine adpellatur junioribus auctoribus is, qui *interdiu* furatur, notante Vossio *de vitiis serm. lib.* 3. *c.* 16. Glossarium vetus: *Interdiarius*, ἡμεροκλέπτης, *fur diurnus*, cui opponitur ἡμερόκοιτος, *dormiens per diem*, vel *dormitator*, id est, fur nocturnus. Cujac. *lib.* 11. *Obs. c.* 27.

INTERDUM, pro interim: *l.* 16. §. 1. *D. de recept. arbitr.* Cujac. *in Paull. lib.* 13. *ad edict. p.* 189. Similiter & *interim* aliquando pro *interdum* reperitur, veluti *l. pen.* §. *ult. D. de condit. & demonstrat. l.* 3. *pr. D. mand.* apud Quinctilian. *lib.* 7. *c.* 2. *lib.* 5. *c.* 10. *Declam.* 9. Plautum *Trucul. Act.* 4. *sc.* 4. *v.* 29. Senecam *lib.* 1. *de ira c.* 16. Interim optimum misericordiæ genus est, occidere. Et apud Senec. *tragœd.* in *Hercul. Oet. v.* 481.

Promiscue ergo *interdum* & *interim* usi sunt secundi seculi scriptores, quia *interdum* idem esse credebant, ac *interea dum.* Ita Apuleius *lib.* 9. *Metamorph. p.* 226. Interdum, ait, Philasiæterus, cognito strepitu, raptim tūnicam injectus, sed plane præ turbatione pedibus intectis, procurrit cubiculo. Et *lib.* 5. *p.* 171. Interdum Psyche errabundo rursus gradu pervenit ad civitatem aliam. Hæc ille. Nescio an alius ita loquutus sit. Sed quum fas fuerit *interim* dicere pro *interdum*: non video, quid eos prohibuerit pro *interim* INTERDUM usurpare. *Hein.*

INTERESSE. Publice *interest*, quod in commune expedit, & ad totius reipublicæ utilitatem pertinet: *l.* 44. *pr.* D. *de usurp. & usuc.* privatim, quod ad singulorum utilitatem spectat: *l.* 65. §. 5. D. *pro soc.* Ad exhibendum possunt agere omnes, quorum interest: *l.* 3. §. 9. *D. ad exhib.* quod ut accipiendum sit, vid. *l.* 19. *D. eod. tit.* In judicio finium regundorum etiam ejus ratio fit, quod interest: *l.* 4. §. 1. *D. fin. regund.* id est, si aliquam utilitatem reus ex eo loco percepit, quam vicini esse adparuit. Si nihil *intersit* actoris: *l.* 2. §. *ult.* D. *si quis in jus vocat.* id est, si jus ejus non factum sit deterius, ut *l.* 8. D. *si quis caut. in judic. sist.* vel si nullum ex hoc damnum passus sit. Ibi autem *interesse* pecuniariter accipimus uti in aliis multis locis, inter quos *l.* 13. D. *de pact.*

Id, quod *interest*, a re, reique æstimatione separatur: *l.* 1. §. 20. D. *de tut. & rat. distr. l.* 1. D. *de act. emt.* Et proinde id, *quod interest*, & *quanti ea res est*, diversa nostri auctores faciunt: *l. un. in fin.* D. *si quis jus dic. l.* 56. D. *ad Leg. Aquill. l.* 4. §. 7. *D. de damn. infect.* His enim verbis verum rei pretium; illis omnis utilitas, quæ modo circa rem consistat, continetur: *l.* 193. D. *de verb. signif. l.* 2. §. 3. D. *de act. emt.* Unde Paullus in *l.* 13. D. *rat. rem hab.* in quantum *interfuit*, sic interpretatur, id est, quantum mihi abest, quantumque lucrari potui. Exempla ejus quod *interest*, peti possunt ex *l.* 21. §. *ult. cum seq.* D. *ad Leg. Aquil. l.* 3. D. *de condict. furt. l.* 8. D. *de evict. l.* 11. §. 3. D. *de edend. l. ult.* D. *de eo per quem fact. l.* 33. D. *locat.*

Quorum *interest*, pro ad quorum officium spectat: *l.* 56. D. *locat. l.* 3. *C. de confirm. tut. l.* 7. §. 5. *C. de advoc. divers. judic. l.* 2. *C. Theod. ad Leg. Jul. de ambit. l.* 4. *C. de fabric. l.* 3. *C. de sport. & sumt. in jud. fac. l.* 6. §. 3. *C. de adpell. l. ult. C. de aqued.* Hoc modo & Justinianus Græce loqui solet in Novellis: ἐξέςαι τῇ σῇ ὑπεροχῇ, pro eo, quod est, *spectabit ad celsitudinis tuæ officium.*

Interest, discrimen est, distinguendum est: *l.* 3. D. *ad Leg. Aquill.* & passim. Verbum *interesse* novo genere constructionis usurpatum a Paullo in *l.* 21. *in fin.* D. *quand. dies legat. ced.* observavit Brisson. ibi: Nec multum, ait, interesse tale legatum ab hoc, *si heres erit, dato.*

Interesse pro adesse: *l.* 12. §. *ult.* D. *de adpell.*

INTERFECTUM negotium in *l.* 2. *C. Theod. unde vi.* dicitur exstinctum, vel finitum, quod, ut Plautus *in captiv. Act.* 3. *sc.* 4. *v.* 7. & *Menæch. Act.* 5. *sc.* 2. *v.* 46. loquitur, *occisum est.* Idem *in Mercat. Act.* 2. *sc.* 1. *v.* 3, 4. *Ususfructus, victus, cultus tam mihi harum arduum - Interemtus, interfectus est, alienatus est, occidit.* Apuleius *interfectam* virginitatem dixit, *lib.* 5. *Metamorph. p.* 161. similique loquendi figura *vulnerata caussa, vulneratum negotium* dicitur in *l.* 15. C. *Theod. de adpell. & alibi.*

INTERIM. Ex conjunctis dijudicandum, de quo temporis intervallo, cujusque negotii suspensione, intelligendum sit illud. Sic *interim* est, pendente die vel conditione: *l.* 10. D. *de adsign. libert. l.* 46. D. *famil. ercisc.* & *passim.* pendente adpellatione: *l.* 21. §. 1. D. *de adpell. & alibi.* donec ætatem infantis excesserit: *l.* 55. D. *de usufr.* donec ad justam ætatem pervenerit: *l.* 8. D. *de condit. causs. dat.* intra annum: *l.* 81. §. 2. D. *de legat.* 1. dum constituitur: *l.* 11. D. *de pecun. const.* dum deliberat heres: *l.* 9. D. *ex quib. causs. in possess.* donec dies venerit: *l.* 16. D. *de ann. legat.* antequam dominium auferatur: *l.* 36. D. *de nox. act.* dum totum emat: *l.* 36. §. *ult.* D. *mand.* durante furore: *l.* 11. D. *de susp. tut. l.* 12. D. *de excusat.* quoad apud hostes est: *l.* 6. *fin.* D. *quib. ex causs. in possess.* pendente judicio: *l.* 78. D. *de legat.* 2. constante matrimonio: *l.* 5. D. *de bon. damnat.* quamdiu nolit: *l.* 41. §. *pen.* D. *de legat.* 3. quamdiu in senatorio ordine manet: *l.* 27. D. *de rit. nupt.* donec postumus nascatur: *l.* 29. D. *de negot. gest.* pendente criminis quæstione: *l.* 8. D. *ad Leg. Pompei. de parricid.* quoad res evincatur: *l.* 29. D. *de negot. gest.* quamdiu res apud eos manet: *l.* 37. D. *de noxal. act.* donec successio pupilli locum habet: *l.* 34. §. 10. D. *de legat.* 1. an-

ante tempus: *l.* 113. D. *de legat.* 1. aliquo tempore: *l.* 242. *in fin.* D. *de verb. signif.* ante triennium: *l.* 56. §. 1. D. *ad Leg. Falcid.* ventre pleno, & antequam mulier sit enixa: *l.* 3. §. *ult.* *l.* 5. D. *si pars hered. pet.* inter vulnus & mortem: *l.* 51. D. *ad Leg. Aquil.*

Interim, pro interdum, aliquando accipi, diximus supra in *interdum.*

INTERIMERE, vel, ut in Florentino legitur, *interemere*, occidere: *l.* 1. §. 17. D. *de SC. Silan.* *l.* 11. §. 1. D. *ad Leg. Aquil.* Significat etiam perimere, tollere. *Interemta* dilatione, id est, sublata: *l.* 3. §. 24. D. *de statul.*

INTERIRE, exstingui, perire. *Intereunt* enim & homines, vel morte, vel maxima & media capitis deminutione: *vel res*, quum aut nullæ relinquuntur, aut conditionem mutant, *l.* 63. §. *ult.* D. *pro soc.* Sed & *interire* dicuntur actiones, quando exstinguuntur, vel finiuntur: *l.* 10. D. *de tut. & rat. distrah.* frumentum vel vinum: *l.* 22. D. *de negot. gest.* fundus: *l.* 10. *in fin.* D. *de peric. & commod. rei vend.* peculium: *l.* 19. §. *ult.* D. *de constit. pecun.* pignora: *l.* 34. D. *de damn. infect.* possessio: *l.* 44. D. *de adquir. possess.* servitutes: *l.* 11. D. *comm. præd.* tabulæ quæ interciderunt: *l.* 1. D. *si tab. null. exstab.* ususfructus: *l.* 11. §. 5. D. *quib. mod. ususfr.*

INTERITUS actorum: *l.* 11. *C. de fid. instrum.* personæ: *l.* 4. D. *de novat.* rei: *l.* 11. D. *commod. divid.* usufructus: *l.* 15. *D. famil. ercisc.*

INTERLINERE. Qui testamentum deleverit, *interleverit*: *l.* 2. D. *de Leg. Cornel. de fals.* rationes hereditaris: *l.* 16. §. 5. *D. famil. ercisc.* *l.* 11. §. 1. D. *de serv. corrupt.* Vid. & *l.* 12. §. *ult.* D. *de testam. mil.* *l.* 5. §. 8. *D. commod.* *l.* 27. §. *ult.* D. *de furt.* *l.* 67. *D. de legat.* 1.

INTERLOQUI judex, præses, prætor, immo & princeps, dicitur, quum quid inter cognoscendum pronunciat: *l.* 2. D. *adpell. recip.* *l.* 32. *D. de pœn.* *l.* 9. §. 3. 5(*v. ex facto. D. quod metus causs.* *l.* 38. D. *de fideic. libert.* Hinc

INTERLOQUUTIO, pronunciatio de plano: *l.* 1. D. *de constitut.* *l.* 9. *C. de sent. & interloq.* *l.* 13. *l.* 17. *C. ex quib. caus. infam. irrog.*

INTERLOQUUTORIA sententia. Vid. sub art. *Sententia.*

INTERMINARI vitam, apud Plaut. *in Casin. Act.* 3. *sc.* 5. *v.* 28. *Interminata* pœna: *l.* 60. *C. Theod. de heret.* Hinc

INTERMINATIO judicii: *l.* 8. *C. Theod.* eod. tit. pœnæ: *l.* 30. *C. Theod. de Episc. Interminatione* firmata privilegia: *l.* 36. *C. Theod. de navicul.* Sub *interminatione* monere: *l.* 21. *C. Theod. de divers. offic.* *interminatione* vetare: *l. ult.* *C. de vestib. olober. Interminationi* subjacere: *l.* 1. *C. de oper. publ.* Metu *interminationis*: *l.* 6. *C. Theod. ne sanct. baptism. iter.*

INTERMINUS, A, UM. *Intermina* ætas: *l.* 13. *C. Theod. de indulg. debit.* infinita. Prudent. *Cathemer. hymn.* 12. *v.* 37. *seq.* Illustre quiddam cernimus, Quod nesciat finem pati, Sublime celsum, interminum, Antiquius cœlo, & chao. Idem περιςεφ, *hymn.* 2. v. 298. ævum interminum, & Sidon. Apollin. *lib.* 7. *Epist.* 4. interminam intercessionem dixit. Sed & apud Apuleium *de mundo* p. 57. legitur: agere stellarum choros intermino lapsu. Auson. *Epist.* 16. *v.* 38. ubi libellum suum adloquutus: Perge, libelle, & utere

utere Felicitate intermina. Ex quibus testimoniis patet, esse hanc vocem cadentis jam Latinitatis, eamdemque in primis Scriptoribus Christianis in deliciis fuisse.

INTERMISCERE actum alienum testamento: *l.* 21. §. 1. *D. qui testam. fac.*

INTERMISSIONEM habet furiosus, *l.* 20. §. 4. *D. qui test. fac.*

INTERMITTERE administrationem: *l.* 14. *D. de tut. & rat. distrah.* negotia: *l.* 21. §. 2. *D. de negot. gest. Intermisso* legitimo spacio: *l.* 14. D. *de serv. præd. urb. Intermissus* furor: Paull. *lib.* 3. *Sent. tit.* 4. §. 5. turpitudo intermissa: *l. pen. D. de his qui not. infam.*

INTERMORI viæ dicuntur metaphorice: *l. ult.* D. *de loc. & itin. publ.*

INTERNECINUM, veteribus est, quidquid mortem accelerat. *Internecini* actio, & crimen suspecti mortis, seu homicidii, de quibus *l.* 14. *C. Theod. de accus.* sunt accusationes de morte, testatori veneno, incantatione vel alia quacumque defixione magica dolo malo illatæ. Eo sensu & Justinus *lib. 6.* c. 2. & *lib.* 11. *c.* 9. dixit *internecina* odia: & bellum internecinum *lib.* 26. *c.* 2. & Apulei. *lib.* 5. *metamorph. p.* 164.

Internecinum testamentum, ait Festus, est, propter quod dominus ejus necatus est. Internecinum judicium, quod, interprete Isidoro *lib.* 5. *etymol. c.* 26. in eum dabatur, qui falsum testamentum fecerat, & ob hoc hominem occidit. Plura de internecino testamento, & actione internecini Cujac. *lib.* 1. *observ. c.* 2. disseruit.

INTERNOSCERE: *l.* 33. *D. locat. cond.* adgnoscere, distinguere ab alio.

INTERNUNCIUS, vel ut in *l.* 2. *D. de obl. & act.* vocatur, *nuncius*, & proxeneta, vel interpres, uti in *l.* 1. *C. Theod. de nupt.* adpellatur, per quem aliquid facimus. Sic per *internuncium* jussum fieri potest: *l.* 25. §. 4. *D. de adquir. vel omitt. hered.* Per internuncium sponsalia recte constituuntur: *l. ult. D. de sponsal.* Contra, actus legitimi & actiones legis, quia procuratorem non admittebant, *l.* 123. *pr.* D. *de reg. jur.* per internuncium non jure explicabantur. Et generatim ubi quid per epistolam fieri non poterat, ibi nec internuncius admittebatur, veluti in adoptionibus, auctoritate, a tutore interponenda, stipulationibus, acceptilationibus: *l.* 4. *C. de adopt.* §. 9. *Inst. de auct. & cons. tut. l.* 9. §. 5. *D. eod. tit.* §. 12. *Inst. de inut. stip. l.* 3. *l.* 13. §. 10. *D. de acceptil.*

INTERNA vocant veteres interiora & præcipua negotii alicujus momenta, quibus capiunt substantiam Sic caussa principalis *interna*: *l.* 1. *C. Theod. unde vi. l.* 2. C. *Theod. si vag. pet. mancip. Interna* negotii: *l. un. C. Theod. de offic. præst. præt.* Simili translatione indolem vitamque hominis *interiorem* hominem vocat Plaut. *Asinar. Act.* 3. *sc.* 3. *v.* 66.

INTERPELLARE, est extra judicium petere, denunciare, efflagitare: *l.* 23. *D. de oblig. & act.* Non solum autem persona interpellari dicitur, sed & *interpellatæ* pecuniæ a parte promissoris; *l.* 2. *D. de nautic. fœn.* Ita & bona interpellari dicuntur in *l.* 5. *C. de jur. fisc.*

Alias *interpellare*, est debitorem adpellare, & in judicio convenire: *l.* 45. *D. de admin. & peric. tut.* & alibi passim.

Interpellare, adire, implorare. *Interpellare* judicem; *l.* 41. *C. de tran-*

transact. præsidem : *l. 6. C. de usur.*

Interpellare interrumpere. Sic interpellari dicuntur jus : *l.* 18. §. *ult. D. quemadm. serv.* petitio : *l. 6. C. de adquir. possess.* possessio : *l. 2. D. pro her.* possessores : *l.* 1. *D. de distract. pign.* usucapio : *l.* 1. §. *ult.* D. *de usufruct. quemadm. cav.*

Interpellare, impedire. Si ab eo interpellabitur : *l. 33. D. locat.* id est, frui prohibebitur. Ita : Interpellare jurisdictionem ; *l. 36.* §. *ult. D. de fideic. libert.* libertatem ; *l. 67. D. qui & a quib.* manumissionem servi ; *l.* 30. D. *mand.* venditionem ; *l. 6.* D. *de opt. vel elect. leg.*

Interpellare, adpellare de stupro. Qui mulierem puellamve interpellaverit : *l.* 1. §. *ult.* D. *de extraord. crim.* interpellare de stupro dixit Paull. *lib.* 5. *tit.* 4. & 14.

INTERPELLATIO, pro judiciaria persequutione : *l.* 23. D. *de judic.* Sine interpellatione, id est, sine controversia : *l.* 188. *D. de verb. signif. l.* 2. *C. de long. temp. præscr.*

INTERPELLATOR matrimoniorum, id est, sollicitator nuptiarum alienæ mulieris, quamvis Cujacius *ad Paull. p.* 439. *edit. Schult.* sollicitatorem ab *interpellatore* ita distinguat, ut ille pudicitiam alienæ uxoris adpellet, hic ejus nuptias adfectet & adpetat. Rectius Schultingius *ibid. sollicitatores* sponsas alienas ; *interpellatores* nuptas corrumpere & earum matrimonia ambire censet. *Hein.* Paull. *lib.* 5. *sent. tit.* 4. §. 5. *l.* 1. *pr. D. de extraord. crim.*

INTERPOLA vestimenta : *l.* 23. *D. de contrah. emt.* novis opponuntur. Proinde apud Isidor. *orig. lib.* 19. *c.* 22. ubi vulgo legitur : *intripola vestis illa vocatur, quæ dum sit vetus, ad novam speciem recuratur*, emenda *interpola.* Usi veteres sunt etiam forma *interpolis*, *e.* Unde *interpoles* feminæ, quæ fucum ad tegendam deformitatem inducunt ut pro vetulis juvenculæ videantur. Plaut. *Mostell. Act.* 1. *sc.* 3. *v.* 117. Mulier recte olet, ubi nihil olet. Nam istæ veteres, quæ se unguentis, uncitant, interpoles, Vetulæ, edentulæ, quæ vitia corporis fuco occulunt. *cet.*

INTERPOLARE. Quia venalitiarii sciunt, facile decurri ad novitiorum (servorum) emtionem, ideirco interpolant veteratores, & pro novitiis vendunt : *l. 37. D. de Aedil. edict.* ubi *interpolare* est, immutare, novamque formam e vetere fingere. Plaut *Amphytr. Act.* 1. *sc.* 1. *v.* 161. Illic homo, me interpolabit, meumque os finget denuo. Plin. *lib.* 25. *Hist. nat c.* 16. Tectorium albaria interpolatur.

INTERPONERE se dicitur fiscus, judex, magistratus, prætor, senatus, id est, partes suas accommodare, & auxilium impartiri : *l.* 5. *C. si mancip. ita fuer. l.* 5. §. 1. D. *de agnosc. & al. lib. l.* 4. §. 9. D. *de damn. infect. l.* 6. §. 6. D. *quæ in fraud. credit. l.* 2. §. 9. *D. de orig. jur.*

Interponere officium suum : *l.* 30. *D. famil. ercisc.* suam benevolentiam : *l.* 52. *D. de adquir. vel. omitt. hered.* auctoritatem suam : *l.* 13. *D. de auct. tut.*

Interponi etiam dicitur acceptilatio : *l.* 16. §. 6. *D. de acceptil.* adpellatio : *l.* 24. §. *ult. D. de adpell. & passim.* cautio : *l.* 7. *D. de hered. pet.* conditio : *l.* 31. *D. de oblig. & act.* contractus : *l.* 73. *D. ad SC. Trebell.* decretum : *l.* 5. D. *de confirm. tut.* delegatio : *l.* 3. *C. de novat.* denunciatio : *l. ult. C. debit. vend. pign. non poss.* dolus : *l.* 1. *C. de jur. dot.* donatio : *l.* 40. *D. de mort. causs. donat.*

nat. edictum: *l.* 7. §. 7. *D. de Carbon. edict.* fides: *l.* 10. §. *ult.* D. *de his quæ ut indign.* fraus: *l.* 3. §. 1. *D. de jur. fisc.* instrumentum: *l.* 35. D. *de pact.* jusjurandum: *l.* 40. *D. de jurejur.* liberalitas: *l.* 2. *C. de dot. caut.* obligatio: *l.* 17. *D. de acceptil.* pactio: *l.* 15. *D. ad SC. Turpill.* pactum: *l.* 1. *D. de distr. pign.* placitum: *l.* 7. *D. de transact.* provocatio: *l.* 18. *D. de adpell.* satisdatio: *l.* 20. *D. de op. nov. nunc.* scriptura: *l. ult. D. de oblig. & act.* stipulatio: *l.* 35. *D. de act. emt.* testatio: *l.* 16. *D. de SC. Maced.* traditio: *l.* 1. *C. quand. lic.* transactio: *l.* 2. 7. 8. 11. 13. *C. de transact.*

Interpositum, quod intervenit, segregat & distinguit. Sic: Interpositis ædibus alienis: *l.* 7. §. 1. *D. commun. divid.* horis: *l.* 23. §. *ult.* D. *ad leg. jul. de adult.* inimicitiis: *l.* 3. §. 11. *D. de adim. legat.* nuptiis aliis: *l.* 21. *D. qui & a quib. manum.*

Interponi etiam dicuntur personæ, quarum opera utimur. Et sic *interpositus* accipitur *in l.* 12. *D. si quid in fraud. patron.* Interposito curatore vendere: *l.* 32. §. 2. *D. de admin. & peric. tut.* Si servum interposuit mulier: *l.* 11. §. 6. *D. de don. int. vir. & ux.*

INTERPOSITIO decreti: *l. ult. C. de præd. & al.*

INTERPRES, is cujus ministerio ad alienam & extraneam linguam intelligendum utimur: *l.* 1. §. *ult.* D. *de verb. oblig. l.* 5. *in fin. D. de capt. & postl.* Liv. *lib.* 7. *c.* 26. Gallus processit, magnitudine atque armis insignis, quatiensque scutum hasta, quum silentium fecisset, provocat per interpretem unum ex Romanis. Cic. 3. *Veer.* 37. Valentius est in Sicilia interpres, quo interprete non ad Græcam, sed ad furta & flagitia, uti solebat. Idem *pro Balbo c.* 11. Quem apud majores legati nostri, in Græciam proficiscentes, interpretem suum habere voluerunt. Q. Curt. *lib.* 5. *c.* 11. Jussusque propius accedere, sine interprete, (nam haud rudis Græcæ linguæ Darius erat,) Et mox: Interprete Græco relato sermone exemta dubitatio. Plin. *hist. nat. lib.* 25. *c.* 2. de Mithridate: Illum solum mortalium viginti duabus loquutum linguis, certum est, nec de subjectis hominibus ullum hominem per interpretem adpellasse. Firmic. Matern. *lib.* 3. *Mathes. c.* 8. Reddit etiam sic, per noctem colloquutus, Imperatorem aut potentissimorum judicum interpretes.

Interpres, proxeneta, vel internuncius, cujus opera ac ministerio ad conciliandos contractus, aliaque peragenda negotia, utimur: *l.* 1. *C. Theod. de nupt. l. ult. D. de sponsal.* Plaut. *Mil. glorios. Act.* 3. *sc.* 1. *v.* 200. *Act.* 3. *sc.* 3. *v.* 36. *Act.* 4. *sc.* 1. *v.* 6. *Curcul. Act.* 3. *v.* 64. Hinc talium etiam interpretum salarium ἑρμηνευτικὸν adpellatur, *l. ult. D. de proxenet.*

INTERPRETARI. Beneficium principis, quam planissime interpretari debemus: *l.* 3. *D. de constit. princip.* Julianus in *l.* 13. *in fin. D. de reb. dub.* Sed proclivior est sententiæ testatoris sic esse interpretandæ. Paullus in *l.* 11. D. *de reg. jur.* In testamentis plenius voluntates testantium interpretantur. Sic & apud Sueton. in *Nerone cap.* 3. Dein precanti tiara deducta diadema imposuit: verba supplicis *interpretata* prætorio viro multitudini pronunciante.

INTERPRETATIO. Interpretatione adjuvanda Lex: *l.* 64 *D. de cond. & em.* Quamvis adulterii crimen inter publica referatur, quorum delatio in commune omni sine aliqua legis interpretatione

tione conceditur. Sensus est: In aliis criminibus publicis accusationem omnibus promiscue patere, neque ullam esse interpretationem, quæ jus accusandi intra certas personas coarcter. In adulterio vero, ob manifestam Legis Juliæ sanctionem, rem aliter se habere. *Hein.*

Interpretatio pro distinctione. Dierum interpretatione, id est distinctione expulsa: *l.* 1. *C. Theod. de emendat, servor.*

Interpretatio, vox fulguralis disciplinæ propria. Eam autem denunciationem atque interpretationem, quæ de tactu Amphitheatri scripta est: *l.* 1. *C. Theod. de pagan.* Plin. *lib.* 2. *c.* 53. In fulgurum interpretatione eo profecit scientia, ut ventura alia finito die præcinant. Unde & ipsi fulguratores *interpretes* apud Ammian, in *lib.* 23. *c.* 3. Tacit. 15. *Annal. c.* 47. Vis fulgurum non alias crebrior. Et mox: Sequutaque Haruspicum interpretatio. Hæc interpretatio dicitur Sententia in veteri Inscriptione apud Gruter. *Deo Fulguratori aram & locum hunc relig. ex Haruspic. Sent. Publicus Front. Pos. & D. D.* Vid. Gothofr. *Comm. ad d. l.* 1.

Interpretatio legum est distincta, mentis obscurioris legislatoris repræsentatio. Quod si superior eam repræsentet, *authentica:* si Jurisconsultus *doctrinalis*, si consuetudine determinatur, *usualis* adpellatur. Dubitatum fuit: utrum *authentica* interpretationis species jure dici possit? quæ nova lex nonnullis videtur. Quominus dici possit, nullum remanet dubium, optimus dum quilibet verborum suorum interpres, nec absonum obscurius a me dicta antea, distinctius nunc proponere. Ipse Justinianus *l. fin.* §. 1. *C. de legibus* expressis verbis id docet, quæ lex omnibus iis, qui negant, authenticam interpretationem Imperatori fuisse cognitam, opponenda. Sed illa dubitatio: utrum *interpretatio authentica* ab auctore legis necessario, anne etiam a successore petenda? altioris indaginis videtur. Prius qui defendunt, authenticam hanc interpretationem ab authentico seu originali derivant, quo sensu hæc vox occurrit in *l.* 2. D. *de fid. instrum. l. fin.* D. *testam. quemadm. aper.* Sed perplacet posterius. Ἀυθέντα principem & ἀυθεντικόν, id, quod ab auctoritate valentibus profectum, notat: Hinc colligo interpretationem authenticam esse, quæ fit ab eo, penes quem est summa potestas, sive is tulerit legem, sive antecessor ejusdem. Neque putandum est successorem, interpretando legem ab antecessore latam, novam ferre legem. Declarat saltim atque exponit illius voluntatem, quod quum sit interpretari, successor ita antecessoris mentem interpretatur. Sin nova addiderit momenta a prioribus diversa, diversæque obligationis rationem continentia, non interpretatus fuit successor. Consentit nobiscum Gratianus *ad c.* 16. *Caus.* 25. *qu.* 1. scribens: *Ipsi namque soli canones valent interpretari, qui jus condendi eos habent.* Summum vero Pontificem jus habere interpretandi statuta ab antecessoribus, docet Innocentius III. *in c.* 27. *Decretal. de offic. & pot est. jud. deleg.* Hæc Wurffel *in jurisprud. definitiva* §. 17. Esto vero nova lex, quæ circa sensum priori legi tribuendum fertur: non ideo minus hanc novam legem prioris interpretativam dixeris; si quidem lex posterior, vi authentiæ principalis, perinde habenda demum est pro declaratione mentis, quam habuit princeps, ubi priorem legem ferebat, ac si eam declarationem in ipsa illa lege ferenda subjecisset. Ne autem æquivocationem patiamur; tu dic: Nova non est lex, qua legem jam latam interpretatur princeps,

ceps, si respexeris materiam legis mentemque interpretantis principis, cum mente legis anterioris pro eadem habendam. Nova vero est lex, quatenus per necessitatem sic interpretandi introductam sit, ut ne sub aliquo colore a mente legi priori tributa recedi possit. Differt, (pergit Wurffel. ibid.) interpretatio *doctrinalis* ab *authentica* subjecto, quod in authentica princeps, in doctrinali Jurisconsultus est. Hic enim, quum is sit, qui gaudet scientia legum & juris, ea vero in cognitione rationis ac nexus earumdem consistat, patet, a nemine, si a principe legis auctore discesseris, tutius legis interpretationem peti, quam a Ictis. Quum vero *doctrinalis interpretatio*, inde, quod Ictus sensum verborum alios doceat, dicta, circa alienam mentem versetur, liquet non nisi probabilem propositionem ex ea oriri. Hæc vir doctissimus. Liceat heic addere doctrinalem interpretationem non obligare qua talem, quod facit authentica, vel etiam interpretatio judiciales, quæ est pro re judicata. Nempe doctrinalis interpretatio transit in rem judicatam sententia judicis hanc illamve doctrinalem interpretationem probantis.

Interpretationis usualis fundamentum, Wurffel. *l. c.* ostendit in *l. 23. 37. & 38. D. de legibus.* exemplum ejus adfert ex *2. F. 26. c. naturales*, quo naturalibus, etiam si legitimati sint, denegatur successio in feudis, quod usus ad legitimatos a principe restrinxit. Aliud exemplum in praxi Aug. Cameralis judicii obtinens: Contumax decreto *Proclamate* elapsis sex juridicis florenum Rhenensem, sc. qui æquivalet 60. crucig. poenæ loco solvere ministro Cameræ jubetur, R. D. Spirens. 1600. §. 91. quod usus interpretatus est de 60. crucigeris.

Declaratio mentis legislatoris per verba, verbis ejusdem æquipollentia, sed clariora, *interpretatio declarativa*; declaratio vero mentis legislatoris, rationi moventi, latiori verbis, respondens, *extensiva:* declaratio mentis legislatoris rationi moventi strictiori verbis respondens *restrictiva* dicitur. Declarative interpretaturus legem in sola verborum ejusdem obscuriorum expositione subsistit, nec ultra ea divagatur, nec ea arctioribus cancellis constringit. Ejusmodi interpretationum exempla innumera occurrunt, omniaque Ictorum scripta talibus sunt referta. Ita, quæ reliquas obscuritate vincunt XII. Tabularum leges interpretati sunt Sex. Aelius. L. Acilius, Antistius Labeo, Caius, Serv. Sulpicius, alii. Edictam perpetum interpretes habuit Caium, Paullum ac Ulpianum. E recentioribus interpretandis legibus obscurioribus operam impenderunt, & quidem Aquiliæ, Baldainus ac Noodrius; Ciciæ, Brummerus: Juliæ Majestatis Gundlingius; Scantiniæ Christius: Voconiæ, Balduinus ac Perizonius; Papiæ Poppeæ Heineccius: *l. 9. D. ad leg. Rhod. de jact.* Jac. Gothofredus: *l. 38. D. de cond. indeb.* Cujacius, Hotomanus aliique, quorum opera collecta a Frehero *l. 2. C. de rescind. vend*, Arias Pinellus, *cet.* Ad interpretationem extensivam pertinet quod fatente Juliano in *l. 20. D. de legib.* non ita, leges scribi possunt, ut omnes comprehendant casus, ideoque opus est, ut eos, quos eodem principio niti vides, ejusdem juris esse dixeris. Clarius id ipsum proponit Ulpianus in *l. 13. D. de legib.* Quoties, ait, lege aliqua unum vel alterum introductum est, bona occasio est, cetera, quæ tendunt ad eamdem utilitatem, vel interpretatione, vel certe jurisdictione suppleri. Exempla

pla cape: Servi si furtum fecerant olim, dominus eorum noxali actione conveniebatur, *l.* 2. D. *de noxal act.* Antiquum hoc jus correcturus prætor æquitate motus statuebat id obtinere si familia, h. e. servorum grex, furtum fecisset, *l.* 1. *pr.* §. 1. *D. si famil. furr. fec. dic.*. Quæsitum fuit: anne idem in lege Aquillia pronunciari debeat? & reponsum: debere idque vel ob identitatem rationis, ne sc. ob unius delictum tota familia servorum careret dominus. Ita Caius in *l.* 32. *D. ad leg. Aquil.* Item: Temporibus M. Antonini & Commodi Impp. senatus consultum conditum fuit de nuptiis senatorum, quod dein ad sponsalia, de quibus nihil cautum; extensum fuit, *l.* 16. *D. de spons. sal.* Plura exempla exstant in *l.* 7. §. 2. *D. de jurisd. l.* 4. *D. de fund. dot.* Hæc interpretationis species *analogiæ juris* principium est, quam itaque ratiocinationem ex ratione legis dixeris. Casus vero interpretationis *restrictivæ* est, cum verba legis restringendæ adeo late patent, ut ejusdem ratio omnes sub eis comprehensos casus non admittat. Exemplo est *l.* 6. §. 2. D. *de jur. patron.* Sancitum erat: Patronum, qui juramento manumissum obstrinxerat, ne nuberet, puniendum esse. Manumisit Caius servum exsectum. (nescius forsan) exegit ab eo juramentum servandi coelibatus: An poenam incurret? Negat hoc Paullus in *l. c.* casumque hunc huc pertinere; deficit namque ratio, consummandi sc. matrimonii procreandæque sobolis. Add. *l.* 40. *pr. D. de hered. pet. l.* 10. *D. de in jus voc. rel.* Idem Würffel. *l. c.*

INTERROGARE latrones de sociis & receptatoribus: *l.* 6. *D. de custod. & exhib. reor.*

Interrogari legibus dicebatur is, cui apud Prætorem accusatio intendebatur, quemadmodum exemplis comprobavit Brisson. *lib.* 2. *Antiq. select. c.* 1. Sallust. *de bello Catilin. c.* 18. P. Antonius & P. Sylla designati Consules legibus interrogati, pœnas dederunt. Et rursus *eod. lib. c.* 31. Et ipse lege Plautia interrogatus erat a Paullo. Sidon. Apollin. *lib.* 1. *Epist.* 3. I nunc; & legibus me ambitus interrogatum senatu move.

Interrogare etiam dicuntur, qui quæstionem habent, adhibitis tormentis: *l.* 1. §. 21. D. *de quæstion.* Sic interrogari (servi dicuntur) in caput Domini: *l.* 11. §. 1. *l.* 18. §. 6. *D. de quæstion.* itemque in se: *l.* 7. D. *de prob.* Et ita interrogatur familia: *l.* 17. *D. de SC. Silan.* Tacitus *lib.* 2. *Annal. c.* 30. *lib.* 3. *c.* 22. & *c.* 67. interrogari tormentis & per tormenta dixit.

Interrogare porro dicuntur, qui quem criminis arguunt, accusatores. Tacit. *lib.* 14. *Annal. c.* 46. Damnatus iisdem Coss. Tarquinius Priscus, repetundarum Bythynis interrogatibus. Idem *lib.* 16. *Annal. c.* 21. Capitonem repetundarum, interrogavit.

Interrogare verbum pertinet ad formulam, qua negotia quædam rogatione & responsione congrua explicabantur. Ita qui adoptat interrogatur an velit eum, quem adoptaturus sit, justum sibi filium esse: *l.* 2. *D. de adopt.* Interrogatur fidejussur: *l.* 3. §. *ult. D. de admin. rer. ad civit. pert.* Quum ita interrogaretur: id fide tua jubes? *l.* 75. §. 6. D. *de verb. obl.* In jure interrogatus: *l.* 39. D. *de procur. l.* 29. *D. de donat.* Interrogante Magistratu, id est, populum rogante in Comitiis: §. 4. *Inst. de jur. nat. gent. & civ.* his nempe verbis: *Velitis, jubeatis, Quirites, hæc ita uti dixi, ita vos Quirites rogo Cic. pro domo. c.* 18. *seq. Interrogare* dicitur, qui stipulatur: interrogari qui spondet. Qui præsens interrogavit, si

si antequam responderetur discesserit: *l.* 1. §. 1. D. *de verb. oblig.* Duos reos [promittendi] facturus, si utrumque interrogavero: *l.* 6. *D. de duob. reis.*

Interrogare testes: *l.* 3. §. 3. *l.* 24. D. *de testib.*

Interrogari etiam dicuntur qui de jure consulentibus respondent. Ita: Interrogatus, Julianus, Proculus, ait: *l.* 9. §. 1. *D. de reb. cred. l.* 17. §. 4. D. *de Aedil. edict.*

INTERROGATIO, pro rogatione, veluti reorum promittendi: *l.* 137. D. *de verb. obl. l.* 6. *D. de duob. reis.* Sic: Verbis obligatio contrahitur ex interrogatione, & responsu: *l.* 1. §. 7. *D. de oblig. & act.* Add. *l.* 7. *D. de negot. gest. l.* 1. D. *de acceptil.*

Interrogatio, pro diris quæstionibus. Interrogatio servi in tormentis: *l.* 1. §. 22. *D. de quæst.* Alias: *Interrogatio* nuda est, quæ sine tormentis: *l.* 15. §. 4. *D. de injur.*

Interrogatio, pro quæstione de crimine. Interrogatio latronum: *l.* 6. *D. de cust. & exhib. reor.*

Interrogationes in jure faciendæ. De his vid. voce sequenti.

INTERROGATORIÆ actiones: *rubr. D. de interrog. in jur. fac. & de interrog. act.* quæ scilicet in simplici interrogatione versabantur, ex qua judicium inchoabatur. Quas in desuetudinem abiisse Callistratus scribit, quo nemo ante judicium aliquid de suo jure respondere cogatur. *l.* 1. §. *ult.* Alii actiones *interrogatorias* interpretantur, quæ in eos dabantur, qui interrogati in jure, aut confitebantur, aut negabant, aut omnino non respondebant.

At fieri vix potest, ut quisquam eam sententiam animo inhibere possit. Quum enim interrogatum aut confiteri, aut negare aut tacere oporteat: quid faceret reus, si quodvis ex tribus his eligens, nihilominus actionibus interrogatoriis fuisset obstrictus? Potius ergo tenendum est, interrogatorias actiones propter plus petitionis periculum fuisse inventas, interrogatumque, quota ex parte heres sit, vel an possideat, & in quantum possideat, responsione sua se ita obstrinxisse, ut exceptione illa uti non posset, sed ex responsione sua obligaretur in tantum, pro quanta parte se heredem esse, vel possidere, fassus esset, & conveniri posset actione interrogatoria ex illa responsione, quemadmodum confessus *confessoria*, judicatus *rei judicare* actione. Luculenter id probatur ex *l.* 1. *pr. l.* 4. *pr. l.* 7. *l.* 8. *l.* 11. §. 3. D. *de interrog. injur.* Hein.

Huc autem non pertinent *positiones*, quæ hodie ab actore respectu actionis, vel a reo respectu exceptionis offerri solent, eum in finem, ut præstito *jurejurando dandorum*, quod vocant, adversarius præstet *jusjurandum respondendorum*, & ad singulas κατηγορικῶς respondeat. Gail. *obs.* 1. 79. *seq.* Illæ enim *interrogationes* in jure faciendæ erant ante litis contestationem: *l.* 4. §. 1. *l.* 1. *pr.* D. *de interrog. in jur. fac.* hæ post illam locum habent. Illæ ad instruendam actionem, *l.* 4. §. 1. *l.* 11. §. 5. D. *eod. tit.* ne scilicet actor plus petendi periculum incurreret, atque ita caussa caderet: §. 33. *Inst. de action.* hæ probationis suscipiendæ caussa inventæ. Illæ ab usu recesserunt, ubi non sit litis contestatio specialis ad singula libelli capita. Hein. *ad Pand. dicto titulo.*

INTERROGATUS, *us*, pro interrogatione: *l. ult.* §. 3. *l.* 83. §. 2. D. *de verb. oblig.*

INTERRUMPERE. *Interruptis* formæ lateribus atque perfossis: *l. ult. C. Theod. de aquæd.* artificiosis obstaculis: *l.* 1. *C. Theod.*

Theod. de domin. rei quæ posc. Interrumpi etiam dicitur possessio: *l. 5. D. de usurp. & usucap.* servitus: *l. ult. D. de serv. præd. rust.* tempus: *l. 4. C. de vectig.* via publica: *l. 1. §. 6. D. de itin. actuq. privat.* usucapio: *l. 2. §. 2. D. de capt. & postl.*

INTERRUPTIO, vel, ut Florentiæ legitur, *interrumptio* usucapionis: *l. 2. D. de usurpat.*

INTERTRIMENTUM, & *intertritura*, *l. ult. §. 1. D. de pign. act.* idem fere ac detrimentum, id est, quod in rei alicujus usu ac tractatione deperit, ac decedit. Liv. *lib. 34. c. 7.* In auro vero, in quo præter manus pretium nihil intertrimenti fit. Idem *lib. 32. c. 2.* Argenti intertrimentum. Terent. *Heautont. Act. 3. sc. 1. v. 39.* Nunc quum sine magno intertrimento non potest haberi. Est ergo vocabulum vere latinum, optimæque notæ, quod & damnum emergens, & lucrum cessans comprehendit. *Hein.*

INTERVALLUM. *Ex intervallo*, & *ex continenti*, opponuntur, in *Collat. Leg. Mos. & Rom. Tit. 4. §. 2.* sicut *statim* & post aliquod intervallum: *l. 24. §. ult. D. de reb. auct. jud. possid.* Dare debitori intervallum: *l. 12. §. 14. D. mand.* *Intervalla* furoris, pro intermissione: *l. 14. D. de offic. præs.* Intervallum in continuandis honoribus: *l. 18. D. ad municipal.* id est, vacationum concessa tempora his, qui ad eosdem, vel alios honores, munerave, denuo vocantur: *l. 1. C. de muner.* significaturque in *l. 12. D. de vacat. & excus. mun.* Eaque est temporum præscriptio, quam in honoribus repetendis, vel aliis suscipiendis, dari ait Papinianus, *l. 17. §. 3. D. ad municipal.*

INTERVENIRE dicuntur, qui in judicio pro aliis, sive intercedente mandato, sive citra mandatum, consistunt, quique alienæ litis exsequutionem, vel defensionem suscipiunt: *l. 10. §. 1. D. de fideic. libert. l. 17. D. de damn. infect. l. 4. §. 1. D. de adpell. l. 5. §. 3. D. judicat. solv.*

Intervenire negotiis, id est, interesse: *l. 9. §. D. de pœn.* Intervenit mercede mensor: *l. 1. §. 1. D. si mens. fals. mod.* Intervenire rebus mariti: *l. 88. D. de donat. int. vir. & ux.* Interveniunt facto testes: *l. 18. D. de quæstion.*

Intervenire, auctoritatem interponere. Sic: Intervenire dicuntur magistratus: *l. 2. §. 25. D. ne quid in loc. publ.* prætor: *l. 8. D. quod met. causs. & passim.* principes: *l. 11. §. 2. D. de minor.* proconsul: *l. 27. D. de noxal. act.* tutores, qui auctoritatem interponunt: *l. 1. §. 4. D. l. 11. C. de procur. l. 57. §. ult. D. de admin. & peric. tut.* Ita, & prætoris, tutorisque auctoritas intervenire dicuntur: *l. 1. §. 7. D. de insp. ventr. l. 2. D. de auct. & cons. tut.*

Intervenire etiam dicuntur, qui alienam in se obligationem suscipiunt, ac proinde sæpe hoc verbum idem est, ac fidejubere, intercedere, accessionis nomine promittere, vel etiam novandi animo alienam obligationem in se transferre: *l. ult. D. de minor. l. 3. §. 5. D. de pecul. l. 6. §. 2. D. mand. l. 11. l. 17. §. ult. D. ad municipal. l. 1. §. 3. D. quod juss. l. 1. C. de reputat.* Qui non prohibet pro se intervenire, mandare creditur; *l. 60. D. de reg. jur. l. 24. D. de fidejuss.*

Intervenire porro dicuntur variæ res, quæ vel incidunt, vel rem distinguunt. Sic *interveniunt* abolitio: *l. 12. D. ad SC. Turpill.* accusatio: *l. 1. §. 10. D. eod. tit.* adrogatio: *l. 44. D. de usuc.* ædificia: *l. 1. D. fin. reg.* æs alienum: *l. 66. D. ad Leg. Falc.* æstimatio: *l. 50.*

D. *solut. matr.* auctoritas : *l.* 1. C. *de acceptil.* capitis minutio : *l.* 1. §. *ult. D. quib. mod. usufr. amitt.* caussa : *l. ult. si ingen. esse dic.* cautio : *l.* 16. D. *comm. divid.* constitutio : *l.* 4. §. 8. D. *de manumiss.* culpa : *l.* 22. *D. commod.* decretum : *l.* 1. §. 1. *D. de tut. & rat. distr.* delictum vel casus : *l.* 17. *C. de lib. causs.* divortium; *l.* 57. *D. solut. matr.* donatio ; *l.* 25. D. *de don. int. vir. & ux.* dolus : *l.* 17. D. *de cond. & demonstr.* error : *l.* 17. D. *eod. tit.* Falcidia : *l.* 6. D. *de fideic. libert.* Falcidiæ ratio : *l.* 77. §. 2. *D. de legat.* 2. fraus : *l.* 7. §. *ult. D. comm. divid.* fuga : *l.* 3. *C. de ædil. action.* impedimentum : *l.* 38. D. *de statul.* indulgentia : *l.* 10. *C. de sent. pass.* inimicitiæ : *l.* 9. D. *de his, quæ ut indign.* instrumenta : *l.* 9. *C. de fid. instrum.* loca : *l.* 8. *D. de op. nov. nunc.* mandatum : *l.* 3. D. *rat. rem. hab.* metus : *l.* 9. §. 3. *D. quod met. causs.* momentum : *l.* 137. D. *de verb. obl.* mora : *l.* 14. §. 2. D. *de pecun. constit.* mortalitas : *l.* 2. D. *de pact.* nuptiæ : *l.* 58. *D. de jur. dot.* pactum : *l.* 5. *C. quæ res pign.* paries : *l.* 4. *D. de servit. leg.* pecunia : *l.* 1. §. *ult.* D. *mand.* probatio : *l.* 12. *C. de fidejuss.* publicum : *l.* 3. §. 3. D. *de aqu. & aqu. pluv.* quæstio : *l.* 24. D. *de collat. bon.* ratio : *l.* 32. D. *ad Leg. Aquil.* res judicata : *l.* 3. D. *de colluſ. deteg.* stipulatio: *l.* 13. §. 1. *D. de recept. arb.* suspicio : *l.* 17. §. 9. D. *ad municip.* turpitudo : *l.* 6. *C. de condict. ob turp. caus.* varietas : *l.* 6. *C. ne de stat. defunct.* via publica : *l.* 4. §. *ult.* D. *fin. regund.*

INTERVENTIO gratiæ : *l.* 13. *C. Theod. de hæret.* mutui : *l.* 1. *C. de his, quæ ex publ. collat.*

INTERVENTOR, qui pro alio intervenit, alienæque obligationi accedit, & alieno nomine obligatur : *l.* 13. §. 9. *D. de pecul. l.* 7. *in fin.* D. *de obseq. parent. & patron. l. ult.* §. *ult.* C. *de usur. rei judic.*

INTERVENTORES episcopi dicebantur qui sede vacante episcopatum administrabant ; Augustin. *ep.* 163. Vid. *Intercessores* Dicuntur etiam interventores, sponsores in baptismo, patrini.

INTERVENTUS, *us*, interventio : Si *interventu* arbitri : *l.* 7. *D. de tribut. act.* capitis deminutionis : *l.* 35. §. *ult.* D. *de usufr.* emancipati : *l.* 1. §. 5. *D. de collat.* feriarum : *l.* 26. §. 7. *D. ex quib. causs. major.* judicis : *l.* 7. *D. de ann. legat.* juris : *l.* 2. *D. de nat. rest.* legis Falcidiæ : *l.* 82. *D. ad Leg. Falcid.* loci : *l.* 14. §. *ult. D. de servit.* triumvirorum capitalium : *l.* 2. §. 32. *D. de orig. jur.* tutoris : *l.* 68. *D. de solut.*

INTERVERSIO : *l.* 12. *C. de suscept.*

INTERVERSOR pecuniæ fiscalis : *l.* 8. *C. de jur. fisc.* administrator puta, qui dolo malo dilapidat rem pecuniamque fiscalem, vel *eversor*, uti vocatur *l.* 2. *C. de palat. sacr. larg.*

INTERVERTERE. Si *intervertendi*, (id est, intercipiendi lucrifaciendique,) caussa id fecerit : *l.* 19. *D. de solut.* Intervertere aquæductum : *l. ult. D. de aqu. quotid.* fideicommissum : *l.* 54. *D. ad SC. Trebell.* instrumenta : *l.* 8. §. 1. *D. quod. met. causs.* pecuniam : *l. ult.* D. *de fugit.* Petron. *Satyr. p.* 47. Si mehercule, intervertissent pecuniam vestram. Et Plaut. *Asinar. Act.* 2. *sc.* 2. *v.* 91. *seq.* Quid nunc consilii captandum censes, dic. *Lib.* Item istuc ago, Quando argentum intervertam, & adventorem, & Sauream. *Intervertere* possessionem : *l.* 20. *D. de adquir. possess.* querelam : *l.* 87. §. 3. D. *de legat.* 2. ra-

rationem fiscalem: *l.* 4. *C. de episc. & cler.* rem pignori datam: *l.* 20. *D. de furt.* Res non *intervertitur* ei, qui eam sponte abjecit: *l.* 43. §. 10. *D. de furt.*

Interverti pro intercidere. Publica jura non interverti constat: *l.* 5. D. *de capit. minut.* Legitimæ tutelæ ex duodecim tabulis intervertuntur: *l.* 7. *D. de cap. minut.* id est, intercidunt.

INTERUSURIUM, commodum usurarum medii temporis adpellatur: *l.* 81. *pr.* D. *de legat.* 2. *l.* 66. *D. ad Leg. Falcid. l.* 9. §. *ult.* D. *de pecul.* Reditum medii temporis vocat Sueton. *in Calig. c.* 18. usuras medii temporis, *l. ult.* D. *de rei vind.*

INTESTABILIS, qui testimonii dicendi jus non habet, ut vetus Glossarium interpretatur, μὴ προσδεκτέος εἰς μαρτυρίαν, ἀδόκιμος, καὶ ἀμάρτυρος, *qui admittendus non est ad testimonium, existimationis expers, intestabilis.* Plane quum lege quis intestabilis jubetur esse, eo pertinet, ut ne testimonium ejus recipiatur, & eo amplius, ut quidam putant, neve ipsi dicatur testimonium, inquit Gellius *lib.* 15. *c.* 13. ubi verba Legis XII Tabularum, quibus quis intestabilis esse jubetur, recenset. Similiter *l.* 26. *D. qui test. fac. poss.* §. 6. *Inst. de testam. ordin.* Proinde, quum SCo expressum esset, ut ob carmen famosum damnatus intestabilis esset: *l.* 21. D. *de testib.* ex eo refert Ulpianus, nec testamentum eum facere posse, nec ad testamentum adhiberi: *l.* 18. *in fin.* D. *qui test. fac. poss.* Vetus interpres Horatii *lib.* 2. *Serm. sat.* 3. Intestabilis, ait, cui non licet testamentum condere, vel testamento quid ab alio accipere. Et ita in *l.* 5. §. *pen. D. de injur. l.* 21. *D. de testib.* hoc verbum exaudiendum est. Quo adludens Plaut. *in Carcul. Act.* 1. *sc.* 1. *v.* 30. *Semper curato, ait, ne sis intestabilis, Quod amas, ama, testibus præsentibus.* Quoniam autem invisi erant, qui intestabiles esse jubebantur: inde factum est, ut pro exsecrando, abominando, & detestabili verbum hoc acciperetur, ut apud Horat. *lib.* 2. *Serm. sat.* 3. *v.* 191. Sacer, intestabilis esto. Sallust. *in Jugurt. c.* 67. Improbus intestabilisque. Tacit. *Annal. lib.* 15. *c.* 55. Incusat ultro intestabilem & consceleratum. Plin. *lib.* 30. *c.* 1. de magia: Proinde ita persuasum sit, intestabilem, irritam, inanem esse, habentem tamen quasdam utilitatis umbras. Gell. *lib.* 7. *c.* 18. Et tamen, qui ad Hannibalem non rediissent, usque adeo intestabiles invisosque fuisse, ut tædium vitæ ceperint.

INTESTATO, id est, testamento non facto: *l.* 19. D. *de testam. mil. & alibi passim.* Ab intestato: *l.* 30. D. *de adquir. vel omitt. her.* Intestato facti codicilli: *l.* 16. *D. de jur. codicill.* decedere: *l.* 4. D. *und. cogn.* defuncta: *l.* 3. *C. ad SC. Orfic.* data fideicommissa: *l.* 13. D. *de inoff. test.* hereditatem petere: *l.* 19. *D. eod. tit.* possidere: *l.* 29. D. *de manum. test.* heres, bonorumve possessor: *l.* 13. D. *de inoff. test.* mortuus: *l.* 31. §. 1. D. *de fideic.* obire: *l.* 77. §. 26. D. *de legat.* rem auferre: *l.* 12. *D. de injust. rupt.*

INTESTATUS est, non tantum, qui testamentum non fecit, sed etiam cujus ex testamento hereditas adita non est: *l.* 64. D. *de verb. signif.* Intestatus decedit, qui aut omnino testamentum non fecit, aut non jure fecit, aut id quod fecerat, ruptum irritumve factum est, aut nemo ex eo heres existit: *pr. Inst. de hered. quæ ab intest.* Intestati proprie ad-

pellabantur, qui, quum possent testamentum facere, testati non sunt. Sed & is, qui testamentum fecit, si ejus hereditas adita non est, vel ruptum, vel irritum est testamentum, intestatus non improprie dicetur decessisse. Sed & hos quoque pro intestatis accipere debemus, qui testari non potuerunt: *l.* 1. D. *de suis & legit. hered.* Paullus *in Collat. Leg. Mos. & Rom. tit.* 16. §. 3. Intestati dicuntur, qui testamentum facere non possunt, qui ipsi linum, ut intestati decederent, abruperunt, vel hi, quorum hereditas repudiata est, cujusve conditio defecerit. Quinctilian. *Declam.* 308. Neque ego negaverim, non uno genere fieri intestatos. Aut enim is est intestatus, qui non scripsit omnino testamentum, aut qui id scripsit, quod valere non possit.

Intestatus quoque, quantum ad tutelam, decessisse dicitur, qui testamento liberis suis tutores non dedit: *l.* 6. *D. de legit. tut.*

INTESTINARIUS, cujus mentio fit in *l.* 2. *C. Theod. de excus. artif.* est artifex, qui *intestinum* opus facit. *Opera* autem *intestina* vocabantur, quæ ex ligno fiebant, sed fabrica elegantiore, quæ minutiaria hodie adpellantur. Dicta vero sunt *intestina* ideo, quod intra ipsam domum locum tantum habeant, & in interiore ædium parte sita sint, veluti scamna, sedes, fulcra, abaci, armaria, scrinia, quæ pro exemplis adducuntur. Alciat. in *l.* 241. *D. de verb. signif.* Jac. Gothofred. *ad d. l.* 2. *C. Theod. de excus. artif.* Car. Du Fresne *in Gloss. lat. h. v.*

INTEXERE purpuram vestimento: *l.* 7. D. *ad exhib.*

INTHRONISTICA. Vide supra Ενθρονίστικα. & infra *thronus.*

INTIMARE, insinuare actis. *Intimare* cælestes apices: *l.* 5. *l. ult. C. de aquæduct.* adrogationem: *l.* 2. *C. de adopt.* donationem: *l.* 16. 19. *C. de sacros. eccles.* apud magistratus: *l.* 13. *C. eod.* Intimata gesta: *l.* 12. §. 4. *C. de reb. cred.*

Intimare docere, significare, notum facere, indicare. Cunctis per Ægyptum intimetur: *l.* 1. *C. Theod. de nav. non excus.* Jubemus id nostræ intimari clementiæ; *l.* 7. *C. Theod. de extraord. & sord. mun.* Lis intimata: *l.* 1. *C. Theod. de denunc.* id est, denunciata, insinuata, ut *ea ipsa lege & sequent.* Rerum nobis notitia intimetur: *l. ult.* C. *Justin. & Theod. de bon. vac.* Si quando faustorum nunciorum gaudia provincialibus intimentur: *l.* 3. *C. Th. ne quid publ. lætit.*

INTIMATIO: denunciatio: *l.* 7. *C. de requir. reis.*

INTIMUS, *a, um.* Post nudata intima: *l.* 3. §. 1. D. *de recept. arb.* Intima pars domus: *l.* 13. §. *ult.* D. *de usufr.* Intimæ sedis tenebras, (id est, carcerem abstrusiorem) pati: *l.* 1. *C. de custod. reor.*

INTOLERABILIS injuria: *l.* 2. *D. de his, qui sui vel al. jur.*

INTONARE dominis dicuntur servi, qui deferunt eos, vel accusant: *l.* 2. *C. Theod. ne præt. crim. majest.*

INTRA ætatem legitimam: *l.* 20. §. 1. *D. de liberat. leg.* Intra annum, & *post annum*, opponuntur: *l.* 1. D. *de calumniat.* Intra calendas facere quid jussus, an etiam calendis ipsis recte faciat, dubitat Gell. *lib.* 12. *c.* 13. Sed hoc duobus jurisconsultorum locis rectissime definitur. Unus est in *l.* 133. D. *de verb. signif.* alter in *l.* 1. §. 9. D. *de successor. edict.* his verbis: Quod dicimus, *intra* dies centum bonorum possessionem peti posse, ita intelligendum est, ut ipso die centesimo peti possit, quum-

quemadmodum intra calendas etiam ipsæ calendæ sunt.

Intra fines agri, imperii: *l.* 7. D. *de incend. ruin. naufr. l. ult.* D. *de capt.* intra horreum: *l.* 32. §. 4. D. *de aur. arg. leg.* Intra numerum esse: *l. ult. D. de excus. profess. Intra* utile tempus: *l.* 39. D. *de min.* Intra viam publicam prædia: *l. ult. D. de servit. rust. præd.*

Intra pretium emere, est minoris emere: *l.* 5. §. *ult. D. mand.* Elegantis hujus loquutionis complura exempla collegit Jo. Frid. Gronov. *lib.* I. *observ. c.* 10. *p.* 94. Hein.

INTRARE apud judicem: *l.* 61. *D. de jur. dot.* portum: *l.* 4. *C. Theod. de navicul.* in possessionem: *l.* 4. *D. de usurp.* in rem debitoris: *l.* 7. *D. ad Leg. jul. de vi privat.*

INTRIBUERE, contribuere; *l.* 9. §. *ult.* D. *de tribut. act.* Trajanus apud Plin. *lib.* 10. *epist.* 35. Possumus desiderio eorum indulgere, modo ne quid ideo aut intribuant, aut minus illis in posterum fiat ad necessarias erogationes.

INTRIBUTIO, pro collatione, & contributione: *l.* 6. §. *ult.* D. *de mun. & hon. & passim.*

INTRICARE peculium: *l.* I. §. *ult. D. de serv. corrupt. l.* 21. *D. de pecul.*

INTRODUCERE actionem: *l.* 43. D. *ex quib. causs. maj.* condictionem: *l.* 66. D. *de condict. indeb.* exceptionem: *l.* 20. *D. ad SC. Vellei.* interdictum: *l.* 14. D. *de precar.* jus: Ulp. *reg. tit.* 29. §. 6. obligationem: *l.* I. *D. de condict. ex leg.* petitionem: *l.* 58. *D. de verb. oblig.* postulationem: *l.* 4. *in fin. C. Theod. de princip. agent.* remedium: *l.* 2. *D. de usufr. ear. rer.* Senatusconsulta: *l.* I. *pr. D. de SC. Silan.*

INTROIRE. Domum suam vi introitam esse dicit: *l.* 5. *D. de injur.*

INTROITUS militiæ: *l.* 102. §. *ult. l. pen.* §. *pen. l. ult. D. de legat.* 3.

Introitus, antiphona, qua a choro canitur, dum celebraturus sacerdos procedit ad altare. Institutum illum quidam volunt a Cælestino I. Walafr. *Strab. c.* 12. licet alii jam ante obtinuisse scribant: Cassian. *lib.* 3. *de inst. mon. c.* 11. In introitu antiquitus psalmus integer canebatur, sed postea propter populi tædium, detruncatus est ita, ut unicus psalmi versiculus cum replicatione antiphonæ cani cœperit: d. Aug. *Serm.* 115. Missarum introitus alii sunt regulares, qui quotidie ex more canuntur: alii irregulares, qui secundum varietates solennitatum instituti sunt: Durand *lib.* 4. *c.* 5. *Honor. lib.* I. *c.* 87.

Introitus, pretium, a clericis, dignitates, vel functiones ecclesiasticas ineuntibus, patronis ecclesiarum præstandum, a Conciliis vero prohibitum: *Concil. Vienn. an.* 892. *c.* 4. *Rotomag. an.* 1074. *c.* I.

INTROMISSI in arenam: *l.* 4. D. *de accus.*

INTRUSUS adpellatur is, qui obtinuit dignitatem a non habente potestatem illam conferendi, ut *cap. cum venissent. de in integr. restit. & c. ex frequentibus de insti.* & gesta per talem intrusum non valent, quantumcumque dicatur toleratus: quia intruso non habet locum tolerantia, ex quo non habuit ingressum ab habente potestatem, ut notat Inn. *in c. qualiter & quando 2 de accus.* Intrusus dicitur etiam qui titulo legitimo non præcedente ingerit se ad administrandum, etsi præcessisset electio. Idem si est præsentatus sine legitimo titulo prius habito, ut notat Inn. supra & Abb. *in cap. cum jam dudum. de præbend.* 2

coll. dicit tamen ibi Abb. quod in foro animæ propter reverentiam sacramenti, gesta per intrusum valent. Intrusus Episcopus non est habendus pro Episcopo: nec habet executionem 62. *dist. c.* 1. *&* 63. *dist. super.*

INTUERI jus: *l.* 31. *D. de pos.* peculium: *l.* 19. §. 1. D. *de pecul.* scripturam; *l.* 10. §. 1. *D. de testam.* tempus: *l.* 22. D. *de mort. caus. don.*

INTUITU adfectionis: *l.* 67. §. 1. *D. de rit. nupt.* humanitatis: *l.* 47. §. *ult. D. de fidejuss.* pietatis: *l.* 16. *D. de alim. & cibar. leg.*

INVADERE negotia: *l.* 5. *D. de oblig. & act.* pecuniam communem: *l.* 1. §. 1. *D. de usur.* possessionem: *l.* 3. §. 8. D. *de vi & vi arm.* res mobiles: *l.* 57. D. *de adquir. possess.*

INVALESCIT sententia: *l.* 12. §. 27. D. *de instr. vel instr. leg.*

INVALIDI & imbecilles: *l.* 5. C. *Theod. de milit. adparit.* Invalidum argumentum: *l.* 1. §. 26. D. *de quæst.*

INVASOR locorum: *l.* 5. *C. und. vi.*

INVEHERE merces per navem: *l.* 122. *D. de verb. oblig.*

Invecta illata modo ἀσυνδέτως a jurisconsultis adpellantur, quæ ab inquilinis in ædes conductas & in prædia urbana inducuntur, importanturque: *l.* 4. *D. de pact. & alibi.* item inducta, invecta, importata: *l.* 32. *D. de pignor.* Si in fundum communem duorum pignora sint ab aliquo invecta: *l. ult.* D. *de Salvian. interd.* Tertullian. *de patient. c.* 13. Rector animus facile communicat spiritui invecta cum habitaculo suo.

INVENDITA prædia: *l. ult.* §. *ult.* D. *de rescind. vend.*

INVENIRE reperire: Invenire advocatum; *l.* 8. §. *ult. D. de offic. proconf.* aquam: *l.* 10. D. *de serv. rust. præd.* meliorem conditionem: *l.* 3. *D. quib. mod. pign.* creditorem: *l.* 137. §. *ult.* D. *de verb. oblig.* emtorem: *l.* 59. *D. ad SC. Trebell.* fidejussores: *l.* 15. §. 3. *D. de re judic.* heredem: *l.* 36. *D. de bon. libert.* instrumenta: *l. ult.* §. *ult. D. de fidejuss.* obligationes: *l.* 38. §. 17. *D. de verb. oblig.* pecunias: *l.* 3. *D. de eo quod cert. loc.* nuptias: *l.* 64. *D. de condit. & demonstr.*

Invenire deprehendere. Invenire hominem: *l.* 1. *pr.* D. *de curat. furiof.* id est, talem ex probatione deprehendere. *Inventus* est sui juris: *l.* 1. §. *ult. D. ut legat.* Si verum non inveniatur: *l.* 2. §. 1. *D. de jur. fisc.* Invenitur liber: *l.* 11. §. 6. D. *de don. int. vir. & ux.* Quum minor modus invenitur: *l.* 42. D. *de act. emt. vend.*

Invenire excogitare. Si inveniatur, vel inventa sit ratio: *l.* 24. §. 2. D. *de liberal. causs. l.* 5. §. 5. D. *de reb. eor. l.* 1. §. 5. D. *de Carbon. edict.*

INVENTARIUM, repertorium, quod bonorum descriptionem continet: *l.* 1. §. 3. *D. de tut. & rat. distr. l.* 7. *D. de admin. & peric. tut. l.* 1. §. *pen. D. de ventr. in possess. mitt.* Vetus Glossarium: Inventarium dicitur quidam libellus, in quo omnia bona, quæ apud aliquem inveniuntur, conscribuntur.

Nec bonorum modo, sed & instrumentorum elenchus *inventarium* dicitur: *l.* 15. D. *de reb. auct. jud. possid.* Ex inventario debitores convenire: *l.* 57. D. *de administr. & peric. tut.*

Ceterum de Latinitate hujus vocabuli dubitat Tabor, & indignatur tamen collegæ, qui vocem, tamquam parum latinam, ausu non minus vano, quam irrito proscripserit. Sed verum tamen est, nec *inventarium*, nec *repertorium*, apud bonos scriptores reperiri: utrum-

utrumque tamen tum analogia, tum usu diuturno Jurisconsultorum & satis antiquo, tamquam technicum, recte defendi. Vid. Ducker. *de Latin. vet. Ictor. p.* 441. Hein.

Inventarii beneficium, quo heres rite confecto inventario, post aditam hereditatem ultra vires hereditatis non tenetur: §. 6. *Inst. de her. qual. & diff. l. ult.* §. 2. 3. 4. *C. de jur. delib.* Rite autem fit inventarium (1) si intra 30 dies a momento notitiæ inchoetur; (2) si intra alios 60 dies, vel in locis dissitis vel absentibus heredibus, intra annum perficiatur; (3) adhibitis tabellionibus; (4) citatis iis, quorum interest, veluti legatariis & creditoribus, (5) aut istis absentibus, convocatis tribus testibus: (6) repertorio perfecto, heres vel ipse subscribat, & rerum summam exprimat, vel scribendi imperitus tabellionem subscribere jubeat: *d. l. ult.* §. 2. 3. *C. de jur. delib. Nov.* 1. *c.* 2. §. 1. Conf. *Hert. diss. de effectib. genuini non confecti inventarii, vol.* 1. *opusc. T.* 3.

INVENTOR thesauri: *l.* 63. §. *ult.* D. *de adquir. rer. dom.*

INVERECUNDA inhiatio petentium: *l.* 1. *C. de petit. bon. subl. Inverecundum* desiderium: *l.* 22. D. *de hered. pet.*

INVERECUNDE desiderare: *l.* 8. §. 6. D. *quib. mod. pign.* postulare: *l.* 1. §. 5. D. *de postul.*

INVESTIGARE arbitrum: *l.* 32. §. 12. D. *de recept. arb.* fidem: *l.* 1. *C. de fugit.* fugitivum; *l.* 1. §. 1. D. *eod. tit.* maleficia; *l.* 8. D. *de quæstion.*

INVESTIGATIO veritatis; *l.* 1. *C. de quæstion.*

INVESTITURA, traditio, missio in possessionem. Fiebat illa non nudo verbo, aut per simplex instrumentum, vel chartam, sed per symbola quædam, quæ rei in alterius dominium translationem factam reapse denotarent. Varii autem *investituræ* modi ac symbola apud scriptores occurrunt, ex quibus aliquos dabimus: per *annulum*, in majorum prædiorum ac dignitatum investituris; per *baculum* itidem: per *baculum & annulum*, ecclesiarum investitura facta: per *bibliothecam* seu *biblia*: per *cambutam* Episcopi, investitur Abbas: per *candelabrum*: per *capellum*: per *chirothecam*: per *clavos ecclesiæ*: cum *cracia* Abbatis: per *communionem*: per *denarios*: per *eleemosynarium*, hoc est, marsupium: per *ferulam pastoralem*: per *funes* seu chordas campanarum Episcopi & Abbates investiti leguntur: per *lapidem*: per *librum*: per *librum missalem*, vel *collectarium*: cum libro *regulæ*: per *lignum*: per *martyrologium*: per *pallium* seu *pallam*: per *pergamenum*: per *scyphum*: per textum *evangelii*: per *virgulam* vel *virgam*. Hæc & similia symbola asservabantur apud donatarios in rei gestæ memoriam.

INVETERATÆ ἀντιάδες, id est, tonsillæ: *l.* 14. §. 8. D. *de Ædil. edict.* leges; *l.* 2. C. *de suscept.* Inveteratæ militiæ testimonium: *l. un. C. Theod. qui præbit. tiron.*

INVICEM, reciproce; *l.* 39. D. *solut. matrim. & passim.*

INVICTUS princeps; *l.* 23. §. 5. *C. de nupt.* Fuit hoc sollemne elogium Imperatorum. Jul. Capitolin. *in Maximo & Balbin. c.* 17. Suscepisse vos rempublicam, a nefarii latronis scelere servandam, reddendamque legibus, domini sanctissimi, & invictissimi Augusti. Add. Sueton. *in Tib. c.* 7.

INVIDENDUM non erit; *l.* 4. D. *de usu & habit.*

INVIDA quodammodo est lex

Fufia Caninia: *tit. Inst. de Leg. Fuf. Can. toll.*

INVIDIA, sæpe pro quovis odio accipitur, sæpe pro ignominia & infamatione. Ad invidiam alicui nocere nullam dignitatem oportet: *l. 6. C. de his, qui vi met.* Ad invidiam ejus, qui provinciæ præest, spectat, opprimi aliquem per adversarii potentiam: *l. 9. §. ult. D. de offic. proconf.* Sub quodam potentiæ terrore infimos fatigari, ad judiciorum spectat invidiam; *l. 6. C. Theod. de pact. & transact.* Si quis ad invidiam alicujus veste lugubri, aut squalida, utatur; *l. 15. §. 27. D. de injur.* Ad invidiam alterius imaginem Imp. præferre & portare *l. 28. §. 7. D. de pœn. l. 38. D. de injur.*

INVIDIOSA dicendi vox, pro criminatione; *l. 12. C. Theod. de accus.*

Invidiosum commentum; *l. 22. §. 2. D. de jur. fisc.* Invidiosum est, Imperatorem litis caussa heredem institui; *l. 41. D. de hered. inst.*

INVIGILARE hereditati; *l. 25. §. 8. D. de adquir. vel omitt. her.*

INVINCTUS, pro vinctus *l. 6. §. ult. D. de Leg. Fab. de plagiar.*

INVIOLABILIS observatio; *l. 6. C. de offic. rect. prov.*

INVIOLABILITER custodiantur: *Auth. Sacramenta pub. C. si advers. vendit.*

INVISIBILES vocantur ii, qui latitant; *l. 53. §. 1. C. de episc. & cler.*

INVITARE ad bonorum possessionem; *l. 1. D. und. cogn.* ad cœnam; *l. 18. D. commod.* ad fideicommissum; *l. 77. §. 27. D. de legat. 2.* ad furandum; *l. 5. D. de pact. dot.* ad hereditatem; *l. 14. D. de capt. & postl. revers.* ad honores; *l. 6. §. 1. D. de mun. & honor.* ad testamentum; *l. 71. §. 1. D. de cond. & demonstr.*

INVITUS aliquando pro nolente, contradicente ac reluctante accipitur; *l. 53. §. ult. D. de adquir. vel omitt. hered. l. 91. D. de solut. & passim.*

Alias *inviti* etiam dicuntur, qui tametsi non contradicant, vel reluctentur, non tamen consentiunt. Quando invitus procurator non dicitur dari, *invitum* accipimus non eum tantum qui contradicit, verum eum etiam, qui consensisse non probatur: *l. 8. §. 1. D. de procurat.* Sed & in servitutibus invitum accipere debemus, non eum, qui contradicit, verum eum etiam, qui consentit; *l. 5. D. de servit. præd. urb.* Denique & in eo jure, quod dicit, invito patrono libertam, quæ ei nupta est, alii nubere non posse, invitum accipere debemus eum, qui non consentit ad divortium; *l. 45. pr. D. de rit. nupt.* Sic & invito Domino servus stipulatus adquirit; *l. 46. D. de jur. dot.* *Invitis* nobis per servos adquiritur: *l. 32. D. de adquir. rer. dom.* In invitum redditur judicium; *l. 83. §. 1. D. de verb. oblig.*

INVIUM iter; *l. 4. §. 5. D. si serv. vind.*

INULTA accusatio; *l. 7. D. de accus.* injuria; *l. 15. §. 35. D. de injur.* mors; *l. 39. D. fam. ercisc.* *Inultum* crimen; *l. 3. C. de condict. ob turp. causs.*

INUMBRATA quies; *l. 18. §. 1. D. de adquir. possess.* opinata tantum, falso credita.

INUNDARI dicitur prædium, quum uno eodemque impetu aqua cooperitur; *l. 7. §. 6. l. 30. §. 3. D. de adquir. rer. dom.* & aliis locis.

INUNDATIO speciem fundi non mutat: *l. 7. §. 6. D. de adquir. rer. dom.*

INVOCARE jus publicum: *l. ult. D. quod met. causs.* arbitri officium: *l. 13. §. ult. D. de serv. præd. rust.*

IN-

INVOLANTUR anchoræ de mare: *l. 6. D. de incend. ruin. naufr.*

INVOLVERE, implicare. Si dominium quoque conscientia talis involverit: *l. 6. C. Theod. de desert. Involuta* criminibus magnis conscientia: *l. 2. C. Theod. de repud.* Publicis functionibus involutus: *l. 183. C. Theod. de decur.* Viginti librarum auri mulcta & litigatorem & judicem involvat: *l. 26. C. Theod. quor. adpell.* Publicis privatisque rationibus involutus: *l. 3. C. Theod. de his, quæ ad eccles.* Et accipientem, & dantem, illicitæ transactionis reatus involvat: *l. 4. C. Theod. trib. in ipſ. ſpecieb.* privatarum quoque litium cognitor, itemque mercator, parem capitis ac vitæ, quæ peculatus reos consuevit involvere, cogetur subire jacturam: *l. 9. C. Theod. ad Leg. jul. repetund.* Professis testatisque sceleribus involutus: *l. alt. C. Theod. de bon. proſcript.*

INURERE. Avita elogia inurenda impiis elogiis: *l. 4. C. Theod. de legit. her. Inuſti* infamia: *l. 34. C. Theod. de heret.*

INUSITATA res: *l. 19. C. de excuſ. inuſitatum* ministerium: *l. 17. §. 1. D. de uſufr.*

INUTILE, quod nulli usui, & nullius effectus est. Si his homo in eam valetudinem inciderit, propter quam operæ ejus inutiles factæ sunt: *l. 79. D. rei vind. Inutilis* acceptilatio: *l. 8. D. de acceptil.* actio: *l. 8. §. 5. D. mand. & paſſim.*

Inutile, pro noxio. Est inutile fidem frangere: *l. 1. §. 4. D. depoſ.* Inutile est pupillis si administratio eorum (tutorum) non servatur, nemine scilicet emente: *l. 12. §. 1. D. de adminiſtr. & periç. tut.*

INUTILITER, frustra, sine effectu. *Inutiliter* agi; *l. 4. D. de uſu & habit.* facta conventio: *l. 5. C. de remiſſ. pignor.* opponitur exceptio: *l. 96. §. 2. D. de ſolut.* fideicommissum relictum. *l. 5. C. de fideic.* fidejubere: *l. 1. §. 5. D. quod. juſſu.* institui: *l. 6. D. de bon. poſſ. ſec. tab.* intercedere; *l. 1. §. 1. D. de migr.* legare; *l. 30. §. 8. D. ad Leg. Falcid.* datur libertas; *l. 4. §. 1. D. de ſtatul.* obligatus; *l. 29. §. 1. D. mand.* promittere; *l. 38. D. de verb. oblig.* stipulari; *l. 38. D. de damn. inf.* concepta stipulatio; *l. 45. D. ſolut. matrim.* factum testamentum; *l. 97. D. de adquir. vel omitt. hered.*

JOVINIANISTÆ a Joviniano quodam monacho dicti, asserentes nullam nuptarum & virginum esse distantiam; nullumque inter abstinentes & simpliciter epulantes esse discrimen, *c. 39. cauſſ. 24. Quæſt. 3.*

IPSE, aliquando exprimit, quod adverbio *omnino* exprimere solemus. Sed si ipsorum viginti annorum erit, in *l. 66. D. de verb. oblig.* opponitur illi: si *minor ſit viginti annis.* Cicero *Brut.* 15. Cato mortuus est annis *ipſis* 85. ante me Consulem. Et *lib. 3. ad Attic. Epiſt.* 21. Triginta dies erant *ipſi*, quum has dabam litteras. *Et lib. 5. Epiſt.* 11. Quum ibi decem *ipſos* fuissem dies, venerat Pontinius. Add. *lib. 2. Epiſt. lib. 6. Epiſt.* 8. Sed & Græci ita loquuti sunt veluti Lucianus in *Hermot. p.* 505. *Tom.* 1. *op.* εἴκοσιν ἔτη τᾶυτά ἐςι. *ipſi jam viginti anni circumacti ſunt.* Alii scriptores id exprimunt per *ſolidos, totos, unos* dies, vel annos. Varro apud Non. Marcell. *c.* 14. *n.* 451. Ulyssem decem annos solidos errasse. Terent. *Adelph. Act.* 3. *ſc.* 3. *v.* 43. An non sex totos menses olfecissem, quam ille quidquam caperet? Plaut. in Trinum. *Act.* 1. *SC.* 2. *v.* 129. Quia rure dum

dum sum Ego, unos sex dies. Plura notant viri docti ad Ciceronem *Hein.*

Ira, *l.* 32. §. 10. *D. de don. int. vir. & ux. l.* 5. *C. Theod. de accus.*

Iracundiæ calor. Ex quo quod factum est divortium non prius ratum est, quam si ex perseverantia adparuit, judicium animi fuisse: *l.* 3. D. *de divort.*

Ire & *ambulare*, in jure conjunguntur *l.* 1. *pr.* D. *de serv. præd. rust.* ne quis existimaret, ei, cui itineris servitus constituta sit, non posse, nisi urgente necessitate, per alterius fundum ire. Erat enim is juris antiqui rigor, ut servitus solius voluptatis, veluti *spaciandi*, cœnandive in alieno caussa, constitui non posse videretur: *l.* 8. *pr. D. de servit.* At qui iter habet, potest & sella, vel lectica, puta gestatoria, ibi ferri: *l.* 7. *pr. D. de serv. præd. rust.* Quod voluptatis caussa factum esse, pluribus ostenderunt Ger. Noodt *de usufr. lib.* 1. *c.* 5. Averan. *Interpr. jur. lib.* 1. *c. ult.* Atqui *ire*, & *ambulare*, ita differunt, ut illud sit necessitatis, hoc voluptatis, ut recte docuit Auson. Popma *de differ. verb. lib.* 1. *voce ambulare.* Sensus ergo, non alius est, quam eum, cui iter debetur, & urgente necessitate ea ire; & voluptatis vel animi caussa ambulare, spaciari, & lectica sellave ferri posse. Addatur Ger. Noodt. *Comment. in Pandect. lib.* 8. *tit.* 3. *p.* 215. Hein.

Ire & *agere* eo differunt, quod *ire* dicitur, qui pedes vel eques absque vehiculo incedit, commeat, iter facit: *l.* 12. *D. de servit. præd. rust.* Agere vero est jumentum minare, vel vehiculum agere: *l.* 1. D. *eod. tit. pr. Inst. de servit.*

Ire ad arbitrium, vel ad arbitrum: *l.* 10. *l.* 37. D. *de recept. arb.* ad cognitionem: *l. ult.* §. 1. *D. quod met. caus.* ad fidejussores: *l.* 76. D. *de procurat.* ad interdictum: *l.* 4. *D. de liber. exher.* ad judicem: *l.* 9. 11. 16. D. *de recept. arb.* ad judicium: *l.* 7. §. 1. *D. de hered. pet.*

Ire in bona, id est, in eorum possessionem a magistratu mitti: *l.* 3. §. *ult.* D. *de lib. hom. exhib.* Plane *ire* in possessionem, legimus in *l.* 3. §. *ult.* D. *de adquir. vel omitt. possess.* & alibi passim.

Ire in jus. Vid. infra sub art. *jus.*

Ire in creditum: *l.* 19. §. *ult.* D. *ad SC. Vellei.*

Ire defensu adversus creditores: *l.* 18. *D. de pecul. legat.* heredem: *l.* 1. §. 1. 9. D. *de dot. prælег.* Quæ loquutio omnino maxime inusitata, & analogiæ vix consentanea est, ut non sit dubitandum, librarios omisisse lineolam ultimæ litteræ imponendum, tamquam signum litteræ M. legendumque adeo utroque loco esse *defensum* pro *defensu.* Hein.

Ire in obligationem: §. 3. *Inst. quib. mod. toll. oblig.*

Irenarcha. Ita adpellabatur qui disciplinæ publicæ & corrigendis moribus, (*motibus* legendum censer Jac. Gothofr. *ad tit. C. Theod. de irenarch.*) præficiebatur, quippe facinorosos homines conquirebat, ac denique, qui ad provinciæ tutelam, quietis ac pacis stare faciebat concordiam: *l.* 6. *D. de custod. reor. l. ult.* §. 7. *D. de muner. & honor. l. un. C. de irenarch. l.* 9. *C. de jur. fisc. l. ult. C. Theod. eod. tit. l. ult. C. Theod. de patron. vicor.* Eufeb. *lib.* 4. *Hist. eccl. c.* 15. ὑπήντα αὐτῷ ὁ εἰρηνάρχης Ἡρώδης. Rufinus ita vertit: *Obvius illi præfectus pacis, Herodes.* Similique modo Hirenarchæ præpositi pacis, vocantur in *l.* 49. C. *Theod. de decurion.* ubi pro pacis *pagis* legit Jac. Gothofr·

thofr. *ad d. l.* Ad eos pertinent, quos D. Augustinus *Epist.* 160. ait: *circumcelliones quosdam & clericos Donatistas, cura eorum, qui disciplinæ publicæ serviunt, præmissa notoria, ad judicia legesque perduxisse.* Et *epist.* 159. *Illorum notoria, ad quos tuendæ pacis vigilantia pertinebat.* Utroque enim verborum circuitu vim Græci verbi εἰρηνάρχης exprimere voluit. Etenim ad eorum officium spectabat, nunciare crimina; noxios prehendere, eosque ad præsides, & magistratus deducere. Et ita Polycarpum ab Herode, irenarcha, comprehensum legimus, tum apud Eusebium, tum apud Niceph. *lib.* 3. *Hist. eccl. c.* 35.

IRREPERE. Quum utilitas pignorum irrepserit: *l.* 14. §. 1. D. *de pecun. constit.*

IRREVOCABILIS donatio: *l.* 34. §. *ult.* D. *de donat.*

IRRIGARE agros: *l.* 1. §. 13. D. *de aqu. quotid. l.* 17. D. *de serv. præd. rust.* Hinc

IRRIGATIO: *l.* 3. §. 2. D. *de aqu. & aqu. pluv.*

IRRIGUA loca: *l.* 7. §. 6. D. *solut. matrim.*

IRRITARE, ad iram accendere: *l.* 11. §. 5. D. *ad Leg. Aquil. Irritare* in *l.* 2. C. *de feriis*, est irritum facere. Locos quosdam recentiorum, qui ita loquuti sunt, attulerunt Barth. *lib.* 33. *Adverf. c.* 8. Voss. *de Vit. Serm. lib.* 1. *c.* 23.

IRRITUM, invalidum, vel quod ratum non est. Sic *irrita* est adprobatio: *l.* 24. D. *locat.* cautio: *l.* 39. §. 5. D. *de admin. & peric. tut.* divisio: *l.* 12. *C. famil. erciſc.* donatio: *l.* 3. §. 4. D. *de don. int. vir. & ux.* emtio: *l. ult.* D. *de rescind. vend.* pactio: *l.* 31. §. 4. D. *de don. int. vir. & ux.* sententia: *l.* 6. *C. de sent. interloq.* solutio: *l.* 59. D. *de condict. indeb.* substitutio: *l.* 41. §. 7. D. *de vulg. & pup. subst. Irritus* codicillus: *l.* 30. §. *ult.* D. *de fideic. libert.* contractus: *l.* 9. C. *de rescind. vend. Irritum* testamentum, de quo vid. infra sub art. *testamentum.*

IRROGARE damnum aut incommodum, *l.* 1. *C. si adv. delict. l.* 4. *si vend. pign.* deportationem: *l.* 47. D. *de fidejuss.* exsilium: *l.* 8. *D. de postul.* infamiam: *l.* 1. *D. de sepulcr. viol.* injuriam: Paull. *lib.* 5. *sent. tit.* 4. §. 10. mulctam: *l.* 1. *C. de fiscal. usur.* mutationem militiæ: *l.* 6. §. 7. D. *de re milit.* necessitatem: *l.* 23. *C. de rei vind.* pœnam: *l.* 1. D. *de const. princ.* præjudicium: *l.* 2. *C. quib. rei judic.* servitutem: *l.* 26. §. 3. D. *de fideic. libert.* Irrogandum totum alicui ex fidejussoribus: *l.* 48. D. *de fidejuss.*

IRRUMPERE fundum: *l.* 9. D. *de adquir. possess.*

IRRUPTIO fluminis: *l.* 8. D. *fin. regund.*

ISAURI. Eorum fit mentio *l. ult. C. de fer. l. ult. C. ad Leg. jul. de vi publ. l. ult. C. de quæst.* quos infami latrocinio jam inde ab antiquis temporibus nobilitatos ostendit. Dio Caff. *lib.* 55. *p.* 567. Ἰσαυροί τε γὰρ ἐκ λῃστείας ἀρξάμενοι, καὶ ἐς πολέμου δεινότητα προήχθησαν, μέχρι οὗ κατεδαμάσθησαν. *Isauri, facto a latrociniis initio, usque ad belli molem provecti sunt, donec perdomarentur.* Confirmat Ammian. Marcellinus *lib.* 14. *c.* 1. Namque & Isauri, ait, quibus usitatum est, sæpe pacari, sæpeque inopinis excursibus cuncta miscere, & latrociniis occultis, alente impunitate adolescentem in pejus audaciam, ad bella graviora proruperunt. Idem *lib.* 19. *c.* 13. eorum furta & latrocinia, quibus finitimos adflictabant, memorat: Quamobrem a Zonara *Tomo* 3. *p.* 43. ἔθνος ἀιχιστον, *pessimus*

mus populus merito adpellatur. Vetus Gloſſarium Græcum: *Iſauri*, οἱ ἅρπαγες, οἱ φονεῖς, καὶ οἱ χοσιάριοι. *Iſauri*, *fures*, *ſicarii*, *prædones*. Auctor eſt Vopiſcus *in Probo c.* 16. Imperatorem illum, quum Iſaurorum loca peragraſſet, dixiſſe: *Facilius eſſe ab illis locis latrones arceri*, *quam tolli*: conſtituiſſeque, ut Iſaurorum filii ab anno octavo decimo, mares dumtaxat, ad militiam mitterentur: ne ante latrocinari, quam militare, diſcerent.

Ισάζιν, *l.* 13. *D. de ſtipul. ſerv.* Eſt vero τὸ ἰσάζον hic æquivalens.

ISGINUS color: *l.* 78. §. 5. D. *de legat.* 3. *Quin minus porro coracinum*; *aut isginum*, *aut melitum*, *ſuo nomine*, *quam coccum*, *purpurave deſignatur?* Eſt vero color flavus, in hyacinthorum ſimilitudinem tingens. Plin. *lib.* 21. *hiſt. nat. c.*26. Hyacinthus in Gallia eximie provenit: hoc ibi pro cocco *hiſginum* tingitur. Addatur idem *lib.* 38. *c.* 6. Hein.

ISOSTATES, æqualitatis recognitor in *l. quoties C. de pond. & aur. collat.*

ITA pro deinde *l.* 47. §. 2. *D. de fideic. libert. l.* 22. D. *de manum. teſtam. l.* 13. *D. qui teſt. fac. l.* 36. D. *de cond. & demonſtr. l.* 7. §. *ult. D. de jur. patron. l.* 7. *pr.* D. *ſi tab. teſt. null. exſt. l.* 38. D. *de judic. l.* 20. *D. de excuſ. l.* 38. *D. ſolut. matr. l.* 51. §. 1. D. *de adquir. vel omitt. her. l.* 8. §. 3. D. *de jur. codicill. l.* 6. D. *de bon. poſſ. contr. tab.*

Ita, in *l.* 1. §. 18. *D. de ſepar.* eſt illativum, uti apud Plaut. Amphitr. *Act.* 5. *ſc.* 1. *v.* 3. Aul. *prol. v.* 9. *Act.* 3. *ſc.* 6. *v.* 28. 29. *Act.* 4. *ſc.* 2. *v.* 2. *Mil. glor. Act.* 2. *ſc.* 4. *v.* 44. Hein.

Ita, *ut*, ſæpe non tam conditionem, quam modum, faciunt: ut *l.* 42. *D. de oper. libert. l.* 17. §. 2. *D. de manum. teſt. l.* 17. *pr.* & §. 1. & 2. *D. de cond. & demonſtr.*

ITAQUE, in *l.* 3. D. *de reb. dub.* eſt illativum, idemque ſonat ac *ergo*, *proinde*. Hein.

ITALIA in *l.* 9. *D. ad Leg. Rhod.* legitur, pro qua reſcribit Heineccius Aithalia. Vid. ſupra in voce *Aethales*.

ITALICENSIS, *l.* 27. *D. de pæn.* ab Italica, Hiſpaniæ urbe. Gell. *lib.* 16. *c.* 13. Hadrianus in oratione, quam de Italicenſibus, unde ipſe ortus fuit, in ſenatu habuit. Eutrop. *lib.* 8. *c.* 3. de Hadriano: Natus eſt ipſe Italicæ in Hiſpania. Spartian. in *Hadr. c.* 1. originem ejus ab Hiſpanienſibus repetens, majores ejus, Hadria ortos, apud Italicam, Scipionum temporibus, reſediſſe, refert. Stephanus *de urbib. p.* 425. Ἐστι καὶ ἰταλικὴ πόλις Ἰβηρίας τὸ ἐθνικὸν Ἰταλικήσιος. Eſt ea Italica urbis Hiſpaniæ, cujus gentilitium Italicenſe.

ITALICUM jus: *l.* 1. *l. ult.* D. *de cenſib.* Iſtud initio diſcernebatur a jure civitatis, Latii, & provinciarum, & ſicuti poſtremo pinguius, ita prioribus haud paullo deterius erat. Habebant Itali ſuos magiſtratus, eaque in re melior eorum erat, quam provinciarum, conditio. Sed & cenſebantur in civitatibus ſuis, & pendebant vectigalia, & certum ſociorum militum numerum ex fœdere ſubmittebant, neque honorum participes ullatenus erant. Quin ex ipſis Italis quidam in duriorem redacti ſunt conditionem, Hannibale Italia ſubmoto, & in his præcipue Bruttii, Picentini & Lucani, qui non amplius pro ſociis habiti, nec milites amplius, ſed ſervos publicos dabant. Gell. *lib.* 10. *c.* 13. Enimvero ab anno ab V. C. 664. confecto bello ſociali, gentes pleræque Italicæ per Leges Juliam & Plotiam jus civi-

civitatis paullatim ſunt conſequutæ. Vellei. Paterc. *lib.* 2. *c.* 16. *ſeq.* Appian. *de bell. civ. lib.* 1. *p.* 379. participes ex eo tempore juris ſuffragii, honorum, cenſus, ſacrorum, vectigalium; quin & juris privati, ſi populi fundi fieri vellent. Gell. *lib.* 21. *c.* 13. Cic. *pro Balbo c.* 8. Ceterum magnam mutationem jus Italicum ſubiit, primum ſub Auguſto, poſtea ſub reliquis principibus. Ipſi Itali ſua quique ſuffragia in civitate dare cœperunt ſub Auguſto: Suet. *Aug. c.* 36. poſt ea tempora vero illud jus ſuffragii paullatim plane evanuit. Remiſſa quoque illis ſunt munera militaria: Herodian. *Hiſt. lib.* 2. *c.* 2. Iiſdem Hadrianus præfectos præpoſuit conſulares: Spartian. *Hadr. c.* 12. juridicos Marcus Aurelius Antoninus: Jul. Capitolin. in *Marco c.* 11. Severus Italos in trecenteſimum ab urbe lapidem præfecto urbi; reliquos correctoribus parere juſſit. Quamvis vero ad jus civitatis pridem adſpiraſſent Itali: jus tamen Italicum multis extra Italiam civitatibus dari cœpit, de quibus plura juriſconſulti, in *l.* 1. *&* *l. ult. D. de cenſib.* Id vero tunc conſtitit in immunitate a cenſu capitis & ſoli, (unde Barcinonenſes in *d. l. ult.* immunes vocantur,) quam immunitatem contra Cujacium præclare evicit Chriſt. Gottl. Schwarz. *de jur. Ital.* §. 9. *&* 10. quocum jungendus Bynkersh. *lib.* 5. *obſ. c.* 21. Præterea civitates iſtæ gaudebant juribus dominii legitimi, uſucapionis, præſcriptionis, excuſationis a muneribus publicis ob numerum quatuor liberorum, ſimilibuſque privilegiis, de quibus Ulpian. *Fragm. tit.* 19. §. 1. & Cujac. *Paratitl. C. tit. de uſuc. transf.* & *tit. de annal. exc. Ital. contr. toll.* A Diocletiani & Maximiani temporibus etiam coloniæ juris Italici, præter pauciſſimas, tributa pendere coactæ, vix umbram priſtinæ immunitatis retinuerunt, *l. un. C. Theod. de ann. & trib.* Reliquas etiam prærogativas evanuiſſe paullatim, poſtquam Juſtinianus ſoli Italici & provincialis diſcrimen ſuſtulit *l. un. C. de uſuc. transf.* & *l. un. C. de nud. jur. Quirit. toll.* neminem dubitaturum, arbitramur: *Hein.*

His præmiſſis, tanto facilius intelligetur, qualia ſint negotia *Italica*: *l.* 100. *D. de ſolut.*

Italicum patrimonium: *l.* 35. §. 3. *&* §. *ult. D. de hered. inſt. Italica* prædia: quæ provincialibus oppoſuit Plin. *lib.* 6. *epiſt.* 9. *Italicæ* res: *l.* 2. §. 2. D. *de curat. bon. dand. l.* 111. *D. de legat.* 1. *l.* 3. §. 3. *l.* 39. §. 7. *l.* 47. §. 2. *&* §. *ult.* D. *de admin. & per. tut.* quæ, uti accipiendæ ſint, docet *l.* 35. *pr. &* §. 3. *D. eod. tit.* Opponuntur iis res provinciales: in *l.* 16. §. 6. D. *ad SC. Trebell. l.* 2. *C. de excuſ. tut. Italicum* ſolum: *pr. Inſt. de uſuc. Italica* terra: *l.* 8. §. 1. *D. qui teſt. fac. poſſ.* vel terra *Italia* ut in *l. ult. D. de abig.*

ITER, pro via, qua privatim & publice commeamus, & ipſo commeandi actu. Sic *iter* pedeſtre: *l.* 1. §. 14. *D. de flum.* privatum: *rubr. D. di itin. actuq. priv.* publicum: *rubr. D. de loc. & itin. publ.* Iter facere per publicum, vel per privatum: *l.* 31. *D. ad Leg. Aquil. Iter* agentes, id eſt, viatores: *l. un. in fin. C. furt. adv. naut.*

Iter aquæ: *l. pen.* D. *ſi ſerv. vind.* & paſſim.

Iter navigio deterius fit: *l.* 1. *pr. &* §. 19. *D. de flumin.* Et ſic *iter* navibus ſæpiſſime attribuunt ſcriptores Græci & Latini. Exempla, quæ hic repetere nihil attinet, habes apud Ev. Otton. *de Tutel. viar. p.* 255. & 523. *Hein.*

Iter

Iter præterea eſt ſervitus ruſticorum prædiorum, quam auctores noſtri definiunt jus eundi, ambulandi hominis, non etiam jumentum agendi: *l.* 1. D. *de ſerv. ruſt. præd.* Iter enim eſt, qua quis pedes, vel eques commeare poteſt: *l.* 12. D. *eod. tit.* Jumentum vero ducere non poteſt, qui tantum iter habet: *l.* 7. D. *eod. tit.* Vetus Gloſſarium interpretatur τȣ̃ βαδίζειν δίκαιον με πεζὸν διὰ τȣ̃ σȣ̃ ἀγρȣ̃ jus, per quod mihi licet pediti per agrum tuum commeare. Varro *lib.* 4. *de Ling. lat. Iter via. Quidam iter, quo vehendo teritur: actus, iter in agris, quod agendo teritur. Etiam ambitus iter, quod circumeundo teratur.* Itineris autem certa & definita non eſt latitudo, ſed prout demonſtrata eſt, vel ab arbitrio definita, ita ſervatur: *l.* 13. §. 16. D. *de ſervit. præd. ruſt.* Iter nihil prohibet ſic conſtitui, ut quis interdiu dumtaxat eat *l.* 14. D. *commun. præd.* Ceterum de diſcrimine itineris, actus & viæ legenda omnino epiſtola erudita Aegid. Menagii ad Car. Hann. Fabrott. inſerta *Amoenit. jur. civ. c.* 36.

Interdictum de *itinere* actuque privato reſtituendo prohibitorium, ad tuendas tantummodo ruſticas ſervitutes, ei datur, qui proximo anno itinere, actuve, ſive jure, ſive injuria, dies non minus triginta, nec vi, nec clam, nec precario eſt uſus, ſi eo uſu nunc prohibeatur: item ei qui iter, actumve, quo anno proximo eſt uſus, reficere prohibetur: ſi ſe uſum hoc anno, & jure ſervitutem illam habere doceat: *l.* 1. *l.* 3. D. *de itin. act.*

ITERARE reſtitutionis auxilium; *l. ult.* C. *ſi ſæp. reſt. in int.* baptiſmum; *rubr. C. de ſanct. bapt. iter.* honores, munera: *rubr. C. de non iter honor. l.* 14. §. *ult.* D. *de mun. & hon.* ſacerdotium; *l.* 17. D. *eod. tit.*

ITERATIONE fiebat civis Romanus, qui poſt Latinitatem, quam acceperat, major 30. annorum, iterum juſte manumittebatur ab eo, cujus ex jure Quiritium ſervus fuerat. Ulpian. *Reg. tit.* 3. §. 4. ex quibus interpretationem recipiunt verba hæc Juſtiniani *Novell.* 78. *præf.* καὶ τὰς λατινικὰς ὡς ἀτελεῖς ἐξεβαλόμεν, καὶ τὰς ἰτερατίονας περιττὰς ἀπεφήναμεν. *Et Latinitates, tamquam imperfectas, excluſimus, & iterationes ſuperfluas demonſtravimus.*

ITERUM duas res, auctore Paullo, ſignificat, alteram, qua demonſtratur tempus ſecundum, quod Græci δεύτερον dicunt; alteram, quæ ad inſequentia quoque tempora pertinent, quæ Græce vocant πάλιν; *l.* 7. D. *de edend. l.* 2. §. 7. D. *ſi quis caut. in jud.* Priore ergo caſu eſt *ſecundum*, ut quando *iterum* & *ſemel* opponuntur; *l.* 7. D. *de fer. l.* 15. §. *ult.* D. *de reb. auct. jud. poſſid.* Poſteriore *rurſum*, *denuo*, ut *l.* 1. D. *de jur. patron. l.* 2. §. 7. D. *ſi quis caution.* Definit tutor, & iterum coepit eſſe; *l.* 9. §. 2. D. *de tut. & rat. diſtr.*

JUBENTIUS *Celſus*; *l.* 7. D. *de op. lib. l.* 27. D. *qui teſt. fac. poſſ. l.* 18. D. *de jur. codicill. l.* 13. D. *de lib. & poſtum. l. ult. C. de ſerv. reip. manum.* Vide ſupra art. *Celſus* At male id nomen ſcribitur *Jubentius*: quum rectius exaretur *Juventius*. Nam hanc formam & numi præferunt, & impreſſa Juventiorum denariis Juventæ Deæ figura, argumento luculentiſſimo eſt, eos nomen ſuum non a *jubendo*, ſed a *juventute* derivaſſe. Vide denarium gentis Juventiæ apud Hub. Golz. *Faſt. magiſtr. & triump. p.* 134. Hein.

JU-

JUBERE inprimis dicuntur superiores, ut principes, magistratus, patres, domini. Sic *jubent* ædiles : *l.* 23. §. 1. D. *de Ædil. edict.* prætor : *l.* 10. §. *ult.* D. *de prætor. stip.* constitutio : *l.* 2. D. *de fideic. libert.* dominus vel pater : *l.* 3. *l. ult.* D. *quod jussu.* judex : *l.* 19. §. 3. D. *comm. divid.* Jubet Lex, utpote cujus virtus est imperare, & præcipere : *l.* 7. D. *de legib. l.* 7. D. *de Leg. Jul. repet.* prætor: *l.* 1. D. *si quis caut.*

Jubere etiam dicitur testator : *l.* 25. §. 2. D. *ad SC. Trebell.* & alibi passim.

Jubere etiam aliquando dicitur, qui permittit magis, quam præcipit : *l. ult. C. ubi in rem act.* Restitui debere & posse hereditatem, fideicommissum, Apronianum SC. jubet : *l.* 26. D. *ad SC. Trebell.* Nec enim ad eos transire quidquam jubemus : *l.* 1. *in. fine C. Theod. de legit. hered.* Contra ea non jubere idem aliquando est, ac vetare, vel inhibere, uti *l.* 14. *C. Theod. de oper. publ. l. ult. C. Theod. quib. equor. usus.*

Immo & *Jubeo* aliquando pro *volo* ponitur Donat. *in Andr. Act.* 3. *sc.* 3. Cujac. *lib.* 11. *obs. c.* 25. & Voss. *lib.* 14. *rhet. c.* 10. Vid. Non. Marcell. *c.* 4.

JUBILEUM, in ecclesia romana denotat plenariam peccatorum indulgentiam iis, qui limina SS. Apostolorum Romæ visitarent tempore jubilæi, indultam. Primus fuit Bonifacius VIII. qui quolibet seculi fine celebrandum jubilæum instituit an. 1300. Jo. Rubens in *vit. Pontif. lib.* 1. *c.* 11. Sed a Clemente VI. an. 1350. ad instar jubilæi V. T. quolibet semiseculo reductum : Contin. Nangii an. 1350. & ab Urbano VI. an. 1389. ad annos triginta tres limitatum. Tandem Sixtus IV. an. 1474. humanæ vitæ brevitatem considerans, ad terminum quinque lustrorum stabilivit, prout postea ad nostra usque tempora observatum fuit.

JUDÆIS tantum filios suos circumcidere permittitur : *l.* 11. D. *ad Leg. Cornel. de sicar.* Judæorum fit mentio : *l.* 15. D. *de excus. & tit. C. Just. & Theod. de Judæis.*

Per latus judæorum in Pandectis plerumque perstringi Christianos, maxime vero *l.* 15. §. 6. D. *de excus. & l.* 3. *D. de decur.* existimant Andr. Alciatus & Guil. Budæus. Quamvis vero negari non possit, initio nascentis Christianismi satis frequentem fuisse Judæorum Christianorumque confusionem, de qua viri docti *ad Suet. in Claud. c.* 25. Pith. *lib.* 2. *Advers. c.* 2. & Casp. Barth. *ad Rutil. Numatian. itinerar. lib.* 1. *v.* 159. notius tamen Ulpiani, Paulli, & Modestini temporibus fuit Christianorum nomen, notiorque capitalis illa inter utrosque inimicitia, quam ut sectas, parum inter se amicas concordesque confundere potuerint. Vid. Ez. Spanheim. *Orb. Rom. Exerc.* 1. *c.* 15. *p.* 100. *seq.* Hein.

JUDAICE contradicere : *l.* 7. §. 1. *D. de summ. Trinit.* id est, pertinaciter.

Judaica nota fœdare, id est, circumcidere : *l.* 22 *C. Theod. de jud.* Judaica superstitio : *l.* 3. §. *ult.* D. *de decurion.*

JUDEX est, qui de re aliqua, vel jure suo, vel magistratus, qui jubendi potestatem habet, auctoritate, cognoscit & judicat. Prætor ipse, teste Livio *lib.* 3. *c.* 55. judex olim adpellabatur. Varro *de ling. lat. lib.* 5. *Hinc judex*, ait, *quod tunc jus dicat, accepta potestate, id est, quibusdam verbis finit.* Et ita, qui tribunali præest, vel aliquam jurisdictionem habet, judex vocatur : *l.* 1. *D. de judic. rubr.* D. *de reb. auct. jud. possid.*

Tales majores *judices*: *l.* 32. §. 7. D. *de recept. arb.* Hilar. *ad Conſtantium lib.* I. *c.* I. *p.* 535. *ediſt. Maff.* Provideat & decernat clementia tua, ut omnes ſe ubique judices, quibus provinciarum adminiſtrationes creditæ ſunt, a religioſa obſervantia ſe abſtineant. Auguſtin. *Homil.* 49. Non dico judices publicos, non proconſulem, non vicarium. Sic & rectores provinciarum vocantur judices, *l.* 2. *l.* 5. *l.* 7. *C. Th. de oper. publ.* & judices provinciarum; *l.* 2. *C. Th. eod. tit.*

Plerumque vero magiſtratus & judices ſeparantur, ut *l.* 2. D. *de reg. jur.* Judicumque nomine veniunt hi, qui & *judices dati*, & *ſpeciales judices*, & *pedanei*, & *delegati* adpellantur: *l.* 46. D. *de judic. l. pen.* D. *judicat. ſolv. l. ult.* D. *de offic. præt. l.* 4. D. *de tut. dat. l.* 3. D. *ne quis eum, qui in jus voc. l.* 5. *D. de offic. præſid.* Quales judices *poſtulari*, *dari*, *addici*, *adiri*, *accipi* & *ſumi* dicuntur a litigantibus; *l.* 1. D. *de quib. reb. ad eund. jud. l. pen.* D. *de judic. l.* 2. C. *eod. tit. l.* 6. D. *de fidejuſſ. tut. l.* 1. §. 1. D. *de uſur. l.* 38. D. *mand. l.* 1. C. *de in lit. jur.* Sic intellige: *Judex* inter aliquos: *l.* 19. §. 3. D. *comm. divid.* bonæ fidei; *l.* 38. *D. de rei vindic. l.* 3. §. 3. D. *comm.* Ad judicem, id eſt, virum bonum; *l.* 137. §. 2. D. *de verb. oblig.* Arbitratu judicis, quaſi boni viri; *l.* 17. §. 5. & §. 9. D. *de injur.* *Judex* enim κατ' ἐξοχὴν dicebatur *vir bonus*, quia honeſtiſſimi ordinis ſenatorii atque equeſtris viri in judicum decurias legebantur. Vid. infra ſub art. *Vir bonus.* Judex edititius: Vid. ſupra art. *edititius*: compromiſſarius; *l.* 41. *D. de recept. arbitr.* hereditatis; *l.*50. §. 1. *D. de legat.* I.

Judex delegatus. Vid. ſupra *delegatus.*

Quod *judicis* arbitrio, auctoritate & juſſu fit, id per judicem fieri dicitur. Sic: Per *judicem* auferre; *l.* 4. §. 6. D. *de dol. mal. except.* conſequi; *l.* 16. D. *judicat. ſolv.* exercere actionem; *l.* 1. *C. de ſervit.* exigere: *l.* 8. D. *de legat.* 3. ſolvere; *l.* 9. §. 5. *D. de admin. & per. tut.* His adverſatur *ſine judice*, id eſt, ſine interventu judicis, vel non imminente judice. Sic: Sine *judice* accepta pecunia; *l.* 58. *D. de condiſt. indeb.* Si prætendentibus aliquid ſine judice credatur; *l.* 1. D. *de vacat. & excuſ.* Sine *judice* dare paratus; *l.* 16. D. *judic. ſolv.* dati ad beſtias; *l.* 11. D. *ad Leg. Cornel. de ſicar.* dividere; *l.* 36. D. *fam. erciſc.* id eſt, conſenſu, ut ait *l. ult.* D. *eod. tit.* exigere; *l.* 22. §. 1. D. *rat. rem. hab.* poſſidere; *l.* 7. D. *ad Leg. jul. de vi priv.* id eſt, ſine ejus auctoritate, ut *l. ult.* D. *eod. tit.* reddere dotem; *l. ult.* §. 1. *D. quæ in fraud. cred.* redhibere; *l.* 23. D. *de Ædil. ediſt.* reſtituta res; *l.* 18. §. *ult.* D. *commod.* ſolvere; *l.* 9. *C. de reb. cred.*

Ordinarii *judices* vel a cauſſis, vel ab officiis definiri poſſunt. His ſcilicet modis *ordinarius* eſt, qui juriſdictionem jure ſuo non alieno beneficio habet. Vel aliter: Is eſt *ordinarius* qui nativam non dativam modo juriſdictionem habet: hoc eſt, qui eam jure magiſtratus, non mandato ſpeciali obtinet: ſeu, qui juriſdictionem ordinariam habet. Juſtinianus *Novell.* 112. *c.* 3. *κελεύομεν γὰρ τὰς ὀρδιναρίους δικαστὰς, ἤγουν τοὺς ἐμβάθμους, μὴ μόνον τῶν κηρύκων φωναῖς... Jubemus enim ordinarios judices, qui & embathmi, non ſolum præconum* vocibus &c. Ac plane Conſtant. Harmenop. *lib.* I. *c.* 4. judices ordinarios ἐμβάθμους δικαστὰς, eorumque juriſdictionem ἔμβαθμον ἀρχὴν adpellat. Juſtinian. *Novell.*

20.

20. *c.* 3. Ἡνίκα μόνον τὸ τῆς ἀρχῆς τῆς καλουμένης ὀρδινάριας εἶχε σχῆμα. Dum solum administrationis ordinariæ habet schema. Et sic ordinarii judices in *l.* 6. *C. Th. de offic. Rect. prov. l.* 5. *C. Th. de proxim. comit. dispos. l.* 2. *C. Theod. ne quis in palat. man. l.* 16. *C. Th. de cohort.*

JUDICARE, invitus cogitur, qui non habet excusationem : *l.* 13. D. *de excus. vel vacat. mun.* Lege Julia cautum, ne minor viginti annis judicare cogatur : *l.* 41. D. *de recept. arb.* Judicandi necessitas inter munera personalia habetur : *l. ult.* §. *ult.* D. *de mun. & hon.* Judicantem oportet cuncta rimari, & ordinem rerum plena inquisitione discutere : *l.* 1. *C. Theod. de judic.* juncta : *l.* 9. C. *Just. eod. tit.*

JUDICATUS, *a*, *um*. *Judicata* res, vel *judicatum* vocatur, quando caussa finem, pronunciatione judicis, sive absolutaria, sive condemnatoria, accepit. Hinc rei *judicatæ* auctoritas ; *l.* 7. *C. de condict. indeb.* exceptio : *tit.* D. *de except. rei jud.* Res judicata pro veritate accipitur : *l.* 25. *D. de stat. hom.* Et hinc quod semel judicatum, retractari non potest. Hinc eleganter Donat. ad *Ter. Andr. Act.* 3. *sc.* 1. *v.* 75. & *Adelph. Act.* 2. *sc.* 2. *v.* 27. explicans formulam comicis perfamiliarem : *Actum est*, hæc subjicit : Hæc res secundum jus civile dicitur, in quo cavetur, ne quis rem actam apud judicem repetat. Sic ipse in Phormione : *Actum*, aiunt, *ne agas.* Et alibi : *Actum agam*, proverbium est, id est, nihil agam. Quod enim in jure semel judicatum fuerit, rescindi & iterum agi non potest. *Hein.*

Judicati actio, quæ ex sententia datur : *l.* 28. §. 8. D. *de jurejur.* agere : *l.* 28. D. *de procur.* conveniri : *l.* 41. §. *ult.* D. *de fidejuss.* Judicatum facere, id est, solvere : *l.* 6. D. *de fer. & passim.* Quæ loquutio ex XII. Tab. manavit, in quibus, teste Gellio *lib.* 20. *Noct. Att. c.* 1. scriptum fuit : *ni judicatum faxit.* Utitur ea & Cicero *pro Flacco c.* 19. Iste, quum judicatum non faceret, Hermippo addictus, & ab hoc ductus est.

Judicatum solvi stipulatio tres clausulas in unum collatas habet : de re defendenda, de judicato solvendo, & de dolo malo : *l.* 6. D. *judic. solv.* Vetus Glossarium interpretatur τῆς κρίσεως λύτιν, *solutionem ejus quod judicatum est.* Λέγει γὰρ ὁ Ακτωρ πρὸς τὸν ῥέον· ὁμολογεῖς, καταβαλεῖν μοὶ ὃ ἂν γένηται κριθὲν ἐπὶ τὸ λυθῆναι τὴν κρίσιν. *Ait enim actor reo : Tunc te præstiturum, ais, judicatum, seu soluturum judicatum.* Vid. *cautio.*

Judicatus, condemnatus. Sic *judicatus* contutor : *l.* 1. *C. de contrar. tut. jud.* judicio publico calumniæ prævaricationisve caussæ fecisse judicatus ; *l.* 1. *D. de his qui not. infam.* Judicatus servus ; *l.* 8. §. *ult.* D. *rat. rem hab. l.* 3. *C. solut. matrim.* Et sic *judicati* accipiendi : *l.* 51. D. *de pecul. l.* 1. *C. qui bon. ced. l.* 3. *pr.* D. *de usur. l.* 7. D. *de re judic. l.* 4. §. 3. *l.* 6. §. 2. *l.* 13. §. 6. *fin.* §. 7. *l.* 29. *l.* 34. *l.* 56. D. *eod. tit. l.* 1. *l.* 3. *l.* 6. *pr.* §. 2. 3. *D. de confess.*

JUDICATIO, judicandi facultas ; *l.* 4. §. 8. *D. de re milit.* Cui judicatio data est ; *l.* 131. §. *ult.* D. *de verb. signif.* Alias *judicatio* est judicatum. Ut sibi ex judicatione satisfiat ; *l.* 30. D. *de procur.* Hoc verbo usi sunt Cicero *de invent. lib.* 1. *c.* 13. & 14. & Quinctilian. *lib.* 3. *Inst. orat. c.* 13.

JUDICIALIS quæstio : *l.* 38. *D. mand.*

Judiciales stipulationes. Vid. infra sub art. *stipulatio.*

Judiciaria conventio, id eſt aditio judicis: *l. un. C. Th. ſi cert. pet. ex chirogr.* domus: *l.* 8. C. *Theod. de oper. publ.* id eſt, judicis prætorium, uti in ea ipſa lege; ſeu publica domus, ut *l.* 4. *C. Juſtin. eod. tit.* vocatur.

Judiciaria lex: *l.* 1. *in fin. D. de Leg. Jul. amb.* id eſt, lex Julia judiciorum, ut *l.* 2. §. 1. *D. de judic.*

Judiciariæ ſeu luſoriæ naves, in *l. un. C. Theod. de luſor. Danub.* id eſt, naves, quæ ultro citroque diſcurrebant, exploratoriæ, ſpeculatoriæ, & prohibituræ, ne qua parte hoſtis perrumpat, ut ad eam legem pluribus oſtendit Jac. Gothofred.

Judicium pro diſceptatione forenſi, ipſaque actione, quæ in judicium deducitur. Sic: judicio abſolvi: *l.* 14. §. *ult. D. judic. ſolv.* Judicium accipere vel ſuſcipere dicuntur litigatores: *l.* 36. *D. famil. erciſc. l.* 45. §. 1. *D. de procur. l.* 1. D. *de obſeq. par.* Accipitur autem judicium litis conteſtatione, adeoque hæc verba: *accepto judicio*, & *lite* conteſtata, idem ſignificant. Actionem in judicium perducere: vel rem in judicium deducere: *l.* 31. *D. de judic. l.* 66. *l. ult. D. de procur. l.* 13. *D. de pact. l.* 17. §. *pen.* D. *de jurejur.* Res autem in judicium deducta non videtur, ſi tantum poſtulatio ſimplex celebrata ſit, vel actionis ſpecies ante judicium cognita res: *l.* 1. C. *de lit. conteſt.* Judicium capitis, pœcuniæve; *l.* 7. D. *de leg. jul. repet.* Judicium dare dicitur Prætor, quum agendi poteſtatem facit, in eamque rem actionem & judicem dat; *l.* 26. *D. de dol. mal. l.* 1. *D. naut. caup. ſtabul. & paſſim.* Judicio deſtringi: *l.* 16. *D. judic. ſolv.* judicum famoſum; *l.* 1. §. 10. D. *de poſtul.* Judicio intereſſe; *l.* 6. *C. de judic.* Judicium manet & pendet, quamdiu ſententia dicta non eſt; *l.* 60. D. *de cond. indeb. l.* 43. D. *mand. l.* 14. D. *de interrog. in jur. fac. l.* 18. *in fin. D. de vi & vi arm.* Judicium proponere: *l. ult.* D. *ne vis fiat ei*: reddere: *l.* 21. *D. de negot. geſt.* Judicium tutelæ: *l.* 28. D. *de adpell. l.* 20. §. *ult. D. de tutel. & rat. diſtrah.*

Judicium bonæ fidei. Vid. ſupra art. *fides.*

Judicia Dei. Vid. *purgatio canonica vulgaris.*

Judicia duplicia quædam vocantur, quoniam ut in interdictis duplicibus par utriuſque litigatoris in his conditio eſt, nec quiſquam præcipue reus vel actor intelligitur, ſed unuſquiſque tam rei quam actoris partes ſuſtinet: §. 7. *Inſt. de interd.* ita ex eadem ratione *familiæ erciſcundæ*, *communi dividundo* & *finium regundorum judicia duplicia* adpellantur: *l.* 2. §. *ult.* D. *comm. divid.* ex qua decurtato uno verbo, deſumta eſt *l.* 13. D. *de judic.* nimirum quoniam & in his uterque actor eſt; *l.* 37. §. *ult. D. de oblig. & act.* & in his ſingulæ perſonæ *duplex* jus habent agentis, & ejus, quocum agitur: *l.* 10. *D. fin. regund.*

Judicium publicum. Publica judicia non idcirco dicta ſunt, quod, ut Juſtinianus tradit, eorum exſequutio cuivis ex populo, qui modo idoneus ſit accuſator, detur. Hac enim ratione popularia judicia eſſent, quod eſt inconſequens: Sed quod ex Legibus publicorum judiciorum veniant atque deſcendant: *l.* 1. *D. de publ. judic.* Idque aperte oſtenditur *l.* 3. D. *de prævaricat.* ubi prævaricationis judicium, alterum moribus eſſe indictum dicitur, alterum eſſe publicum, quod de eo lege Julia publicorum judiciorum caveatur. Verum eſt tamen, & id ex eodem Ulpiano Juſtinianus hauſit, publi-

blico judicio cuilibet ex populo experiri licere, nisi cui lege aliqua publico judicio accusandi non est potestas: *l.* 43. §. 10. *D. de rit. nupt.* Unde Joann. Chrysostom. *Homil. in dictum Apostoli: utere modico vino. Tom.* I. *oper. p.* 19. Κοινὸν ἔξεστιν ἑκάστῳ τῶν βουλομένων κατηγορεῖν. Commune crimen est, publica injuria, volenti cuique accusare licet. Publicorum vero judiciorum hæ sunt leges: Julia majestatis, Julia de adulteriis, Cornelia de Sicariis & veneficiis, Pompeia de parricidiis, Julia peculatus, Cornelia de testamentis, Julia de vi publica, Julia de vi privata, Julia ambitus, Julia repetundarum: *l.* I. *D. de public. jud. pr. Inst. eod. tit.* Quæstiones autem de falso, sicariis & parricidiis Cornelius Sulla dictator constituit: *l.* 2. §. 32. *D. de orig. jur.* Antea L. Piso Tribunus plebis de pecuniis repetundis quæstionem constituerat, ut Cicer. *in Brut. c.* 27. *Verrin.* 3. *c.* 84. *de offic. lib.* 2. *c.* 21. De injuriis vero, quemadmodum vitiose in omnibus codicibus (Florentinis exceptis) scriptum est, quæstio publica ab eodem non est constituta. Actio enim ex Lege Cornelia de injuriis privata est, non publici judicii: *l.* 42. §. I. *D. de procur. l. ult.* C. *de injur.* Natum fuisse hunc errorem, qui libros omnes antehac occupavit, ex eorum imperitia probabile est, qui apud Ulpianum eam actionem pro publica utilitate exerceri legerant: quasi vero non & privata judicia pro publica utilitate exerceantur, quum & jus suum cuique tribui, & qualiacumque nocentium peccata puniri reipublicæ intersit. Raptus porro crimen *publicum* esse dicitur in *l. pen. C. de noxal. act. Publica* igitur *judicia* videntur definienda, quibus vindicantur delicta, quorum vindicta directe & principaliter reipublicæ interest. Vid. *Quæstiones*

Ab his differunt Judicia privata, quæ ad rem familiarem cujusque pertinent, per arbitros judicesque datos expediuntur: Cic. *lib.* I. *de orat. c.* 38. Nam volitare in foro, hærere in Prætorum tribunalibus, judicia privata magnarum rerum obire. Idem *Topic. c.* 17. Privata judicia maximarum quidem rerum in jurisconsultorum mihi videntur esse prudentia. Plin. *lib. 6. Epist.* 33. Intervenit acribus illis & erectis frequens necessitas judicandi, ac pæne calculos tabulamque poscendi, ut repente in privati judicii formam centumvirale verteretur. In *l.* 3. §. I. D. *de crim. Stellion.* ad privata judicia referuntur quæ ex contractibus competunt. Vid. infra, *publicum.*

Judicium ordinarium, extraordinarium Vid. his vocibus.

Judicii sistendi caussa cautio. Vid. *cautio.*

Judicium pro re judicata. Si non judicium a curatoribus factum sit, id est, si judicatum non solutum: *l.* 20. §. *ult. D. de tutel. & rat. distr.*

Judicium pro facultate res discernendi; *l.* 3. D. *de divort.* Judicio carent mutus, surdus, perpetuo furiosus & impubes: *l.* 12. §. 2. *D. de judic.*

Judicium pro deliberatione animi: Qui dignitates principis judicio consequuti sunt: *l. ult. D. de alb. scrib.* judicio animi: *l.* 48. *D. de reg. jur. l.* 3. D. *de divort.*

Judicium etiam in specie est testatoris voluntas: *l.* 22. *in fin. D. de vulg. & pupill. subst. l.* 6. *in fin. D. de legat.* 3. & aliis multis locis. Seneca *lib.* 2. *de ira c.* 7. Alius judicia patris accusat, quæ mereri satius fuerat: alius cum matre consistit. Sic: deficientium judicium: *l.* 9. *C. Theod.* de

de infirm. his, quæ sub tyran. Judicium defuncti: *l.* 8. §. 10. *l.* 23. §. 1. D. *de inoff. test.* extremum: *l.* 20. *C. Theod. de Episc.* supremum: *l.* 20. §. 3. *D. famil. ercisc.*

Judicium pro judice: *l. ult. C. Theod. de jurisd. l.* 9. *l.* 10. *C. Theod. eod. tit. l.* 58. C. *Theod. de adpell. l. ult. C. Theod. de superexact. l.*1. *C. Th. de repar. adpell.*

Judicium pro rescripto principis: *l.* 2. *C. Theod. de offic. omn. jud.* Eodem pertinet *l.* 11. *C. de fund. patrim.*

Judicium catholicæ religionis, id est, fides catholica: *l.* 28. *C. Th. de hæret.*

JUGATIO, agrorum possessionumve mensuram significat, pro cujus modo certa Cæsaribus pensitatio præstabatur: *l.* 1. *C. de quib. muner. vel præst. l.* 10. *C. de susceptor. l.* 1. *C. de impon. lucrat.* Dicta est a jugis animalium, quibus possessiones exereebantur, pro quorum numero ea præstatio inferebatur: *l.* 6. *C. Theod. de extraord. mun. l.* 1. *C. Theod. de impon. lucrat. descript.* Et ita *juga* & jugationes accipe in *l.* 3. *C. Theod. de Episc. & cler. l.* 1. *l.* 2. *l.* 3. *C. Theod. de privil. dom. Aug.* & alibi passim. Justinianus *in Novell.* 17. c. 8. Ἀναγκάσεις δὲ τὰς δημοσίας πράκτορας ἤτοι τὰς ἀπαιτητὰς ἐν ταῖς ἑαυτῶν ἀποχαῖς φανερὰ ποιεῖν ἅπαντα, ἐφ' οἷς αὐτὰς διδόασιν· τουτέστι τό, τε ποσὸν τῶν ζυγοκεφάλων ἢ ἰούγων, ἢ ἰουγαλίων, ἢ ὅπως δήποτε ἂν αὐτὰ κατὰ χώραν καλοῖεν, καὶ ὑπὲρ τίνων αὐτὰ καὶ ποίων χωρίων ἀπαιτοῦσι. Coges autem publicos exactores in suis de susceptis (apochis) manifesta facere omnia, in quibus ea dederunt, nempe quantitatem Zygocephalorum, aut jugerum, aut jugalium, aut quolibet modo per regiones nuncupantur, & pro quibus hæc & qualibet a prædiis exiguntur. Sane id agri spacium, quod juncti boves uno die exarare poterant, olim in Hispania ulteriore *jugum* adpellatum Varro *de re rust. lib.* 1. *c.* 10. tradit. Cicero *in Verr.* 3. *c.* 11. Quid qui in singulis jugis erant? Cassiodor. *lib.* 4. *var. c.* 20. Constanti supplicatione comperimus sacrosanctæ ecclesiæ, ipsius unum jugum, veterum principum pietate collatum, nunc quorumdam violenta usurpatione detineri.

JUGERATIO idem, quod jugatio, in *l.* 33. *C. Theod. de decurion.*

JUGERUM. *Jugera* vineæ vel oliveti: *l.* 4. §. *ult. D. de act. emt.* Jugeribus enim arva, prata, & pascua metiebantur. Unde Ulpianus: Id arvum, quod in decem annos proximos satum erit, quot jugerum sit; vinea quot vites habeat: olivæ quot sint jugerum, & quot arbores habeant: pratum, quod intra annos decem proximos sectum sit, quot jugerum: pascua quot jugerum esse videantur: *l.* 4. D. *de censib. Jugerum* autem adpellatum, quod uno jugo boum in die exarari posset, Plin. *lib.* 18. *c.* 3. tradit. Varro *lib.* 2. *de re rust. c.* 10. jugerum quadratos duos actus habere, scribit. Similiterque Columella *lib.* 5. *c.* 1. de actu quadrato loquens: Hoc duplicatum ait, jugerum: & ab eo, quod erat junctum, nomen jugeri usurpavit. Vid. supra *actus.*

JUGIS, *e.* continuum. Ejus portionem consequitur, jugi dominio possidendam: *l. ult. C. Th. de bon. matern.* Litigatio qua consultationis ambiguo jugi exspectatione pendet: *l.* 55. *C. Theod. de adpell.* Post jugis militiæ tempus: *l.* 13. *C. Theod. de agent.*

JUGITAS, perpetuitas, copia. Jugitas concessa illibata servatur: *l.* 32. *C. Theod. de curs. publ.*

Mali

Mali jugitas : *l.* 186. C. *Theod. de decurion.*

JUGITER, continuo : *l.* 4. *C. Th. de medic. & profess.* & aliis multis locis.

JUGULATUS : *l.* 1. §. 17. *D. ad SC. Silan.*

JUGUM, proprie eſt copula jumentorum : *l.* 31. *D. de ædil. edict.* Translate vero ita vocatur quodvis onus. Cervicibus impoſita velut quædam juga : *l. un. C. Th. de infirm. pœn. cœlib.* Jugum nuptiale : *l.* 10. D. *de cond. & dem.* ſervitutis; *l.* 8. *C. de poſtlim. reverſ.*

JULIA Lex agraria memoratur in *l.* 2. *D. de termin. mot.* & apud Suet. *in Jul. c.* 20. Vid. ſupra art. *agraria.*

Julia Lex de adulteriis coercendis, ad quam librum ſingularem ſcripſit Briſſon. Hanc legem ſignat Juvenal. *Sat.* 2. *v.* 37. quum ait: Ubi nunc lex Julia? dormis. Et Martial. *lib.* 6. *epigr.* 7. Julia lex populis ex quo, Fauſtine, renata Atque intrare domos juſſa pudicitia eſt: Aut minus, aut certe non plus, triceſima lux eſt, Et nubit decimo jam Theleſina viro. Idem *lib.* 6. *epigr.* 22. Quod nubis, Proculina, concubino, Et mœchum modo nunc facis maritum, Ne lex julia te notare poſſit: Non nubis, Proculina, ſed fateris. Horat. *lib.* 4. *Od.* 5. *v.* 20. Nullis polluitur caſta domus ſtupris: Mos & lex maſculoſum edomuit nefas. Laudantur ſimili prole puerperæ. Culpam pœna præmit comes. Sed locos veterum omnes, qui ad hanc legem pertinent, expoſuit, totamque hujus rogationis Juliæ exſequutus eſt Guil. Hoffman. *de Leg. Jul. de adult. c.* 2. Lata eſt hæc Lex anno V. C. 737. C. Furnio & C. Junio Silano Coff. & quidem ex roſtris, & in foro, uti refert Seneca *de benef. VI.* 32. Eamdem in uſum revocavit L. Septimius Severus Imperator, ceu docet Dio Caſſius apud Xiphilin. *lib.* 76. *p.* 869. Ex quo ſimul ratio reddi poterit, cur de adulteriis & ad Legem Juliam de illis eo tempore certatim ſcripſerint Papinianus, Ulpianus, Paullus & alii.

Julia Lex de ambitu in id lata, ut qui petiturus magiſtratum, vel provinciam, vel ſacerdotium, turbam ſuffragiorum cauſſa conduxerit, ſervos advocaverit, aliamve quam multitudinem conduxerit, convictus, ut vis publicæ reus in inſulam deportaretur: Sueton. *in Aug.* Paul. *Sent.* 5. *c.* 32. Diverſum tamen Dio tradit *lib.* 56. Ut qui magiſtratum ambiiſſent, quinquennium a magiſtratibus arceretur, quod ipſum Zonaras *lib.* 2. ſequutus eſt. Hanc autem Legem ideo Octavius Auguſtus tulit, quod per Triumvirorum tempora jus creandorum magiſtratuum a populo ablatum fuiſſet, ipſique Triumviri magiſtratus reipublicæ darent. Poſtea tamen creatione magiſtratuum ad curiam principis delata, ceſſavit Romæ hæc lex, ut ait Modeſtinus. Hinc Quinctil. de ambitu loquens *lib.* 6. hoc genus, inquit, noſtris temporibus totum pæne ſublatum eſt, cum omnia tutelæ curæque unius innixa periclitari nullo judicii exitu poſſint, quod & notat Ammian. *lib.* 14.

Julia Lex de annona : *l.* 1. *D. de publ. jud. &* §. 11. *Inſt. eod. tit.*

Julia Lex *caducaria* eſt ipſa Lex julia & Papia Poppæa, cujus poſtrema pars de caducis præcepit. Ut ſi nemo ſit, ad quem bonorum poſſeſſio pertinere poſſet: aut ſit quidem, ſed jus ſuum omiſerit, bona publicentur: Ulp. *tit.* 18. *l.* 4. §. 17. *D. de fideicom. libert.* Eamdem legem ſignificat Julianus *l.* 96. §. 1. *D. de legat.* 1. Quoties lege Julia bona vacantia ad fiſcum pertinent, & legata & fideicommiſſa præſtantur.

Julia Lex de cæde & veneficio, cujus meminit Sueton. *in Neron. c.* 33. ubi conferri meretur Schubartus *de fatis jurispr. Exerc.* 3. §. 52. *p.* 595. *seq.* Herman. Noord Kerk. *disquisit. de lege Petron. p.*89.

Julia Lex de civitate, lata anno ab V. C. 662. ut civitas sociis & Latinis omnibus qui arma deponerent, daretur, Italici belli restinguendi caussa; vel sic: ut iis qui bello Italico exorto, in fide manserant, (manserant autem omnes Latini) & iis, qui in amicitiam postea rediissent, civitas daretur. Additur *in Orat. pro Balbo.* Qui fundi facti essent. Gell. *lib.* 4. *c.* 4. Appian. *lib.* I. *de bell. civ.* Vid. & Eutrop. Hujus autem Legis beneficio coloniarum omnium & municipiorum, quæ in Italia fuerant, æquata jura sunt, non ut legibus Romanis æque uterentur, (nam coloniarum dumtaxat Romanarum hoc fuit: municipia suis legibus atque institutis vivebant) sed ut æque jus illud civium Romanorum, ferendi scilicet suffragii, & adipiscendorum magistratuum obtinerent, quod antea municipiis & Romanis coloniis licuerat. Latinis vero Coloniis, & Latino populo non item. Postea sublatam hanc legem licet opinari, cum dicat Suetonius, homini Latino jus Quiritium a Claudio Imperatore propositum, nisi si hoc intelligas, omnibus id propositum, qui jam tum Latii jus habebant, cujusmodi erant omnes extra Italiam Latinæ Coloniæ, omniaque municipia, quæ jus Latii habebant, jus autem Quiritium nondum essent adsequuta. Hujus enim legis beneficium intra terminos Italiæ continebatur. Manutius hanc Legem latam fert a L. Cæsare Consule P. Rutilii collega. Juliam autem dictam, quod solus eam Cæsar, cum ejus collega Rutilius in prælio esset occisus, ex SC. tulit.

Julia lex de bonis cedendis memoratur *l.* 4. *C. qui bon. ced. poss. rubr. C. Theod. eod. tit.* Ad cujus cognitionem sciendum est, moris olim fuisse, ut debitores qui non existerent solvendo, in vincula conjicerentur, addicerenturque creditoribus, quousque ære alieno se liberassent: Gell. *lib.* 20. *c.* I. Quinctilian. *lib.* 3. *Inst. orat. c.* 6. Postea temporis progressu cœptum est cum illis mitius agi, & Lege Julia cautum, ut inopes debitores bonis suis cedendo possint evadere carceris molestias, aliasque creditorum vexationes.

Julia lex de fœnore. Quum populus novas tabulas frequentissime postularet, improbam illam spem disjecit Cæsar, lata lege, ut debitores creditoribus satisfacerent per æstimationem possessionum, quanti quasque ante civile bellum comparassent, deducto summæ æris alieni, si quid usuræ nomine numeratum [id est, de domo solutum] perscriptumve [id est, per argentarios] fuisset. Qua conditione quarta fere pars crediti peribat. Sueton. in *Jul. c.* 42. Jul. Cæsar *de bell. civil. lib.* 3. *c.* I. Ex quo loco simul colligitur legem hanc perlatam esse Cæsare & Servilio Coss. an. ab V. C. 507. quum victo Pompeio in urbem victor revertisset.

Julia lex de fundo dotali: *l.* I. *l.* 13. *D. de fund. dot.* quæ vetat fundum dotalem alienari vel oppignorari, ut *l.* 16. *D. eod. tit. & pr. Inst. quib. alien. lic.* pars fuit legis *juliæ* de adulteriis, uti tradit Paull. *Sent. lib.* 2. *tit.* 21. §. 2. Hein.

Julia lex de legibus. Ut ei qui in suas leges non jurasset, capitale esset. Appian. *de bell. civ.* 2.

Julia Lex judiciaria: *l.* I. *D. de Leg. jul. ambit.* qua duo sunt genera judicum, equestris ordinis & senatorii. Tribuni vero ærarii quod

quod erat tertium ſublatum: Suet. *in Cæſ.* Gell. *lib.* 14. *c.* 12. Eaque lex Juliæ Legis adpellatione exaudienda eſt *l.* 9. §. 2. *l.* 41. *D. de recept. arbitr.*

Julia lex majeſtatis, cujus meminit Cic. Philip. I. 9. Ea, quæ in Pandectis explicatur, non Julii Cæſaris, ſed Auguſti, eſſe videtur: Sigon. *de judic. II.* 29. Quod quidem non ſatis expeditum eſſe arbitratur *Hein.* quum contra certiſſimum ſit, legem hanc ſæpe ſub malis potiſſimum principibus, auctam & acrioribus pœnis firmatam eſſe Tacit. 1. *Annal.* 72. Freher. *parerg. II.* 9. De ejus legis capitibus videndi Sigon. *ibid. p.* 429. &, qui ſingularia ejus legis expendit Gundling.

Julia Lex de maritandis ordinibus, cujus fit mentio *l. un. D. und. vir. & ux. l. 6. §. ult. D. de jur. patron. l.* 44. D. *de rit. nupt.* & apud Ulpian. *Reg. tit.* 11. §. 20. Ei Lex Papia Poppæa propter argumenti adfinitatem in infinitis prope legum noſtrarum inſcriptionibus connectitur. Complectebatur autem ea Lex totam matrimoniorum inter pop. Romani ordines, pro cujuſque ſtatu & conditione contrahendorum, rationem. Eam legem, quæ in Pandectis utramque facit paginam ipſi integritati ſuæ reſtituit & explicuit *Hein.* ſingulari commentario ad Legem Jul. & Pap. Pars ejus fuit etiam Lex julia caducaria, de qua paullo ante.

Julia Lex peculatus. Ne quid ex pecunia ſacra, religioſa publicave auferat, neve intercapiat, neve in rem ſuam vertat, neve faciat quo quis auferat, intercipiat, vel in rem ſuam vertat, niſi cui utique lege licebit: neve quis in aurum, argentum, æs publicum quid indet, neve immiſceat: neve quo quid indatur immiſceatur, faciat ſciens dolo malo, quo id pejus fiat. Ulpian. *l.* 1. D. *ad Leg. jul. peculat.* Eadem memoratur *l.* 1. D. *de publ. judic.* Item de reſiduis. *l. cit.* ne quis pecuniam, quæ in uſum publicum erogari, vel in ærarium inferri debuit, privatim retineat.

Julia lex de provinciis, & magiſtratibus in provincias miſſis. Tulit Jul. Cæſar conſul cum Bibulo anno ab V. C. 691. ut Achaia, Theſſalia, cuncta Græcia liberæ eſſent, neque in iis magiſtratibus populi Romani jus dicere liceret: Cic. *pro domo ſua, in Piſon.* & *de Prov. conſul.* Item ut magiſtratibus tranſeuntibus, eorumque comitibus fœnum aliaque ab oppidis & vicis ſubminiſtrarentur. *Ad Attic. lib.* 5. & *in Piſon.* Item duabus in civitatibus provinciæ ſuæ magiſtratibus decedentes rationes ſuas relinquerent: eaſdemque totidem verbis ad ærarium referrent Cic. *lib.* 5. *ad famil. c.* 20. *in Piſon.* Item ne coronarium aurum iis qui provincias obtinerent, vel decerni, vel ab iis accipi liceret, niſi decreto triumpho Cic. *in Piſon.* Ne qui cum imperio eſſent, injuſſu populi aut ſenatus de provincia exirent, exercitus educerent, aut bellum ſua ſponte injuſſu populi aut Senatus gererent, in regnum alienum accederent Cic. *in Piſon. pro Poſthumo.* Ne provinciæ prætoriæ pluſquam annum, ſeu pluſquam biennium Conſulares obtinerentur: Cic. *Philipp.* 1. & 3. & 8. item Dio *lib.* 43.

Julia lex repetundarum ſeu de repetundis, de qua proprio titulo in Pandectis tractatur, & eo amplius in *l.* 10. §. *ult. D. de offic. proconſ. l.* 1. §. 1. *D. de calumniat. l.* 12. D. *de ſenat. l.* 3. *D. de vacat. mun.* Lata a Jul. Cæſare in primo Conſulatu anno ab V. C. 695. Cic. *in Vatin. c.* 12. *pro Rabir. c.* 14. *pro Sext. c.* 64. in

in *Pison.* *c.* 21. *in Bruto c.* 27. *de offic. lib.* 2. *c.* 21. *in Verr.* 3. *c.* 84. Sueton. in *Jul. c.* 43. Legis quædam capita ſuperſunt in *d. tit.* D. *ad Leg. jul. repet.* Alia ex Cicerone collegit Car. Sigon. *de judic. II.* 27. *p.* 425. *ſeq.* Fuit hæc ex Legibus ampliſſimis, quippe cujus plura quam centum, capita fuiſſe obſervat Cic. ad *famil. lib.* 8. *epiſt.* 7. Quum enim multiforme ſit hoc crimen, & quod ſe facile in omnes ſpecies commutat: non mirum profecto eſt, oppoſitam illi legem capitibus compluribus conſtitiſſe. De poena criminis, hac lege propoſita, omnia ſatis incerta ſunt. Quæ tamen de ea dici poſſunt, omnia occupavit Ant. Schulting. *Juriſpr. vet. antejuſt. p.* 525.

Julia Miſcella de teſtamentis. Ut conjugi ſuperſtiti legatum ſibi a demortuo ea lege, ne iterum nuberet, ita capere juſſus eſſet, ſi intra annum (luctui nondum præfinitus erat, annus) juraret ſe liberorum quærendorum cauſſa, velle nubere: *Tit. C. de dicta viduit. & Lege julia Miſcella toll.* & *Novell.* 22. ubi Juſtinianus Julium Miſcellam hujus legis auctorem nominat. At vide aliam de hac denominatione ſententiam infra ſub art. *Miſcella.*

Julia lex de ſacerdotiis. Ut in cooptandis ſacerdotibus etiam abſentium ratio haberetur. Cic. *lib.* 1. *Epiſt. ad Brutum.*

Julia lex ſumptuaria, quam memorat Gell. *lib.* 2. *c.* 24. Poſtremo, inquiens, lex julia ad populum pervenit, Cæſare Auguſto imperante, qua profeſtis quidem diebus ducenti (nummi) finiuntur, calendis, nonis, idibus, & aliis quibuſdam feſtis trecenti.

Julia & Sempronia de limitibus, ut per actuarios limites populo eundi jus eſſet, ſicut per viam publicam: Hygin. *in lib. de limit. conſtit.* Apud Frontinum autem Tiberii Cæſaris conſtitutio legitur, ex qua hæc deſumta ſunt: Eſt & aliud monumentum, quod non longe ab ædibus vel itinere publiblico conſtitutum: id eſt, juxta legem Semproniam & Juliam, quod cardinibus & decumano conſtitutum eſſe monſtratur, quod rationem finium recipere videtur, id eſt, concurrentium linearum, atque ſecantium ſe invicem, & ordinem in utroque cuſtodit, limitum rationem diſcernens.

Julia Theatralis. Ut equitibus Romanis, quibus ipſis parentibuſve equeſter cenſus umquam fuiſſet in quatuordecim ordinibus lege Roſcia Theatrali conſtitutis conſidere liceret. Suet. *in Aug.* Plin. *lib.* 33. *c.* 2.

Julia & Titia lex, de tutoribus. Ut provinciarum præſides mulieribus pupilliſve tutores non habentibus, tutores darent. *Tit. Inſt. de Attilan. tut.* Lata eſt anno ab U. C. 722. Cæſare Aug. III. & ex Kal. Maiis M. Titio Rufo Coff. Henr. Vales. ad *excerpt. Peireſc.* unam legem duobus nominibus Julia & Titia notari exiſtimat. Hanc ſententiam deſeruit Aug. Chriſt. Marche *in diſſertat.* de tutoribus *ex lege Julia & Titia datis*, duas ſtatuens leges, quarum *Titia* antiquior, lata ſit anno ab V. C. vel 488. vel 526. ſive a C. Titio, ſive a Q. Titio, Tribunis plebis: *Julia* contra a Cæſare Auguſto anno 726. Et ſunt ſane ejus argumenta non nullius momenti. Urget enim teſtimonium Theophili *paraphr. pr. Inſt. de Atil. tut.* ubi diſerte memorat β. νόμους, Ἰούλιον καὶ Τιτιανὸν *duas leges, Juliam & Titiam.* Urget copula &, quæ interjici non ſoleat inter collegarum nomina, a quibus lex aliqua cognominetur. Enimvero quemadmodum non adeo claſſicum videtur Theophili de re tam antiqua

tiqua testimonium ita exemplo non caret copulativa *&*, etiam unius legis auctorum nominibus interjecta. Quod ut uno probetur exemplo, notissima est lex Licinia & Mucia, constanter ita vocata a Cicerone *pro Balbo c.* 21. *in Bruto c.* 16. & in fragmentis *orationis pro C. Cornelio perduellion.* Hein. *Hist. jur. civ. lib.* 1. §. 164.

Julia Lex de veneno nominatur a Sueton. in *Neron. c.* 33. Credit tamen Hein. eam potius partem legis de vi publica & privata fuisse.

Lex *julia* de vi duplex est: altera de *vi publica*, altera de vi privata: §. 6. *Inst. de interd.* Quas leges etiam *Julias privatorum & publicorum* adpellari notandum est, *l.* 1. §. 1. D. *de vi & vi arm. l.* 32. D. *de poen.* Hæc etiam *Julia vis privatæ* vocatur *in l.* 4. *C. und. vi.* Harum legum, earumque aliquot capitum, fit mentio in *l.* 3. §. 5. D. *de test. l.* 3. §. 4. *l.* 12. §. 4. D. *de accus. l.* 8. *D. de sepulcr. viol. l. ult.* D. *de vi bonor. rapt.* §. 2. *Inst. de usucap.*

Julia lex de vicesima. Vid. infra art. *vicesima.*

JULIANUS Salvius, Jurisconsultus de quo infra art. *Salvius.*

JULIUS *Cæsar*, dicitur Imperator maximus in *Novella* 47.*c.*1.

Iulius Pollux, æqualis Ulpiani temporum, quem juris peritissimum Lampridius *in Alexandro c.*68. vocat: Imperatorique Alexandro in consilio fuisse, refert. Hic in auditorio Aemilii Papiniani, præfecti prætorio, agitatam quæstionem proponit, in *l.* 40. *D. de reb. cred.* Fuit hic πολυγραφώτατος; scripsit enim, ut ex Pandectis colligimus, Ad *edictum* libros 80. *Quæstionum* libros 26. *Responsorum* libros 23. *Brevium* lib. 23. *Ad Sabinum* libros 16. *Ad Vitellium* libros 4. *Ad Neratium* libros totidem. *Ad leges*, seu *ad Legem juliam & Papiam* libros 10. *Ad legem Aeliam Sentiam* libros 4. *Regularum* libros 7. *Sententiarum receptarum* libros 5. *Fideicommissorum* libros 3. *Decretorum*, seu *Imperialium sententiarum*, in cognitionibus prolatarum libros 6. Vid. supra art. *Imperialium sententiarum.* Scripsit itemque *De adulteriis* libros 3. *Manualium* æque tres: *institutionum* libros 2. *De officio proconf.* totidem: *De jure fisci* totidem: *De censibus* totidem; *Ad edictum Aedilium curulium* totidem: Præterea μονόβιβλα, seu libros singulares plures, quos ordine alphabetico recensebimus. Sunt vero sequentes: De adpellationibus: de adsignatione libertorum: de adulteriis: de articulis liberalis caussæ: de cognitionibus: de conceptione formularum: de dotis repetitione: de excusationibus tutelarum, seu tutorum: de extraordinariis criminibus: de forma testamenti: de gradibus & adfinibus: de inoficioso testamento: de instructo & instrumento, seu de *instrumenti* significatione: de jure codicillorum: de jure singulari: de juris & facti ignorantia: ad legem Cinciam: ad legem Falcidiam: ad legem Fusiam Caniniam: ad legem Velleiam: de liberali caussa: ad municipalem: de officio adsessorum: de officio consulis: de officio præfecti vigilum: de officio præfecti urbi: de officio prætoris tutelaris: ad orationem D. Marci, seu Antonini & Commodi: ad orationem D. severi: de poenis militum: de poenis omnium legum: de poenis paganorum: de portionibus, quæ liberis damnatorum conceduntur: de publicis judiciis: ad regulam Catonianam: de secundis tabulis: ad senatus consultum Libonianum, seu Claudianum: ad SC. Orphitianum: ad SC. Silanianum: ad SC. Tertullianum: ad SC. Turpillianum: ad SC. Velleia-

leianum: de ſeptemviralibus judiciis: de tacitis fideicommiſſis: de variis lectionibus: de uſuris: τῶν ὑποθηκαρίων. Hoc amplius, & Epitomarum, ſeu Epitomatorum Alpheni digeſtorum libros 5. ſcripſerat: Notas item ad libros Digeſtorum Juliani. Ejus quoque Notæ, additæ Marcelli Notis ad Julianum citantur in *l.* 14. D. *de in rem verſ.* Notas etiam ad libros Quæſtionum & Reſponſorum Papiniani ſcripſerat: nec non & notas ad Scævolam. Quin & ad Javolenum notas ſcripſiſſe eum, teſtatur *l.* 60. *D. de adquir. vel omitt. her.* Similiterque ad Plautium notas ſcripſiſſe illum teſtatur *l.* 13. *D. de opt. vel elect. legat.* Atque adeo ex XII. ejus ad Plautium libro deſumta eſt *l.* 49. *D. ad Leg. Falcid.* Sed & Labeonis πιθανῶν libros in epitomen eum contraxiſſe, notis additis, teſtimonio ſunt *l.* 5. *D. de inſtruct. vel inſtrum. l. ult.* D. *de bon. libert. l.* 65. D. *de adquir. rer. dom. l.* 23. D. *de acceptil. l.* 91. *D. de furt. l.* 29. *l. ult. D. de captiv. l. ult.* D. *de uſurp. & uſucap. l.* 244. D. *de verb. ſignif.* quæ omnia capita hanc inſcriptionem habent: *Labeo libro πιθανῶν a Paullo epitomatorum.* Citatur ab Herennio Modeſtino in *l.* 9. *D. de inoff. teſt. l.* 6. *l.* 13. *D. de excuſat. l.* 18. *D. de SC. Silan.* ut & ab Aemilio Macro *l.* 1. *D. de veteran. & milit. ſucceſ. l.* 2. *D. quand. adpell.* & *l.* 13. *D. de re milit.* Ipſe vero Ulpianum citat, in *l.* 43. *D. de act. emt.* Conſultum etiam per litteras non ſemel a Latino Largo, & Neſennio Apollinari, indicant *l. ult. D. qui ſin. manumiſſ. l.* 30. §. 1. D. *de except. rei judic. l.* 83. *D. de legat.* 2. *l.* 34. D. *de negot. geſt.* & *l.* 22. D. *ad leg. Falcid.* ut & a Licinio Rufino, *l.* 4. *D. quib. ad libert. procl.* Vir prudentiſſimus vocatur a Gordiano: *l.* 6. *C. de nupt.* ejuſque liber tertius fideicommiſſorum citatur in *l.* 1. *C. comm. ſerv. manum.* Ejuſdem liber ſingularis ad SC. Tertullianum laudatur *l.* 14. *C. de legit. hered.* & liber ſingularis de publicis judiciis, *l.* 6. *C. ad. Leg. jul. majeſt.* & notæ ad Papinianum, in *l.* 13. *D. de ſentent. paſſ.* & in *l.* 1. *C. Theod. de reſponſ. prud.* Citatur & a Juſtiniano *l.* 5. *C. de recept. arb.* & §. 1. *Inſt. de hered. inſt.*

Licebit hic quædam, quæ ad celeberrimi juriſconſulti vitam pertinent, per modum ſpicilegii ſubjicere. Eum alii Patavinum, alii Phoenicium, alii Græculum fuiſſe contendunt. Laur. vero Pignorius *Epiſt. Symbol. I.* 41. & *ſingulari libello*, ea de re ſcripto, Romanum fuiſſe cenſet. Sed origo vere incerta eſt, &, ſi ex orationis & ſtili ſtribiligine, ubique ferme obvia, judicandum, vix Romæ, vel in Italia eum lucem vidiſſe credideris. Fuit in Severi Imperatoris conſilio: *l. ult.* D. *de jur. fiſc. l.* 97. D. *de adquir. vel omitt. hered.* eamdemque poſtea operam navavit Antonino Caracallæ *l.* 38. D. *de minor.* Fuit etiam inter Papiniani adſeſſores, *l.* 40. D. *de reb. cred.* & ab Elagabalo actus in exſilium, ſub Alexandro priſtinam dignitatem recuperavit. Aurel. Victor. *de Cæſ. c.*24. Quin & ad præfecturam prætorianam ſub eo adſpiravit. Lamprid. *in Alex. c.* 26. Vapulat pleriſque, tamquam optimorum Juriſconſultorum, ipſiuſque Papiniani defricator: Balduin. *juriſpr. Mucian. p.* 299. Petr. Faber. *ad l.* 145. *D. de reg. jur.* Ever. Otto *in Papin. p.* 294. nec non tamquam Ulpiani obtrectator. Merill. *lib.* 1. *c.* 33. Sunt etiam, qui in eo variationes deprehendere ſibi videntur, ut idem Merill. *lib.* 1. *obſ. c.* 9. eidemque exprobrant ſubtili-

tilitatem pæne ridiculam, tantasque stili tenebras, ut sæpe rem data opera nebulis involvere voluisse videatur. Nos nec adgnoscimus hæc Paulli nostri elogia, & viro de arte nostra immortaliter merito nævos quosdam facile condonamus. Filiam, vel cognatam saltim, habuisse videtur Juliam Paullam, γυναῖκα ἐυγενεςάτην, *illustris prosapiæ feminam*, uti vocatur apud Herodianum *lib.* 5. *c.* 6. quam Elagabalus aliquamdiu uxorem habuit, & cujus numos exposuit Vaillant. *de numism. Imp. p.* 137. *&* *p.* 269. Hein.

JULIUS AQUILA, jurisconsultus incertæ ætatis, cujus ex *Responsorum* libro non nisi duo supersunt in Pandectis fragmenta, puta *l.* 34. *D. de admin. & peric. tut. & l.* 12. D. *de suspect. tut.* Elagabalus uti Juliam Pavillam, de qua paullo ante, ita & Juliam Aquilliam Severam, virginem Vestalem, in matrimonio habuit. Vaillant. *Numism. Imp. p.* 270. Eam cognatam jurisconsulto nostro fuisse, ex nomine & cognomine colligere par esset, nisi jam illo tempore maxima fuisset gentium familiarumque confusio. *Hein.*

JUMENTUM. Ea adpellatione equus, equa, mulus, mula, & cetera νοτοφόρα & dorsuaria animalia continentur. Seneca *Epist.* 76. *Quare fortia dorso jumenta sint, quæris, Quia eorum hic unus est usus, sarcinam ferre.* Hinc elephanti & cameli jumentorum operam præstare dicuntur: *l.* 2. *in fin. D. ad Leg. Aquil.* Plin. *lib.* 8. *c.* 18. de camelis: *Omnes autem jumentorum in iis terris dorso funguntur.* Columella *lib.* 6. *c. ult.* Jumenta nomen a re traxerunt, quod nostrum laborem, vel onera subvectando, vel arando *juvarent*. At apud veteres aliam verbi hujus significationem & notationem fuisse sciendum est. Gellius enim *lib.* 21. *c.* 1. ex Sex. Cæcilio: Jumentum in XII. Tabulis, uti acciperetur, docet his verbis: Jumentum quoque non id solum significat, quod nunc dicitur, sed vectabulum etiam, quod adjunctis pecoribus trahebatur. Veteres enim nostri Jumentum a *jungendo* dixerunt. Sed & Non. Marcellus: jumentum a jungendo veteres dictum putant, littera in eo nomine adtrita. Nam & vectabulum dicunt, quod nunc vehiculum.

In Aedilium tamen edicto *jumentorum* adpellatione omne pecus non continetur. Nam aliud significant jumenta, aliud significatur pecoris adpellatione. Boves utique jumentorum adpellatione non contineri, sed pecoris, verius est: *l.* 37. §. 4. 5. 6. D. *de Aedil. edict.* Boves enim magis *armentorum*, quam jumentorum generis adpellantur: *l.* 89. D. *de verb. signif.* ac proinde jumentis legatis, boves non continentur, nec contra: *l.* 65. §. 5. D. *de legat.* 3.

JUNCIANUM senatusconsultum: *l.* 51. §. 8. D. *de fideic. libert.* Conditum est sub Commodo, Aemilio Junio & Julio Severo, Coss. anno ab U. C. 935: *l.* 28. §. 4. *D. eod. tit.* Juncum *Junctum*, & alterum Cos. *Atilium Severum* vocat Lamprid. *in Commod. c.* 4. Immo hic in fastis quibusdam A. Hibius Severus vocatur. Eo SCo cautum fuerat, ut retineret jus patronatus heres, qui non testatoris, sed suum servum manumittere rogatus esset, si vel maxime servus libertatem pronunciatione prætoris esset consequutus. *Hein.*

JUNCTOR servus: *l.* 203. D. *de verb. signif.* ubi Cujacius & alii *unctores*, pro *junctoribus* substituunt. Goeddeus crasin subesse censet, quasi *junctores* dicantur pro *inunctoribus*. Alciatus in Commen-

mentar. *ad d. l. vectores* legit. Albericus Gentilis junctores interpretatur lecticarios, qui lecticæ gestandæ juncti fuerint. Sed quum alii sint *juncti*, alii junctores; magis est, ut intelligamus servos vectores, qui jumenta vehiculis jungunt.

Unctores pro junctoribus substituit etiam Victorius *lib. 37. var. c.* 1. Sed ipse Cujacius conjecturæ suæ nuncium misit *lib.* 14. *obs. c.* 3. ubi Florentinam lectionem prætulit. Et *junctores* etiam probat. Laur. Pignor. *de serv. p.* 213. Et sane quum voce *adjunctor* usus sit Cicero *lib.* 8. *ad Attic. Epist.* 3. quis Latinum neget illud Alfeni *junctor*? Hein.

JUNCTURA, in *l. 6. C. Theod. de scenic.* pro biga equorum. Paull. *lib.* 3. *sent. tit.* 6. §. 91. Carricca cum junctura legata, mulæ quoque legatæ, non mulio videtur, propter quotidianam loquendi consuetudinem: ubi Alciat. *lib.* 8. *parerg. c.* 14. pro simplici negatione *non*, legendum *nec non mulio* existimat. Alias *junctura* est, qua mulæ carrucariæ, boves, aut jumenta ad aratrum junguntur. Jac. Gothofr. in *C. Theod. d. l. 6.* interpretatio satis solida videtur. At tanto minus admittenda conjectura Alciati, quamvis quædam veteres editiones habeant: *nec non & mulio.* Mulionem enim juncturæ legato contineri, diserte ibi in subjuncta interpretatione negatur.

JUNGERE tignum ædibus *l. 6. D. ad exhib.* pupillam filio suo: *l. 66. D. de rit. nupt. Jungi* enim matrimonio, legitimis nuptiis, legitur in *l.* 17. D. *eod. tit. l.* 11. §. 12. D. *ad Leg. jul. de adult.* Jungere inter se litem: *l.* 1. D. *de litigios.*

JUNIA *Norbana* Lex, de Latinis libertis, a M. Junio & L. Norbano Flacco Coss. quos tempore Tiberii consulatum gessisse Dio Cass. *lib.* 57. *p.* 615. testis est, lata: cujus meminit Justinianus §. *ult. Inst. de libert.* & §. *ult. Inst. de success. libert. l. un. pr. C. de lat. lib. toll. Novell.* 78. *præf.* ut & Ulpian. *Reg. tit.* 1. §. 10. *tit.* 3. §. 3. ita Brisson. At Consules isti, a quibus lex nomen tulit, rectius vocantur M. Junius Silanus, & L. Junius Norbanus, qui fasces tenuerunt anno ab V. C. 771. Hermannum Noordkerkium, qui *in Disquis. de lege Petron. p.* 91. legem hanc centum annis ante, C. Junio Norbano Balbo & L. Cornelio Coss. latam existimat, refellit. Jo. Guil. Hoffmannus *de leg. jul. de adult. c.* 5. *p.* 107. Hein. Hac autem lege fuit constitutum, ut manumissi per epistolam aut inter amicos, aliisque modis minus sollemnibus, non civitatis sed Latinorum tantum jura consequerentur, ceu locus ex Ulpiano citatus ostendit. Hinc Latini Juniani, quorum eadem erat conditio ac Latinorum in colonias deductorum: Ulpian. *Reg. tit.* 19. §. 4. *Fragm. Reg. ex vet. Jureconf. VIII. p. m.* 805. quales coloniæ passim in orbe Romano excitabant etiam ævo Imperatorum. Ez. Spanhem. *Orb. Rom. Exercit. I.* 9. Libertate igitur gaudebant, participes erant commerciorum & mancipationum cum civibus, Ulp. *tit.* 19. §. 4. & familiæ emtores, & testes & libripendes fieri, Ulp. *tit.* 20. §. 8. quin & fideicommissum capere poterant: Ulp. *tit.* 26. §. 6. Sed tamen nihil ex testamento capere poterant, nisi intra centum dies a cretione jura Quiritium consequerentur. Nec testari iis licebat: Ulp. *tit.* 17. §. 1. nisi forte volentibus concedentibusque patronis. Nam & domini permittere poterant ipsis servis testamentifactionem, ceu adparet ex Plin. *lib.* 8. *epist.* 16. Vid. infra art. *Latini.*

Iu-

Junia Petronia lex de libertate, memoratur in *l.* 24. *D. de manumiss.* Hanc tulere C. Junius Cæsonius, Petronius Turpilianus Coss. anno ab V. C. 813. ut si dissonantes pares judicum existant sententiæ, pro libertate pronunciaretur. Ab eodem quoque Petronio lex Petronia de servis lata infra memoratur art. *Petronia.*

Junia Velleia lex: *l.* 10. §. 2. *D. de testam. tut. l.* 13. *in fin.* D. *de injust. rupt. irrit.* Et ita emendandum est hoc nomen in §. 2. *Inst. de exher. liber.* ubi vulgo perperam *Julia* legitur. Idemque error est apud Ulpian. *tit.* 22. §. 19. Ad eam vero legem Paullum librum singularem scripsisse, index Pisanus testatur. Fit præterea ejus mentio in *l.* 29. *D. de lib. & postum. l.* 3. §. 1. *D. de injust. rupt. irrit. l.* 6. §. 1. *D. de hered. instit. l.* 2. *D. de vulg. & pupill. substit. l.* 2. *C. de lib. præt. l.* 34. C. *de inoff. testam.* Hujus sententia fuit, ut qui testamentum faceret, omnem virilis sexus, qui ei suus heres futurus erit, cum nascetur, instituendi, exheredandive potestatem haberet, etiam si vivo testatore nasceretur. Item, ut si quis ex suis heredibus suus heres esse desineret, liberi ejus, & ceteri in locum suorum sui heredes succederent: *d. l.* 29. D. *de lib. & posthum.* Vel sic: ut qui testamentum faceret, omnes eos virilis sexus necessario instituerent heredes, qui cum nascerentur, ei heredes sui futuri essent, eorumque in locum liberi succederent: qui nisi instituti essent, aut si exheredati ad exemplum postumorum essent, testamentum ne valeret. Duplex itaque in hac lege caput fuit: primum, ut mortuo filio nepotes nondum nati, possint institui: item, ut vivente filio, nascituri nepotes possint institui, si, avo vivente, & mortuo filio nascentur: ne facti sui, cum nascentur, si se præteritos invenerint, rumpant testamentum. Altero capite cautum est, nepotes jam nati, vivente filio, ab avo heredes instituantur, vel nominatim exheredentur: ne forte mortuo post testamentum filio, facti sui heredes, ad exemplum postumorum testamentum infirment.

JUNIANI Latini apud Ulp. *tit.* 1. *regul.* §. 10. & *tit.* 11. Vid. supra *Junia Norbana lex.*

JUNIORATUS, beneficium ecclesiasticum, quod junioribus clericis dabatur, vel reditus, qui in ecclesiis junioribus clericis adsignabatur.

JUNIORES ludi pœna adfici solent: *l.* 8. §. 11. D. *de poen.*

Juniores pro tironibus, in *tit. C. Theod. de tiron. & agent. in reb.*

Juniores, in ordine ecclesiastico sunt ii, qui inferioris gradus sunt, ut diaconus dicitur junior presbytero, in *Concil. Emerit. c.* 5. Dein videntur adpellati quivis clerici, post subdiaconos, ut sunt lectores, exorcistæ, ostiarii, fossarii, in *Capitul. Car. M. lib.* 1. *c.* 21.

JUNIUS *Gracchanus* citatur in *l.* 1. *pr.* & §. 1. *D. de offic. quæstor.* ubi dicitur, eum libros de potestatibus, quorum septimus ibi laudatur, scripsisse. De his vide Guil. Grot. *de vit. jurisc. lib.* 1. *c.* 9. §. 9. ubi eum e jurisconsultorum numero excludit. Vid. supra art. *Gracchanus.*

Junius Mauricianus, jurisconsultus, Imperatoris Antonini temporibus, ut adparet ex *l.* 23. *D. de usu & usufr. l.* 57. D. *de legat.* 2. Hic ad Leges, seu ad Legem Juliam & Papiam libros 6. scripsit: De pœnis libros aliquot, ex quibus, supra secundum, alius nullus in pandectis laudatur. Atque hic est *Mauricianus*, a quo Ju-

Julianum recte reprehensum, ait Ulpianus *l.* 7. §. 2. *D. de pact.* Nec uno hoc loco, verum etiam in *l.* 25. §. 1. *D. de usufr.* notatur a Mauriciano Julianus. Fuit hic Junius Mauricianus procul dubio filius adoptivus Junii Maurici, fratris celeberrimi Stoici Junii Aruleni Rustici. Hic enim quum plures filios reliquisset, unum ex his a patruo Junio Maurico fuisse adoptatum, tradit Plinius *lib.* 2. *epist.* 5. ex qua adoptione ipsi nomen adoptivum Junii Mauriciani hæsisse oportet. Hein. ad h. v. & in *Histor. jur. civil. lib.* 1. §. 237. *&* 309.

JUPITER Tarpeius, inter eos fuit Deos, quibus Romani ridiculo instituto jus liberorum dederant, ut ex testamentis capere possent. Dio Caff. *lib.* 4. *init.* Ulpian. *Reg. tit.* 22. §. 6. Cognomen hic Jupiter habuit a rupe Tarpeia, cui Capitolium impositum. De eo plura Pet. Faber. *lib.* 3. *semestr. c.* 4. Hein.

JURAMENTUM. Id vocabulum ocurrit in *l.* 25. §. 3. D. *de probat.* Sed eum locum a Triboniano esse interpolatum, credit Cujacius. At eodem vocabulo & alibi usus est Ulpianus *l.* 34. §. 5. *D. de jurejur.* quin & Seneca *lib.* 2. *de Clement. c.* 1. ubi philosophus: O vocem in concionem omnium mortalium mittendam, in cujus verba principes regesque *juramentum* faciant. Quamquam & hoc loco damnarint eam vocem Lipsius, Muretus, Gruterus, & And. Schottus, qui pro *juramentum faciant*, rescripserunt *jurent.* Alias Justiniano usitatissimum est hoc vocabulum. Vid. *l.* 1. *pr. l.* 2. *pr.* §. 2. *in fin.* §. 3. §. 8. *C. de jurejur. propt. calumn. l.* 4. §. 1. *seq. C. de recept. arb. l.* 14. §. 1. *C. de judic. l.* 11. *in fin. l.* 12. *pr.* §. 1. 3. 4. 5. *C. de jurejur.* Hæc Tabor: At certum est, id vocabulum ante quartum sæculum a nullo bono auctore esse usurpatum: & nec Senecæ, nec Ulpiani, testimonia esse indubiæ lectionis. Vid. Christ. Cellar. *in Cur. poster. sub hac voce.* Hein.

Juramenti vocabulo adpellatur purgatio canonica. Ejus autem effectus est, ut qui impositum delictum a se amoliri vult, id præstito sacramento diluat: cui quidem in rebus haud magni momenti, vel accusator desit, aut nullas habeat probationes, aut habeat illegitimas, quæ non admittuntur. Quod si res majoris esset momenti, non solus, sed ut vulgo dicitur, *sola manu sua* jurabat reus: sed alii deligebantur, qui id ipsum, quod ille perinde jurarent, vel saltem sacramento affirmarent quæ ille juraverat, vera esse. Horum augebatur numerus pro rei vel caussæ, de qua agebatur, momento. In sacramento varii observati ritus: ac primo ea peragebantur a jejunis, *Capitula Car. M. incertis anni* 39. in ecclesia, *Capitul. Car. M. lib.* 6. *c.* 209. super crucem, super altare, super sancta evangelia; *ibid. l.* 5. *c.* 34. super canonem ecclesiæ, super sanctas reliquias & tumulos &c. Plures jurandi modos & formulas dabit Du Fresne in *Glossar.*

JURARE de calumnia: *l.* 16. *D. de jurej.* id est; jurare, se non calumniæ caussa quid postulare vel desiderare, ut *l.* 15. *D. ad exhib. Jurare* per caput suum vel filiorum suorum: *l.* 3. §. *ult. l.* 4. *D. de jurejur.* conceptis verbis: Gell. *lib.* 7. *c.* 11. per Deum: *l.* 3. §. *ult. l.* 33. D. *de jurejur.* propositis sacrosanctis evangeliis: *l.* 2. *pr. C. de jurejur. propt. calumn. Auth. sed judex C. de episc. & cler. & aliis locis.* per genium principis: *l.* 13. §. *ult. D. de jurejur.* per salutem suam

ſuam: *l.* 5. *l.* 33. *D. eod. tit.* Vid infra art. Jusjurandum.

Jurare in litem: *rubr. D. de in lit. jur.* eſt religionem jurisjurandi declarare, quanti æſtimetur tota res controverſa ab actore. Cum enim judex in hoc juramento adfectum actoris, & fidem ſequatur in litis æſtimatione, propter contumaciam non obtemperantis, merito dicitur jusjurandum *in litem*, quaſi in univerſam æſtimationem litis, nulla certa conſideratione in unam aut alteram rem facta. Quemadmodum fere *in factum* agere dicimus, qui in totam facti ſeriem experitur, nulla ſpecialiter introducta ex facto perſequendi formula. Quare alias in litem, alias adfectionis, juramentum dicitur: *l.* 5. §. 1. *D. ne quis eum quis in jus voc. l.* 1. *& ſeq.* D. *de in lit. jur. l.* 4. *D. eod. tit.* Vide infra *jusjurandum in litem.*

JURATUS pro adjuratus. *Juratus* ſcripſit: *l.* 14. *D. de dot. prælег.*

JURATO promittere: *l. ult.* D. *qui ſatiſd. cog.*

JURGARE. Eutych. *lib.* 2. *de diſcernend. conjug. p.* 2177. ab eo, quod eſt *jure urgeo*, deductum, ait, verbum erat XII. Tabularum, ex quibus Cicero *lib.* 4. *de republ.* hæc retulit: *Si jurgant*: ſubditque, *benevolorum concertatio, non lis inimicorum jurgium dicitur.* Et mox: *jurgare igitur lex putat inter vicinos, non litigare jurgantibus*, id eſt, litigantibus: *l.* 6. C. *de poſtul.* & ita jurgare accipe in *l.* 24. *l.* 30. *C. Theod. de adpell. l. un. C. Theod. de domin. rei quæ poſc. l.* 6. *C. Theod. de juriſd. l. un. C. Theod. de dilat. & conſens.* Ita:

JURGIUM litem & controverſiam ſignificat in *l.* 35. §. 1. *C. de donat.* Apud veteres *jurgia* plerumque a litibus ſeparantur. Cic. *lib.* 1. *de divinat. c.* 45. Litibus & jurgiis ſe abſtinere. Idem *lib.* 2. *de legib. c.* 8. Jurgia feriis amovento. Ovid. *lib.* 1. *faſtor. v.* 75. Lite vacent aures, inſanaque protinus abſint *jurgia.*

Jurgium, vox veluti propria iis, qui de finibus regundis litigant. Hinc jurgium finale: *l.* 4. *l.* 5. *C. Theod. fin. regund. l.* 5. *C. Juſtin. eod. tit.*

Jurgium quoque iram & animorum contentionem inter conjuges ſignificat: *l.* 27. *D. de pact. dot.* Et ita jurgium a divortio ſeparatur in *l.* 31. *D. de jur. dot.* Juvenal. *ſatyr.* 3. Semper habet lites, alternaque jurgia, lectus, in quo nupta jacet. Sed & in lapide apud Grut. *p.* 963. 2. Irenæus quidam laudat Aureliam Cattam, conjugem, *quæ vixit an.* 24. *ſine jurgio.*

JURIDICUS, qui jus aliquo loco dicit: ac reddit: *l.* 41. §. 5. *D. de fideic. libert.* & apud Jul. Firmic. Matern. *lib.* 3. *Mathem. c.* 12. & Apulei. *de Aſin. aur. lib.* 1. *p.* 104. Jul. Capitolin. *in M. Antonin. c.* 11. Datis *juridicis* Italiæ conſulit, ad id exemplum, quo Hadrianus conſulares viros jura reddere præceperat. Atque hoc ſpeciali *Juridici* nomine inſignitus fuit is, qui Alexandrinæ juriſdictioni pæerat: *rubr. tit. D. & C. de offic. juriſd. Alex. civit.* δικαιοδότην vocat Strabo. *lib.* 17. *p.* 1147.

Juridicorum vocabulum maxime notum fuit ſæculo Chriſtiano ſecundo, & ſequentibus, quibus celebrantur Juridici per Flaminiam & Piſcenum, apud Gruter. *p.* 1093. 3. item per Apuliam & Picenum, *ibid. p.* 465. 5. 6. Aſturiæ, & Gallæciæ, *p.* 463. 4. Juridicus Alexandrinæ civitatis, qui velut κατ' ἐξοχὴν id nomen tulit, non uni illi civitati jus dixit, ceu credidiſſe videtur Briſſonius,

nius, sed cum Præfecto Aug. universam Aegyptum rexit, cujus actiones videtur simul speculatus, ne res novas moliretur. Cujac. *lib.* 20. *Obs. c.* 31. Reines. *ad Inscript. p.* 271. Hinc vocatur *Juridicus per Aegyptum*, apud Gruter. *p.* 372. 4. quin ex constitutione Græca, quam laudatus Cujacius eo loco protulit, patet, solum Juridicum Alexandriæ, & Thebaidos præsidem relegare potuisse in Oasin. Relegare autem in locum, qui ipsi non subesset, nemo poterat: *l.* 7. §. 6. *D. de interd. & releg.* adeoque non solum Alexandriam, sed totam Aegyptum Lybiamque, sub ejus non minus, quam Præfecti Augustalis, dispositione fuisse oportet. *Hein.*

JURISCONSULTUS. Ita adpellatus, qui jura publice interpretatus est, vel cui a Cæsare jus respondendi datum, &, cui permissum jura condere: §. 8. *Inst. de jur. nat. gent. & civ. l.* 2. §. 47. D. *de orig. jur.* Cic. *de orat. lib.* 1. *c.* 48. Sin autem quæretur, Jurisconsultus quisnam vere nominaretur, eum dicerem, qui legum, & consuetudinis ejus, qua privati in civitate uterentur, & ad respondendum, & ad agendum, & ad cavendum peritus esset. Theophilus *in* §. 8. *Inst. de jur. nat.* Ἐπετετράπτο δὲ τούτοις δημοσίᾳ νομοθετεῖν, ἤτοι τοὺς νόμους ἑρμηνεύειν, οἵτινες Jurisconsulti προσηγορεύοντο, τουτέστιν, οἱ περὶ τοῦ νόμου ἐπερωτώμενοι, consulere γάρ ἐστι τὸ ἐρωτᾶν. Concessum autem erat eis, ut publice jura constituerent, vel interpretarentur, qui & jurisconsulti adpellati sunt, quod de jure consulerentur, nam consulere interrogare est. *Juris* item *auctores*, & *studiosi*, & *juris prudentes*, vocantur. Horum partes erant cavere, consilium dare, in consilium adhiberi a magistratibus, iisque adsidere, libellos agere, rescribere, de jure respondere, vadimonia concipere, de quibus singulis suo loco. Testamentis etiam condendis scribendisque adhibitos esse, constat ex Cicerone *lib.* 2. *de orat. c.* 6. Suetonio in *Neron. c.* 32. aliisque: ad eumque morem respiciens Lucius Titius, *l.* 88. §. *ult. D. de legat.* 2. Lucius Titius, inquit, hoc meum testamentum scripsi sine ullo jurisperito, rationes animi mei potius sequutus, quam nimiam & miseram diligentiam, etsi minus aliquid legitime minusve perite fecero: pro jure legitimo haberi debet hominis sani voluntas.

Admonendi autem sumus, diversas Jurisconsultorum scholas exstitisse. Quæ res originem ab Antistio Labeone, & Ateio Capitone, duxit, qui duo, ut ait Pomponius in *l.* 2. §. 47. D. *de orig. jur.* primum diversas sectas fecerunt. Nam Ateius Capito in his, quæ ei tradita fuerant, perseverabat: Labeo ingenii qualitate, & fiducia doctrinæ, qui & ceteris operis sapientiæ operam dederat, plurima innovare instituit. Proculus plane, & Sabinus, & Cassius, eas dissensiones valde auxerunt. Et inde adpellati sunt partim *Proculeiani*, partim *Sabiniani*, partim *Cassiani*, ut idem Pomponius *d. l.* 2. § *ult.* D. *de orig. jur.* scribit. Quarum invicem pugnantium scholarum fit mentio *l.* 11. D. *de adquir. dom.* §. 2. *Inst. de emt. vend.* §. 8. *Inst. de mandat.* §. 25. *Inst. de rer. divis.* & apud Ulpian. *Regul. tit.* 11. §. 28. Earum diffidentes aliquas sententias reperies, cum in locis jam indicatis, tum in *l.* 1. D. *de contrah. emt. l.* 7. §. 7. *D. de adquir. rer. dom. l.* 27. *l.* 28. *l.* 138. *D. de verb. oblig. l.* 26. §. 2. D. *de legat.* 1. *l.* 1. §. 14. D. *ad leg. Falcid. l.* 14. *D. de jur. codicill.* Observanda etiam sunt dissensiones Ju-

Jurisconsultorum in *l.* 5. §. 1. *l.* 30. D. *de legat.* 1. *l.* 29. *pr.* & §. 1. *l.* 100. §. 1. D. *de legat.* 3. *l.* 15. *l.* 26. *D. de instruct. vel instr. leg. l.* 6. §. 4. *D. de pecul. legat. l.* 36. *D. de aur. arg. mund. leg. l.* 12. D. *quand. dies leg. ced.* Quin & Proculus & Pegasius dissentiunt, ut in *l.* 11. *D. de jurisd.* Contra interdum Nerva & Cassius consentiunt, & a Proculo & Sabino dissentiunt, ut in *l.* 1. *D. de act. rer. amot.* Successio utique Labeonis scholæ fuit hujusmodi: M. Antistius Labeo. 2. M. Cocceius Nerva pater. 3. M. Cocceius Nerva filius. 4. Sempronius Proculus. 5. Pegasus. 6. Juventius Celsus pater. 7. Juventius Celsus filius. 8. Neratius Priscus.

In alias vero partes discesserunt, diversamque sententiam amplexi sunt: 1. Ateius Capito. 2. Massurius Sabinus. 3. C. Cassius Longinus. 4. Coelius Sabinus. 5. Priscus Javolenus. 6. Aburnus Valens. 7. Tuscianus. 8. Salvius Julianus.

Cæterum non alienum hoc loco fuerit, juris auctores omnes, qui tam præclaram boni & æqui artem, divinarum atque humanarum rerum notitiam, justi atque injusti scientiam, scriptis responsisque suis excultam, ad summum fastigium evexerunt, nomina edere, & sub uno veluti adspectu ponere. Jurisconsulti certe, qui in Pandectis memorantur, fere sunt ii, quos seriem litterarum, non ordinem rationemve temporum, sequutus subjecit Brisson.

Aburnus Valens.
Aelius Gallus.
Aelius Marcianus.
Aelius Tubero.
Aemilius Macer.
Aemilius Papinianus.
Alfenus Varus.
Anteus.
Antistius Labeo.
Appius Claudius, unus ex decemviris.
Appius Claudius Centimanus.
Arrianus.
Arrius Menander.
Ateius Capito.
Atilicinus.
Aufidius Namusa.
Aufidius Tucca.
Aulus Cascellius.
Aulus Ofilius.
Aurelius Arcadius Charisius.
Balbus Lucillius.
Blaesus.
Brutus.
Coelius Antipater.
Coelius Sabinus.
C. Aquilius Gallus.
C. Ateius Pacuvius.
C. Cassius Longinus.
Caius Juventius.
C. Scipio Nasica.
C. Trebatius Testa.
Callistratus.
Campanus.
Cartilius.
Cinna.
Claudius Tryphoninus.
Claudius Venuleius Saturninus.
Cornelius Maximus.
Domitius Ulpianus.
Drusus.
Flavius Mela.
Flavius Priscus.
Florentinus.
Fusidius.
Fusius Anthianus.
Gaius.
Gallus Aquila.
Granius Flaccus.
Herennius Modestinus.
Hermogenianus.
Julius Paullus.
Junius Gracchanus.
Junius Mauricianus.
Juventius Celsus, pater.
Labeo.
Laelius.
Licinius Rufinus.
L. Crassus Mucianus.

M. Manilius.
M. Porcius Cato.
Maffurius Sabinus.
Meffius.
Minicius.
Nerva, pater.
Nerva, filius.
Octavenus.
Paconius.
Papirius Fronto.
Papirius Juftus.
Paullus Virginius.
Pegafus.
Plautius.
Pomponius Prifcus.
Prifcus Fulcinius.
Prifcus Javolenus.
Prifcus Neratius.
Publicius Gellius.
Publius Ælius.
Publius Atilius, Sapiens.
P. Juventius Celfus, filius.
Publius Mucius.
P. Rutilius Rufus.
Puteolanus.
Q. Cervidius Scœvola. P.F. Pontif. max.
Q. Mucius, Volufi auditor.
Q. Saturninus.
Q. Tubero.
Rutilius Maximus.
Salvius Arifto.
Salvius Julianus.
Sempronius Proculus.
Sempronius Sophus.
Servilius.
Servius Sulpicius.
Sex. Ælius.
Sex. Cæcilius. Africanus.
Sex. Papirius.
Sex. Pædius.
Sex. Pompeius.
Sex. Pomponius.
Tarunteius Paternus.
Terentius Clemens.
Tertullianus.
Tiberius Coruncanius.
Titus Cæfius.
Tufcianus.
Valerius Severus.
Varius Lucullus.
Venuleius Saturninus.
Vindius.
Vitellius.
Vivianus.
Ulpius Neratius Marcellus.
Volufius Maecianus.
Urfeius Ferox.

JURISDICTIO late accepta, quemadmodum & hodie vulgo accipitur, eft jus adplicandi Leges factis hominum in civitate, fummi Imperantis auctoritate. Atque ita imperium etiam, de quo fupra fuo loco dictum eft, fignificat & ad cauffas criminales pertinet, ceu patet ex *l. 2. C. de privil. fchol.* his verbis: In criminalibus controverfiis & publicis tributis, congruam jurifdictionem obfervare. Vid. fupra art. *imperium.*

At *Jurifdictio* in fpecie Romanis fuit jus cognofcendi abfque exfequutione, feu cognitio nec armata. Hanc autem habent & explicant, qui juri dicundo præfunt, five ipfi extraordinem cognofcant, five dent judices, eofque judicare jubeant, & idcirco a *notione* feparatur in *l. 5. D. de re judic. l. 99. D. de verb. fignif.* quæ fuit jus a magiftratu delegatum in certa aliqua cauffa cognofcendi. Qualis erat judicis à Prætore dati, qui cognofcebat faltim, non vero fuo nomine pronunciabat; id quod liquet ex formula fub qua dabatur: *Si paret .... condemna.* Vid. *l. 99. D. de verb. fignif.* Ulpianus *l. 3. §. ult. D. de jurifd.* Jurifdictio, ait, eft etiam judicis dandi licentia. τὸ γὰρ διδόναι δικαστὴν δικαιοδοσίας ἐστιν. *Judicem enim dare, jurifdictionis eft*, inquit Harmenopulus *lib. 1. tit. 4. §. 1.* Judicem utique dare poffunt, quibus hoc lege, vel conftitutione, vel SC. conceditur: item hi, quibus id more conceffum eft propter vim

vim imperii ficut præfectus urbi, ceterique Romani magiftratus: *l.* 12. §. 1. *D. de judic.* Jurifdictio ergo eft magiftratuum, non etiam judicum datorum: *l.* 5. *l.* 57. D. *de re judic. l.* 5. *D. de verb. obl. tot. tit. Inft. de divif. ftip.* eaque complectitur poteftatem in poffeffionem mittendi, in integrum reftituendi, judicem dandi.

Jurifdictio affidua in §. 1. *Inft. de fideicomm. hered.* id eft, perpetua extraordinariæ oppofita. Ita: in *jurifdictionem affiduam converfum*, de fideicommiffis accipiendum, quod in locum extraordinariæ jurifdictionis perpetua de his prætorum fideicommiffariorum jurifdictio furrogata eft. Ita Heineccius recedens ab interpretatione Scipionis Gentilis *lib.* 1. *de jurifd. c.* 1. *p.* 5. hunc locum comparantis cum *l.* 3. §. 1. *D. de recept. arb.* in qua quid extra neceffitatem jurifdictionis effe dicitur, ut fenfus fit, fideicommiffa initio libera fuiffe, poftea homines a magiftratibus ea folvere coactos.

Jurifdictio delegata eft, quæ in certa aliqua cauffa eft ab eo, qui propriam habet alteri exercenda datur. Vocabuli *delegare* latinitas immerito in dubium vocatur: idem vero eft ac mandare: ita enim laborem alteri delegare Cælius *lib.* 8. *ep.* 1. *ad Cic.* fcripfit & *l.* 32. §. 16. *D. de recept. arb.* idem confirmat. Et ita quidem delegata jurifdictio idem eft, quæ mandata de qua mox. Servavit tamen ufus, qui juri canonico debetur, (vid. *tit.* 10. *de offic. Jud. deleg.*) neque omnino refragatur *Tit. Cod. de jud.* ut delegatus dicatur, cui non omnis jurifdictio, fed tantum in aliqua cauffa mandata eft. Et ab hac diverfa eft.

Jurifdictio mandata quam is, qui imperantis nomine exercet alteri concedit totam. Hæc igitur opponitur propriæ; mandatarius eam enim non fuo jure, fed beneficio ejus, cui conceffa erat exercet, adeoque mandantis perfonam repræfentat: *l.* 1. §. 1. *D. de off. ejus cui mand. jurifd.* Scilicet fieri poterat, ut Prætor, Proconful, aliufve magiftratus aliunde evocaretur, quo cafu neceffe erat, ut alium in locum fuum fubftitueret, qui eo abfente jus diceret. Tale factum a M. Æmilio Prætore legimus apud Livium *lib.* 34. *c.* 44. Wurffel. *jurifpr. defin.* §. 89. Mandare autem jurifdictionem is demum poteft, qui eam fuo jure, non alieno beneficio habet: *l.* 5. D. *de jurifd.* Et illa mandata, ea demum, quæ jure magiftratus competant, non item, quæ fpeciali lege, vel Senatufconfulto, vel conftitutionibus principum tribuuntur, transferuntur: *l.* 1. D. *de offic. ejus, cui mand. jurifd.*

Jurifdictio vero propria eft quam quis fuo jure, non alieno beneficio habet ut ait *d. l.* 5. *D. de jurifd.* id eft, quam quis ipfe magiftratus exercet, feu quam a magiftratu non accepit qui habet. Vid. art. *judices* ordinarii.

Jurifdictio voluntaria dicitur, jus confirmandi, id eft, legi convenire teftandi, ea quæ unus vel plures inter fe fieri volunt. Quæ *confirmatio* vel cum, vel fine cognitione fit, illo cafu *mixta*, hoc *mera. Mixta* v. g. competebat, fi quis hominem fui juris adrogare vellet. Ibi antequam populus initio, poft magiftratus arrogationem confirmaret, inquirebatur in facultates adrogatoris & adrogandi, aliaque plura. Ita & tranfactio fuper alimentis in teftamento relictis, *l.* 8. *pr. D. de tranfact.* alienatio bonorum minorum, *l.* 1. *D. de reb. eor. qui fub tut. &c.* non nifi prævia inquifitione confirmantur. *Mera* confirmatio in ufu eft, cum confirmantur tefta-

 men-

menta, contractus, transactiones, unde & talis confirmatio semper fit salvo jure tertii. Hæc autem *jurisdictio voluntariæ* nomine venit, quia omnium voluntas hic concurrit, petentium scilicet, & confirmantis.

Jurisdictio contentiosa est jus cognoscendi de factis dissentientium inter se, iisdemque leges adplicandi.

Jurisdictio prorogata dicitur, si cui jurisdictione gaudenti, sed non in personas litigantium, ab his defertur facultas cognoscendi de factis suis, legesque iisdem adplicandi. Inconcinne satis hoc vocabulum, in juris Romani voluminibus nullibi obvium, huic notioni accommodare Ictos, elegans observatio est Perizonii *Animadv. hist. c. 6. p. 229. sq.* Prorogare enim nativo suo significatu notat populi rogatu proferre vel producere aliquid. Vide infra in verbo *prorogare*: adhibeturque solum de tempore: *l.* 2. §. 2. 3. D. *de judic. l.* 24. *pr. D. loc. l.* 39. *pr. D. de legat.* 1. ideoque prolatam vel propagatam jurisdictionem eam dicere maluit Perizonius *l. c.* cui subscribit. Noodt. *de Jurisd. c.* 12. Est conventionalis. Differt judex prorogatus ab arbitro, qui pariter conventione constituitur, in eo, quod ille jurisdictione, & quidem ea specie sub quam lis cadit, gaudeat, *l.* 3. *C. de jurisd. l.* 61. §. 1. *D. de judic.* arbiter vero privatus esse possit. Hinc caussa matrimonialis in judicem secularem prorogari nequit, bene vero ejus arbitrio poterit committi. Vid. Wurffel. *jurispr. defin.* §. 100. *& seq.*

Jurisdictio aliquando denotat legem judiciariam, vel edictum perpetuum, ut in *l.* 2. *C. de restit. mil. l.* 31. *D. de Leg. Cornel. de fals. l.* 2. *C. de condit. servil.* & aliis pluribus locis. Edictum præterea vocatur forma jurisdictionis: *l.* 5. §. 1. *D. ut legat. seu fideicom. l.* 13. C. *de testam. l.* 9. *C. de legat.* jurisdictionis tenor: *l.* 5. *C. de his quæ vi metusv. causs.* modo perpetua jurisdictio: *l.* 2. *C. de restit. mil.* Et eo pertinent loquutiones: moderari jurisdictionem, itemque eam temperare: *l.* 11. *D. de in jus voc. l.* 2. *C. quæ res pign.*

JURISPERITUS. Vid. *Jurisconsultus.*

JUS vocabulum valde πολύσημον, pluribus modis dicitur: uno modo jus dicitur complexus legum. Atque aliud est Divinum, aliud humanum. Illud rursus est vel naturale, vel positivum. Hoc est quod ratio humana non assequitur, quodque nisi Deus per se vel per ministros revelaverit, constitutum non intelligitur.

Naturale vero *jus* est, quod assequitur humana ratio ex eo, quod cernit, quid naturæ hominum conveniens quidve ab ipsa recedens sit. Hoc vero est vel primarium, vel secundarium. *Primarium* est quod homini qua tali simpliciter considerato adplicatur. *Secundarium*, quod hominis factum accedens præsupponit, sub quo hoc illudve justum est.

Jus Gentium autem dicimus ipsum *jus naturale* negotiis gentium ut personarum moralium consideratarum adplicandum. Ita quidem nos. Jurisconsulti vero Romani, iique stoæ addicti definiebant. *Jus naturale* id, quod natura omnia animalia docuit: *l.* 1. §. 3. *&* 4. *D. de just. & jur.* quod quidem minus late patet ac id, quod modo definivimus, si quidem eo Ulpianus tantum significat, quod naturæ hominis & brutorum communi respondet; sub nomine *juris gentium* comprehendens id, quod e natura hominibus propria derivatur: *l.* 1. §. 4. D. *eod. tit.* Hocque in *primarium* & *secundarium*

tium non verbis ipsis, sed ex sententia dividebant: unum dicentes *quod naturalis ratio* (non natura communis omnium animalium, sed propria hominibus) *inter omnes homines constituit, & apud omnes peræque custoditur*: §. 1. *Inst. de jur. nat. gent. & civ.* alterum *quod usu exigente & humanis necessitatibus est introductum*: §. 2. *Inst. eod. tit.* vel, uti Modestinus *l. pen.* D. *de Legib. quod necessitas constituit.* Quæ definitiones non abludunt ab iis, quas juris naturalis utriusque *primarii* & *secundarii* modo adduximus.

Jus humanum, alias *civile* est, quod quilibet Imperans in civitate constituit. Vel, ut Caius *in l. 9.* D. *de just. & jur. quod quisque populus* (in regimine democratico) sibi constituit, *& cujusque civitatis* (ab eo quolibet constitutum qui leges ferendi jus habet) *proprium est.* Κατ' ἐξοχὴν civile vocatur jus Romanum, vel Quiritium; quemadmodum & Roma κατ' ἐξοχὴν urbs dici solet: §. 2. *Inst. de jur. nat. gent. & civ.*

Jus Civile angustiori significatu dictum vide supra in art. *Civile*

Porro *jus Civile*, modo jus publicum denotat, uti *l. ult. pr. C. Theod. de collat. donat.* de quo mox dicemus: modo jus privatum proprium illud civium Romanorum de quo modo dictum.

Jus canonicum, compilatio legum Ecclesiasticarum ab ecclesia in normam recepta. Hujus partes sunt tres. 1. Vetus Codex canonum. 2. Quinque libri decretalium editi a Gregorio IX. sed a Bonifacio VIII. Clemente V. & aliis Pontificibus aucti. 3. Constitutiones Conciliorum generalium & summorum Pontificum, post libros Decretalium pro tota ecclesia per modum legis præscripti.

Jus commune interdum juri proprio cujusque civitatis opponitur, ipsumque illud est quod alias jus gentium dicunt, nos jus naturale adpellamus. Sic κοινὸν νόμιμον apud Euripid. *in Orat. v. 496.* Aliquando vero jus commune juri singulari, veluti militari opponitur. Vid. supra art. commune.

Jus partitum cujus libros scripsit Ofilius; *l. 55 § 7.* D. *de legat. 3.*

Jus prætorium, quod prætores introduxerunt, adjuvandi, supplendi, corrigendive juris civilis gratia, propter utilitatem publicam, quod & honorarium dicitur, ad honorem prætorum sic nominatum: *l. 7.* D. *de just. & jur.* Vid. art. *prætorium* jus, & *honorarium.*

Jus publicum, pro lege publice constituta, quo differt a lege privata, id est, pactione conditione quæ in contractibus apponitur; idemque *jus vulgatum* adpellatur in *l. 32.* §. 24. D. *de donat. int. vir. & ux.* Et ita accipe *jus publicum* in his quæ sequuntur. Patronus impuberi liberto quosdam ex libertis tutores aut curatores testamento dedit: Quamvis eos idoneos esse constet, nihilominus *jure publico* poterunt excusari, ne decreto confirmentur: *l. 30. in fin. de excusat. tut.* An *jure publico* uti possit, & nihilo minus trium filiorum nomine vacationem postulare: *l. 36. in fin.* D. *eod. tit.* Patronus quoque tutor liberti sui fidem exhibere debet, & si qua in fraudem debitorum, quamvis pupilli liberti gesta sunt, revocari *jus publicum* permittit: *l. 8.* D. *de tutel.* id est, Paulliana actione. Vid. *tit. quæ in fraud. credit.* Ex sententia Senatusconsulti Liboniani tutor non erit, qui in testamento pupillo tutorem scripsit. Cum autem patris voluntas hoc ipsum manu sua declarantis ambigua non esset, eum quamvis alii tutores essent, curatorem dandum respondi: nec admittendam excu-

ſationem, quam *jure publico* habebat: quoniam promiſiſſe videbatur: nec ut ſuſpectum removeri: *l.* 29. *D. de teſtam. tut.* Venditionem irritam eſſe conſtabit, *jure publico* cauſſam pignorum integram obtinebis: *l.* 7. §. 6. D. *de donat. int. vir. & ux. Jure publico* habere excuſationem: *l.* 29. *D. de teſtam. tut.* Ideo autem vocatur jus publicum, quod publica auctoritate, non voluntate privatorum ſit introductum: vel etiam quod publica quadam utilitate ſit conſtitutum. Hinc uſucapio *publico* jure contingere & bono publico introducta dicitur, *l.* 18. §. 1. *D. de damn. infect. l.* 1. D. *de uſucapion.*

Quod vero publica lege invectum eſt *jus*, id vel naturæ ejus eſt, ut poſtulaverit quidem publica utilitas ita ſaltim conſtitui, ut ei juri voluntate privatorum in negotiis obviis alia veluti quadam lege derogari poſſit, modo id fiat ab eo cujus intereſt, cujuſque in favorem conſtitutum eſt jus, ut in exemplis legum modo allatarum videri poteſt. Vel ejus naturæ *jus* eſt, ut ne actus ei contrarii valere ex privatorum voluntate queant, publica poſtulat utilitas, & hoc ſenſu ſpecialiori *publicum jus* intelligitur, cui privatorum conventio non derogat: *l.* 45. §. *ult.* D. *de regul. jur.* Add. *l.* 28. D. *de pact.* Et ita *publici* juris dicitur eſſe teſtamenti factio. Hocque intellectu accipe jus publicum in hiſce: Julianus libro 21. Digeſtorum hujuſmodi ſpeciem proponit. Quidam decedens filiis ſuis dederat tutores, & adjecerat: *Eoſque analogiſtos eſſe volo*: Et ait Julianus, tutores, niſi bonam fidem in adminiſtratione præſtiterint, damnari debent, quamvis teſtamento comprehenſum ſit, ut analogiſti eſſent. Nec eo nomine ex cauſſa fideicommiſſi quidquam conſequi debebunt, ut ait Julianus, & eſt vera iſta ſententia: non enim *jus publicum* remittere poteſt hujuſmodi cautionibus, nec mutare formam antiquitus conſtitutam: *l.* 5. §. 7. D. *de adminiſtr. & peric. tut.* Cerdonem ſervum manumitti volo, ita ut operas heredi promittat: non cogitur manumiſſus promittere, ſed etſi promiſerit, in eum actio non dabitur: nam *juri publico* derogare non potuit qui fideicommiſſariam libertatem dedit: *l.* 42. *D. de oper. libert.* Quicumque civis Romanus poſt hanc legem rogatam teſtamentum faciet, is quantumcumque civi Romano pecuniam jure publico dare legare volet, jus poteſtaſque eſto, dum ita detur legatum, ne minus quam quartam partem hereditatis, ex teſtamento heredes capiant: *l.* 1. *pr. D. ad Leg. Falcid.* Frater cum heredem ſororem ſcriberet, aliam ab ea cui donatum volebat, ſtipulari curavit, ne Falcidia uteretur, & ut certam pecuniam, ſi contra feciſſet, præſtaret. Privatorum cautione legibus non eſſe refragandum conſtitit: *l.* 5. §. 1. D. *eod. tit.* Nemo poteſt teſtamento ſuo cavere ne leges in ſuo teſtamento locum non habeant: *l.* 55. *D. de legat.* 1. Ob maritorum culpam uxores inquietari leges vetant. Proinde Rationalis noſter, ſi res quæ a fiſco occupatæ ſunt, dominii tui eſſe probent, *jus publicum* ſequatur: *l.* 2. *C. ne uxor. pro marit.* Si inter magiſtratus hoc convenerit, ut alterius tantum periculo tutores darentur, conventiones pupillo non præjudicare D. Hadrianus reſcripſit: Conventione enim Duumvirorum *jus publicum* mutari non poſſe: *l.* 1. §. 9. *D. de magiſtrat. conven.* Qui remiſſionem abſentis nomine deſiderat, ſive ad privatum, ſive ad *publicum jus* res pertineat, ſatis dare cogi-

gitur: *l.* 5. §. 19. *D. de nov. oper. nunciat.* Neratius quærit, si is qui dotem dederat pro muliere stipulatus est duas partes dotis reddi, tertiam apud maritum remanere, pactus sit, ne quid maritus in funus conferret, an funeraria maritus teneatur? Et ait, si quidem ipse stipulator mulierem funeravit, posse eum maritum convenire: quia pacto hoc *publicum jus* infringi non possit: *l.* 20. *pr. D. de religios. & sumt. fun.* Ad utramque porro *juris publici* notionem illam pertinent verba: Non dubitandum est, judicem, si quid a litigatoribus, vel ab his, qui negotiis adsistunt, minus fuerit dictum, id supplere & proferre, quod sciat legibus & juri publico convenire: *l. un. C. ut quæ desunt advocat.*

Rursus, quod posteriori sensu accepimus *jus publicum*, id, ubi ad negotia privata immediate spectat, ut ex allatis exemplis cernere licet, hoc respectu *privatum jus* dici posse videtur, *publicum* eo respectu tantum quo utilitas publica in eo maxime eminet, sed utique diversum ab alio jure publico, quod ad negotia publica publicumque interesse immediate spectat. Quo referenda sunt verba hæc: *Publicum jus* est, quod ad statum rei Romanæ spectat, quod in sacris, in sacerdotibus, in magistratibus consistit: privatum, quod ad singulorum utilitatem spectat: *l.* 1. §. 2. *D. de justit. & jur.* Si quis filius familias sit, & magistratum gerat: patrem suum in cujus est potestate, cogere poterit suspectam dicentem hereditatem adire, & restituere: *l.* 13. *fin. D. ad SC. Trebell.* Nam, quod ad *jus publicum* attinet, non sequitur jus potestatis: *l.* 14. *pr. D. eod. tit.*

Jus publicum aliquando commune jus significat, & ad differentiam ejus, quo quædam personæ utuntur, quodque non cuivis e populo competit: ut quum aiunt: *jure publico* adulterii accusari, non jure viri: *l.* 40. *D. ad leg. jul. de adulter.*

Jus scriptum: *l.* 16. *D. de cond. & demonstr.* & jura scripta in *l.* 35. *D. de legib.* Ab his diversum *jus sine scripto venire* dicitur in *l.* 2. §. 5. *D. de orig. jur. l.* 6. §. 1. *D. de justit. & jur.* §. 3. & 9. *Inst. de jur. nat. gent. & civ.* Jus autem *scriptum* non est jurisconsultis in scripturam redactum, sed promulgatum. Sequuntur ea in re Græcos quibus γράφειν νόμους non est *leges scribere* sed *promulgare.* Hinc Libanius *Tom.* 1. *p.* 47. Lycurgum ait, γράψαι νόμους, *scripsisse leges*: quum tamen leges ab eo latæ in scripturam redactæ non fuerint. Plutarch. *in Licurgi p.* 47. Et Plato, qui apud Laertium itidem jus dividit in γεγραμμένον καὶ ἄγραφον, hoc definit, quod sit νόμος κατ' ἔθη γενόμενος, *jus per consuetudinem constitutum.* Itaque diversa Atheniensium & Lacedæmoniorum instituta potuerunt quidem occasionem dedisse huic juris partitioni, uti ait Justinianus in §. 10. *Inst. de jur. nat. gent. & civ.* quia Athenienses omnino jure scripto, Lacedæmonii non scripto usi sunt: sed tunc alio sensu, puta grammatico, distinctio ista accipitur. Occasionem ergo istæ civitates dedere partitioni juris in ἄγραφον & ἔγγραφον, sed non illi acceptioni harum vocum, qua jurisconsulti utuntur. Porro *jus sine scripto*, in sola prudentum interpretatione consistere dicitur in *l.* 2. §. 12. *D. de orig. jur.* Ne putes tamen hac phrasi absolvi juris nec scripti notionem. Alias repertæ a jurisconsultis definitiones disputatione fori, ubi usu receptæ erant, vim juris habebant & tum vocari solebant receptæ sen-

ſententiæ, receptum jus, receptus mos, poſt multas variationes receptum: *l.* 215. *D. de verb. obl. l.* 3. *C. in quib. cauſ. l.* 41. D. *de reb. cred.* Vid. Noodt *ad Leg. Aquil. XV. p.* 106. *de Pact. & tranſact.* 19. *p.* 718.

Jus ſingulare eſt, quod contra tenorem rationis (juris communis) propter aliquam utilitatem auctoritate conſtituentium introductum eſt: *l.* 16. D. *de legib. l.* 23. §. 1. *l.* 44. §. 1. D. *de adquir. poſſeſſ. l.* 2. §. 16. *D. pro emtore*: *l.* 44. §. 3. *D. de uſucap. l.* 15. *D. de reb. cred.* & reſpiciens genus quoddam perſonarum; qua parte dici poſſunt *beneficia legis ſpecialia*: hæc a privilegio differunt quo quid alicui certæ perſonæ vel rei tribuitur ita, ut ad exemplum non trahatur. §. 6. *Inſt. de jur. nat. gent. & civ.* Vid. art. *beneficium.*

Ipſo *jure*, id eſt, mero jure, ſola juris civilis auctoritate, citra prætoris auxilium, interventum, tuitionemve. Ipſo ergo jure, vel jure in libris noſtris fieri dicitur, quod ipſo jure civili, & ipſa legis poteſtate & auctoritate, abſque magiſtratus auxilio, & ſine exceptionis ope fit. Ac proinde illi adverſatur, quod fit jure *prætorio*, vel per tuitionem prætoris: *l.* 1. D. *quib. mod. uſusfr. amitt. l.* 1. *in fin. D. de ſuperfic. l.* 1. §. 5. *& pen.* D. *quod fals. tut. l.* 9. §. *uſufruct. quemadm. cav. pr. Inſt. de perpet. act.* Opponuntur etiam hæc: *Ipſo jure & per exceptionem*: *l.* 17. §. 1. *ſeq.* D. *de pact. l.* 34. §. 1. D. *de oblig. & act. l.* 60. D. *de fidejuſſ. l.* 38. §. 1. *D. de ſolut. l.* 22. §. *pen. D. rat. rem. hab. l.* 1. §. 7. *D. quar. rer. act. non dat.* §. 30. *Inſt. de action. Ipſo jure & per fideicommiſſum*: *l.* 19. *in fin. D. de teſtam. milit.* Nam inſtitutiones & legata *ipſo jure*, id eſt, directo, & imperative valent, quippe quæ lege XII. Tabularum firmantur: quum fideicommiſſa ſola prætoris fideicommiſſarii tuitione conſiſtant. Qua ratione & *legitime*, & *ex cauſſa fideicommiſſi* ſeparantur: *l.* 3. *D. ſi uſusfr. pet. Ipſo* ergo *jure* fit, quod ex legibus fit, veluti XII. Tabularum: *l.* 1. *l.* 25. §. 13. *D. famil. erciſc. l.* 6. *C. eod. tit. l.* 49. §. 1. D. *de fidejuſſor. l.* 26. *C. de pact. l.* 1. §. 19. D. *ut legat. vel fideicom. cauſſ. cav.* vel ex alia lege, uti ex Falcidia: *l.* 1. §. 5. *D. quod legator.*

Nonnumquam *ipſo jure* fieri dicitur, quod fit, etiam ſi de eo lege nihil cautum ſit: *l.* 17. §. *ult. D. pro ſoc.* Poſtremo in eo, quod ipſo jure fit, partes prætoris ceſſant, nec ſe interponit Prætor: *l.* 16. D. *de minor. l.* 4. *l. ult. C. in quib. cauſſ. in integr. reſt. l.* 3. *C. ſi adverſ. libert.* Ceterum *ipſo jure*, *communi auxilio*, & *mero jure*, idem valent. Et ita intelligendæ loquutiones: *Ipſo jure* non habere actionem: *l.* 112. D. *de regul. jur.* Ipſo jure adſcreſcit: *l.* 2. §. 8. D. *de bon. poſſeſſ. ſec. tab.* id eſt, ſine impetrata bonorum poſſeſſione. *Ipſo jure* ademta: *l.* 14. §. 1. D. *de legat.* 1. id eſt, vi legis: adquiſita cautio: *l.* 1. §. 16. 17. *D. quod legator.* id eſt citra ceſſionem: *Ipſo jure* agere non poteſt, *l.* 28. *D. de act. emt. l.* 4. D. *uſufr. quemadm. cav.* non committitur ſtipulatio: *l.* 40. *D. de reb. cred. l.* 3. §. *ult.* D. *uſufr. quemad. cav.* non committitur poena: *l.* 25. §. *ult.* D. *de recept. arb. Ipſo jure* compenſatio negligentiæ facta: *l.* 10. *D. de compenſ.* Non *ipſo* jure corporis, ſed dotis, fit deminutio. Ibi enim admittimus deminutionem dotis *ipſo jure* fieri, ubi non ſunt corpora in dotem, ſed pecunia. Proinde ſi æſtimata corpora data ſint, ipſo jure dos deminuetur per impenſas neceſſarias: *l.* 5. D. *de impens. in res dot. fact.*

Jus

Jus esse, & *jure* fieri dicitur, quidquid justum est, & juste fit. Et sic pugnant *jus* & *injuria*, *l.* 1. D. *de injur. l.* 1. D. *de oper. nov. nunc.* Donat. ad hæc verba Terentii *Andr. Act.* 1. *sc.* 3. *Quo jure quave injuria*, ait: *Proverbiale hoc est*, *qualia sunt*, *fas & nefas*, *velis*, *nolis.* Attamen alias *jus* & *fas* separantur. Virgil. *lib.* 1. *Georg. v.* 269. *fas & jura sinunt.* Tacit. *lib.* 3. *hist. c.* 5. *jus fasque* exuere. Scholiastes Euripidis *in Hecubam*: Τὸ δίκαιον, ὥσπερ γένος ὃ διαιρεῖται εἰς ὅσιον, καὶ δίκαιον καὶ τὸ μὲν πρὸς θεοὺς ἐξ ἀνθρώπων γενόμενον, ὅσιον καλοῦμεν, τὸ δὲ πρὸς ἀνθρώπους δικαίον. *Jus tamquam genus*, *in fas & jus dividitur. Nam quæ erga Deos observare decet homines*, *fas*: *quæ erga homines*, *jus adpellamus.* Non jure factum testamentum illud adpellatur, in quo si omnia rite facta essent, jure factum diceretur: *l.* 6. D. *de Leg. Cornel. de fals.*

Jus pro scientia juris. Sic Celso definitur jus, quod sit ipsa ars æqui & boni: *l.* 1. §. 1. D. *de just. & jur.* Et hoc *jus* a justitia adpellatum dicitur: *l.* 1. *pr.* D. *de just. & jur.* quod quidem non grammatice sed moraliter procedit. De qua derivatione videndi Jac. Rævard. *lib.* 1. *var. c.* 2. Bachov. in πρῶτ. ad *d. l.* Strauch. *Exercitat. Justin.* 1. *Aphor.* 1. & Aegid. Menag. *c.* 39. *Amoen. jur. civ. p.* 294. *seq.*

Jus interdum pro facultate homini jure legeque competens. Atque hoc sensu etiam *jus Quiritium* quandoque accipitur, & tunc modo latiore significatu universa jura civitatis Romanæ, tum publica tum privata complectitur, eoque sensu Ulpianus *tit.* 3. *Regul.* quod §. 1. vocaverat *jus Quiritium*, paullo post §. 6. civitatem Romanam adpellat, adeoque hæc promiscue accipit. Modo illud *Quiritium jus* a *jure civitatis Romanæ* ita distinguitur, ut unum sine altero datum esse animadvertamus, uti apud Plin. *lib.* 10. *Epist.* 4. & 6. Et tunc prærogativas civium, ad jus tantum privatum pertinentes, comprehendit quemadmodum *civitatis Romanæ jura* potius ad jus publicum, veluti jura sacrorum, honorum, militiæ suffragii, & similia, referenda sunt. Qua de re plura notarunt, Car. Sigon. *de jur. civ. Rom. lib.* 1. *c.* 6. *seq. de antiq. jur. Ital. lib.* 2. *c.* 3. Ez. Spanhem. *Orb. Rom. exercit.* 1. *c.* 4. *seq.* Schulting. *jurispr. vet. antejustin. p.* 574. Hein.

Hoc amplius, *jus* in specie potestatem significat. Ex eo personæ quædam *alieni juris*, id est, in aliena potestate esse, dicuntur: *l.* 4. D. *de his, qui sui vel alien. jur.* Et ita in alienum jus transire, vel pervenire: *l.* 14. §. *ult.* D. *quand. dies legat.* Alieno juri subjecta persona: *pr. Inst. de his qui sui vel al. jur.* Contra & *sui juris* sunt, *l.* 2. D. *solut. matr.* qui sunt suæ potestatis: *l. ult.* D. *de liberal. causs.* Tales sunt familiarum suarum principes, interprete Ulpiano *tit.* 4. *Regul.* §. 1. Sic: *sui juris adfectus* Seneca *lib.* 2. *de ira c.* 12. eleganter vocat liberos indormitos, & nulli subjectos, ut ibi Lipsius interpretatur. *Sui juris* effectus: *l.* 195. §. 2. *D. de verb. signif. l.* 38. D. *de bon. libert.* Quum sui juris fuerit factus. Quæ scriptura ex conjectura mentis testatoris interpretationem accipit, ut alias potestatis liberationem, alias pubertatem, alias perfectam ætatem significet: *l.* 50. §. *ult. D. de legat.* 3.

Nonnumquam *jus* pro necessitudine dicimus, veluti: Est mihi *jus* cognationis vel adfinitatis: *l. ult.* D. *de justit. & jur.* agnationis:

nis: *l.* 38. D. *de pact.* *Jura* sanguinis: *l.* 23. *D. de adopt. l.* 8. D. *de regul. jur.*

Jus interdum facto adversatur, ut in *rubr. D. de jur. & fact. ignor.* De quo vide supra sub art. *factum.* Multum interest, conditio *facti* an *juris* esset: *l.* 21. D. *de condit. & dem.* Quatenus cujus intersit, in *facto* non in *jure* consistit: *l.* 24. D. *de reg. jur.* Probatio traditæ vel non traditæ possessionis non tam in *jure* quam in *facto* consistit: Paull. *lib* 5. *sent. tit.* 11. §. 2. Illa verba: arbitratu Titii fieri, *jus* significant, & in servum non cadunt: *l.* 68. D. *de verb. signif.*

Sed & *jus corpori* opponitur, tamquam res incorporalis. Incorporales enim res sunt, quæ tangi non possunt, qualia sunt ea, quæ in jure consistunt, sicut hereditas, usufructus, obligationes, quoquomodo contractæ: §. *un. Inst. de reb. corp. & incorp. l.* 1. §. 1. D. *de rer. divis.* Usufructus in *jure*, non in *parte* consistit: *l.* 66. §. 4. D. *de legat.* Quæ in jure consistunt, ut immissa, protecta: *l.* 15. §. 2. *D. de precar.* *Corporis* Dominus, sive is, qui *jus* habet: ut servitutem: *l.* 13. §. 1. D. *de damn. infect.* Hereditas sine ullo corpore, *juris* intellectum habet: *l.* 50. D. *de hered. pet.* *Juris* magis, quam corporis successio: *l.* 3. §. 1. *D. de bon. possess.* Hinc legatarius, qui in rem succedit, & in certum corpus, *juris* successor non esse dicitur: *l.* 9. §. 1. *D. de edend.*

Jura prædiorum urbanorum & rusticorum, quæ etiam servitutes vocantur; *l.* 1. D. *de divis. rer. l. 2. l. 6. D. de serv. præd. urb. l.* 4. §. 4. *D. de alien. jud. mut.* *Jura* prædiorum rusticorum, veluti iter, actus, via: *pr. Inst. de servit.* Interdum latius *juris* hoc sensu nomen acceptum patet. Nam ut dicit Celsus *l.* 86. D. *de verb. signif.* quid aliud sunt *jura* prædiorum, quam prædia, qualiter se habentia, ut bonitas, salubritas, amplitudo. Et ita accipiendum illud: Quamdiu aliquid *juri* rei deest: *l.* 27. D. *de solut.*

Jus alia significatione dicitur locus, in quo jus redditur, adpellatione collata ab eo, quod fit, in eo, ubi fit. Quem locum ita determinare possumus: ubicumque prætor, salva majestate imperii sui, salvoque more majorum, jus dicere constituit, is locus recte *jus* adpellatur: *l.* 11. *D. de just. & jur.* Hinc Victorinus *lib.* 2. *de invent.* & Donat. *in Eunuch. Act.* 4. *sc.* 7. *in jure* interpretantur *apud Prætorem.* Idem Donat. *in Phorm. Act.* 1. *sc.* 7. *In jus*, inquit, *eamus id est, ad prætoris sellam. Modo enim locum significat.* Hinc *in jure* & *in judicio* separantur: *l.* 2. D. *de interrog. in jur. fac.* quando quidem *in jure* est apud magistratum, *in judicio* apud judicem datum, ut ex *l.* 1. §. 1. *D. de postul.* & *l.* 3. D. *ne quis eum qui in jus voc.* colligi potest.

Nimirum omnis disceptatio aut *in jure* fiebat, aut *in judicio*, aut *apud populum.* Quidquid in judiciis ordinariis ante litis contestationem, vel in extraordinariis cognitionibus peragebatur, id in jure fieri dicebatur. Post litis contestationem res redibat ad judices pedaneos, arbitros, recuperotores: & quidquid apud eos explicabatur, id fieri dicebatur *in judicio.* Denique, si quando de capite civis Romani erat judicandum, id fieri oportebat *apud populum* teste Pomponio *l.* 2. §. 16. D. *de orig. jur.* Ad quem fori Romani morem adludens Plaut. *in Menechm. Act.* 4. *sc.* 2. *v.* 18. tria illa eleganter conjungit: Aut ad populum inquit, aut *in jure*, aut ad judicem res est. *Hein.*

Ita-

Itaque, quod ait Prætor: *Qui in jure interrogatus responderit*, sic accipiendum esse, Ulpianus ait, apud magistratum populi Romani, vel præsides provinciarum, vel alios judices.

Jus enim tunc saltim locum esse, ubi juris dicundi vel judicandi gratia consistit: *l.* 4. §. *ult. D. de interr. in jur. fac.* Cic. in Muræna c. 11. *Quando ego te in jure conspicio.* Plaut. *in Rudent. prol. v.* 14. *Quique in jure abjurant pecuniam.* Cic. *lib.* 7. *ad famil. epist.* 13. *In jure* manus consertum. Quæ verba Gellius *lib.* 20. *c.* 9. manasse docet ex duodecim tabulis, in quibus scriptum erat: *Si qui in jure manum conserant. In jus* produci, id est, vocari: *l.* 23. §. *ult.* D. *de hered. inst.* Ambula *in jus*: Plaut. *Curcul. Act.* 5. *sc.* 2. *Pers. Act.* 4. *sc. ult.*

In jure Cessio. Vid. supra, art. *cessio.*

Aliquando tota disceptatio forensis *jus* vocatur. *Jura* differri debent, natalitiis diebus urbium maximarum, quia & ab ipsis nata sunt. Sic *l.* 7. *C. de fer.* Nam in *l.* 2. *C. Theod. eod. tit.* pro *differri* legitur *deferre.* At Justinianeam lectionem, præter codicem Aniani Regium, probant libri Basilicorum, quæ ἀργεῖν τὰ δικαστήρια, *feriari judicia*, habent. Vid. Jac, Gothofr. *ad d. l.* 2.

Jus pro sententia. Attamen *jus dicere* & *judicare*, & *sententiam proferre*, diversa faciunt præceptores nostri in *l.* 4. *in fin. D. de interrog. in jur. fac. l.* 57. D. *de re judic. l.* 1. *C. ne quis in sua causs.* Etenim *jus dicere*, est actiones & judicia dare, eaque omnia facere, quæ ad officium magistratus vel *jus* dicentis pertinere, scribit Ulpian. *l.* 1. D. *de jurisd.* Ac plane *jus* dicere soli magistratus dicebantur, qui tribunali & jurisdictioni praerant: *l.* 5. D. *de fer. l.* 11. D. *de just. & jur. l.* 2. §. 13. D. *de orig. jur. l.* 3. D. *de offic. ejus cui mand. jurisd. l.* 1. §. 10. *D. de postul.* Judicare autem & proferre sententiam, judicum erat, immo posterius etiam arbitrorum: *rubr. D. de recept. arb.* Hinc *jus* dicens & magistratus: *rubr. D. si quis jus dic. non obtemp. l.* 2. D. *quod quisq. jur. in al. stat. l.* 13. *D. de vulg. & pap. substit. l.* 1. *D. de jur. delib. Jus* dicentis officium latissimum est. Nam & bonorum possessionem dare potest, & in possessionem mittere, pupillis non habentibus tutores constituere, judices litigantibus dare: *l.* 1. *D. de jurisd.* An jus faciat judex: *l.* 14. *D. de adpell. Jus* fit ex sententia: *l.* 17. §. *ult.* D. *de inoff. testam. Jus* facit pronunciatio: *l.* 50. §. 1. D. *de legat.* 1. *Jus* proconsulare dicere: *l.* 25. *C. de procur.* id est, jurisdictionem proconsularem exercere.

Privati vero *sibi jus dicere* dicuntur, qui sine auctoritate judicis res debitoris occupant, vel quod deberi sibi putant, non per judicem reposcunt. Aequissimum vero Prætori visum est, unumquemque non sibi ipsum *jus* dicere, occupatis legatis, sed ab herede petere: *l.* 1. D. *quod legatorum.* Quisquis probatus fuerit rem ullam debitoris, non ab ipso sibi traditam, ne nullo judice temere possidere, eumque sibi jus in eam rem dixisse: *l.* 13. D. *quod met. caus. l.* 7. D. *ad leg. jul. de vi priv.*

Porro non de re pecuniaria tantum, sed & de capite, *jus dici* legimus. Pompon. in *l.* 2. §. 23. *D. de orig. jur. De capite civis Romani injussu populi non erat lege permissum consulibus jus dicere.*

Jus reddere, idem ac jus dicere: Prætor quoque jus reddere dicitur quum inique decernit, rela-

latione ſcilicet facta non ad id, quod ita prætor facit, ſed ad illud, quod prætorem facere convenit: *l.* 11. D. *de juſt. & jur.* Prætor in urbe jus reddit: *l.* 2. §. 27. D. *de orig. jur.* Reddere *jura d. l.* 2. §. 34. D. *eod. tit.* Denique & *jus* repræſentare dicitur præſes provinciæ in *l.* 1. *C. ubi cauſ. ſtat.*

Jus legitimum. Vid. infra art. *legitimum.*

JUSJURANDUM, eſt adfirmatio religioſa per divinum numen, vel religionem aliquam interpoſita, ut Cic. *lib.* 3. *de offic. c.* 29. docet. Cujus tres ſpecies ſtatuuntur. Aliud enim eſt *voluntarium*, aliud *judiciale*, aliud *neceſſarium*: *rubr. D. de jurejur. volunt. judic. & neceſſ. Voluntarium* eſt, quod ex conventione partium extra judicium defertur, & ſuſcipitur: *l.* 17. D. *de jurejur.* quo ex pactione ipſorum litigatorum deciduntur controverſiæ: *l.* 1. *D. eod tit.* ſeu quo ex conſenſu utriuſque partis cauſſa deciditur: *l.* 1. C. *de reb. cred.* uti in ſpecie *l.* 39. *D. de jurejur. Judiciale*, quod in judicio, imminente adverſario, ex auctoritate judicis defertur, vel refertur: *l.* 1. D. *de jurej. Neceſſarium*, quod judex in dubiis cauſſis, & probationum inopia, pro motu ſuo defert: *l.* 31. *D. l.* 3. C. *eod. tit.* Quibuſdam tamen, non ſine ratione id, quod vulgo *judiciale* dicitur, *neceſſarium* magis placet adpellare, & contra *judiciale*, quod *neceſſarium.* Quorum ſententia Græci interpretis auctoritate nititur, cujus verba ſunt hæc: Ἰȣδικάλιος ὅρχος ἐςὶν ὁ παρὰ κριτȣ̃ διδόμενος βολȣντάριος, ὁ κατὰ συναίνεσιν αμφοτερών τῶν μερῶν. Νεκχισσάριος, ὁ ἐντὸς τȣ̃ δικαςηρίȣ ἐξ αἰτήσεως τȣ̃ ἀντιδίκȣ. *Judiciale jusjurandum* eſt, quod a judice delatum eſt: *voluntarium*, quod ex conſenſu utriuſque partis præſtatur: *neceſſarium*, quod in judicio defertur ab adverſario.

Hæc ad jurisjurandum litis deciſorium pertinent. Eſt vero jusjurandum quod & aliis in negotiis celebrantur. Ut igitur res a genere exponatur, dicendum erit, *jusjurandum* in genere eſſe provocationem divinæ vindictæ in caſum, ſi fides dictis adhibita fallatur. Hinc

Jusjurandum declaratorium, quod adfirmationi vel negationi cujuſpiam adjungitur: *promiſſorium* quod promiſſioni connectitur, alicujus faciendi vel non faciendi.

Jusjurandum judiciale eſt, quod in judicio præſtandum, & quidem vel ob litem recte inſtituendam, vel ad decidendam, & hoc caſu, dicitur vulgo *litis deciſorium.* quod quidem ea intentione utriuſque litigantis præſtatur, ut ſecundum id judex pronunciet. Id ſi alter alteri litigantium defert, *voluntarium*, dici poteſt; ſi judex imponit *neceſſarium*; utrumque ab extrajudiciali diverſum quod alias *voluntarium* adpellari vidimus ſupra. *Judiciale* vero quod ab altero litigantium defertur, ideo *voluntarium* dici poteſt, quod ejus, cui delatum jusjurandum eſt, arbitrio relictum ſit, an jurare, anne vero jusjurandum referre, aut probatione uti velit: *l.* 34. §. 7. D. *de jurejur.* Quod vero judex imponit, ideo *neceſſarium* dici debet, quod recuſari vel referri non poteſt, niſi quis cauſſa cadere velit. Vid. Wurffel. *Juriſpr. defin.* §. 317.

Jusjurandum calumniæ memoratur in *l.* 8. §. 5. D. *qui ſatisd. cog.* Vid. ſupra art. *jurare* de calumnia. Hoc promittit quis ſe litem dolo malo non protracturum eſſe. Etiam, qui novum opus alteri nunciaverat, jurare debebat, ſe id non calumniæ cauſſa facere: *l.* 15.

l. 15. §. 14. *D. de nov. op. nunc.* item, qui jusjurandum alteri detulerat, jurabat se non calumniose id deferre: *l.* 37. *D. de jurejur.* Justinianus in principio litis generatim de calumnia jurare litigantes voluit, ita ut hocce sufficeret jusjurandum. Hoc autem DD. vocant *generale* calumniæ, quippe quod super tota caussa præstatur. Idque vel hodie fit in hunc modum, ut juret litigans, (1) se credere, justam se fovere caussam, (2) interrogationem se nolle diffiteri, (3) se nihil dedisse, quo calumnia alteri fieret, (4) se probationibus non nisi legitimis usurum, (5) se nec petiturum dilationes superfluas, nec (6) litem protracturum, & denique (7) si animadverterit, se injustam defendere caussam, ei statim renunciaturum. Quum vero hoc calumniæ jusjurandum interdum a litigantibus non exigatur, vel a judice remittatur, interim tamen suspicio oriri possit, jus canonicum *c.* 2. §. *f. de juram. cal. in* 6. *speciale* jusjurandum *calumniæ* introduxit, *malitiæ* que nomen ipsi tribuit. Hoc autem est, quod in qualibet judicii parte super certo caussæ articulo præstatur. Vid. Wussel. *jurispr. defin.* §. 318.

Jusjurandum quo quis promittit, se velle ad propositas positiones secundum scientiam respondere, *respondendorum*: quo vero ponens asserit positionum veritatem, *dandorum* adpellant doctores. Utrumque *malitiæ* species est, jurat enim unus se non dolo dare, alter se non dolo respondere. Utriusque formulam suppeditat *Ordinatio Cameræ Imp. Cart.* 3. *tit.* 38. *in fin.*

Jusjurandum suppletorium est id, quo is, qui semi plene probavit, probationem perficit: *c. f. Decretal. de jurejur. Purgatorium* vero id, quod præstat indiciis gravatus, ut liberet se ab eis. Vid. *purgatio.*

Jusjurandum perhorrescentiæ Doctores adpellant, quo litigans adfirmat, se metuere ne judex contra jus pronunciet.

Jusjurandum in litem. Vid. supra art. *Jurare.* Hocce vero in specie in *veritatis*, *affectionis*, & *singularis interesse* doctores distinguunt. *Veritatis* est, cum quis jurato litem æstimat ex vero rei pretio, tanto scilicet, quod communiter esse potest respectu cujus libet similem rem habentis: *Affectionis*, cum æstimat magis ex voluptate quam ex utilitate rei: *singularis interesse*, cum ex utilitate æstimat, quam percipiebat ipse aut percipere poterat, ob adjuncta respectu æstimantis particularia.

Jusjurandum Zenonianum est, quo res vi ablata, vel damnum vi datum æstimatur. Ab Imperatore Zenone nomen accepit, a quo quippe introductum in *l.* 9. *C. und. vi.*

Jusjurandum dare, id est, præstare: *l.* 37. §. 5. D. *de legat.* 3. & apud Plaut. *Amphitr. Act.*3. *sc.*3. Terent. *Adelph. Act.* 2. *sc.* 1. Dato jurejurando, id est, præstito: *l.* 5. §. 2. *D. de jurejur. l.* 9. D. *eod. tit.* Aliquando tamen *dare jusjurandum*, est dicere formulam jurisjurandi, ut apud Senecam *Rhet. lib.* 7. *controv. in præfat.* In quodam, ait, judicio centumvirali quum diceretur jurisjurandi conditio aliquando facta ab adversario: induxit (*Albutius rhetor*) ejusmodi figuram, qua ille omnia crimina retegeret. Placet, inquit, tibi rem jurejurando transigi? Jura: sed ego *jusjurandum dabo.* Jura per patris cineres, qui inconditi sunt. Jura per patris memoriam. Et exsequutus est locum: quo perfecto sur-

ſurrexit L. Aruntius ex diverſo ait: Accipimus conditionem, jurabit. Clamabat Albutius: Non detuli conditionem, ſchema dixi. Aruntius inſtabat. Centumviri rebus jam ultimis ſe parabant. Albutius clamabat: Iſta ratione ſchemata de rerum natura tolluntur. Aruntius aiebat: Tollantur: poterimus ſine illis vivere. Summa rei hæc fuit, centumviri dixerunt: Dare ipſos ſecundum adverſarium Albutii, ſi juraret: ille juravit.

Jusjurandum deferre, id eſt, adverſario ſuo jurisjurandi conditionem ferre, eumque veluti judicem cauſſæ ſuæ facere: *l.* 1. D. *quar. rer. act.*

Jusjurandum referre, eſt delatam ab adverſario jurisjurandi conditionem in eum transferre: *l.* 17. *pr. l.* 24. *l.* 25. *l.* 34. §. 6. 7. 8. *l.* 38. *D. de jurejur. l.* 8. *l.* 9. *C. de reb. cred. l.* 11. §. *ult. l.* 13. D. *de act. rer. amot.*

Jusjurandum remittere, eſt adverſario parato jurare, gratiam jurisjurandi facere, contentumque eſſe voluntate ſuſcepti jurisjurandi: *l.* 6. D. *de jurejur.*

Jurisjurandi religio: *l.* 1. *D. de jurejur. l.* 2. *C. de reb. cred.* ibi: Jurisjurandi contemta religio ſatis Deum ultorem habere dicitur. Quod ipſum & Tiberius reſcripſit conſulibus: Deorum injurias Diis curæ fore, apud Tacit. *lib.* 1. *Annal. c.* 73. Ceterum an certa olim perjurii poena fuerit, diſquirit Henr. Bern. Reinoldus *Varior. c.* 15.

JUSSIO legis: *l.* 16. C. *ad Leg. Falcid.* patris: *l. ult. C. ad SC. Maced.* teſtatricis: *l.* 44. D. *de manum. teſt.*

JUSSUM aliquando pro voluntate ac conſenſu accipimus, ut in *l.* 1. *D. de his, qui not. infam. pr. Inſt. de nupt.* ut adparet ex conjunctione *l.* 3. §. 5. D. *de bon. poſſeſſ. contr. tab.* & Paull. *lib.* 2. *recept. ſent. tit.* 19. §. 2.

JUSSUS, *us*, eſt quodlibet præceptum ſuperioris, ſive teſtato quis, ſive per epiſtolam: ſive verbis, aut per nuncium, ſive ſpecialiter in uno contractu juſſerit, ſive generaliter: *l.* 1. D. *quod juſſu. Juſſum* etiam ejus qui in poteſtate habet, non eſt ſimile tutoris auctoritati, quæ interponitur perfecto negotio, ſed præcedere debet: *l.* 25. §. 4. D. *de adquir. vel omitt. her.*

Quod *juſſu* actio adjectitiæ qualitatis datur ei, quocum filius vel ſervus patris, vel domini juſſu contraxit, contra patrem dominumve in ſolidum §. 1. *Inſt. Quod cum eo, qui in al. poteſt.*

JUSTE id eſt jure. At *juſte* manumiſſus apud Ulpian. *Reg. tit.* 3. §. 4. accipi debet is, qui vindicta, vel teſtamento, vel cenſu manumiſſus eſt.

JUSTINIANEA urbs. *Novell.* 28. *præf.* Variæ urbes id nomen a conditore ac inſtauratore ſuo Juſtiniano ſunt conſequutæ, quarum XVIII. recenſet Eichelius *ad Procop. Anecdot. p.* 194. *ſeq.* Hæc, cujus in *Novella* 28. fit mentio, fuit in tractu Colchidis quem Lazii occupaverant, antea dicta Petrea. *Hein.* Juſtinianarum & Sycorum tranſitus, in *Nov.* 59. *c.* 5.

JUSTITIA definitur ab Ulpiano, conſtans & perpetua voluntas ſuum cuique tribuendi: *l.* 10. D. *de juſtit. & jur. pr. Inſt. eod. tit.* Et probo, ait Triphoninus, hanc eſſe juſtitiam, quæ ſuum cuique ita tribuit, ut non diſtrahatur ab ullius perſonæ juſtiore repetitione: *l.* 31. §. 1. D. *depoſ.* De conſtante autem illa perpetuaque voluntate notandum eſt, a Stoicis definitam fuiſſe virtutem conſtantem & perpetuam

vitæ

vitæ rationem. Vid. Cic. *de legib. lib.* I. *c.* 17. Ariſtot. *ad Nicomach. V.* 1. Gell. *Noct. Att.* ut perinde ſe habeat Ulpiani definitio juſtitiæ, ac ſi dixerit virtutem *ſuum cuique tribuendi.* Ut autem virtus philoſophica definiri poteſt, habitus vivendi juxta leges naturales; Similiter & *juſtitia* late accepta definiri poterit. Et, ut aliud eſt, quod homini ab homine lege naturali debitum eſt perfecte, ſeu jure externo cogenteque, aliud, ex mero amore, pudore, ex mera pietate, atque ex lege naturali generaliter accepta; hinc Juſtitia ſenſu anguſtiori erit virtus ſuum cuique tribuendi, quod nempe ex jure externo cogenteque ipſi debetur, quam alii *particularem* juſtitiam adpellant, quæ differt ab *univerſali* ea, qua quis debitum latiſſime acceptum omnibus præſtat.

Sæpe etiam tribuitur *juſtitia* factis hominum. Et hoc dupliciter. Vel *juſtitia* eſt ejus quod debitum eſt, & tribuendum. Sic: *juſtitia* animadverſionis: *l. ult.* D. *de fugit.* ut enim in ſontes animadvertatur debitum eſt reipublicæ. Vel *juſtitia* eſt ejus facti, quod cum alias debitum non eſt, tamen nec ei quod debetur repugnat, ſeu quod ne fiat, debitum non eſt, quemadmodum id factum juſtum dixeris quod nec injuſtum.

Ut porro aliud juſtum mero jure civili, quodque hoc jure ſalvo, immo juvante, exigere vel facere poſſis; aliud quod etiam ex lege naturali: Hinc videas *juſtitiam* civili ſenſu intellectam æquitati opponi, ut in *l.* 8. *C. de judic.* maxime igitur juſtitiæ illi univerſali quam modo definivimus.

Juſtitia, in caſu ſexto, idem ſonat ac jure & rite, ut in *l.* 1. *C. Theod. ſi vag. pet. mancip.* his verbis: Qui vaga mancipia juris alieni petunt, ſi *juſtitia* eadem probant.

JUSTITIUM, ait Soſipater *lib.* I. *Inſtit. Grammat. p.* 19. eſt, *quando jus ſtat.* Gell. *lib.* 20. *c.* I. Juſtitium, juris quaſi interſtitio quædam, & ceſſatio. Lucanus *Pharſal. lib.* 5. *v.* 32. Clauſaque juſtitio triſti fora. Suet. *in Galb. c.* 20. Juſtitium indicere. Vide plura apud Briſſon. *lib.* 2. *Formul. c.* 158. *p.* 241.

JUSTUS, *a*, *um*, plerumque pro legitimo accipitur, ut: *juſtus* accuſator, quem leges accuſare patiuntur: *l.* 2. §. *ult. D. ad Leg. Jul. de adult.*

Juſta ætas plerumque 25 annorum accipitur, quippe Lege Lætoria adoleſcentibus, ad rerum ſuarum adminiſtrationem conſequendam præſtitura: *l.* 16. D. *de jur. fiſc. l.* 2. §. I. *D. de vac. & excuſ. mun.* Ex mente tamen teſtatoris ad pubertatem ſolam refertur: *l.* 50. *in fin.* D. *de legat.* 3. Sed in *l.* 8. D. *de condiction. cauſſ. dat.* juſta ætas & duodecim annorum ætatem ſignificat, puellis ad matrimonium contrahendum ex Auguſti conſtitutione definitam, ut Dio Caſſ. *lib.* 54. *p.* 531. tradit. Fuit hæc legitima vel juſta ætas puellarum ex Lege Julia & Papia. Dio Caſſius ibid. Δώδεκα γὰρ ταῖς κόραις ἐς τὴν τοῦ γάμου ὥραν ἔτη πλήρη νομίζεται. *Puellis enim duodecimus annus plenus ad nuptias definita ætas cenſetur.* Legibus ergo illis definita ad nubendum ætas recte dicta eſt *legitima* vel *juſta.* Prius certe vocabulum legimus apud Grut. *p.* 690. 4. D. M. Juliæ Secundinæ. Filiæ & forma ſingulari & moribus piiſſimis doctrinaque ſuper legitimam ſexus ſui ætatem, præſtantiſſimæ *Quæ vixit ann.* XI. *mens* VIII. *d.* XX. Julia certe illa Secunda vix duobus menſibus abfuit ab anno duodecimo, nondum ætatem legitimam adſequuta: dotibus tamen ingenii moribuſque duode-

cennes longe superasse dicitur. *Hein.*

Justa conjux, apud Senecam in *Octav. Act.* 1. *sc.* 3. Sic & apud Ovid. *lib.* 2. *de art. amand. v.* 597. *Quos faciet justos ignis & unda viros*, id est, legitimos, & justis nuptiis conjunctos, eo ritu, quo aqua & igni nova nupta accipi solebat.

Justa conventio *nudæ* opponitur: *l.* 5. §. *ult.* D. *de rescind. vend.* Justa igitur conventio est, cui caussa aliqua subest, præter conventionem: *l.* 19. *D. de jurejur.*

Justa hereditas, quæ jure legitimo obvenit: *l.* 3. §. 2. *D.* Varro *lib.* 2. *de re rust. c.* 10. Si hereditatem justam adiit. Cic. *lib.* 3. *de nat. Deor. c.* 35. Eamque potestatem, quam ipse per scelus erat nactus, quasi justam & legitimam, hereditatis loco, filio tradidit. Unde jocus Apuleii *in Apolog. p.* 335. de patruo immerente, sed ad quem lege redibant bona: Etiam, ait, suam spem bonus patruus temperat in isto, & fovet, qui sciat, intestati pueri, legitimum magis quam justum heredem futurum.

Justa servitus, quæ gentium, vel civili jure consistit: *l.* 6. D. *de stat. hom. l.* 28. *l.* 34. D. *de nox. act. l.* 34. D. *de stipul. serv. pr. Inst. de libertin.* Cic. *pro Cæcina c.* 34. Quum hi, qui in servitute justa fuerint, censu liberentur. Plane apud Terent. *Andr. Act.* 1. *sc.* 1. *v.* 9. justa servitus, pro facili, humana, & clemente usurpatur, ex Donati sententia.

Justa uxor: *l.* 31. D. *de rit. nupt.* quæ civiliter, id est, secundum juris civilis regulas, nupta dicitur in *l.* 28. §. 3. D. *de lib. & postum.* alias legitima uxor: *l.* 4. *D. de rit. nupt.* Sueton. in *Calig. c.* 24. Mox L. Cassio Longino, consulari, collocatam abduxit, & in modum justæ uxoris propalam habuit. Idem *in Vespas. c.* 3. Antoniam, libertam, quondam dilectam, revocavit in contubernium, habuitque etiam Imperator pœne justæ uxoris loco. At in *l.* 13. §. 1. D. *ad Leg. jul. de adult. justa* & *injusta* uxor.

Justa uxor accipienda est, quæ in manum mariti convenerat confarreatione, aut coemtione aut usu & sic facta erat mater familias; *Injusta* vero quæ ne usu quidem venerat in manum mariti, sed instrumentis saltim factis dotalibus se marito junxerat, & ne usu caperetur, atque ita in viri manum iret, ante annum finitum, usurpatum iverat, id est trinoctium abfuerat, ut in potestate patris vel in tutela agnatorum maneret, sine quorum auctoritate in manum convenire non poterat. Quo ritu contracto matrimonio, uxor non fiebat *mater familias*, sed matrona Gell. *lib.* 18. *c.* 6. Et hinc neque succedebat ab intestato marito, neque hic uxoris bona omnia dotis nomine accipiebat. Vocabatur tamen uterque conjux ad bonorum possessionem edicto unde vir & uxor. Utriusque autem generis uxorem, justam scilicet illam & injustam, & quam in manu habet maritus & quam non habet, & matrem familias & matronam, adulterii accusare jure mariti posse maritum, sententia est Ulpiani in *d. l.* 13. §. 1. *D. ad Leg. jul. de adult.* his verbis: Plane sive *justa* uxor fuit, sive *injusta*: accusationem instituere vir poterit. Vid. Cujac. 6. *obs.* 16. Ræyard. *var. lib.* 4. *c.* 16. & Brisson. *in libro singulari ad leg. jul. de adult.*

Justi dies dicebantur qui judicatis ad solvendum ex Lege XII. Tabularum dabantur, ut est apud Gell. *lib.* 20. *c.* 1. *Justi* quoque dies adpellabantur illi, quibus, exercitu imperato, vexillum in arce

arce ponebatur, ut Festus Pompei. *lib.* 9. & Macrob. *lib.* 1. *Saturn. c.* 16. docent. Justos etiam dies, pro statis & sollemnibus dixit Cicero *de Legibus lib.* 2. *c.* 9. his verbis: *Prætor Idææ matris famulos, eosque justis diebus, ne quis stipem cogito.*

Justus filius: *l.* 3. §. 5. D. *de bon. poss. contr. tab. l.* 12. *D. de adopt. l.* 12. *D. de stat. hom. l.* 15. *C. de nupt.* Ac justum quidem filium Sophocles δίκαιον γόνον adpellat, ubi *justum* pro *vero* Sophoclem dixisse, Priscianus *lib.* 18. *p.* 1180. notat. His opponuntur *vulgo quæsiti*, quos μὴ ὀρθῶς γιγνομένες, non recte generatos, vocavit Isæus ὑπὲρ τῦ Πύῤῥυ. Similiter *justi liberi* & *vulgo quæsiti*, opponuntur *l.* 4. §. *ult. D. de in jus voc.*

Justum matrimonium: *l.* 13. *D. de his quæ ut indign.* Illud autem, interprete Ulpiano *tit.* 5. *regul.* §. 2. est, si inter eos, qui nuptias contrahunt, connubium sit, & tam masculus pubes, quam femina viri potens sit, & utrique consentiant, si sui juris sint. Cui contrarium est *injustum* matrimonium: *l.* 1. *C. und. vir. & ux.* itemque *pellicatus*, apud Justin. *lib.* 10. *c.* 1. & *lib.* 36. *c.* 4.

Justæ nuptiæ, id est, legitimæ, quæ secundum jura civitatis Romanæ inter puberes cives contrahuntur: *l.* 3. 5. 12. 18. *D. de stat. hom. Justas* nimirum nuptias inter se Cives Romani contrahunt, qui secundum præcepta legum coeunt, masculi quidem puberes, feminæ autem viripotentes, sive patres familias sint, sive filii familias: §. 1. *Inst. de nupt.*

Justus pater, qui ex legitimis nuptiis pater est, quem justæ nuptiæ demonstrant; *l.* 44. §. 3. D. *de rit. nupt. l.* 25. *D. de capt. & postl. l.* 9. *D. ad municip.* in qua *justus* pater *naturali* opponitur, ut in *l.* 3. *C. ad Leg. Jul. de adult.*

Justam personam habere, id est idoneam & legitimam: *l.* 11. *C. qui dar. tut.*

Justa possessio. Vid. *possessio.*

Justum etiam dicitur, quidquid rationem habet, vel probabile, & æquitati consentaneum est. Huc pertinent: *Justa* absentia: *l.* 2. *C. quib. non objic.* æstimatio: *l.* 12. §. 1. D. *de jur. dot.* caussa: *l.* 15. §. 5. *D. quod vi aut clam. l.* 29. D. *de fideicommiss. lib.* & *alibi passim.* deliberatio: *l.* 3. §. 1. D. *ad SC. Trebell.* dubitatio: *l.* 68. D. *de fidejuss.* erogatio: *l.* 3. *C. quod cum eo*, ignorantia id est, probabilis, & excusatione digna: *l. ult.* §. *ult.* D. *de legat.* 2. infamia: *l.* 7. *pr. C. Theod. de hæret.* quæ scilicet merito irrogatur: interpretatio: *l.* 3. *C. de interd. matrim.* instigatio, vel *indignatio*: *d. l.* 7. *C. Theod. de hæret.* nominatio: *l.* 11. *C. de adpell.* provocatio: *l.* 6. *C. de adpell.* adpellatio: *l.* 1. *C. si un. ex plurib.* querela: *l.* 11. D. *ad Leg. Corn. de sicar.* ratio & adprobata: *l.* 5. D. *de serv. corrupt.* res: *l.* 39. *D. de damn. infect.* retentio: *l.* 14. D. *de damn. infect.* sententia: *l.* 3. *C. de ingen. manum.* Justum desiderium: *l.* 6. D. *de edend.* privilegium: *l.* 15. *C. Th. de tiron.* Justus error, id est, probabilis & excusatione dignus: *l.* 2. *D. de min.*

Justus metus, id est, non vanus, sed qui in constantem hominem cadat: *l.* 7. D. *quod met. caus.* timor: *l.* 3. D. *ex quib. causs. major. Justi* sumtus: *l.* 6. §. *ult.* D. *si pars hered.* id est, probabiles, ut *l.* 31. §. *ult.* D. *de negot. gest.*

Justum, quod defectu non laborat, suisque numeris perfectum & absolutum est. Sic *justa* arma: Tacit. *lib.* 14. *Annal. c.* 32. Justa classis: Suet. *in Domit. c.* 4. libertas, id est, plena absoluta, & perfecta, ex qua nimirum ci-

vitas Romana contingebat, uti eveniebat, quum testamento, vindicta, censu, ab eo, qui & dominus ex jure Quiritium, & major viginti annis erat, libertas servis majoribus triginta annorum, & quorum status non erat extrinsecus suspensus, dabatur: quemadmodum Cicero *pro Cæcin. c.* 34. Ulpianus *Reg. tit.* 1. §. 6. *seq.* & Theophil. *in* §. 3. *Inst. de libert.* docent. Atque ita verbum *justæ* libertatis accipimus in *l.* 26. D. *qui & a quibus* & aliis locis Seneca *de vita beata c.* 24. *Hominibus prodesse natura habet, servi liberive sint hi, ingenui, an libertini, justæ libertatis, an inter amicos datæ.* Nam qui *inter amicos* manumittebantur, Latini tantum, non cives Romani, fiebant, teste Ulpiano *ibid.* Sic & apud Sueton. *in Aug. c.* 40. verbum hoc interpretatum est, quum ait: Servos non contentus multis difficultatibus a libertate *justa* removisse. Hanc *legitimam libertatem* vocat auctor *fragmenti regularum* §. 6. apud Schulting. *p.* 804. & Imperatores *l.* 1. §. 1. *C. comm. serv. manum. majorem libertatem* Justinianus §. 3. *Inst. de libertin.* Justæ operæ servorum: *Coll. Leg. Mos. & Rom. tit.* 3. §. 3. Justa sepultura. Justum sepulchrum. Vid. infra his vocibus, ubi etiam de phrasi *justa facere.*

Justum pretium, quod est, quanti res est: *l.* 66. Vid. infra art. pretium.

Justus judex in *l.* 14. §. 13. D. *de religios.* est æquitatis & justitiæ amans.

JUVARE erogationem publicam: *l.* 6. *C. Theod. de lustral. collat.* Proximis juvantibus: *l.* 74. *C. Theod. de decurion.* id est, suffragantibus.

JUVENCUS, quem bos peperit: *l.* 10. §. *ult. D. de usurp.*

JUVENILIS facilitas, levitas: *l.* 15. §. 6. *D. ad Leg. Jul. de adult. l.* 24. §. 2. *D. de minor.* At in dicta lege 15. §. 6. legitur *juvenalis* in Florentina.

JUVENIS, plerumque pro adolescente ponitur, qui nondum eam ætatem attigit, qua virilis vigor completur: *l.* 17. §. 1. *l.* 25. §. *ult.* D. *de minor.* Et ita curatorem juvenis intellige: *l.* 24. §. *ult.* D. *de adpell.* At quum quidam codicillis suis ita cavisset: *Omnes juvenes, quos in ministerio habeo, dari volo:* Marcellus interrogatus, respondit, existimari posse, juvenem eum, qui adolescentis excessisset ætatem, quoad inciperet inter seniores numerari: *l.* 69. §. *ult.* D. *de legat.* 3.

Juvenis etiam dicitur, qui pupillus est: *l. ult.* §. *ult.* D. *de adpellat. & relat.*

Juvenes & clericis junguntur: in *l.* 10. *C. Theod. de Episc.* Qui quales sint, non bene constare, ait Car. Du Fresne *in Glossar. Lat. voc. juvenes.* Acoluthos vero intelligit Jac. Gothofr. *in Comment. ad d. Leg.*

JUVENTIUS Celsus. Vid. supra art. *Celsus* & art. *Jubentius.*

JUXTA ædificium, monimentum, id est, prope: *l.* 13. §. 7. D. *de damn. infect.* At cadente Latinitate & pro *secundum* usurpari cœpit. *Juxta* juris publici auctoritatem: *l.* 2. *C. quib. morbo.* constituta: *l.* 3. *C. qui num. lib.* inventas leges: *l.* 8. *C. Th. de suscept.*

L

LABARUM. Vid. *laborum.*

LABEFACTARE castimoniam viduæ: *l.* 3. *C. Theod. de rapt. vel matron. sanctim.* vitam insontium: *l.* 2. *C. de malef. & mathem.*

LABEO. Vid. *Anstitius.*

LABES, ut ait Festus, macula

cula in veſtimento dicitur, & deinde μεταφορικῶς transfertur in homines, vituperatione dignos. Sic: *Labes* maleficiorum: *l. ult. C. de malef.* opinionis: *l. 9. C. de advoc. diverſ. jud.* Photiniana: *l. 6. C. Theod. de hæret.* pudoris: *l. 11. C. ex quib. cauſſ. infam. irrog.* ſæculi: *l. 17. C. Theod. de pœn.* tyrannici temporis: *l. 12. C. Th. de infirm. his, quæ ſub tyran.*

Labes corporis ægri: *l. 16. C. Th. de cohort.* Suet. *in Aug. c. 38.* Alias *labes* caſum vel χάσμα, ſeu hiatum, qui in terra deſidente contingit, ſignificat. Cicero *de divin. lib. 1. c. 35.* Tantos terræ motus in Liguribus, Gallia, compluribuſque inſulis, totaque in Italia, factos eſſe, ut multa oppida corruerint, multis locis labes factæ ſint, terræque deſederint. Id. *eod. lib. c. 259.* Delata etiam terra a tempeſtatibus vel turbinibus, plerumque labe movebitur. Paullus in *l. ult. D. locat.* Si *rivum labes corrumpit*, quod vel ſoli, vel operis vitio, acciđiſſe, ibidem oſtenditur. Serv. in *lib. 2. Æn. v. 97.* Labes ruinam ſignificat à lapſu.

Eſt & alia, quæ abſque ſoli ruina fructus lædit, *labes*. Ulpian. in *l. 15. §. 2. D. locat.* Si labes facta ſit, omnemque fructum tulerit. Quo pertinent hæc Quinctiliani *in Declamationibus*. Non enim, ait, illa frumenti labes fuit, nec qualis alias accuſari ab agricolis ſolet, perfidia terrarum. Budæus immemor hujus ſignificationis, pro *labes* reſcripſit *tabes*, merito ideo notatus a Cujacio *lib. 15. obſ. c. 27.* quum & in Baſilicis *lib. 20. tit. 1. p. 421. Tom. 2.* ſit: Ἐὰν ἀπὸ ὀλίσθου πάντες ἀρθῶσιν οἱ καρποί. Si labe, fructus omnis ablatus ſit. *Hein.*

LABI. Lapſi, & errantes opponuntur perditis: *l. 4. C. Theod. de apoſtat.* verbis: Lapſis enim & errantibus ſubvenire, perditis vero, hoc eſt, ſanctum baptiſma profanantibus, nullo remedio pœnitentiæ ſuccurri.

Labi facultatibus, dicuntur, qui rediguntur ad inopiam, ſive ſuo vitio bona dilapidaverint, ſive alia ratione amiſſis deminutiſve bonis, facti ſunt non ſolvendo: *l. 9. §. 1. D. de adminiſtr. & peric. l. 1. §. 11. D. de magiſtr. conven. l. 8. D. de decur.* Ineſt utique hoc in verbo repentini caſus ſubitæque mutationis ſignificatio. Itaque *labi facultatibus* belliſſime, cum Papiniano, interpretabimur, *rem familiarem inopinato fortunæ impetu amittere*, *l. 4. D. ut in poſſeſſ. legat.* Sed & abſolute *labi*, pro facultatibus labi. Si idoneus ſubito lapſus ſit; *l. 14. D. de admin. & peric. tut.* Si ſubito hereditas lapſa ſit: *l. 11. §. 5. D. de minor.*

LABOR, ut ait Cicero *lib. 2. Tuſcul. c. 15.* eſt functio quædam animi vel corporis gravioris operis & muneris. Ita: Munus perſonale, quod corporibus, *labore*, cum ſollicitudine animi & vigilantia ſollemniter exſtitit: *l. 1. §. 3. D. de mun. & hon.*

Nullus labor: *l. 2. §. 2. D. de minor.* id eſt, expeditum eſt, nec ullam res habet dubitationem.

Labor in primis de re militari uſurpatur. Honoris augmentum non *ambitione* ſed *labore*, ad unumquemque convenit devenire: *l. 14. C. de re milit.* Labore non ſuffragio: *l. 1. C. de offic. magiſtr. offic.*

LABORARE, labores ferre, itemque ſollicitum eſſe, ut in *l. 1. §. 5. D. de dol. mul. l. 15. §. 1. D. ad Leg. jul. de adult.*

Plerumque uſurpatur pro periclitari, vel angi. Ut: *laborant* ædificia vento vel pluvia: *l. 12. §. 17. D. de inſtr. vel inſtr. leg.* Laborante nave, jactus factus eſt: *l. 4.*

l. 4. *D. de Leg. Rhod.* Quum hoc facto pudicitia *laboretur* (passive vel deponenter pro *laboret* : *l.* 11. §. 12. D. *ad Leg. Jul. de adult.*

LABORUM, vel *labarum*, vexilli genus. Hinc præpositi in *l.* 1. *C. de præpos. labor.* sunt signiferi in exercitu Romano, qui ex bellicis signis præcipuum, & summæ dignitatis habitum, gestabant. Τὸ παρὰ Ῥωμαίοις καλούμενον *laborum*, quemadmodum Sozomenus *lib.* 1. *Hist. Eccles. c.* 4. scribit, additque fuisse hoc σημεῖον πολεμικὸν, τῶν ἄλλων τιμιώτερον, καθότι, ἀεὶ τοῦ βασιλέως ἡγεῖσθαι καὶ προσκυνεῖσθαι νενόμιστο παρὰ τῶν στρατιωτῶν, *vexillum bellicum, honoratius reliquis, eo, quod Imperatorem semper præcedere, & adorari a militibus consuevisset.* Ibidemque hoc: ἐπισημότατον σύμβολον τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς, *nobilissimum Romani imperii symbolum* adpellat.

Scripsere quidem veteres Græci λάβωρον, *laborum* : sed verum nomen apud Latinos fuit *Labarum*, vel *Labarus*, Ambros. *lib.* 6. *epist.* 29. Prudent. *contra Symmach. lib.* 1. Fulgent. *Homil.* 60. *de Laurent.* est vexillum, cum insigni XP, ad similitudinem illius, quod in cælo vidisse Constantinum M. ferunt. Sozom. *Hist. eccl. lib.* 1. *c.* 4. Ejus figura frequentissime ab eo tempore in nummis Imperatorum Christianorum conspicitur, ex quibus illud illustrat Burc. Mencken Dissertatione singulari *de monogrammate Christi* XP. De origine vocis *Labarum* disputant *Hadr. Turneb. lib.* 15. *Advers. c.* 16. Fuller. *Miscell. Sacr. lib.* 2. *c.* 1. *lib.* 4. *c.* 12. Stevech. *ad Veget. lib.* 3. *c.* 17. Gretzer *de cruce lib.* 1. *c.* 4. Jac. Gothofr. *ad tit.* C. *Th. de præpos. labor.* & Car. Du Fresne *Glossar. Lat. hac voce*, qui ut rem, id est, vexilli formam, ita & vocabulum a Germanis, Danis, Pannonibus, vel Armeniis repetit: cui adstipulatus Wachter. *Glossar. Germ. p.* 903. Labarum a Germanico *larp*, *lapr*, hodie *lappe*, quod panniculum significat, dictum esse censet. His conjecturis aliam elegantem Ulrici Obrecti subjicit ad hunc locum Tabor. Is enim *in dissertatione de vexillo Imperii c.* 2. tale vexillum a *lauro* primo *lavarum*, indeque, familiari quarto & insequentibus sæculis litterarum permutatione & flexu, *labarum* vocatum esse, existimat. Sed hæ quidem meræ divinationes sunt. Id certius, quod & Sozomenus *lib.* 9. *c.* 4. observat, duo fuisse. *Labara*, quorum alterum ad orientis, alterum ad occidentis imperium pertinuerit. Refert enim, Stilichonem θάτερον τῶν σκήπτρων, ὃ λάβωρον Ῥωμαῖοι καλοῦσι, *unum ex sceptris, quod Romani labarum vocant*, sumsisse, & cum eo in orientem profectum. Ubi notandum, vexillum illud etiam σκήπτρου nomine venire. *Hein.*

LABRUM, in *l.* 15. *D. de act. emt.* accipe pro phiala, qua aqua ex fistulis manans accipitur. Et ita *labrum in balneo* dixerunt Cic. *lib.* 14. *ad famil. epist.* 20. & Vitruv. *lib.* 5. *c.* 7. & labra aquæ ænea Virgil. *lib.* 8. *Æn. v.* 22.

LACCARIUS, in *l.* 1. *C. de excus. artif.* Græci interpretes *laccarios* exponunt τοὺς τὰ λάκκια ποιοῦντες, qui lacus & fossas aquarias aperiunt, vel faciunt. Adde paullo post art. *lacus.*

LACEDÆMONII magis ea, quæ pro legibus observabant, memoriæ mandabant: §. 10. *Inst. de jur. nat. gent. & civ.* Atqui auctores sunt Xenophon, Plutarchus *in Lycurgo p.* 47. & alii veteres, Lycurgum leges suas omnino scripsisse. Immo eas, teste Herodoto *lib.* 6. *c.* 57. regibus custodiendas tradidit, quamvis easdem more alio-

aliorum legislatorum in tabulis non promulgarit, sed memoriæ tantum mandari jusserit. Quod ut eo fierit facilius, eas versibus comprehendisse dicitur Terpander. Clemens Alex. *lib.* 1. *Stromat. p.* 308. Μέλος τε ἦν πρῶτος περιέθηκε τοῖς ποιήμασι, καὶ τοὺς Λακεδαιμονίων νόμους ἐμελοποίησε Τέρπανδρος ὁ Αντισσαῖος. *Modos poematibus primus adjecit, & Lacedæmoniorum leges numerosis versibus scripsit* [vel potius *versibus comprehensas populo decantandas modulandasque exhibuit*] *Terpander Antissæus.* Idem & de Tyrtæo tradunt alii. Proprie ergo jus Lacedæmoniorum non ideo fuit non scriptum, quod moribus tantum inolevisset, sed quod non prostaret in publico, litteris consignatum, uti jus Atheniensium. Vid. Everard. Otton. *Not. ad* §. 10. *Inst. de jur. nat. gent. & civ.* Hein.

LACERARE. *Lacerantur* commoda publica: *l.* 36. *C. Theod. de decur.* patrimonia fortunæque: *l.* 15. *C. Th. de curs. publ.*

Lacerare rationes civitatum versutis fraudibus: *l.* 6. *C. Theod. de numerar.*

LACERATIONIBUS subjacere: *l.* 4. *C. Theod. de numerar. l.* 4. *C. Justin. eod. tit.* ubi *lacerationes* ungularum fodicationes interpretatur Jac. Gothofred.

LACERTA cum muria sua: *l.* 3. §. 3. D. *de penu leg.* Fuere *lacertæ* aut *lacerti*, inter pisces, qui cum garo vel liquamine suo recondebantur. Vide Apicii *de art. coquin. lib.* 4. *c.* 2. & *lib.* 10. *c.* 9. Cels. *lib.* 2. *medic. c.* 18. Hein.

LACESSERE famam: *l.* 38. §. 9. *D. ad Leg. jul. de adult.*

LACUNAR: *l.* 12. §. 22. D. *de instruct. vel instr.* Serv. *in Æn.* 8. *v.* 25. ad illa Virgilii: *Summique ferit laquearia tecti:* Multi, inquit, *lacunaria* legunt, nam *lacus* dicuntur. Unde & in Horatio *Nec mea renidet in domo lacunar.* Nec enim a laqueis dicitur, sed ab eo, quod sunt lacus. Et ad illa *lib.* 1. *Æn. v.* 730. *Dependent lychni laquearibus aureis:* Laquearius, inquit, principaliter lacus dicitur, ut Lucillius: *resultant ædesque lacusque.* Deminutio *lacunar* facit. Horatius: Nec mea renidet in domo *lacunar.* Inde fit alia deminutio *lacunarium*, & per ἀντίστοιχον *laquearium.* Quæ verba transcribens Isidorus *lib.* 19. *orig. c.* 10 addit: *Lacunaria* dici, quæ cameram subtegunt & ornant, inde dicta, quod lacus quosdam quadratos, vel rotundos, ligno, gypso, vel coloribus habeant pictos, cum signis intermicantibus. Alia *lacunaria* contignationum cœlum interpretantur.

LACUS, ait Varro *de ling. lat. lib.* 4. lacuna magna, ubi aqua contineri potest. Servius in *Æn. lib.* 8. *v.* 74. *Lacus* est quoddam adhuc latentis aquæ receptaculum, & dictus, quasi lacuna quædam, ex qua erumpens aqua efficit fontem: qui, quum fluere cœpit, alveum facit. *Lacum* vero, *a stagno*, in Edicti prætorii interpretatione Ulpianus eo separat, quod lacus perpetuam habet aquam, *stagnum* temporalem, ibidem stagnantem: *l. un. D. ut in flum. publ. l. un. in fin.* D. *de rip. mun.* Neque ex *lacu*, neque ex *stagno* aquæductum concedi posse, Paullus ait *l.* 28. *D. de serv. præd. urb.* quod perpetuam caussam non habeant, adeoque lacum intelligit, qui non continet aquam perpetuam. Et talis *lacus* interdum crescere, interdum exarescere, & suos nihilominus terminos retinere dicitur: *l.* 12. *D. de adquir. rer. dom. l.* 24. §. *ult. D. de aqu. & aqu. pluv. arc.*

Lacus piscatorii: *l.* 4. §. 6. *D. de cens.* Hujusmodi olim erat lacus Lucrinus, qui in vectigalibus publice primus fruendus locabatur, au-

auctore Festo *lib.* 9. Lacus angularius de quo vid. Cluver. *Ital. antiqu. lib.* 2. *c.* 3. & Guid. Paciroll. *Var. lect. lib.* 2. *c.* 38. & supra *artic. angularius.*

Lacus, pro cupa, vel vase majore, in quo uva calcatur, ut mustum defluat: Glossar. vetus: *Lacus, calcatorium, torcular.* At, *lacus* vino plenus: *l.* 27. §. *ult. D. ad Leg. Aquil.* non est vas, in quo uvæ calcantur, sed vini receptaculum, qualia domi habebant beatiores, ut inde familia, quantum vellet, hauriret. Talia vasa nonnunquam sub terra erant depressa, tectorioque opere incrustata, ceu ex Xenophonte docuit Cujac. *lib.* 10. *obs. c.* 9. Aliquando illa in parte aliqua ædium prostabant, uti ostendit Pet. Burman. *ad Petron. c.* 70. *p.* 346. ubi & talem lacum repræsentari putat in figura veteris vasis, apud Doissardum *Tom.* 3. *antiq. Rom. c.* 145. quia totum racemis vitium ornetur. Sed urnam potius esse, argumento est epigraphe: *Diis manibus sacrum Q. Minuccius Felix.* quæ sane non vasi, vino pleno, & destinato familiæ usibus, sed urnæ, vel sarcophago, quadrat. Vid. Marq. Gud. *ad Grut. Inscr. p.* 918. 17. Hein.

L æ d i dicuntur personæ, quibus damnum infertur: *l.* 44. D. *ex quib. causs. major.* allegationes; *l.* 2. *C. de error. advoc.* caussa: *l.* 69. §. 1. *D. de legat.* 3. conditio: *l.* 7. *C. de jur. dot.* fructus: *l.* 25. §. 6. *D. locat.* jus: *l.* 3. D. *de transact.* majestas publica: *l.* 3. *D. ad Leg. Jul. majest.* ratio; *l.* 3. *C. si adv. libert.* religio; *l.* 1. *C. de sepulcr. viol.* respublica; *l.* 21. D. *de capt. & postl.* societas; *l.* 49. D. *pro soc.* verecundia: *l.* 6. *D. de serv. export.* dignitas: *Collat. Leg. Mos. & Rom. tit.* 2. §. 5. existimatio; *l.* 8. *C. ex quib. caus. infam.* pietas: *l.* 15. *D. de cond. instit.* pudor; *l.* 15. §. 27. D. *de injur.*

L æ l i u s, Jurisconsultus, qui citatur a Paullo *l.* 43. D. *de hered. pet.* Eum temporibus Hadriani vixisse, indicat *l.* 3. *D. si pars hered. pet.* Dubitatur, an idem sit hic jurisconsultus cum *Lælis Felice*, cujus adnotationes ad Q. Mucium citat Gellius *lib.* 15. *c.* 27. Sed quum & hic jurisconsultus fuerit, & historia illa de fœcunditate Ægyptiæ mulieris ex illis ipsis adversariis Mucianis depromta esse possit: non puto Lælios illos diversos fuisse, sicut nec putat Guid. Pancirol. *Var. lect. lib.* 1. *c.* 27. secus ac Bynkersh. *lib.* 3. *obs. c.* 8. Hein.

L æ t i, seu *leti*, vocabantur barbari qui sponte in Romanum solum transierant, terramque desertam, quæ inde *Lætica* dicebatur, pro se liberisque suis a Romanis colendam accipiebant, quorum mentio fit, in *l.* 10. & *l.* 12. *C. Theod. de veteran.* ubi fuse *in Commentar.* Jac. Gothofr. De *Laetis* illis frequentissimis per Galliam & Germaniam colonis, terraque Laetica, copiosius egerunt Henr. Vales. *ad Ammian. Marcell. lib.* 16. *c.* 5. *p.* 111. & *lib.* 20. *c.* 9. *p.* 194. Tillemont in *hist. Impp. lib.* 4. *part.* 1. *art.* 8. Du Fresne *in Glossar. Lat. h. v.* Ceterum probabilis est conjectura Aub. Miræi, qui *in notis ad Diplom. Belg. p.* 548. illam esse originem existimat colonorum, in Germania passim obviorum, quos nos vocamus *Lassen*, Saxones *Laten*, Belgæ *Laeten*: quamvis *Laetos*, lassos, & lidos, notationibus, & re ipsa distinguat Wachter. *in Glossar. Germ. Tom.* 1. *p.* 908. *seq. p.* 930. *p.* 988.

L a e t o r i a lege, cujus capita quædam exposuit Brisson. *lib.* 3. *select. Antiq. c.* 2. ætas legitima 25. annorum finita fuit. Præter-

terquam enim, quod Plautus *Pseud. Act.* 1. *sc.* 3. *v.* 68. eam legem inde vocat Quinavicenariam: in *l.* 2. *C. Theod. de donat.* diserte legimus: Donec annos Lætoriæ legis egressus, legitimam compleverit ætatem. Ejus capita proposuit & *Hein.* in *Hist. jur. civ. lib.* 1. §. 99.

LAGYNUS, *i*, mensuræ genus. Scævola *l.* 37. §. 2. D. *de legat.* 3. Mævio liberto meo, de me nihil merito, dari volo Lagynos vini vetusti centum quinquaginta. Est ipsum Græcum λάγεινος, male scriptum per *y* Ex λάγεινος vero est latinum *lagena.* Utrumque pro mensura certa acceptum, reperimus. Hieronymus certe *in vita S. Hilarionis* meminit vineæ centum Lagenis vini æstimatæ, id est, ex qua tot lagenarum proventus esse consueverit. *Hein.*

LAICI, λαϊκοὶ, ἀπὸ τοῦ λαοῦ, quasi populares, clericis opponi solent. Ea vox saltim Salviani temporibus non fuit ignota, qui ea utitur *lib.* I. *& lib.* 5. *de gubern. Dei.* Ceterum ridicula est vocabuli etymologia, quam ex Joanne adfert Cangius sub hac voce: Laicus, ait, dicitur potius a λᾶας vel λᾶος, lapis. Inde laicus, id est, lapideus, quia durus, & extraneus a scientia litterarum. *Hein.*

Laicus aliquando accipitur pro ecclesiastico converso. Item *Laicus* religiosus nonnumquam pro pio sæculari sumitur.

LAMINA, vel ut in Florentino scribitur, *lamna*, massa metalli tenuior, vel bractea: *l.* 27. §. *ult.* D. *de aur. arg. leg.*

LAMPADARIUS, *l. ult. C. divers. offic.* qui lampadibus seu facibus, accendendis deserviunt. Cujusmodi officialium etiam fit mentio apud Julianum Antecessorem *Novell.* 38. & in *Novella Valentiniani unica de Lampadariis.* Hanc Brissonii interpretationem notavit Congius *in Glossar. hac voce.* Nimirum quum ex textibus laudatis pateat, Lampadarios hos in comitatu præfectorum aliorumque majorum magistratuum fuisse, eorumque numerum sollicite definiri, ut quaternarium non possent excedere: recte negat Cangius, Lampadariis accendendarum in palatio lampadum curam incubuisse, eosque potius magistratus, in publicum prodeuntes, cum lampadibus comitatos existimat, in honorem imaginis Principis, quæ iisdem magistratibus, teste Cassiodoro *lib.* 6. *Var. c.* 20. præferebatur, quamque μετὰ κηρῶν καὶ μετὰ κοραψίας, *cum cereis & cereorum lumine* deferri consuevisse, ex *Actis Synodi VII. act.* 1. observat. Hinc eosdem cum *Lampadariis* esse statuit Δαδοῦχους, quorum fit mentio in marmore apud Spon. *Tom.* 3. *Itinerar. part.* 2. *p.* 18. Hein.

Fuere & Lampadarii in Ecclesia Græca, qui lampadas ac faces præferebant patriarchæ in litaniis: Codin. *de off. p.* 9. Quo etiam jure gaudebant metropolitani αὐτοκέφαλοι: Balsam. *de privil. patriarch.* Videntur fuisse symbola dignitatis patriarchicæ; hinc Michael Palæologus eadem, cum Arsenium patriarcham abdicaret, ab eo repetiit; *Pachymer. lib.* 2. *c.* 15.

LANA anserina, caprina, leporina: *l.* 70. §. 9. *D. de legat.* 3. ovium; *l.* 4. §. *ult.* D. *de usurp. & usuc.* Est & *lana* de ligno quam ἐριόξυλον adpellant: *d. l.* 70. §. 9. D. *de legat.* 3. Plin. *lib.* 16. *c.* 24. *Lana* Maroccorum, cujus inter merces vectigales fit mentio: *l.* 16. §. 7. *D. de publican. & vectig.* de qua Bynkersh. *lib.* 4. *obs. c.* 5. Sive autem *lana* facta est, sive infecta, & tam, quæ neta est, quam quæ neta non est, item succida & lota, modo tincta non

 fit,

ſit, lanæ adpellatione continetur. Lanæ certe adpellationem eatenus extendi placet, quoad ad telam perveniſſet: *l.* 70. *pr.* & §. 1. D. *de legat.* 3. ubi, ut & apud Paullum *lib.* 3. *Sent. tit.* 6. §. 82. plura de hujus vocis ſignificatione tractantur, ſimulque mentio fit *lanæ ſuccidæ*, *lotæ*, *pectinatæ*, & *verſicoloriæ*: purpura vero, aut ſtamen ſubtemenve hoc nomine contineri, negatur contra *d. l.* 70. §. 2. *D. de legat.* 3. Vid. Schulting. *Juriſpr. vet. antejuſt. p.* 375. Lana legata, veſtem, quæ ex ea facta ſit, deberi non placet: *l.* 88. D. *de legat.* 3.

L A N A T Æ pelles: *l.* 70. §. 1. *D. de legat.* 3. Feſtus: in pelle lanata nova nupta conſidere ſolet.

L A N E U M corpus: *l.* 26. *D. de adquir. rer. dom.*

L A N G U O R, ut ait Non. Marcell. eſt torpor & deſidia, item diſſolutio, & defectio. *Languor* animi: *l.* 44. §. 6. *D. de uſurp.* Languore ſuo ſuorumque adprehenſus: *l.* 26. §. 6. *D. mand.*

L A N I F I C I U M: *l.* 12. §. 6. *D. de uſu & habit.*

L A N I F I C Æ, quæ familiam ruſticam veſtiunt: *l.* 12. §. 5. & 6. *D. de inſtr. vel inſtr. leg.* De hac voce: plura Ducker. *de Latin. vet. ictor. p.* 407.

L A N I P E N D I A, *l.* 31. *D. de donat. int. vir. & ux.* quæ operas ad laneum veſtimentum conficiendum præſtat, aut, ut alii ſentiunt, quæ lanam carminandam, pectendam, nendam, texendamve lanificis præbet. Ita recte interpretatur Cujac. *lib.* 9. *obſ. c.* 30. Nam in Gloſſario vetere *Lanipendius*, vertitur ϛαθμῦχος ἐριδίων, *qui lanas adpendit.* & Lanipendens ϛαθμῦχος γυνὴ, ἡ τὸν ϛαθμὸν παρέχυσα ταῖς ἄλλαις. *Mulier, quæ adpendit, & aliis penſum tribuit.* Alibi eſt ταμιακὴ τῶν ἐρίδων, *lanarum cuſtos.* Apud Reineſ. *Claſſ.* 11. *inſcr.* 38. & apud Sponium *Miſc.* 6. *p.* 223. Lanipenda vocatur. Adde Ducker. *de Lat. vet. ictor. p.* 407. Hein.

L A N I S T A: *l.* 11. *C. Th. de pœn.* gladiatorum magiſter.

L A N I O: *l.* 18. D. *de inſtr. vel inſtr. leg. l.* 2. §. 24. D. *de orig. jur.*

L A N I U S victimarius, *l. ult. D. de jur. immunit.* Varro *lib.* 3. *de re ruſt. c.* 5. Lanii qui ad cultrum bovem emunt, & qui ad altaria, hoſtiæ ſanitatem non ſolent ſtipulari. Feſtus: Lacerare, dividere, comminuere eſt: ex quo dictus Lanius, qui diſcidendo lacerat pecora. Donat. *in Ter. Eunuch. Act.* 2. *ſc.* 2. Lanii, qui laniant pecora: unde & laniſtæ dicti, qui laniandis præſunt gladiatoribus.

L A N X, paropſis. Si me rogaveris, ut ſervum tibi cum lance commodarem, & ſervus lancem perdiderit: *l.* 5. §. 13. *D. commod.* Hujus præterea fit mentio in *l.* 1. §. 40. *l.* 22. D. *depoſ. l.* 44. §. 2. D. *de legat.* 1. *l.* 102. §. 1. *D. de legat.* 3. *l.* 19. *l.* 22. *D. de furt. l.* 1. §. 40. *D. depoſ. l.* 81. D. *de aur. arg. leg. l.* 6. *D. de rei vind. l.* 7. §. 1. D. *de don. int. vir. & ux. l.* 4. D. *de reſcind. vend.*

Lanx pro trutina. Æque lances *l.* 20. *D. de re jud.*

Lance & licio furtum concipere quid fuerit, explicat Feſtus, ex quo lucem accipit Gell. *lib.* 1. *c. ult.* Adde infra *licium.*

L A P I C I D I N A, ait Feſtus, locus, ubi exſcinduntur lapides. Ita *l.* 3. D. *de ſervit. præd. ruſt. l.* 3. §. *ult.* D. *de reb. cor. qui ſub tut.* vel fundus, in quo lapis cæditur: *l.* 8. *D. ſolut. matrim.* Tales lapicidinas primus Cadmus Thebis, aut, ut alii cenſent, in Phoenice inveniſſe fertur, quemadmodum Plin. *lib.* 8. *c.* 56. tradit.

La-

Lapicidinarum autem differentias vide apud Vitruv. *lib.* 2. *c.* 7. *Lapicidinas* aperire: *l. ult. D. de fund. dot.*

LAPIDARIUS, *l. ult.* D. *de jur. immun. l.* 2. *C. Th. de excus. artif.* Lapidarius faber, cui commodatus servus sub machina periit: *l.* 5. §. 7. D. *commod.* Sed, qui lapides cædunt, lapicidas vocari, Varro *lib.* 7. *de ling. lat.* scribit.

LAPIDATIO grandinis: *l.* 4. C. *de malef. & mathem. l.* 3. *C. Theod. eod. tit.*

LAPIDEUM rivum facere: *l.* 1. §. 10. *D. de riv.* quamvis *τὸ lapideum* ibi a manu Triboniani esse censeat cum Brissonio Dionys. Gothofred.

LAPILLI jactus. Vel manum opponentis, lapillumve jactantis, prohibendi gratia: *l.* 20. *D. quod vi aut cl.* Per manum, id est, *lapilli* jactum prohibere. Adde *l.* 5. §. 10. *D. de oper. nov. nunc. l.* 1. §. 6. D. *quod vi aut clam.* Ex quibus locis, satis perspicuis abunde intelligitur, jactum lapilli esse ritum quemdam symbolicum, quo novum opus nuncians uti solebat, si privatim ædificantem prohibere vellet. Vid. Ev. Otto. *in jurispr. symbol. Exerc.* 2. *c.* 9. *p.* 179. Hein.

Lapilli l. 3. D. *de divis. rer.* Notum est, quid inter viros doctos de discrimine quod inter *lapillos* & *gemmas* statuit Ulpianus, *l.* 19. §. 17. *eod. tit.* Quum enim *gemmas* pro perlucidis, *lapillos* pro contrariæ naturæ materia accipiat, jam pridem observarunt viri docti, veteres auctores id discrimen non servasse, qui & gemmas vocarint lapides, & lapidum perlucentium passim meminerint. Vid. Ducker. *de Latin. vet. ictor. p.* 291. *seq.* Sed quum Ulpianus eo loco auctoritate Servii, Sabini, Cassii, utatur: vix dubitare licet, Ulpianum, non quæ ex usu sit horum vocabulorum significatio, sed quomodo ea jurisconsulti intelligant tradere voluisse. Quis enim dixerit, ea, quæ auctores nostri de notione vocabulorum auri, argenti, vestimentorum, tritici, vini, olei tradunt, usui eorum vocabulorum quotidiano convenire? *Hein.*

LAPIS. Lapidem cædendi eximendi jus, *l.* 8. §. 5. *D. si serv. vind. l.* 16. §. 1. D. *de servit. præd. rust.* Vicino, cujus lapicidinæ fundo tuo immineant, posse te cedere jus ei esse, terram rudus, saxa jacere, posita habere, & in tuum *lapides* provolvantur, ibique positi habeantur, & inde exportentur: *l.* 3. §. 2. *D. eod. tit.* Si in confinio *lapis* nascatur, & sint pro indiviso communia prædia: tunc erit lapis pro indiviso communis, si terra exemtus sit: *l.* 8. *D. de adqu. rer. dom.*

Lapidum vero in jure nostro hæ differentiæ occurrunt, *Lapis* quadratus, stratus, structilis: *l.* 6. §. 5. D. *si servit. vind. l.* 17. §. 1. *D. de aqu. & aqu. pluv.*

Lapis teli nomine continetur in *l.* 233. §. 2. *D. de verb. signif.* §. 5. *Inst. de judic. publ.* Arma sunt omnia tela, hoc est, *fustes* & *lapides*: *l.* 3. §. 2. D. *de vi & vi arm.*

Lapides speciatim pro marmoribus: *l. ult.* §. *ult. D. qui pot. in pign.*

Lapis pro gemma vel lapillo. *Lapis* universus: *l. ult.* §. 7. D. *de public. & vectig. Lapides* exemtibiles: *l.* 25. §. 11. D. *de aur. arg. leg.*

Lapides, id est, termini finium caussa positi: *l.* 2. *D. de term. mot.* Tibull. *lib.* 1. *Eleg.* 3. Non fixus in agris, Qui regeret finibus arva, *lapis.* Ovid. *lib.* 2. *Fastor. v.*641. Termine, sive lapis, sive es defossus in agro Stipes.

Porro

Porro *lapidibus*, id eſt, lapideis columnis, olim diſtincta fuiſſe viarum ſpacia notum eſt, quorum dinumerationem ab urbis milliario inchoabant, ita, ut inde primum, ſecundum, tertium, & deinde reliquos numerarent. *Lapides* autem illi mille paſſuum intervallo disjungebantur, ac proinde *primo ab urbe lapide*, nihil aliud eſt, quam primo milliario, ſeu mille paſſibus ab urbe. Ita: Intra, ultra centeſimum lapidem: *l.* 1. §. 4. *de offic. præf. urb. l.* 22. §. 2. D. *excuſ.* §. 16. *Inſt. eod. tit.*

LAPSUS, *us.* in primis de tempore finito præterito uſurpatur. Sic: *lapſu* gemino & ſecundo: *l. un.* C. *Theod. de ſecund. laps. Lapſu* temporis: *l.* 2. *C. Th. de reparat.*

LAQUEARIUS, *l.* 2. *C. Theod. de excuſ. artif.* Eos laquearios Juſtinianus omiſit in *l. C. eod. tit.* Erant vero, qui laquearia, vel lacunaria, de quibus ſupra, affabre conſtruebant.

LAQUEUS, *Laqueo* animadvertere: *l.* 8. §. 1. *D. de poen.* quæ eſt ſuſpendii poena, apud Romanos, ut ex hac ipſa lege patet, inuſitata.

Metaphorice *laquei* vocantur omnes res, quæ intricant. *Laquei* actionum: *l.* 1. *C. Theod. de Epiſc. aud.* novæ conſtitutionis: *l.* 3. *C. Theod. de veſt. olover.* diſcuſſionum: *Novell. Theod. & Valentinian. nec curial. præd. alien.* ignorationis deceptæ: *l.* 16. *C. Th. de petit. & ult. dat.*

Laqueus legis, quo ſe accuſator adſtringit, eſt inſcriptio in crimen, in *l.* 2. *C. Th. de abolit.*

LAR, & in numero plurativo *Lares*, erant Dii familiares Romanorum. At apud Juriſconſultos in utroque numero ſignificat domicilium. Si *laribus* carendum haberet: *l.* 38. D. *de rei vind.* Larem matrimonio collocare, id eſt domicilium: *l.* 1. §. 2. *D. de adgnoſc. & alend. lib.* Add. *l.* 4. *C. Th. de exſequutor. l.* 52. *C. Th. de decurion. l.* 1. *C. Th. ſi curial. relict. civit. Larem* fovere in provinciis: *l.* 5. *l.* 9. *C. Th. de ſenator.* iuſtruere: *l.* 27. *C. de petition.* ponere: *l. ult. C. Theod. de teſtam.*

LARDUM, vel *Laridum*: *l.* 1. *C. de erog. milit. annon.* Macrob. *lib.* 7. *Saturn. c.* 12. *Salitam carnem, quam laridum vocamus, ut opinor, quaſi large aridum.* Lardum autem militibus erogari conſueviſſe, ex *d. l.* 1. adparet. Exſtat apud Trebell. Pollion. in *Claud. c.* 14. Valeriani *Epiſtola ad Zoſimionem*, procuratorem Syriæ, qua Claudio, tribuno legionis, dari inter cetera *lardi libras duo millia* præcipit. Quin etiam inter annonarias ſpecies *carnis porcinæ pondo triginta* legere eſt apud Voſpicum *in Aureliano c.* 9. Ac plane *lardi* adpellatione porcinam carnem ſalitam, non illud tantum pingue & candidum ſuillum, quod vulgo apud nos *lardi* nomen obtinet, intelligi, indicio eſt *rubentis* epitheton, *lardo* adjunctum a Martiale *lib.* 5. Epigr. 79. *illo verſu:* Et pallens faba, cum rubente lardo.

LARGIANUM SC. de libertorum ſucceſſione ſcriptum, quo cavebatur, ut liberi manumiſſoris non nominatim exheredati in Latinorum libertorum bonis extraneis eorum heredibus præferrentur: §. *ult. Inſt. de ſucceſſ. libert. l. un. pr. C. de Latin. libert. toll.* Novell. 78. *præf.* Conditum eſt hoc SC. primo Imperii Claudii Cæſaris anno, ipſo Claudio & L. Licinio Cæcina Largo Coſſ. uti oſtendit Hein. *in hiſt. jur. civ. lib.* 1. §. 218.

LARGIRI, liberaliter quid erogare, vel facere; in *l.* 4. D. *de*

de decret. ab ord. fac. l. 54. §. 1. D. *de furt.*

Largiri, etiam ferre admittere, pati concedere ut quid fiat, significat. Et ita *largiri* dicuntur avus: *l.* 14. §. 2. D. *quod met. cauſſ.* beneficium ætatis: *l.* 2. *C.* de *integr. reſt.* portio: *l.* 7. *D. de fideic. lib.* redditus: *l.* 25. §. *ult.* D. *ad Leg. Falcid. l.* 21. §. 1. *D. de ann. legat.* tempus: *l.* 30. D. *de minor.*

LARGITAS animi: *l.* 5. *C. de advoc. diverſ. judic.* Auguſta: *Novell. Valentiniani & Marciani de præd. piſtor.* fructuaria: *Novell. Theod. & Valentiniani.* imperialis: *l. ult.* §. 13. *C. de jur. delib.* ſpecialis: *l. ult. C. de fruct. & lit.* ſponſalis: *l.* 2. *C. Th. de repud.*

LARGITER refert, *l.* 5. *C. de fideic. libert.* id eſt; multum intereſt. *Large* autem & *largiter* hoc differre Julius Modeſtus exiſtimabat, quod *large* ſit qualitatis; *largiter* quantitatis, ut Soſipat. Charis. *lib.* 1. refert.

LARGITIO principalis: *l.* 24. *C. de don. int. vir. & ux.*

Largitiones, pro ærario principis, fiſco, theſauris. Hinc ſeparantur ab *arca* ſublimium poteſtatum: *l.* 6. *C. Theod. de indulg. debit.* Unde in *l.* 3. *C. eod. tit.* Omnium titulorum, ſive quæ ad illuſtres viros, præfectos prætorio, ſive qui ad *Largitiones* noſtras pertinent. Ita intelligendæ *largitiones* divinæ: *l.* 13. *C. de murileg.* ſacræ, *l. ult. C. de his, qui ex publ. ratioc.* & paſſim. Ceterum qui palatini ſacrarum *largitionum* dicuntur *in rubr. C. de palat. ſacr. larg.* hi in *l.* 10. *eod tit.* adpellantur palatini ſacrarum *remunerationum rationem tractantes.* Symmach. *lib.* 1. *epiſt.* 29. Palatini munerationum ſacrarum comites. Sed & munerationum ſacrarum comites in *l.* 2. *C. de commeat.* adpellantur, qui alias Comites *largitionum* vocantur. Vetus Gloſſarium Græcum: Πριβάτα τὰ τῇ βασιλείᾳ ἰδίως διαφέροντα. Ἄλλα δέ ἐςι τὰ δημόσια τέλη, ὑπὸ τὸν Κόμητα λαργιτιωνων ταῖς δημοσίαις ὑπυργοῦντα χρείαις. Λαργιτιώνες δέ εἰσι δύο, τὰ σάκρα, καὶ τὰ πριβάτα. Δύο γὰρ εἰσι βασιλικοὶ θησαυροί, οἱ ἰδιάζοντες τῆς βασιλείας, οἷον τῶν Λαργιτιώνων, καὶ ὁ δημόσιος ὁ τοῦ φίσκου. Privata, quæ ad domum Auguſtam ſeparatim pertinent. Ab his enim diverſi ſunt publici reditus, qui ſub Comite *Largitionum* publicis neceſſitatibus deſerviunt. *Largitiones* vero ſunt duorum generum, *ſacræ & privatæ*: ſi quidem & duorum generum ſunt imperatorum theſauri, unus privatus domus auguſtæ, qualis eſt largitionum: alter publicus fiſci. Vid. ſupra art. *Comeſ.*

LARGITIONALE aurum, *l.* 3. *C. de ſuſcept. præp. & arcar.*

Largitionales civitatum: *l.* 10. C. *de ſuſc. præd. & dec. l. un. C. de præf. adp. magiſtr.* comitatenſes & officiales; *l.* 6. *C. Theod. de diverſ. offic.* tituli; *l.* 12. *C. de vectig. Rubr. C. de canon. largit.* urbium ſingularum: *l.* 3. C. *de privil. eor.*

Sunt ergo *largitionales*, vel *palatini largitionales*, qui pecuniam illam, vel ſpecies, ad ſacras vel privatas largitiones pertinentes, ut veſtes, purpuram, aurum, ſuſcipiebant, & in ærarium fiſcumve inferebant. *Tituli largitionales* ipſæ ſpecies, ſacris vel privatis largitionibus inferendæ. Rem omnem accuratiſſime expoſuit Claud. Salmaſ. *ad ſcript. hiſt. Aug. pag.* 175. *ſeq.* Hein.

LARVALIS habitus Paull. *lib.* 3. *ſent tit.* 4. §. 2. Sed ibi dubia lectio. Alii enim codices habent *barbarum* habitum, alii *latronalem*, alii *larvalem*, quod probat etiam Cujac. *obſ. lib.* 21. c. 22.

22. Adde Schulting. *jurifpr. vet. antejuft. p.* 345. *feq. Hein.*

LASCIVIA, petulantia quædam hominis, alacritate nimia intemperantis. Et hinc junguntur per lafciviam, & non data opera: §. 11. *Inft. de oblig. quæ quafi ex delict.* Quum quidem per lafciviam cauffam mortis præbuiffet: *l.* 4. §. 1. *D. ad Leg. Corn. de ficar.* Si exercitus præteriens per lafciviam aliquid abftulit: *l.* 15. §. 2. D. *locat.* Lafcivia ergo admiffum videtur, quod magis ridiculi, quam nocendi aut lucri cauffa factum.

Lafciviæ vero nomen non in homines modo, fed in cetera quoque animantia cadit. Animalium nomine, quæ ratione carent, fi qua lafcivia pauperiem fecerint: *pr. Inft. fi quadr. paup. fec.* ubi lafcivia factum videtur quod magis hilaritate quam feritate aut alia cauffa contingit.

LASER in penu eft: *l.* 5. *D. de penu leg.* & inter fpecies ad vectigal pertinentes refertur: *l. ult.* §. 7. *D. de publican. & vectig.* Ejus ufum ad gulæ delicias & ciborum condimenta prodit Apicius *lib.* I. *de re culinar. c.* 2. & *lib.* 7. *c.* 1. Inde carnes lafere infectas dixit Apulei. de *afin. cur. lib.* 10. *p.* 246. Meminit laferis & Auguftinus, in *lib. de morib. Manichæor.* Eft etiam laferpitii, quod Græci σίλφιον vocant, fuccus. Collumella *lib.* 6. *de re ruft. c.* 17. *Radix, quam Græci σίλφιον vocant, vulgus, noftra confuetudine, laferpitium adpellat.* Cujus unam Cyrenaicam provinciam, (ut non omnis fert omnia tellus), feracem olim habitam, Vitruv. *lib.* 8. *c.* 3. docet. Quod fi terra generibus humorum non effet diffimilis & difparata, non tantum in Syria & Arabia, in arundinibus & juncis, herbifque omnibus effent odores, neque arbores turiferæ, neque pipperis darent baccas, nec myrrhæ glebulas, nec Cyrenis in glebulis *lafer* nafceretur. Unde *Cyrenas Laferpitiferas.* Catullus *in carm. ad Lesbiam* 7. dixit: Columella quoque de arboribus *lib.* 1. *c.* 23. *Lafer* Cyrenaicum adpellat. Plin. *lib.* 19. *c.* 3. Ad proximum dicetur auctoritate clariffimum *laferpititium*, quod Græci σίλφιον vocant, in Cyrenaicaa provincia repertum, cujus fuccum vocant *lafer*, magnificum in ufu medicamentifque, & ad pondus argentei denarii penfum. Multis jam annis in ea terra non invenitur, quoniam publicani, qui pafcua conducunt, majus ita lucrum fentientes, depopulantur pecorum pabulo. Unus omnino caulis, noftra repertus memoria, Neroni principi miffus eft. Hæc Plinius. Aliam vero ob cauffam inde a Strabonis, qui fub Augufto vixit, temporibus rarefcere, ac propemodum deficere cœpiffe fuccum hunc, ipfemet Strabo *lib.* 17. *p.* 1194. teftatur. Cyrenaeis, (ait, juxta verfionem latinam,) finitima eft regio, quæ laferpitium producit, & Cyrenaicum fuccum, quem fylphium expreffo & coagulato fucco dat. Id propemodum defecit, quum aliquando barbari, impreffione facta radices ejus pœne omnes, odio impulfi, eruiffent. Atque hoc eft σίλφιον λιβυκὸν, laferpitium Libycum, in illis verfibus, quos ex Ariftophanis Philothebaco citat Athenæus *lib.* 14. *c.* 4. *p.* 613. Interpres Ariftophanis in Equitibus: Silphium vero, (ait, ceu latina verfio eft,) radix eft, fecundum quofdam jucunde olens, quæ in Libya provenit, condimentis apta, & in medico ufu falubris. Optimum eft Cyrenaicum, quod & fucco ejus, & radice, & caule uti poffis. Idem in *Avibus*: Silphium

phium, quod in Libya nascitur, ad multa salubre est. Est vero magni pretii. Sed & *in Pluto* de laserpitio agens; Et folium ejus, & fructus, & caulis, & succus, & simpliciter omne, quod in eo est, magni pretii est. Admonendi tamen sumus, ne in fraudem Vitruvii verbis inducamur, Syriam quoque, & Mediam, laserpitium tulisse, quemadmodum Theophrastus *lib.* 6. *c.* 3. & Dioscorid. *lib.* 3. *c.* 78. testantur. Hujusmodi autem laserpitii succus propter præstantiam suam sibi proprium fecit commune ὀπȣ͂, id est, succi nomen. Ὀπȣ͂ namque adpellatione apud medicos Græcos, *laser* κατ' ἐξοχὴν exauditur. Galenus *lib.* 8. *de simplic. medic. facult. c.* 12. *p.* 215. *Tom.* 13. *oper.* Quavis namque radice incisa, (ait, secundum latinam interpretationem,) aut caule, quod ex vulnere crassum ac lentum effluit, succus est. Ceterum specialibus, & velut per excellentiam quamdam Cyrenaicum ita adpellant, & Medicum & Syriacum. Ac plane a Palladio *lib.* 3. *c.* 29: *laser* ὀπὸς κυρηναικὸς, *succus cyrenaicus* adpellatur. Verum ὀπὸν hunc inscite ac perperam, qui Galenum sequuti sunt, Paullus Aegineta & Oribasius in *opium* transformarunt: qui error etiam ad Isidorum manavit, cujus verba *lib.* 17. *c.* 9. sunt hæc: *Laser*, herba, nascitur in monte Oscobagi, ubi & Ganges fluvius oritur. Cujus fructus dictus primum *lacer*, quoniam manat in modum lactis. Deinde usu dominante *laser* nominatum est. Hoc est a quibusdam *opium* cyrenaicum adpellatum, quia & apud Cyrenas nascitur. Tertullianus utique, Græcismi amantior, λασάρον nostrum *laser*, latini sermonis imitatione vocat. Postremo, apud Sosipatrum *lib.* 1. *Inst. grammat. p.* 56. hæc Catonis *lib.* 3. *orig.* verba inveniuntur: *laserpitium pro pulmentario habet.* Quum jam pridem defecerit plantæ istius species: eam proculdubio quis coram intueri cuperet. Voti vero hujus nos damnant veteres numi in quibus tota hæc planta cum caulibus & fructibus sistitur, apud Laur. Berger. *Thesaur Brandenb. Vol.* 1. *p.* 520. & Ez. Spanhem. *de usu & præst. num. Diss.* 6. *c.* 1. *p.* 290. *Tom.* 1. Hein.

LATEBRA abolitionis: *l.* 2. *C. Theod. de abolit.* fugæ: *l.* 15. *C. Th. de cohortal.* ignaviæ: *l.* 7. *C. Th. de fil. mil. adpar.*

LATER. *Lateribus* circumstructum aenum: *l.* 38. §. 2. *D. de act. emt.* Isidor. *lib.* 25. *c.* 8. & *lib.* 19. *c.* 10. crudos lateres esse, ait, inde nominatos, quod latiligneis formis efficiantur, formenturque circumactis undique quatuor tabulis. De iis plura Vitruv. *lib.* 2. *c.* 3.

LATERALIA viatoria, in quibus chirographa & pecunias condidisse testatorem, proponitur: *l.* 102. *D. de legat.* 3. Sunt autem *lateralia viatoria*, capsulæ in quibus ad ephippium utrinque loro suspensis, ea quæ nobis in itinere necessaria sunt, recondimus Gothofr. Vid. Ant. Augustin. *emend. lib.* 4. *c.* 8.

LATERCULENSIS adpellabatur, cui laterculi cura & custodia mandata erat: *l.* 5. *C. qui milit. poss. lib.* 12. Quem in scrinio sacræ memoriæ militasse docent *l.* 13. *l. ult. C. eod. tit.* Vid. Jac. Guther. *de offic. dom. Aug. lib.* 3. *c.* 7. *p.* 568.

LATERCULUM, librum, seu codicem scrinii memoriæ significat, qui officiorum, dignitatum administrationumque tam civilium, quam militarium, nec non codicillorum & consuetudinum, chartarum, pronunciationisque cujusque notitiam indiculum-

lumque continebat. Codices, in sacro scrinio memoriæ positos, vocat Imperator Leo in *l.* 3. *C. de agent. in reb.* Georg. Cedren. *p.* 140. alieno loco voces quasdam Romanas explicans: Planthon, (ait, ut fert latina versio,) Græci vocant laterem coctum, apud Romanos *laterculum* vocatur. Erat autem *laterculum* quoddam publicum, in quo senatorum & legionum nomina inscribebantur. Inscribebatur vero plinthus in muro in figura quadrata. Idem denique *laterculum* τετράγωνον γραμμὴν, *quadratam figuram* esse, concludit. Duplex autem olim *laterculum* fuisse, majus & minus ex Mariani notitia colligitur. Illud dignitatum omnium, quæ a principe mandabantur, deferebanturque prologum continebat: sacroque memoriæ scrinio conditum adservabatur; *l. ult. C. de offic. magistr.* Ad quod in *l.* 1. §. *ult. C. de offic. præf. præt. Afr.* pertinent hæc verba: *In nostro laterculo.* Atque magis hoc laterculum primicerius notariorum tractabat, ejusque figuram Marianus, ubi de *primicerio notariorum* agit, exhibet, oblongam & quadratam: dein subjicit: *sub dispositione viri spectabilis, primicerii notariorum omnis dignitatum & administrationum notitia, tam militarium quam civilium. Minoris* vero *laterculi* cura ad Quæstoris sollicitudinem pertinebat, præfecturasque, tribunatus & præposituras castrorum, & alias ejus generis dignitates, quæ sub cura ac sollicitudine Quæstoris erant, complectebantur: *l.* 1. *l.* 2. *C. de offic. quæst.* De hoc quoque *laterculo* Jac. Guther. *de offic. dom. Aug. lib.* 3. *c.* 9.

LATENS incrementum: §. 20. *Inst. de rer. divis.* vitium: *l.* 35. D. *de Aedil. edict.* In *latenti*, & publice. opponuntur: *l.* 2. §. 35. D. *de orig. jur.*

LATINITAS, §. *ult. Inst. de success. libert.* & apud Ulpian. *Regul. tit.* 3. §. 4. est Latinorum libertinorum status, seu latina conditio. Eum servum, qui tantum in bonis nostris est, nec cum libertate heredem instituere possumus, quia *latinitatem* consequitur. Ulpian. *tit.* 22. §. 8. *Latinitate* donari: *l.* 1. C. *Theod. de rapt virg.* id est, jure seu beneficio Latinæ libertatis donari. At apud Cic. ad Attic. *lib.* 14. *epist.* 12. *Latinitas* jus Latii significat.

LATINUS. *Latini* a Latio dicti. Latinorum autem, incolis Latii jure civitatis donatis, duo erant genera: unum eorum quos *Colonarios* vocat Ulpianus *tit.* 19. §. 4. Alterum eorum, qui quod justis legitimisque modis manumissi non essent, ad justam, plenam, perpetuam, perfectam, & omnibus numeris absolutam libertatem, ex qua & civitas Romana contingebat, non perducebantur, sed minorem, inferiorem & imperfectam, hoc est, civitatis Romanæ expertem, atque adeo, ut Plautino verbo utar, usuariam tantum libertatem consequebantur, quos *Latinos Junianos* adpellat idem Ulp. *tit.* 1. §. 5. *tit.* 19. §. 4. *tit.* 20. §. 7. Nimirum quod eorum origo ex Lege Junia descenderet de qua supra suo loco. Ac plane a Lege Junia Latinos nominatos ait idem Ulpianus *tit.* 1. §. 10. Theophil. *in* §. 3. *Inst. de libertin.* καὶ ἀπεκλήθησαν *Latini juniani* ἀπὸ νόμου *Junii Norbani*, ὃς εὑρετὴς ἐγεγόνει τῆς αὐτῆς αἱρέσεως. Et vocantur *Latini Juniani*, a lege *Junii Norbani*, qui inventor fuit hujus conditionis, de qua vide supra art. *Junia Norbana* Lex. Salvianus Massil. *lib.* 3. *adversus avaritiam p.* 240. More ergo illorum, ait, uteris, qui servos suos, non bene de se meritos, quia civitate Romana indignos,

dignos judicant, jugo Latinæ libertatis addicunt, quos quidem jubent sub libertorum titulo agere viventes: sed nolunt quidquam habere morientes. Negato enim his ultimæ voluntatis arbitrio, etiam quæ superitites habent, morientes habere non possunt.

Neque tamen *Latinis* libertis, sicut dedititiis omnis ad civitatem Romanam aditus præclusus erat. Ad eam enim illis non una via patebat, poterantque eo certis modis pervenire, quos Cujac. *lib.* 1. *Inst. tit.* 1. §. 4 perstringit. Atque ita jus Quiritium consequi dicebantur. Ulpianus *tit.* 3. §. 1. *Latini*, ait, *jus Quiritium consequuntur his modis: beneficio principali, liberis, iteratione, militia, nave, ædificio, pistrino.* Quorum omnium explicationem ex ipso auctore pete. Unde idem Ulpianus *tit.* 17. §. 1. Si *Latinus*, inquit, *jus Quiritium consequutus sit.* Secundum quæ Plinius libertis alienis, sed patronis consentientibus, jus Quiritium a Trajano petit *lib.* 10. *epist.* 4. & 6. deque eo impetrato gratias eidem Imperatori agit *ejusd. libri epist.* 22.

Cum *Latinis* cives Romani connubium habent ita, si concessum sit: Ulpian. *tit.* 5. §. 4.

Latinus Junianus & familiæ emtor & testis, & libripens fieri potest, quoniam cum eo testamenti factio est: Ulpian. *tit.* 20. §. 8. fideicommissum capere potest: Ulpian. *tit.* 25. §. 7. Si ei legatum sit, nec intra dies centum jus Quiritium consequutus sit, caducum legatum fit: Ulpian. *tit.* 17. §. 1. Mancipatio locum habet inter cives Romanos & *Latinos* colonarios *Latinosque* Junianos. Si Latinus manserit, qui heres institutus est, lege Junia capere hereditatem prohibetur: Ulpian. *tit.* 22. §. 3. Ex cive Romano & *Latina Latinus* nascitur: Ulpian. *tit.* 5. §. 9. *Latinus* Junianus testamentum facere non potest. Id enim Lex Junia prohibet: Ulpian. *tit.* 11. §. 16. Lex Junia tutorem fieri jubet Latino vel Latinis impuberibus eum, cujus etiam ante manumissionem ex jure Quiritium fuit: Ulp. *ibid.* §. 19. Ex quibus perspicue liquet, quis fuerit ejus mulieris status, quam *Latinæ* conditionis habitam, Suetonius *in Vesp. c.* 3. refert.

LATITARE dicitur, qui se occultat, qui non comparet, qui sui copiam potestatemque, ut secum agi vel lis ad exitum perduci possit, non facit: qui ne actio aliqua secum moveatur, vel ut actio eximatur, ejusve dies exeat, urbe profugit, ut se occultet: *l.* 21. §. 2. *l.* 33. §. *ult.* D. *quib. ex caus. major. l.* 50. D. *de pecul. l.* 42. §. *ult. D. de procurat. l.* 19. *D. de in jus voc.* Latitare ergo est, non ut Cicero definit, turpis occultatio sui: potest enim quis latitare non turpi de caussa: *l.* 7. §. 4. D. *quib. ex caus. in possess.* Et hoc modo *latitare*, & *contemnere venire* opponuntur: *l.* 28. §. 1. D. *de fideic. libert.* Proinde non simpliciter interdixit Prætor: *Qui latitavit*, sed qui fraudationis caussa latitavit, *d. l.* 7. §. 1. *D. quib. ex caus. in possess.* id est, hoc animo, ut fraudentur creditores, quemadmodum *ibidem* explicat Ulpianus §. 5. Sive quis eodem loci agat, sive alio, sive peregre, si tamen occursum creditorum evitet, *latitare* videtur. Eum quoque qui in foro eodem agat, si circa columnas aut stationes se occultet, videri *latitare* veteres responderunt *d. l.* 7. §. 3. *D. eod. tit.* Nam & eum, qui recedit, hoc est, ut subterfugiat, ne secum aliqua actio moveatur, *latitare* placet: *l.* 36. *D. de reb. auct. jud. possid.* De eo more latitandi circa columnas, pluribus egit

egit Cujac. *lib.* 1. *obs.* *c.* 13. & *lib.* 1. *c.* 18. Fraudationis caussa *latitare* non videtur minor, qui sui idoneus defensor non est; *l.* 5. D. *eod. tit.* Non videtur frustrandæ actionis caussa *latitare*, qui præsens judicium suscipere non compellitur: *l.* 3. D. *de judic.*

Notanda est constructio hujus verbi: *Latitans* patronum; *l.* 8. *D. de condict. & dem.* Et de ea constructione disputat Ducker. *de Latinit. vet. Ictor. p.* 365. Sed cum *latere* cum casu quarto posuerint Virgil. *lib.* 1. *Æn. Nec latuere doli fratrem Junonis*: Ovid. *lib.* 5. *fast. v.* 361. *Quorum me caussa latebat*: Justin. *lib.* 31. *c.* 2. *Res Hannibalem non latuit*: immo & Plin. *lib.* 2. *Hist. nat. c.* 20. *Latet plerosque*: non video, quidni & Jurisconsulto condonanda sit loquutio: *Latitans patronum.* Frequentativa enim eodem modo construi, ac themata sua, experientia docet. *Hein.*

Latitare etiam dicitur, quod in occulto vel latenti fit. Hinc *ubi latitet* incrementum, & *ubi adpareat*, opponuntur: *l.* 9. §. 4. D. *de usufr.*

LATRO, ut ait Varro *lib.* 6. *de ling. lat.* dicti a latere, quia circum latera erant regi, atque ad latera habebant ferrum, quos postea a stipatione stipatores adpellarunt: & quia conducebantur mercede. Ea enim merces dicitur Græce λάτρον ἢ σάτρον. Ab eo veteres poetæ nonnumquam milites adpellarunt *latrones*, quod irent, ut alii milites, cum ferro, aut quod lateant ad insidias faciendas. Serv. *lib.* 12. *Æn. non procul ab initio. Latrones* vocantur conducti milites. Festus: *Latrones* eos antiqui dicebant, qui conducti militabant, ἀπὸ τῆς λατρείας. At nunc viarum obsessores dicuntur, quod a latere adoriuntur, vel quod latenter insidiantur. Unde hausit Isidor. quæ de hujus vocis etymo *lib.* 10. tradit. Ergo hoc vocabulum ex eorum numero est, quæ ab honesta origine in invidiam postea abierunt. Quo ex genere sunt *tyraunus* & *sophista.*

Latrones utique in jure nostro semper adpellantur, qui nullo indicto bello prædantur, & prædas agunt: *l.* 9. D. *ex quib. causs. major. l.* 21. *D. solut. matr.* Nam hostes sunt, qui nobis, aut quibus nos publice bellum decrevimus: ceteri latrones aut prædones sunt; *l.* 118. *D. de verb. signif. l.* 24. *D. de capt. & postl.* Unde & ab *hostibus* perpetuo *latrones* separantur: *l.* 18. *D. commod. l.* 9. §. 1. *D. quod met. causs. & aliis locis.* Ac plane nulla cum iis juris gentium communio intercedit. Itaque non ut ab hostibus captus eorum servus fit, ita, qui a latronibus captus est, eorum servus efficitur: *l.* 1. D. *de legat.* 3. Quin immo a latronibus capti liberi permanent; *l.* 19. §. 2. *D. de capt. & postl. l.* 13. *D. qui test. fac. poss.* Famosos latrones in his locis, ubi grassati sunt, furca figendos, compluribus placuit: *l.* 28. §. 15. D. *de pœn.*

Si *Latrocinantem* peremisti, qui voluntate inferendæ cædis processerat, jure eum cæsum videri: *l.* 4. *C. ad Leg. Cornel. de sicar.*

LATROCINIUM, in *l.* 1. *C. Theod. de offic. rect. prov.* vocatur rapacitas officialium, litigatores variis modis artibusque deprædantium. Eodem schemate caussidicinam & famosas tabularum artes, quibus litigatores pecunia turpiter emungere solent. Columella *lib.* 1. *de re rust. c.* 1. *comm.* 9. eleganter vocat caninum, sicut dixere veteres, studium locupletissimum quemque adlatrandi, & contra innocentes, ac pro nocentibus, neglectum a majoribus, a nobis etiam concessum

ſum intra mœnia, & in ipſo foro, latrocinium. *Hein.*

LATRUNCULATOR, *l.* 61. §. *ult. D. de judic.* qui ad conquirendos perſequendoſque latrones a principe mittitur, quem Juſtinianus ληϛοδιώκτην vocat *Novell.* 8. *c.* 13. Eorum etiam mentionem faciunt Euſeb. *Hiſt. eccl. lib.* 4. *c.* 15. & Auguſtin. *epiſt.* 169. *& ſeq.*

LATRUNCULUS & latro idem ſonant, ut adparet ex *l.* 24. D. *de capt. & poſtl.* juncta; *l.* 118. D. *de verb. ſignif.* & ex *l.* 1. *D. de legat.* 3. *l.* 34. §. *ult.* D. *de donat.*

LATUS, ait Iſidor. *lib.* 11. *orig. c.* 1. læva pars corporis: quia jacentibus nobis latet. At a veteribus pro utraque corporis vel animati, vel inanimati, parte uſurpatur. *Latus* brevius poteſt adferre difficultatem: *l.* 12. §. 1. D. *de Ædil. edict.* Latera formæ perfodere· *l.* 9. *C. Th. de aquæd.*

Latus pro parte. Hoc *latere*, pro hac parte: *l.* 118. D. *de verb. obl.* Ex utroque *latere* naſcitur obligatio: *l.* 6. §. 4. *D. de negot. geſt.*

A *latere*, ſeu *ex latere*, id eſt, ex tranſverſo: *pr. Inſt. de grad. cognat. l.* 10. §. 8. *D. eod. tit.* Qui ex *latere* eam duxerit quam vetatur: *l. ult.* D. *de rit. nupt.* Matrimonium quod ex *latere* non bene contrahitur: *ibid.* Ex latere autem cognatos Conſtantinus Harmenopul. *lib.* 4. *tit.* 6. §. 5. τὰς ἐκ πλαγίȣ vocat, ſequutus Juſtinianum *Novell.* 89. *c.* 4. *& Nov.* 118. *c.* 3. definit, (ſecundum verſionem Latinam) qui neque nos progenuerunt, neque e nobis ſunt progeniti, ſed eamdem ſtirpem ac radicem nobiſcum communicarunt, veluti frater, ſoror, pater vel avunculus, amita vel matertera, conſobrinus, conſobrina, frater patruelis, ſoror patruelis, & qui ex his deducuntur.

Circa *latus* principis agere, & militare dicuntur, qui circa principem ſunt occupati: *l.* 30. D. *de excuſat. l. ult. C. eod. tit.* juncta *l.* 11. §. 2. D. *de minor.* Stat. Papin. *lib.* 3. *Silv.* 3. *v.* 64. Semperque gradu prope nomina · ſemper Cæſareum coluiſſe latus.

Latus, a, um Lata culpa, fuga Vid. ſupra art. *culpa, fuga.*

Latus clavus, cujus fit mentio apud Ulp. *tit.* 7. §. 1. *l.* 43. D. *de don. int. vir. & ux. l.* 9. *C. de teſtam. mil. l.* 17. *C. Theod. de præt. & quæſt.* fuit Senatorii ordinis inſigne, ut dictum eſt ſupra art. *clavus*, & hinc opponitur clavo anguſto, ſeu dignitati equeſtri, apud Sueton. *in Aug. c.* 23. & *lati* clavi, *anguſtis* apud Varron. *de ling. lat. lib.* 8. Horat. *lib.* 1. *Sat.* 6. Quo tibi, Tulli, Sumere depoſitum clavum, fierique Tribunum? Invidia adcrevit, privato quæ minor eſſet. Nam ut quiſque inſanus nigris medium impediit crus Pellibus, & latum demiſit pectore clavum, Audit continuo: Quis homo hic eſt? Tale inſigne ab Imperatoribus peti darique ſolitum eſſe, docet locus Plinii *lib.* 2. *epiſt.* 9. & exemplum apud Spartian. *in Severo c.* 15.

LAVACRUM, pro balneo: *l.* 18. *C. de oper. publ. & aliis locis.* Sic *Lavacrum* Agrippæ apud Ammian. Marcellin. *lib.* 29. *extr.* Conſtantianum, Silvani, Valentini, apud *eumd.* Oſtienſe inter opera Antonini Pii, apud Jul. Capitolin. *in vita Anton. c.* 8. *Lavacra* populi Romani: *l.* 3. *C. Th. de collat. donat.* Eadem ratione de Hadriano Spartianus *in vita c.* 18. ſcribit, eum *lavacra* pro ſexibus ſeparaſſe.

Lavacrum, pro ſacro baptiſmate, quod *cæleſte* adpellatur; *l.* 3. *C. Theod. de ſpectac.* & venerabile, in *l.* 2. *C. Th. ne ſanct. baptiſm.*

LAVARE, veteribus ſignificat corpus aqua in balneo abluere.

Qui in publicum lavare non patiebantur: *l.* 13. §. *ult. D. de injur.* Cic. *lib.* 1. *de offic. c.* 35. Majores nostri neque patrem cum filio, neque socrum cum genero lavari voluerunt. Veterem lavandi morem refert Seneca *Epist.* 86.

LAVATIO, mundo mulieris continetur, quum per eam mundior fiat; *l.* 25. §. 10. *D. de aur. arg. leg.* Phædr. *lib.* 4. *fab.* 4. Seponit moechæ vestem, mundum muliebrem, *Lavationem* argenteam: eunuchos glabros.

LAUDABILITAS tua: His verbis comitem metallorum adfantur Imperatores; *l.* 3. *C. Theod. de metall.*

LAUDARE, prisca lingua significat *nominare*, ut Gell. *lib.* 2. *c.* 6. Festus *lib.* 10. & Macrob. *lib.* 6. *Saturnal. c.* 7. scribunt. Et ita in actionibus civilibus usurpatur. Inde illa loquutio: Auctorem laudare: *l.* 6. §. 5. *D. de act. emt. l.* 63. §. 1. *D. de evict. Laudatus* auctor: *l.* 7. *l.* 14. *C. eod. tit. l.* 2. *C. de in lit. jur.* Sic & testem laudare, Non. Marcellus ex veterum libris interpretatur. *Laudare* leges: Quinctilian. *Declam.* 308.

LAUDEMIUM, vocabulum recentioris usus, de quo plura Cangius in Glossar. *med. & infim. lat. sub hac voce.* Res ipsa tamen præsidium reperit in *l.* 3. C. *de jur. emphyteut.* Est autem præmium illud, nempe quinquagesima, pro renovatione emphyteutica. A verbo laudo deducunt: cum latinius esset laudativum, sicut donativum.

LAUREATUS Prætor: *l.* 19. *l.* 25. *C. Theod. de prætor.* Fuit nimirum octo præturæ ordines, ex quibus Laureata una est, quas vide *in d. l.*

LAURENTUM societas consortiumque; *l.* 47. *C. Theod. de cons. publ.*

LAUTICA, vox nihili, legitur in quibusdam editionibus *l.* 25. §. 10. *D. de aur. arg. Lautica acus, cum margarita.* Sed legendum *calautica*, de quo tegmine muliebri supra suo loco dictum est. *Hein.*

LAUTUMIA, interprete Asconio *in Verr.* 3. adpellantur lapidibus cæsis exsecta loca, in quæ noxii damnari solebant. Hujusmodi erant lapicidinæ Syracusis in Cilicia. Cic. *in Verr.* 5. *c.* 27. Carcer ille, qui est a crudelissimo tyranno, Dionysio, factus Syracusis, quæ Lautumiæ vocantur, in istius imperio domicilium civium Romanorum fuit. Varro *lib.* 4. *de ling. lat.* Carcer a coercendo, quod exire prohibet. In hoc pars, quæ sub terra, Tullianum, ideo, quod additum a Tullio rege: quod Syracusis, ubi simili de caussa custodiuntur, vocantur *lautumiæ*, & de lautumiis translatum, quod hic quoque lapicidinæ fuerunt. Festus: *Lautumias* ex Græco, & maxime a Syracusanis, qui *lautumias* & adpellant, & habent, ad instar carceris, ex quibus locis excisi sunt lapides ad exstruendum urbem. Plato λατομίας vocat. Sic enim ille *Epist.* 2. *ad Dionysium*: ὑπέχετο δέ μοι καὶ Φιλιςίων, εἰ σὺ ἀφῆς αὐτὸν, ἥξειν προθύμως Ἀθήναζε, τὸ ἐκ τῶν λατομιῶν εὖ ἐποίησας ἀφείς. Quibus verbis vult Plato, benefactum a Dionysio, quod Philistionem de lautumiis, id est, de custodia illa publica, dimisisset, ac liberasset. Ælianus vero *lib.* 12. *var. hist. c.* 44. λιθοτομίας adpellat, ubi earum longitudinem recenset, additque iis inclusum Philoxenum, Cyclopem fabulam scripsisse. Quod & refertur a Tzetze *Chiliad.* 10. *c.* 358. qui λατομίας cum Platone nominat. Sic quoque *latomias lapidarias* dixit Plaut. *in Captiv. Act.* 3. *SC. ult. v.* 65. At *in Pœnul. Act.* 4. *sc.* 2.

fc. 2. *v.* 5. *latumias. Ita me Dii ament, vel in latumiis, vel in piftrino, mavelim Agere ætatem.* Ubi videnda, quæ Taubmannus adnotavit. Pandectæ Florentinæ *lautumias* fcriptum habent, ut in *l.* 9. *D. quib. ex cauff. maj. l.* 1. §. *ult. D. de aleator.* Cujufmodi vocis hujus fcripturam rectam effe docet elegans Sabini jocus, qui a M. Seneca *lib.* 9. *controv.* 4. refertur Sabinium enim narrat, e carcere in Senatum introductum, poft flebilem orationem, ad fales tandem, rediiffe, rogaffeque, ut in *lautumias transferretur.* Non eft, inquit, ut quem veftrum decipiat ipfum nomen *lautumiæ*: animo meo lauta res eft. Ambrof. *lib.* 7. *Comment. in Luc. c.* 13. Numquid illic quoque carcer aliquis, lautumiæque fubeundæ funt? Sidon. Apollinar. *lib.* 1. *Epift.* 7. Quis enim fuper ftatu ejus nimis inflecteretur, quem videret adcuratum delibutumque *lautumiis* aut erguftulo inferri? Probant eamdem vocabuli fcripturam Turneb. *lib.* 22. *adverfar. c.* 17. Cujac. *lib.* 6. *obf. c.* 7. Petr. Faber *lib.* 2. *femeftr. c.* 7.

Præcipue de vocis hujus ufu & notione difputatur ob *l.* 1. §. *ult. D. de aleat.* ubi quum is, qui alterum ludere vi coegit, in *lautumias* ducendus effe dicatur, fuerunt, qui ex eo loco colligerent, prætorem quoque maleficia quotidiana coercere potuiffe. Huber *Præl. in Pand. lib.* 11. *tit.* 5. §. 3. Locus hic, inquit, notabilis eft, ad probandum, Prætoris officium quoque in maleficiis quotidianis verfari puniendis, quatenus modicæ coercitionis rigor admittat, ejufque fpecies fuiffe deductionem in vincula publica, & in lapicidinas, ad tempus fcilicet non longum: nam alioqui non leve fupplicii genus id effet, ut ad titulum de pœnis vidimus. Hæc Huberus. Sed recte obfervavit Gerard. Nodt. *in Comment. ad Pand. p.* 259. *Lautumias* eo loco non effe lapicidinas, fed carcerem, cujus poteftatem habuiffe Prætorem, jure mixti imperii, vel ex *l.* 2. D. *de in jus voc.* patet. Et fane ita & Livium *lib.* 26. *c.* 27. loquutum effe obfervat, & fatis notum eft, prætori, deftituto mero imperio, non fuiffe jus damnandi in metalla vel operas publicas. *Hein.*

LAXAMENTUM fpacium & temperamentum fignificat. Pretio laxamenta tribuantur: *l.* 2. *C. Theod. tribut. in ipf. fpec. inferri.* id eft, aliquid de pretio detrahatur vel remittatur. Cum quodam laxamento itineris: *l.* 4. *D. de vacat. & excuf. mun. Laxamentum* temporis: *l.* 7. §. 11. D. *de admin. & peric. tut.* Juftinianus *Novell.* 72. *c. d.* Ἐχέτω μὲν τῶν δύο μηνῶν καθ' ἕκαςον ἔτος ἐνδόσιμον, τῦτο ὅπερ οἱ νόμοι laxamentum καλῦσιν. Tunc habeat quidem duorum menfium per fingulos annos inducias, hoc quod leges laxamentum vocant.

LAXARE aliquid ex juris rigore: *l.* 32. *D. de don. int. vir. & ux.* id eft, remittere.

LAXIOR facultas: *l.* 76. §. 8. *D. de legat.* 2. fumtus: *l.* 14. *C. Theod. de luftr. coll.* id eft, major, amplior.

LAXITAS, dilatio, in *l.* 4. *C. Th. de exact.*

LAZICUS. Eo titulo, inter reliquos ufus aliquando eft Juftinianus, veluti *Novell.* 43. *præf.* a gente Lazica, quæ Colchidem eo tempore incolebat, dubia erga Romanos Perfafque fide, donec eam partim armorum terrore, partim beneficiis, ad officium revocaret Juftinianus, inde *Lazici* cognomen jure adoptans. Acta Juftiniani cum Lazis operofe exfequutus eft Jo. Pet. a Ludewig in

in Justiniano *c.* 8. §. 120. *p.* 526. *seq.* Hein.

LECTICA, *l.* 49. *D. de legat.* 3. *l.* 7. D. *de serv. præd. rust.* erat sellæ genus, quo delicatiores matronæ vehebantur, succollantibus servis, teste Tertull. *de pall. c.* 4. Eoque pertinent hæc verba Juvenalis *Sat.* 6. *v.* 351. *Quam quæ longorum vehitur cervice servorum.* Viros quoque divites & beatos eodem luxus genere usos, ostendit Seneca *Epist.* 29 Non turba servorum, lecticam tuam per itinera urbana & peregrina portantium. Idem *epist.* 100. Cohors culta servorum, lectica formosis imposita calonibus. Multis autem servorum cervicibus hoc onus impositum fuisse, argumento sunt *hexaphori*, & *octophori* nomina, apud Martial. *lib.* 2. *epigr.* 81. & *lib.* 6. *epigram.* 84. Ciceron. *lib.* 2. *ad Q. fratrem epist.* 9. At insequentibus temporibus tam vulgaris erat lecticæ usus, ut pauperes viderentur, qui pedites incederent. Juvenal. *Sat.* 5. *v.* 350. *Nec melior, pedibus silicem quæ conterit atram.* ubi scholiastes: id est, quæ pedibus suis ambulat, & per hoc pauper. Prudent. *advers. Symmach. lib.* 1. *v.* 583. *Quique terit silicem variis discursibus atram.* ubi legendus Jo. Veiz. *in notis p.* 746. Plura de lecticis Lipsius *elect. lib.* 1. *c.* 19. & *Centur. miscell. epist.* 11. Jo. Scheffer *de re vehic. lib.* 1. *c.* 10. *p.* 108.

LECTICARIUS servus *l.* 8. §. *ult. D. de legat.* 1. *l.* 49. D. *de legat.* 3. & *aliis locis.* qui cum aliis lecticam gestabat, eam humeris subiens. *Ad lecticam hominem* eleganter vocat Catullus *epigr.* 12.

Lecticarii, seu decani, olim ecclesiasticum munus obibant, efferendis cadaveribus deservientes, *Novell.* 43. *c.* 1. qui & κοπιάται vocantur, τὰς τῶν νεκρῶν κλίνας ἄγοντες. De his lecticariis, qui & κλινοφόροι dicti, videndi Fabrott. *enarrat. ad Cujac. paratitl. Cod. de SS. eccles. p.* 10. &, qui de iis ex instituto egit, Kirchmannus *de funer. Rom.* 2. 8. Hein.

LECTIO tabularum: *l.* 2. §. 3. D. *testam. quemadm. aper.*

In *l.* 1. *C. Theod. de respons. prud.* Papiniani, Caii, Paulli, Ulpiani, atque Modestini scripta universa firmamus, ita ut Caium, Paullum, Ulpianum, & ceteros, comitetur auctoritas *lectionis*: id indicari videtur, testimoniis ex horum jurisconsultorum operibus depromtis stare teneri judices, vel, ut *in* §. 8. *Inst. de jur. nat. gent. & civ.* res exprimitur, *eorum sententias & opiniones eam auctoritatem tenere in posterum debere, ut judici recedere a responsis eorum non liceat.*

Lectionum, vel *variarum lectionum* libros scripserat Pomponius, ut ex catalogo, Pandectis Florentinis præposito, & ex ipsis pandectarum capitibus, adparet. Sed & Gellius, quibusdam libris suis titulum indidisse *lectionis suæ*, *aliis antiquarum lectionum*, *lib.* 20. *c.* 8. observavit.

LECTOR in clericis numeratur *l.* 6. *C. de episc. & cler.* Et quidem inter ordines tertio gradu constituuntur apud Isidor. *lib.* 7. *orig. c.* 12. qui *lib.* 2. *eccles. offic. c.* 11. & de eorum origine agit. Eorum erat, divinas litteras ecclesiæ prælegere. Unde & *lectores* divinorum apicum vocantur: *l.* 7. *C. Theod. de episc. & cler.* Et hoc seu munere, seu ministerio, functum in ecclesia Julianum Imperatorem, priusquam a christiana fide deficiens, ad paganismum transfugeret, historiarum ecclesiasticarum monimenta testantur. Sic enim de eo, Socrates *lib.* 3. *Hist. eccl. c.* 1. Ἐν δὲ τῷ φανερῷ τὰ ἱερὰ τῶν χριστιανῶν ἀνεγίνωσκε γράμματα

ματα. καὶ δὴ τῆς ἐν Νικομηδείᾳ ἐκκλησίας ἀναγνώστης καθίσταται. Palam enim ſacras Chriſtianorum ſcripturas prælegebat, in Nicomedienſi eccleſia Lector conſtitutus. Theodoritus quoque *lib.* 3. *c.* 2. τοῦ τῶν ἀναγνώστων ἠξιώθη χοροῦ, καὶ τὰς ἱερὰς βίβλους ἐν τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς συλλόγοις ὑπανεγίνωσκε τῷ λαῷ. Dignus habebatur Lectorum ordine, & libros ſacros in eccleſiaſticis conventibus populo prælegebat. Denique Sozomenus *lib.* 5. *c.* 2. eum cum Gallo fratre ſacris litteris imbutum, narrans, addit: ὡς τῷ κλήρῳ ἐγκαταλεγῆναι, καὶ ὑπαναγινώσκειν τῷ λαῷ τὰς ἐκκλησιαστικὰς βίβλους. Ut & in clerum cooptaretur, populoque libros eccleſiaſticos prælegeret.

LECTUM neutro genere eſt dictum in *l.* 19. §. 8. *D. de aur. & arg. leg. & l.* 52. §. *ult.* D. *de legat.* 3. quod nonnulli tamquam barbarum notarunt. At videtur hoc vocabulum inter ea fuiſſe, quæ in *us* & *um* exeunt, quorum exempla collegit Voſſ. *lib.* 1. *Annal. c.* 36. quamvis non videatur vetuſtioris laudari auctoritatem, quam Gloſſarii Latini, in quo hoc legitur: *Lectum*, κλίνη. Vid. Ducker. *de Latin. vet. Ictor. p.* 339. Hein.

Lectorum legatum continet & fulcra: *l.* 52. §. *ult. D. de legat.* 3. Lectorum autem hæ ſunt notandæ differentiæ: *convivales*, *cœnatorii*, *cubiculares*, *funebres*, *geniales*.

LEGARE, in XII Tab. pro qualibet deficientium ſeu morientium voluntate accipi patet ex *l.* 120. *D. de verb. ſignif.* Nimirum *legare* eſt mandare, jubere, veluti apud Plaut in *Caſin. Act.* 1. *ſc.* 1. *v.* 12. *Quin potius, quod Legatum tibi eſt negotium. Id curas.* Ipſi quoque teſtatores, dum teſtabantur, *legare* dicebantur, non ſolum in XII Tabulis, ſed in formula nuncupandi notiſſima apud Ulpianum *tit.* 20. §. 9. *Hæc uti in his tabulis cerisve ſcripta ſunt, ita do, ita lego, ita teſtor, itaque vos, Quirites, teſtimonium præbitote.* Idque ex ea ratione, quod teſtamentum eſſet quaſi lex, quam teſtator dicebat rebus ſuis, in qua omnia verbis directis & legislatoriis, vel, ut idem Ulpianus *tit.* 24. §. 1. loquitur, *legis modo*, id eſt, imperative, proferebantur. Hinc & Græcis teſtamentum condere eſt νομοθετεῖν, *legem facere*: *Novell.* 22. *c.* 2. & apud Chryſoſt. *in Act. Apoſt. ſerm.* 1. Ipſum teſtamentum νόμος, *lex*, apud Priſcum *in excerpt. de legat. p.* 62. Vid. Schulting. *Juriſpr. vet. antejuſt. p.* 599. Legare enim vere a *lege* dicitur, ſeu obſervavit Voſſ. *in etymol. p.* 329. Hein.

In ſenſu ſtrictiore acceptum hoc verbum ſignificat *legatum* relinquere, vel rem ſingularem verbis directis dare. Hinc *legare a filio*, *ab herede*, & ſimilia paſſim in Pandectis occurrunt.

LEGATARIA, femina, cui relictum eſt legatum: *l.* 43. *D. de act. emt. Legatarius* quodammodo quaſi heres eſt: *l.* 14. §. *ult.* D. *de uſurp.* Legatarii non ſunt juris ſucceſſores: §. 11. *Inſt. de teſtam. ordin. l.* 9. §. 1. *D. de edend.*

LEGATIO, munus & officium, quo legati funguntur: *l.* 14. *D. de legation. Legatio* Alexandrina: *l.* 42. *C. Theod. de epiſc. & cler.* Legatio proconſularis provinciæ: *l.* 186. C. *Theod. de decurion.* Legationes provinciales: *l.* 15. *C. Theod. de legat. & decret.* Qui apud exteros legatione funguntur, poſſunt facere teſtamentum: *l.* 13. D. *qui teſtam. fac.* Debitor reipublicæ legatione fungi non poteſt: *l.* 4. D. *de legation.* Tot autem ſunt legationum genera quot legatorum de quibus mox ſub voce *legatus*. Hic interea dicendum de *legatione* quam di-

dicebant *liberam*, solutam nempe, nec adstrictam, sua sponte, suique, non alieni arbitrii, quo nomine ea adpellabatur legatio, quam quis rei suæ ergo, seu rerum privatarum caussa, sine mandatis obibat, quemadmodum Cic. *orat. Agr. II.* 17. *& de Legib. lib.* 1. *c.* 3. Unde merito Ulpianus eum, qui libera legatione abest, non videri reipublicæ caussa abesse, pronunciat. Hic enim non publici commodi caussa, sed sui, abest, *l.* 14. D. *de legation.* Hujusmodi legationem decerni sibi satagebant senatores, qui hereditatum, aut syngrapharum persequendarum gratia, in provinciam excurrere necesse habebant, ut sub ea muneris publici, quod eis titulotenus injungebatur, specie negotia sua, salva dignitate, conficerent. Cic. *lib.* 3. *de leg b. c.* 8 Omitto quemadmodum isti se gerant atque gesserint, qui Legatione hereditates aut syngraphas suas persequuntur. Idem pro *Flacco c.* 34. An *legationes* sumere *liberas*, exigendi caussa, sicut & nuper, & multi viri boni sæpe fecerunt, rectum est? Ex eodem genere & illa erat *legatio*; quæ voti solvendi caussa suscipiebatur, quam Cicero *lib.* 4. *ad Attic. Epist.* 2. *votivam* adpellat. Sed &, qui sua sponte urbe excedere, seque oculis civium ad tempus subtrahere in animum induxerant suum, hanc eamdem legationem, ut aliquis profectioni honestus color quæreretur, postulabant. Brutus apud Ciceronem *lib.* 10. *ad famil. epist.* 1. Placitum est mihi, ut postularem *legationem liberam* mihi reliquisque nostris, ut aliqua caussa proficiscendi honesta quæreretur. Sueton. *in Tiber. c.* 30. Negant, eo destinatos magistratus abesse oportere, ut præsentes honori adquiescerent, Prætor designatus *liberam legationem* impetravit. In summa ergo nudum erat hoc legatorum nomen, sine re, quo honorati viri, ne in transitu, aut in provinciis morantes, vilescerent, inhonoratique agerent, ornabantur. Easque legationes, ne plus justo senatores abessent, definitum habuisse tempus Lege Julia, Cic. *lib.* 15. *ad Attic. epist.* 11. testatur. Vix ergo justam rationem habuit Cujac. *lib.* 9. *obs. c.* 29 qui tales legationes ideo *liberas* dictas, putat, quod nullo fuerint finitæ tempore, sed redire & abire iis, qui impetraverint, quandocumque licuerit. Notavit Cujacium eo nomine Alb. Gentil *lib.* 1. *de Legat. c.* 8. defendit tamen utcumque Herm. Kirchner. *lib.* 1. *de legat. c.* 2 *num.* 29. Alio sensu *libera* dicitur *Legatio*, quæ nulli certæ formulæ, nullis mandatis adstricta, liberrimam legato permittit facultatem, agendi, quæ e rep. esse viderentur: *l.* 15. *C. Theod. de legat. & decret.* Quales legati Græcis αὐτοκράτορες vocabantur. Exempla recentiora sunt apud Phil. Cominæum *lib.* 1. *Comment. p.* 3. & Herm. Kirchner. *ibid. n.* 3. *seq.*

LEGATIVUM, viaticum legatorum adpellantur: *l. ult.* §. 12. *D. de mun. & honor. l.* 2. §. *ult. D. de legation.*

LEGATOR, pro testatore, qui legaverat. Suet. *in Tiber. c.* 31.

LEGATUM definiunt, Florentinus in *l.* 116. D. *de legat.* 1. delibationem hereditatis, qua testator, ex eo, quod universum heredis foret, alicui quid collatum vult: Modestinus in *l.* 36. D. *de legat.* 2. donationem testamento relictam: Justinianus §. 1. *Inst. de legat.* donationem quamdam, a testatore relictam, ab herede præstandam: Ulpian. *tit.* 24. §. 1. quod legis modo, id est, imperative testamento relinquitur. Nam ea, quæ precario modo relinquuntur, *fideicom-*

commissa vocantur. Hæ definitiones suo quæque incommodo laborant, nec rem accurate exhibent. Quid enim *delibatio* hereditatis? Hæc in legato omnis generis non deprehenditur: Veluti quum facta legantur, ad quorum præstationem heredem damnat testator: *l.* 112. §. 3. D. *de legat.* 1. quod quidem repugnat ei, quod Florentinus vocabulo *delibationis* dicere voluit, legatum esse particulam hereditatis, seu μείωσιν κληρονομίας seu Scholiastes Theophil. *h. l.* habet. Turbat hic etiam vocabulum donationis, cujus notio, prout supra definita est, non modo conferentem, sed & acceptantem, etiam cum mortis caussa donatur, supponit. Nec quadrat Modestini adjectum: *testamento relicta*, quia perinde & in codicillis legari potest, olim quidem testamento confirmatis: *l.* 8. §. *ult. l. ult. D. de Codic.* §. 10. *in fin. Inst. de fideic. hered.* hodie, post exequata fideicommissis legata, indistincte.

Jure veteri sane & quod ad verba disponendi & quod ad rem ipsam fideicommissum a Legato differebat. Atque ex illa differentia Legatum quale olim erat definierim dispositionem ultimæ voluntatis de re ab hereditate diversa, verbis directis relicta; fideicommissi vero singularis verba tantum precativa erant. Hinc legatum heredem obligabat, fideicommissum non item. Tandem inductum temporibus Augusti ut fideicommissa quoque valerent, cujus rei historia relata est *pr. Inst. de fideic. hered.* ac de singulis quoque rebus per fideicommissum relictis actio constituta: *l.* 178. §. 2. *D. de verb. signif.* Hoc jure introducto, coepit intelligi fideicommissa cum multis in rebus differrent a legatis, effectu tamen vim legati obtinere, atque adeo pro legato esse. Inde dictum, & fideicommissum legati adpellatione contineri *l.* 87. D. *de legat.* 3. Inde & illud Scævolæ, ut quasi legati verbum generis nomen esset, hujus species fideicommissum, ita hac forma loquendi uteretur, ut diceret Mævium quid legasse per fideicommissum, dum hoc sentit, cum quid per fideicommissum reliquisse *l.* 41. §. 6. D. *de legat.* 3. Nihilominus tamen post vim illam fideicommissis primo tributam, differentiæ complures inter *legata* & fideicommissa manserant, cujus generis multæ relatæ sunt ab Ulpiano *fragm. tit. de legat. & tit. de fideicomm.* item a Caio *lib.* 2. *inst. sub iisdem titulis.* Sed quæ in Pandectis & Institutionibus nobis relictæ sunt, hæ fere sunt. Prima illa, quæ ad genus actionis de his persequendis pertinet. Nam de legatis non tantum fuit actio in personam legatario tamquam de re debita, sed etiam in rem tamquam de re sua, si quidem res legata fuisset testatoris *l.* 76. §. 8. D. *de legat.* 2. Caius *lib.* 2. *Inst.* Theophil. §. 1. *Inst. de legat.* Fideicommissi autem persequutio fuit in personam: in rem nulla, cum ut legatum non relinquebatur directo, sed per interpositam personam ejus, qui rogabatur: ita nec dominium fideicommissi recta transiret a testatore in fideicommissarium, sed tunc, cum hic a manu rogati relictum accepisset: §. *ult. Inst. de sing. reb. per fideic. rel.* Fuit & illa differentia altera generalis, quæ & ipsa alias speciales peperit, quod placebat legata angustius & restrictius accipi, fideicommissa plenius & benignius: §. 3. *Inst. de legat.* Ex quo fonte aliæ differentiæ speciales natæ sunt numero tres. Prima in eo, quod placuit *legata* testamento solum relinqui posse, codicillis non posse: §. 10. *Inst. de fideic. her.* Secunda fuit in

in eo, quod placebat legata, quemadmodum solo testamento relinqui poterant, ita solum ab herede, qui testamento solo recte instituitur relinqui posse: cum fideicommissum ab herede, & a legatario, & a fideicommissario recte relinqueretur: *pr.* & §. 1. *Inst. de sing. reb. per fideic.* Differentiæ ratio ex verbis legis XII Tabularum, quæ cavet de legatis. Sic enim verba sunt, ut jubeat jus & ratum esse, quod quis *legassit*: sed nominatim *rei suæ*, seu de re pecuniave sua: *l.* 120. D. *de verb. signif.* Jam vero proprie tum demum quisque de suo legare intelligitur, cum aut recta quod suum est confert in aliquem, aut relinquens ab alio relinquit ab herede suo: quia heres eadem persona cum defuncto esse intelligitur. Qui autem a legatario quid legat, is nec legat quod suum sit, sed quod legatarii, ac proinde alienum, nec legat ab eo, qui defuncti personam sustineat, cum legatarii in jus universum non succedant: §. 11. *Inst. de testam.* Hæc subtilitas in fideicommissis negligitur, nec abs re: cum si æquitas spectetur, non solum æquum sit de re nostra nobis statuere licere: sed etiam eum obligare, qui a nobis accipiendo se ei obligationi subjecit: *l.* 1. §. *pen. D. de legat.* 3. Tertia differentia hæc fuit, ut *legatum* post mortem heredis aut legatarii relinqui non posset, fideicommissum posset: §. 31. *Inst. de legat.* Nimirum quia in legato, cujus relinquendi potestas a lege fuit, auctoritas juris & regula servari debuit: cui non item locus est in fideicommissis. Fuit autem hæc regula juris veteris, actiones ab heredibus aut contra heredes incipere non posse: *l. un. C. ut act. ab hered. & contr. her.* Ratio diligenter exposita a Theophilo in *d.* §. 35. His vero omnibus differentiis, & si quæ aliæ sunt sublatis sciendum est iisdem actionibus fideicommissa peti posse, quibus olim legata potuerunt: *l.* 1. *Commun. de legat.* §. 1. *Inst. de legat.* hæc non aliter ac fideicommissa & codicillis relinqui posse, & relinqui a legatario, & relinqui post mortem heredis vel legatarii: & ita per omnia exæquata sunt legata fideicommissis, & contra fideicommissa legatis, ut quod amplius fuit in uno genere ex jure vetere, id jam etiam in altero licere & usurpari posse intelligatur. *d. l.* 1. *commun. de legat.* Restat tamen legati & fideicommissi differentia in hoc genere relicti, libertate nempe testamento relicta, quam differentiam etiam post illam exæquationem manere ex necessitate juris videmus. Ut ecce: Nec alius ullus *directo* ex testamento libertatem habere potest, quam qui utroque tempore testatoris fuerit, & quo faceret testamentum, & quo moreretur: §. *pen. Inst. de sing. reb. per fideic. relict.* alias fideicommissi caussa libertas contingere potest ejus qui testatoris non fuit. Quin, ex ipsa testatoris voluntate naturam fideicommissi a legato diversam, servari in casu relictæ verbis precativis libertatis ei, qui suus est, adparet ex *d.* §. *pen. circa init.* ea scilicet intentione ut heredis potius quam defuncti libertus intelligatur manumissus.

Legatum damnationis, vindicationis, sinendi modo, præceptionis, adimere, transferre. Vid. suis locis.

Legatorum stipulatio: *l.* 29. §. 1. D. *de verb. oblig. l.* 5. *D. de dol. mal. except.* adpellatur, quæ legatorum, vel in diem, vel sub conditione relictorum, vel etiam præsentium, nomine interponitur, *tit. D. ut legat. seu fideic. nom.* Ulpianus stipulationes de legatis vocat,

vocat, in *l.* 1. §. 2. D. *de stipul. præt.*

Quorum *legatorum* interdictum: Vid. infra sub art. *Qui, æ, od.*

LEGATUS a *legando* dictus, quia mandata constituentis ad alios ferunt. Voss. *etym. p.* 329. Ita autem in libris nostris adpellantur, qui a municipio, civitate, republica, patria sua, vel provincia, cum mandatis ad principem mittuntur: *l.* 2. §. 1. *l.* 8. *l.* 24. D. *de judic.* Et ita legatum ad principem salutandum omnibus annis a Byzantinis mitti solitum, ostendit Plin. *lib.* 10. *epist.* 52. ubi & ad eum, qui Moesiæ præfuerit, publice salutandum, legatum ab iisdem missum esse, testatur. Edicto vero Vespasiani præceptum omnibus civitatibus fuerat, ne plures, quam ternos legatos mitterent: *l.* 4. §. *ult. D. de legation.* Sic *legati* Achivorum: *l.* 18. *C. Theod. de exact. Legati*, qui ad comitatum nostrum advenerunt: *l.* 6. *C. Theod. de legat. & decret. Legatus* creatus a patria sua: *l.* 5. *l.* 12. *D. de legation.* Hierapolitanæ civitatis, *l.* 8. *C. Theod. de censit peræqu. inspect.* municipiorum: *l.* 8. D. *ex quib. caus. major.* provinciales: *l.* 35. §. *ult.* D. *de jurejur.* reipublicæ: *l.* 2. *D. de legation.* qui ad sacrarium principis mittitur: *l. ult.* §. 12. *de mun. & hon.*

Legati etiam sunt, qui a populo libero vel principe ad alium populum liberum vel principem mittuntur. Sic *legatus* hostium: *l. ult. D. de legation. legati* populi Romani, qui sagmina ferre solent, ne quis eos violaret, sicuti Legati Græcorum ferunt ea, quæ vocantur κηρύκια: *l.* 8. §. 1. *D. de rer. divis.* Apud omnes Gentes Legatis Regum, & populorum liberorum securitas viæ vitæque præstatur, scilicet ut admittantur, incolumesque dimittantur. Admittuntur ut audiantur, & responsum ferant super illis, quæ Regis, quæ populi sui nomine denunciant: nisi justa caussa sit aditum denegandi, quod sæpe contingit. Dimittuntur ut Regi, ut populo suo reddant, quod responsum acceperunt. Legatis nulla debet injuria inferri: (1.) Quia res nomine Dominorum suorum gerunt: (2.) Quia necessarii internuncii tales sunt, ut eis societas gentium carere non possit: (3.) Quia jus gentium idem communi assensu stabilivit, ne barbaris quidem exceptis. Tacitus *lib.* 1. *Annal.* Liv. *lib.* 4. *hist.* Jul. Cæs. *lib.* 3. *de bell. civili.* Cic. *orat.* 3. *in Verrem.* Mariana *lib.* 12. *hist. cap.* 3. (4). Hinc Reges auctoritatis suæ observatissimi propter Legatos suos male habitos bella denunciaverunt. 2. Samuel. 10. 2. 3. (5). Reges & populi contumeliæ in Legatos admissæ rei damno, atque interitu suo dedecus hoc luerunt: Flor. *lib.* 2. *cap.* 5. Cic. *orat. pro Lege Manil.* Curt. *lib.* 4. *hist.* Kipping. *lib.* 3. *cap.* 4. *dist.* 11. Non tantum Legati, verum etiam comites, eorumque ministri securitate publica gaudent. Sallust. *de bello Jugurthino.* Nec tamen privilegio isto abuti debent, ut facinorosis receptum dent, magistratu repugnante, domi suæ. Indignum enim Legato est, nec mittitur ut alterius Principis jurisdictionem turbet. Legatus optimi generis vir esse debet, eruditione & rerum gerendarum dexteritate instructus, ingenio præstans, nationisque suæ Patronus & protector: Albericus Gentilis, Paschalius, Marselaer *de legatorum jure.* Legatus in delicto gravi deprehensus ad Regem suum mittitur, ut is poenam irroget ei. Legato nomen & privilegia cum deliquit, ille solus detrahere potest, qui pri-

privilegia & nomen ſecundum jus Gentium propria accommodavit perſonæ: Kirchner. *lib.* 2. *de legat. cap.* 2. Grot. *de jur. bell. & pac.* Marſelaer *lib.* 2. *de legat. diſſ.* 13. Nuncii a ſeditioſis civibus ad Regem ſuum miſſi privilegia Legatorum habent: Grot. *lib.* 2. *de jur. bell. & pac. cap.* 18. Scribani *lib.* 1. *Polit. Chriſt. cap.* 26. Hottoman. *de legat. cap.* 4. Tacit. *lib.* 3. *hiſt.* Liv. *lib.* 2. De prudentia Legatorum magnum diſſidium apud Auctores invenitur, unus quiſque pro natione ſua decertans. Hiſpaniarum Regis eminentiam propugnant Borellus *lib. de præſtantia Regis Catholici* Vaſques *in præludio ad quæſt. illuſtr.* Valdeſius libro *de dignitate Hiſp.* Chifletius *tom.* 1. *cap* 2. *vindic. hiſp.* Armacanus in *Marte Gallico lib.* 1. *cap.* 2. Galliæ Regis prærogativam tuentur Gothofredi, Blondellus de *Ampulla Rhemenſi*, Bodinus *lib.* 1. *de republ. cap.* 3. Regis Angliæ jura ſuſtinent Howellus, Meteranus *lib.* 13. *hiſt. Belg.* Jonſtonus *lib.* 8. *rer. Anglic.* Kipping. *lib.* 15. *hiſt. cap.* 2. *diſt.* 3. 4. & 5. Dn. Giron.

Legatus a latere, ſcil. Pontificis miſſus, qui ſolet eſſe Prælatus & ut plurimum Cardinalis. Dicitur *a latere*, quia ſumit inſigne ſuæ juriſdictionis & facultatis ſtans a latere Pontificis ſub ejus *baldachino*, quem Græci *legatum a facie* adpellant. Delegantur a Romano Pontifice in provincias cum ampliſſima auctoritate, quæ ejuſmodi eſt, ut toto legationis tempore nonſecus ac Pontifex ipſe honorentur, & ſuprema in rebus eccleſiaſticis poteſtate gaudeant, & ad Apoſtolicam ſedem factas adpellationes ipſi indicent. *cap.* 1. *extra de offic. legati. gloſſ. in extr. cap. un. de præbend.* Petr. Morin. *Exercit. c.* 20. Plures quidem Legati creantur, alii, qui ad ſponſalitia principum mittuntur, alii, ut baptiſmalem ceremoniam pro regum primogenitis celebrent, alii, ad gubernandas ſtatus eccleſiaſtici provincias, ſive ut præſideant in oecumenicis conciliis. Sed in rigore, *Legati a latere* illi tantum dicuntur, qui a latere pontificis ſollemnibus ceremoniis creantur, & pro aliquo publico Chriſtianitatis negotio ad reges mittuntur. Generatim porro *a latere* mitti ac delegari quivis legati dicuntur, qui ex familia mittentis ſunt. Item *Legati nati*, ſunt archiepiſcopi vel epiſcopi, qui fare *legatorum* in ſuis diœceſibus ac provincia gaudent, quales fuerunt in Anglia Eboracenſis ſeu Cantuarienſis, in Gallia Rhemenſis, in Italia Ravennatenſis & Piſanus Archiepiſcopi & alibi, quorum tamen privilegia non niſi ad facultatem ordinariam Archiepiſcopi ſeu Primatis extenduntur, nam nequeunt ferre crucem extra provinciæ limites: *Can. antiqua de privil. & exceſſ. lib.* 5. *decretal.* nec poſſunt clericorum publicos percuſſores abſolvere: *cap.* 9. *de offic. legat. lib.* 1. *decretal. tit.* 30.

Denique *Legatus* etiam vicarium, & qui aliena vice fungitur, ſignificat Cæſar *lib.* 1. *de bell. civil. c.* 17. Neque ſe ignorare, quod eſſet officium legati, qui fiduciariam operam obtineret. Appian. *lib.* 1. *de bell. civ.* ex verſione latina: Interiit, ait, & Fonteius, qui & Legatus fuerat. Ita vero Romani vocant eos, qui a ſenatu rectoribus provinciarum adjutores dantur. Sic *Legatus* Aquitaniæ: *l.* 12. D. *de cuſtod. & exhib. reor.* Cæſaris, id eſt, præſes vel corrector provinciæ: *l.* 20. D. *de offic. præſid.* Hinc ii præſidum nomen ſibi vindicant: *l.* 1. *D. eod. tit.* Ac plane qui Cæſarum provincias cum imperio obtinebant,

bant, *Legati* Cæsaris dicebantur: *l.* 19. §. *ult.* D. *locat. l.* 7. *D. de manum. vind. l.* 4. D. *de offic. adsess.* Vera ac genuina horum præsidum denominatio erat: *Legati Aug. Procos.* vel *Proprætores*: Ez. Spanhem. *de usu & præst. numism. Tom.* 2. *p.* 180. præter eos, qui Aegypto praeerant, qui *Præfecti Augustales*, *rubr.* D. *de offic. præf. Aug. Vicarii Augustal. l.* 2. *C. de his quæ met. causs. Augustales*: *l.* 59. *C. de decurion.* & *Præfecti Aegypti* dicebantur: *l.* 21. D. *de manum. vind. l.* 1. D. *de tut. & cur. dand.* & apud Reines. *Inscr. p.* 460. Pontius. *Legatus* Caii Cæsaris: Plin. *lib.* 35. *c.* 3. *Legatus* Ciliciæ *l.* 2. D. *de jur. immun. l.* 3. D. *de testib. Legati* consulares: *suet. Vespas. c.* 6. *Legatus* Galliæ: Plin. *lib.* 9. *c.* 5. *Legatus* Legionis: Idem *in Vesp. c.* 4. Lugdunensis: *l.* 15. D. *de excus. tut.* Lugdunensis provinciæ: *Collat. Leg. Mos. & Rom. tit.* 2. §. 2. Lyciæ, apud Plin. *lib.* 12. *c.* 1. Numidiæ: *l.* 7. *D. de legat. præst.* præsidis: *l.* 9. §. 2. D. *de poen.* proconsulis: Ingressus enim provinciam Proconsul jurisdictionem Legato suo mandabat, nec, antequam ingressus esset, mandabat, nisi necessariam moram in itinere pateretur: *l.* 4. §. *ult. l.* 5. D. *de offic. procos.* adeoque *legatus* procos. vocatur, qui ejus partibus, mandata ab eo jurisdictione fungebatur: *l.* 4. §. *ult. l.* 5. *D. de offic. procos. l.* 1. D. *de bon. possess. ex test. mil. l.* 2. D. *qui & a quib. l.* 17. D. *de manumiss. vind.* Plin. *præfat. lib.* 19. Vetus Glossarium: *Legatus proconsulis est, cui proconsul, ingressus provinciam, mandat jurisdictionem, aut quum in itinere moram patitur necessariam.* Hinc & judicis, & tutoris dandi jus habebat legatus proconsulis: *l.* 12. *l.* 15. D. *de offic. procos.* animadvertendi vero, coercendi, vel atrociter verberandi jus non habebat: sed, si quid esset, quod majorem animadversionem exigeret: rejicere ad proconsulem debebat: *l.* 11. D. *eod. tit.* Ad legatos hos pertinent sequentia: Adpellari a *legatis* proconsul potest: *l.* 3. D. *quis a quo adpell. Legati* principem non consulebant, sed proconsulem suum, & is ad consultationes eorum debebat respondere: *l.* 6. §. 2. D. *de offic. procos. Legatum* ante se de provincia dimittere proconsul non debet: *l.* 10. §. *ult. D. eod. tit.* Quum propriam jurisdictionem *legatis* tuis dederis: *l.* 4. D. *de offic. ej. cui mand. jurisd.* Apud *legatum* proconsulis neque manumittere vel adoptare potest, quia non est apud eum legis actio: *l.* 2. *l.* 3. *D. de offic. procos.* Contra ea Paullus *l.* 17. *pr.* & §. 1. D. *de manum. vind.* ubi Jurisconsultus: Apud procos. postquam urbem egressus est, vindicta manumittere possumus. Sed & apud *Legatum* ejus manumittere possumus. De quo loco sane suspecto disputant Cujac. *lib.* 1. *obs. c.* 1. & Petr. De Marca *de concord. sacerd. & imper. Legatus* provinciæ: Plin. *lib.* 12. *c.* 1. *Legatus* Syriæ: Spartian. *in Hadrian. c.* 5.

LEGERE *libellos* pro tribunali: *l.* 72. D. *de furt.* scriptos oculis perspicere.

Legere glandem: *l.* 1. *D. gland. leg.* oleam: *l.* 42. *D. de usu & usufr.* uvam: *l.* 25. *D. de act. emt.*

Legere milites: *l.* 35. *D. ex quib. caus. maj. l.* 4. §. 1. *D. de re milit. l.* 6. §. 2. *D. de Leg. jul. repet.*

LEGIO: ut ait Isidor. *l.* 9. *c.* 3. sex millium armatorum est: quæ sexaginta habet centurias, manipulos triginta, cohortes duodecim. *Legiones* administrare: *l.* 2. §. 1. *D. de his qui not. infam.*

LE-

LEGIONARIA militia & equestris opponuntur *l. 2. in fin. C. Theod. de fil. militar. adpar. Legionarius* miles : *l. 8. §. 6. D. de excusat.*

LEGITIME adoptare ; *l.* 132. *D. de verb. oblig.* in adoptionem dare : *l. 2. §. 9. D. ad SC. Tertull.* in jure cedi : *Ulp. tit.* 19. §. 13. ubi tamen aliæ editiones habent : a legitimo herede in jure cedi. *Legitime* concepti, id est ex justis nuptiis : *Ulp. tit.* 5. §. 10. *Legitime* quæsitus, spurio opponitur : *l. 3. §. 1. D. decurion.*

LEGITIMUS *a, um*, *Legitimum*, ut plurimum est, quod ex vetere Lege nimirum XII. Tabularum, descendit, & tam, quod ex verbis, quam quod ex mente ejus legis, introductum receptumque est, *legitimi* nomen obtinet. Verum tamen & quod novis legibus, atque adeo, quod SCis, & constitutionibus principum introductum, institutum, confirmatum, comprobatumque est, *legitimi* adpellatione sibi vindicat. Idque epitheton tam personis, quam rebus, actionibus, temporibus, adplicatur.

Sic *legitima* accusatio, quæ, ex lege Julia de adulteris instituitur : *l. 11. §. 9. D. ad Leg. jul. de adult.*

Legitimæ actiones, in *l.* 19. D. *de op. nov. nunc.* quæ legibus proditæ sunt, ut loquitur Pomponius *l.* 11. D. *de præscr. verb.* quæ ex legitimis & civilibus caussis descendunt, *ut* §. 3. *Inst. de action.* Et ita *legitimæ* actiones honorariis opponuntur : *l.* 32. D. *ad Leg. Falcid.* Injuriarum actio aut *legitima* est, aut *honoraria*. *Legitima* ex lege XII. Tab. Sic & *legitimæ* actiones, veluti de pastu pecoris, de pauperie, ex lege XII. Tab. proficiscuntur, item damni injuriæ, ex lege Aquillia : *l.* 14. §. *ult.* D. *de præscr. verb.* Actio quoque aquæ pluviæ arcendæ *legitima* adpellatur, ut quæ ex lege XII. Tab. descendat : *l.* 22. §. *ult.* D. *de aqu. & aqu. pluv. arc.* ubi *legitima* actio & utilis opponuntur. Ac plane *legitimas* actiones ex legibus XII. Tab. compositas fuisse, ait Pomponius *l.* 2. §. 6. *D. de orig. jur.* de quibus sentit Papinianus, quum ait : Cessantibus judiciis proditis & vulgaribus actionibus *l.* 1. *D. de præscr. verb.* & Celsus, quum vulgaria atque usitata actionum nomina dicit, *l.* 2. *D. eod. tit.*

Actus *legitimi*, velut mancipatio, acceptilatio, hereditatis aditio, servi optio, datio tutoris : *l.* 77. *D. de reg. jur.*

Legitima ætas, viginti quinque annorum ætas adpellatur, quod Lege Lætoria in id usque tempus adolescentes curatorum auctoritate regerentur. Constantin. M. in *l. 2. C. Theod. de donat.* Donec, ait, annos Lætoriæ legis egressus, *legitimam* compleverit ætatem. Et ita *legitima* ætas accipitur in *l.* 32. §. *ult.* D. *de testam. tut. l.* 20. §. *ult. D. de liberat. leg. l. 1. D. de fidejussor. tut. l. ult. in fin. D. de adpellat. l.* 27. D. *de negot. gest. l.* 41. *D. de fidejuss. l.* 16. *C. eod. tit. & aliis multis locis.* Sic & *legitimum* statum ætatis intellige, in *l.* 77. §. 14. D. *de legat.* 2. & *l. pen. C. quand. dies legat.* At apud Livium *lib.* 40. *c.* 43. *Legitima* ætas est, legibus annalibus præscripta, de quibus vide Cic. *Philipp. V. c.* 17. Festus Pompeius : Annaria lex dicebatur ab antiquiquis ea, qua finiuntur anni magistratus capiendi. Unde Ovid. *lib.* 5. *Fastor. v.* 65. Finitaque certis Legibus est ætas, unde petatur honos. *Legitima* caussa : §. 13. *Inst. de action.*

Legitima cera apud Cic. *in Divin. c.* 7. est tabella judiciaria.

Legi-

Legitima cognatio, ut ait Caius in *Collat. Leg. Mos. & Rom. tit.* 16. §. 2. ea est, quæ per virilis sexus personas conjungitur, qui *Legitima* cognatione conjuncti adgnati adpellantur. *Legitimæ* ergo cognationes sunt, quæ adgnatorum jus habent, quod ipsum civile, & Legibus XII. Tabularum introductum est: *l.* 12. §. *ult. D. de rit. nupt.* Etiam Modestinus *legitimam* cognationem, quæ & civilis dicitur, per se, sine jure naturali, intelligi ait eamque esse, quæ per adoptionem contingit: *l.* 4. §. 2. *D. de grad. & adfin.*

Legitima conventio, quæ lege aliqua confirmatur: *l.* 6. D. *de pact.*

Legitimæ dignitates, id est, ἐμπρακτοι, quæ honorariis, & imaginariis opponuntur in *l.* 2. *C. Theod. ad Leg. Jul. repetund.* Vid. Jac. Gothofr. *Paratitl. lib.* 6. *Cod. Theod. tit.* 22.

Legitima hereditas: *l.* 3. *pr.* D. *de ansign. libert.* quæ jure legitimo obvenit, ut *l.* 3. D. *pro soc.* seu quæ lege obvenit, ut *l.* 130. *D. de verb. signif.* Sicuti, quæ proximo adgnato defertur ex lege XII. Tab. Tabularum, item quæ ex novis Legibus, SCis & constitutionibus principum: *l.* 1. *l.* 3. *D. de hered. pet. l.* 2. D. *famil. ercisc. l.* 7. *D. de capit. minut.* Sic: Ad *Legitimæ* matris hereditatem filii ex SCo Orphitiano admittuntur: *l.* 1. *D. ad SC. Tertull. Legitima*, hereditas, quæ patrono defertur: *l.* 3. §. 1. *D. de suis & legit.*

Legitima latitudo viæ: *l.* 13. §. 2. D. *de servit. præd. rust.* id est, lege finita, ut loquitur Celsus in *l.* 6. §. 1. *v. possunt.* D. *quemadm. serv. amitt.* seu lege XII. Tab. comprehensa: *d. l.* 13. §. *ult.* D. *eod. tit.* Hæc autem latitudo ex Lege XII. Tab. in porrectum octo pedes habet, in anfractum sedecim: *l.* 8. D. *de servit. præd. rust.*

Legitima observatio, quæ divortio faciendo lege XII. Tab. vel lege Julia de adulteriis, præfinita est: *l.* 35. D. *de don. int. vir. & ux. l.* 43. *D. ad leg. jul. de adult.* Miles quomodocumque testamentum fecerint, valet etiam sine *legitima* observatione: Ulpian. *tit.* 23. §. 10. id est, etiam non observatis juris civilis regulis, sollemnibusque ordinariis.

Legitima pars: *l.* 19. D. *de bon. libert. l.* 1. C. *si in fraud. patron.* id est, patrono debita ex Lege Papia, ut §. 3. *Inst. de success. libert.* Justinianus νόμιμον μέρος vocat *Novell.* 89. *c.* 6.

Legitima persona standi in judicio: *rubr.* C. *qui legit. pers. stand. in jud. Legitimæ* personæ in *l. ult. C. de Carbon. edict.* intelligendæ eæ, de quibus *l.* 1. §. 10. *D. de inspic. ventre.*

Legitima poena nulla est stellionatus, quum nec legitimum crimen sit: *l.* 3. §. 1. D. *stellion.* ubi legitimam poenam intellige lege constitutam: cujus loco hic irrogatur poena extraordinaria. Sic & apud Suet. *in Claud. c.* 13. legitima poena est legibus imposita: *Legitima* poena in *l.* 9. *C. ad Leg. jul. de adult.* quæ Lege julia de adulteriis irrogatur.

Legitima portio, liberis debita, olim quarta pars bonorum, quæ ab intestato ad liberos pervenissent, sive lege Glicia, sive qua alia, vel constitutionibus principum, definita: §. 3. *Inst. de inoff. testam.* juncta: *l.* 8. *C. eod. tit. Quartæ* autem illius consuetudinem ex legis Falcidiæ ratione manasse Paull. *lib. sent.* 4. *c.* 4. non obscure demonstrat. Cum enim instituti partem numquam minorem quarta jussisset esse, si filius minus ex patris testamento

to consequutus erat, quod ei deerat supplebatur. Hinc pars illa, quia non ex testamento, sed ex lege manabat, *legitima* dicta est: quomodo *legitima* hereditas dicitur, quam lex, non testamentum defert. Atque hæc quidem olim: postvero Justinianus duas constitutiones edidit: quarum priore statuit, ut idem in exheredatis juris esset, quod in institutis: nimirum ut si exheredato filio vel minima res, veluti solidus unus legatus esset, inofficiosi agere non posset, sed quod *legitimæ* parti, hoc est, quartæ deesset, suppleretur, idque etiam si testamento cautum non esset, *l.* 30. *C. de inoff. testam.* ex quo intelligi potest, quam falsa sit eorum opinio qui jus hoc suppletionis tam in institutis, quam in exheredatis a Justiniano inductum existimant. Posteriore autem constitutione, quæ Novellarum est XVIII. modum hunc legitimæ adauxit, ut si unus, duo, tres quatuorve liberi essent, triens illis relinqueretur, sin plures quatuor semis.

Legitima nepotum sic colligenda est. Alias enim soli sunt, non cum mortuorum fratrum filiis, succeduntque in capita. Eodem modo ex numero eorum colligenda est triens, hoc est, tertia, si quatuor vel pauciores fuerint: aut semis, id est, dimidia pars bonorum avitorum, si plures sint, *Novell. de trien. & semiss. in princ.* cum dicit: Hoc observando in omnibus, in quibus ab initio antiquæ quartæ ratio de inofficioso, lege decreta est. Alias, cum permixti sunt mortuorum nepotum filii, & sic pronepotes, aut deinceps: hi in stirpes succedunt, & tantam partem accipiunt pro legitima, quantam pater eorum fuisset accepturus, quotquot fuerint, *Novell.* de *trient. & semiss.* §. *neque illo Constit.* 18. Alias denique nepotibus superest filius unus, vel plures defuncti. Quo casu omnes nepotes in stirpes succedunt: ideoque personam patris sui repræsentant omnes, in percipienda legitima. *Novell. de hered. ab intest.* §. *si tamen.*

Legitima parentum seu ascendentium, quam liberi debent parentibus suis, eodem modo aucta est hodie, sicut de legitima liberorum diximus, ut communiter probant doctores per *l.* 15. *D. de inoffic. testam.* Nam etsi, inquit, Papinianus, parentibus non debeatur filiorum hereditas, propter votum parentum, & naturalem erga filios caritatem: turbato tamen ordine mortalitatis, non minus parentibus, quam liberis pie relinqui debet.

Legitima transversalium, hoc est, fratrum ab intestato succedentium, & olim & nunc est quarta bonorum pars, *arg. l.* 8. §. 9. D. *de inoff. testam.* Et quamquam hujus quartæ non fiat expressa mentio in jure civili, non tamen fuerit absonum per naturalem æquitatem interpretando sic colligere: quoniam frater debet fratri alimenta per *l.* 13. §. 2. D. *de administr. & peric. tut.* junct. *l.* 16. *C. eod. tit.* Vid. infra sub art. *quarta.*

Legitima probatio: *l.* 40. *D. de testam. mil.*

Legitima quantitas, in *l.* 25. *C. de don. int. vir. & ux.* quæ legibus & constitutionibus definita & præscripta est: *l.* 34. *C. de donat.*

Legitima successio: *l. ult. D. de Carbon. edict*: *l.* 11. C. *de inoff. test.* successio adgnatorum: *rubr. Inst. de legit. adgn. success.* quæ lege defertur.

Legitima tutela: *l.* 7. D. *de capit. minut.* *Legitimæ* tutelæ lege XII Tabularum adgnati delatæ sunt

funt, & confanguineis, item patronis, id eft, his, qui ad legitimam hereditatem admitti poffunt: *l.* 1. *D. de legit. tut.* Tutela *legitima*, quæ patronis defertur, a lege XII Tabularum, non quidem fpecialiter vel nominatim delata eft, fed per confequens hereditatium, quæ ex ipfa lege patronis datæ funt: *l.* 3. D. *eod tit.* Ex lege XII Tabularum libertorum & libertarum tutela ad patronos liberofque eorum pertinet, quæ & ipfa legitima tutela vocatur, non, quia nominatim in ea lege de hac tutela caveatur, fed quia perinde accepta eft per interpretationem, ac fi verbis legis introducta effet: §. 1. *Inft. de legit. patron. tut.* Exemplo patronorum & alia recepta eft tutela, quæ & ipfa *legitima* vocatur. Nam fi quis filium, aut filiam, nepotem, aut neptem ex filio, & deinceps; impuberes emancipaverit, legitimus eorum tutor erit: §. *un. Inft. de legit. par. tut.* Præterea fi parens filium, vel filiam, nepotem vel neptem, vel deinceps impuberem, manumiferit, *legitimam* nancifcitur eorum tutelam: §. *un. Inft. de fiduciar. tut.* Sed & *legitimam* tutelam adpellant imperatores, quam matres ex legis permiffu fufcipiunt: *l.* 6. *C. de SC. Tertull.* Et ita in *l.* 6. *C. in quib. cauff. pign.* Si mater *legitima* liberorum tutela fufcepta. Vid. paullo infra art. *Legitimus* tutor.

Legitima verba in *l. ult. C. de teftam. tut. l.* 14. *C. de teftam. manum.* Latina intelligenda funt. Græce enim directo nihil olim teftamento relinqui poterat, ut oftendit Ulpian. *tit.* 25. *reg.* §. 9. Apud Varronem *lib.* 5. *de ling. lat.* *Legitima* verba accipiuntur pro follemnibus: ut & apud Ovid *lib.* 2. *faftor. v.* 527. his verbis: Curio legitimis tunc fornicalia verbis Maximus indicit.

Legitima ufura. Vide infra art. *Ufura.*

Legitima uxor. Vide *Uxor.*

Legitimum auxilium: *l.* 8. §. *ult.* D. *de bon. libert.*

Legitimum collegium *in Aug. c.* 13. id eft, legibus regiis inftitutum, feu SCis atque conftitutionibus principalibus confirmatum, ut Caius *l.* 1. *D. quod cujufq. univ. nom.* definit. Alias enim collegium *illicitum* eft, ut docet *l.* 3. *D. de colleg. & corp.* Eadem ac *legitima* funt collegia antiquitus conftituta, apud Suet. *in Jul. c.* 42.

Legitimum crimen. Hoc nomine veniunt crimina, de quibus lege aliqua quæftio conftituta eft, vel quæ lege aliqua vindicantur, ut funt publica: *l.* 3. §. 2. D. *de crim. ftell.* juncta: *l.* 13. §. *ult.* D. *de ftellion.*

Legitimum jus: Cic. *lib.* 2. *de invent. c.* 22. Legitimum jus Quiritium: Idem *pro domo c.* 13. *Legitimum* vero jus & *naturale* feparantur: §. 14. *Inft. de hered. quæ ab inteft.* ficut *civile* & *naturale*, in *l.* 4. §. 2. D. *de grad.* *Legitimum* jus adgnationis: Ulpian. *tit.* 28. §. 9. Bonorum poffeffiones quædam ab inteftato competunt habentibus *jus legitimum*, vel non habentibus propter capitis deminutionem: *l.* 6. §. 1. D. *de bon. poffeff.* Exemplo juris legitimi: *l.* 11. §. *ult.* D. *de bon. poffeff. contr. tab.* id eft, *juris civilis*, ut *l.* 1. §. 1. D. *eod. tit.* Quæ jure *legitimo* obvenit hereditas: *l.* 3. §. 2. *D. pro foc.* Pro hereditate, quam tibi reliqui, quæ ad fratrem meum jure legitimo rediret: *l.* 69. *D. de legat.* 2. *Legitimo jure* evincere hereditatem: Ulpian. *tit.* 28. §. 13. id eft *civili*, ut *ibidem.* pertinet hereditas: *l.* 22. *D. de jur. patron.* poffidere hereditatem: *l.* 1. §. 9. D. *fi quis omiff. cauff. teftam.* fubnixus: *l.* 4. *C. de legit. hered.*

Ad agnatos pupilli jure legitimo sollicitudo tutelæ pertinet: *l. 2. C. de legit. tut.* Ex *jure* legitimo onus tutelæ ad te pervenit: *l. ult. C. de in lit. dand. tut.* Pro jure *legitimo* haberi debet hominis sani voluntas: *l. 88. §. ult. D. de legat. 2.* Jure *legitimo* stipulatio interposita: *l. 4. §. ult. D. de fidejuss. & mand.*

Legitimum tempus in *l. 5. D. de usufr. l. 3. D. quemadm. serv. amitt. l. 24. D. de don. int. vir. & ux.* Lege XII Tabularum usucapioni præfinitum tempus significat, quod *tempus lege definitum* dicitur, in *l. 3. D. de usurp.* & statutum tempus: *l. 1. D. eod. tit.* *Legitimum* autem hoc usucapionis tempus in rebus mobilibus anni fuisse, in rebus vero soli biennii, docent Cic. *in Top. c. 3.* & *pro Cæcin. c. 19.* Ulpian. *tit. 19. §. 8.* & Justinianus *pr. Inst. de usuc.* *Legitimum* tempus quo servitutes pereunt: *l. 13. D. quemad. servit. amitt.* vel *legitimum* spacium: *l. 1. C. de præscr. trig. vel quadr. ann.* Si reum conveniat intra *legitimum* tempus: *l. 72. D. de procurat.* Legitima tempora, quibus lis perit: *l. 72. D. de procur.* *Legitimum* tempus, in *l. 32. D. de judic.* ad judicandum lege, credo julia judiciaria, præstitutum. *Legitimum* tempus luctus: *l. 8. l. 10. l. 11. D. de his qui not. inf. l. 2. §. 1. C. de secund. nupt.* idcirco, forte, quod lege regia decem mensium spacium ad lugendos viros mulieribus statutum fuit, ut Ovid. *lib. 3. Fast. v. 134.* docet, quod postea duobus mensibus auctum est. Senec. *Epist. 68. Annum feminis ad lugendum constituere majores: non ut tamdiu lugerent, sed ne diutius.* Viris nullum *legitimum* tempus est. Apulei. *lib. 8. de asin. aur. p. 205.* Boni ergo & optimi consules, si luctui *legitimo* miserrimæ feminæ necessarium concesserit tempus, quod residuis mensibus spacium reliquum compleatur anni. At in *l. 3. D. de usur. & l. 4. §. 5. D. de re judic. & l. 1. C. de usur. rei jud.* *Legitimum* tempus intelligitur, quod condemnatis ad solvendum lege XII Tabularum datur. Eadem lege statutum ad dotem restituendam tempus, *legitimum* adpellatur, in *l. 24. §. 3. D. solut. matr. & l. 7. §. 8. D. de pact.* *Legitimum* tempus in *l. 19. D. de minor.* Legibus statutum tempus ad petendam in integrum restitutionem, ut *l. 1. C. si min. se major.* *Legitimum* tempus, in *l. 8. C. de non num. pec.* quinquennii est, intra quod ex principalibus constitutionibus non numeratæ pecuniæ exceptio opponi debuit: *l. 9. l. 14. C. eod. tit. §. un. Inst. de litt. oblig. l. 1. C. de caut. & non num. pec.* Theophil. *in §. 2. Inst. de except.* Quomodo etiam *statutum tempus* interpretari oportet, in *l. ult. C. de condict. ex leg.* & *l. 5. C. si cert. pet.* *Legitimum* tempus bonorum petendorum, apud Suet. *in Galb. c. 6.* id est, ex lege annali. *Legitimum* tempus, apud Cic. *lib. 7. ad Attic. Epist. 8.* quo per Legem Juliam provinciis decedere proconsules jubebantur, easque diutius retinere vetabantur. *Legitimum* tempus, apud eumdem *in Verr. act. 1. c. 11.* accusatoris ad dicendum præstitutum.

Legitimi cives: *l. 32. D. de jur. fisc.*

Legitimi defensores: *l. 10. C. ubi pet.*

Legitimi dies, intra quos adpellare licet: *l. ult. C. de his qui per met. jud. non adpell.* id est, intra biduum, vel triduum, ex die sententiæ latæ computandum, ut docet *l. 1. §. 5. D. quand. adpell.* seu altera die vel tertia, ut *d. l. 1. §. 6. D. eod. tit.*

Legitimi liberi, *naturalibus* oppo-

positi, eos significant, qui ex legitimis & justis nuptiis quæsiti sunt: *l.* 45. *D. de vulg. & pup. subst.*

Legitimi magistratus; *l.* 2. §. 19. *D. de orig. jur.*

Legitimi testes, qui ex legibus testamento adhibendi sunt: *l.* 16. §. 1. *D. de vulg. & pup. substit.*

Legitimus heres: *l.* 26. *D. de negot. gest.* & aliis locis, qui lege heres est, ab intestato, ut loquitur Pomponius: *l.* 29. §. *ult.* D. *de statul.* seu qui ab intestato succedit, ut *l.* 18. D. *de jur. codicill.* qui & *justus heres*, ut est supra art. *justus.* Itaque bonorum possessio, ex capite *Unde Legitimi*, omnem vocat, qui ab intestato potuit esse heres: sive lex XII Tabularum, eum legitimum heredem faciat, sive alia lex senatusve consultum. Denique mater, quæ ex SCo venit Tertulliano, item qui ex Orphitiano ad legitimam hereditatem admittuntur, hanc bonorum possessionem petere possunt: *l.* 2. D. *und. legitimi.* Et generaliter quotiescumque vel lex, vel senatus, defert hereditatem, non etiam bonorum possessionem, ex hac parte eam petere potest: *l.* 3. *D. eod. tit. l.* 1. §. 5. *D. ad SC. Tertull.* Et ita *l.* 74. §. 1. *D. ad SC. Trebell.* mater intestata decessisse proponitur, utrisque liberis legitimis heredibus relictis, quibus nimirum ex SC. Orphitiano hereditas defertur: ante quod SC. dumtaxat ex capite *unde proximi cognati*, non etiam *unde legitimi* bonorum matris suæ possessionem petere liberi poterant: *l.* 1. §. 9. *D. und. cogn.* Jure *legitimi* heredis possessio defertur adgnatis, *l.* 8. D. *und. cogn. Legitimi* heredis jure bonorum possessio *legitimis* capite deminutis non datur: *l.* 5. D. *eod. tit.*

Legitimus heres, *& scriptus* opponuntur apud Ulpian. *tit.* 19. §. 13.

Legitimus successor. Filius ejus, qui ab hostibus captus est, si decesserit, patre captivo vivo, siquidem pater ibi decesserit, quasi paterfamilias, *legitimum* habebit successorem: *l.* 4. D. *de castr. pecul.*

Legitimus modus, in *l.* 3. §. 1. *D. de mort. infer.* quo abesse ab ædificio busta monimentaque lex XII Tabularum constituit, teste Cicerone *de Legib. lib.* 2. *c.* 23. Legitimus modus, in *l.* 36. D. *de mort. caus. don. l.* 5. §. 2. & §. 5. *D. de dol. except. l.* 1. D. *quib. mod. pign.* Quod & illa Paulli verba comprobant; quæ exstant *lib.* 5. *sent. tit.* 11. §. 6. *Ei qui aliquem a latrunculis, vel hostibus, eripuit, in infinitum dare non prohibemur.* Legem autem, quæ donationibus modum statuit, Cinciam fuisse, indicat *l.* 4. *C. Th. de donat.* Idem patet ex verbis Ulpiani *tit.* 1. §. 1. *Imperfecta lex est, veluti Cincia, quæ supra certum modum donari prohibet, exceptis quibusdam cognatis.* Quantus vero ex Lege Cincia ille modus fuerit, nec Brummerus *de Lege Cinc. c.* 12. nec quisquam alius, adhuc exposuit. Vid. Schulting. *ad jurispr. vet. antejust. p.* 561. *seq. Legitimus* modus honorarii in singulis caussis usque ad centum aureos: *l.* 1. §. 10. & §. 12. D. *de extraord. cognit. l.* 3. *D. de postul.* quem SCo constitutum, Tacit. *lib.* 11. *Annal. c.* 5. ostendit. *Legitimo modo* alienare: *l.* 7. §. 1. *D. de curat. fur.* satisfacere creditori: *l.* 8. C. *de inoff. test.*

Legitimus numerus decurionum; *l.* 2. *D. de decret. ab ord. fac.* id est, lege municipali præfinitus: *l.* 7. *D. eod. tit.* qua cautum fuisse, ut ordo non aliter haberetur, quam duabus partibus adhibitis, tradit Ulpian. *l.* 3. *D. eod. tit.* Unde in *l.* 3. *D. quod cujusc. univ. nom.* aut lege cessante ordo dedit, quum duæ partes adessent, aut amplius, quam duæ. Quæ quidem

duæ partes ordinis totius curiæ instar exhibent : *l.* 45. C. *de decurion.* Similiterque *legitimus numerus*, apud Plin. *lib.* 10. *epist.* 113. est lege Pompeia, qua Bythyni & Pontici utebantur, aut certe lege aliqua municipali, præscriptus. *Legitimus* numerus apud Paull. *lib.* 4. *Sent. tit.* 1. §. 16. est lege Fusia Caninia definitus, & præstitutus.

Legitimus tutor : *l.* 19. *D. ad SC. Vellei. l.* 1. §. 5. *D. de susp. tut. l.* 5. *C. de dol. mal.* Ulpian. *tit.* 11. §. 3. *Legitimi* tutores sunt, qui ex lege aliqua descendunt. Per eminentiam tamen *legitimi* dicuntur, qui ex lege XII Tab. introducuntur : seu propalam, quales sunt adgnati, seu per consequentiam, quales sunt patroni : Justinian. *pr. Inst. de legit. adgn. tut.* Quibus testamento tutor datus non est, his ex legibus XII Tabularum adgnati sunt tutores, qui vocantur *legitimi. Legitimos* tutores nemo dat, sed lex XII Tab. fecit tutores : *l.* 5. D. *de legit. tut. Legitimi* tutores & *testamentarii*, sive ex inquisitione dati, opponuntur; *l.* 14. §. 5. D. *de solut.*

LEGULUS in *l.* 13. §. 6. *D. de usufr.* pro quo alii figulus legunt. Sunt vero *leguli*, qui legunt oleas, ut ex loco Catonis *de re rust.* c. 145. patet : *Legulos, quot opus erunt præbeto, & factores*, seu strictores, ut mavult Turneb. *lib.* 10. *adversf. c.* 18. Vid. *ejusd.* Catonis *de re rust. c.* 65. & 147. item Varro *de ling. lat. lib.* 4. *p.* 25. & *lib.* 5. *p.* 57.

LEGUMEN : *l.* 3. §. 8. D. *de pen. leg. l.* 77. D. *de verb. signif. l.* 77. §. *ult. D. de alim. vel cib. leg.*

ΛΕΙΨΑΝΑ, reliquiæ, mortua cadavera. Vid. infra *reliquiæ.*

LENA. Ita dicitur, quæ mulieres quæstuarias prostituit, & ea, quæ alterius nomine hoc vitæ genus exercet, &, quæ cauponam exercens, in ea corpora quæstuaria habet : *l.* 43. §. 7. D. *de rit. nupt.* Quæ definitio ad Legis Juliæ de maritandis ordinibus interpretationem pertinet, qua lege omnes ingenui prohibentur ducere a lenone *lenave* manumissam, teste Ulpiano *tit.* 13. §. 2.

LENIRE poenam : *l.* 1. §. 5. D. *ad Leg. Cornel. de sicar.*

LENITAS paterna : *l. un. C. Theod. de sent. pass.* Proniores ad *lenitatem* judices esse debent : *l.* 11. D. *de pæn.*

LENITUDO judicantis : *l.* 7. *C. de accus.* Lenitudo mendicantium : *l. un. C. Theod. de mendic. non inval.* desidiam & inertiam significare videtur Jac. Gothofredo *ad d. l.* 7. Nam desidia judicantis, & quædam lenitatis ambitio, junguntur in *l.* 18. *C. Theod. de accus.*

LENIUS facere stillicidium : *l.* 20. §. 5. *D. de serv. præd. urb.*

LENO est, qui prostituta habet mancipia, ut Seneca *lib.* 6. *de benef. definit.* Add. *l.* 4. §. 2. D. *de his, qui not. infam. l.* 13. *C. de episc. aud.*

LENOCINIUM, turpis ille quæstus hactenus descriptus. Crimen lenocinii contrahunt, qui deprehensam in adulterio uxorem in matrimonio detinuerunt, non qui suspectam adulteram habuerunt : *l.* 2. *C. ad Leg. Jul. de adult.* Lenocinii crimen lege Julia præscriptum est, quum sit in eum maritum poena statuta, qui de adulterio uxoris quid ceperit. Item in eum, qui in adulterio deprehensam retinuit : *l.* 2. §. 2. D. *eod. tit.* Non mediocriter deliquit, qui *lenocinium* in uxore exercuit : *l.* 29. §. 3. D. *eod. tit. Lenocinium* autem exercere, ut ibidem judicatur, intelligitur, qui quæstum ex adulterio uxoris fecit, & aliquid accepit, ut uxorem pateretur

tur adulterari, meretricio quodam genere. *Lenocinium* facere non minus est, quam corpore quæstum exercere: *l.* 43. D. *de rit. nupt.* Qui *lenocinium* fecerit infamia notatur: *l.* 1. *D. de his qui not. infam.* Lenocinium facit Ulpiano interprete, qui quæstuaria mancipia habuerit, &, qui in liberis hunc quæstum exercet: sive principaliter hoc negotium gerat, sive alterius negotiationis accessione utatur, ut puta si caupo fuit, vel stabularius, vel balneator: *l.* 4. §. 2. D. *de his qui not. infam.* Qui adulterii damnatam sciens duxerit uxorem, vel reduxerit, lege Julia, ex caussa *lenocinii* punietur: *l.* 9. *C. ad leg. jul. de adult.* De mariti *lenocinio* adde *l.* 2. §. 2. *D. eod. tit. l.* 47. D. *solut. matrim.*

LENTULUS & *Lentuli* filia memorantur *pr. Inst. de codicill.* Fuit hic *Lentulus* cujus occasione & fideicommissariæ hereditates jure perfecto deberi, & codicilli mortuorum heredes obligare cœperunt, non *Cossus*, ut visum est Steph. Vin. Pighio, nec prænomine *Cnaeus*, uti eum vocat Sigon. *in Fast. p.* 351. sed *L. Cornelius L. F. Lentulus*, qui anno V. C. 751. cum M. Valerio Messalino consul fuit, ceu docet laterculum Coss. apud Dion. Cass. *lib.* 55. *p.* 548. & marm. apud Reines. IX. *Inscr.* 3. *p.* 597. & postea Africæ proconsul præfuit, ibique, ut ex laudato Institutionum loco discimus, decessit. *Hein.*

LEO bestiarum, non pecudum numero est: *l.* 2. §. *ult. D. ad Leg. Aquil.* Leo mansuetus: *l.* 1. §. 6. D. *de postul.* Cujusmodi fuit ille Androdi leo, quem loro tenui revinctum, urbe tota circum tabernas iisse, floribusque sparsum, ait Gellius *lib.* 5. *c.* 14. Usque adeo autem mansuefactos leones Romæ, ut contrectari se, jubamque inaurari paterentur, testis est Seneca *Epist.* 41. Aliter, inquiens, leo aurata juba nitet, dum contrectatur, & ad patientiam recipiendi ornamenta cogitur fatigatus. Martial. *lib.* 1. *Epigr.* 61. Intres ampla licet torvi, lepus, ora leonis: Esse tamen vacuo se leo dente putat: Idem *lib.* 2. *epigr.* 73. de altero Leone ad feritatem reverso: Verbera securi solitus leo ferre magistri, Insertamque pati blandus in ora manum, Dedidicit pacem, subita feritate reversa, Quanta nec in Libycis debuit esse jugis. De *leone* & ariete, contubernio, & convictu eodem, mira concordia, utentibus, elegans est epigramma 73. *lib.* 9. Primum leonem mansuefactum manu tractare & ostendere ausum esse Hannonem, clarissimum Carthaginiensem, tradit Plin. *lib.* 8. *hist. nat. c.* 16. & Aelianus *lib.* 5. *de animal. c.* 39. qui & alia exempla leonum mansuetorum & mansuefactorum dedit *lib.* 12. *c.* 23. & priore loco hujus belluæ naturam ita descripsit, secundum latinam interpretationem: A prima ætate cicur factus, cum mansuetissimus esset, tum vero occursu facilis & jucundus. Pueros enim amat, & quidvis, modo id suo altori gratum esse sentiat, lubenter sustinet.

LEONIS Papæ mentio est in *Novell. Theodosii & Valentiniani de manichæis*, ubi *beatissimus* adpellatur. Iidem Imperatores *Novella de Episcopor. ordinatione*: Sicut *Venerabilis viri*, *Leonis* Papi fideli relatione comperimus.

LEONINA Lex: *l.* 38. D. *de episc. & cleric.* id est Leonis Imperatoris, uti *l.* 10. *C. de pact.*

Leonina societas, ex qua alter lucrum tantum, alter damnum sentiat: *l.* 29. §. *ult.* D. *pro soc.*

LEPORINA lana: *l.* 70. §. 9. *D. de legat.* 3.

LETUM, vel *Lethum*, ita enim scribunt, qui hoc vocabulum cum Varrone ἀπὸ τῆς λήθης derivant. Malo letho periturus: *l.* 9. D. *de extraord. crim.*

LEVAMENTARIUS, *l.* I. *C. Theod. de navicul.* Jac. Gothofr. *in Comment.* levamentarium interpretatur eum, qui in lintre seu scapha navi onerariæ majori adjuncta inservierit. Add. *l.* 4. *D. de Lege Rhod. l. ult.* D. *de instr. vel instr. leg. l.* 44. D. *de evict.*

LEVAMENTUM edicti: *l.* 3. *in fin.* D. *si famil. furt. fec.*

LEVARE manus adversus quem: *l.* 15. §. 1. *D. de injur.* navem: *l.* 1. 4. 8. D. *de Leg. Rhod.*

Levari culpa: *l.* 14. *D. de offic. procos.* obligationis onere: *l.* 67. D. *de procur.*

LEVATO velo: *l. ult. C. Th.* Quod quid sit, vid. apud Menoch. *de arbitr. jud. quæst. lib.* 2. *cas.* 297. De eo plura infra sub art. *velum.*

LEVIR, mariti frater adpellatur: *l.* 4. §. 6. D. *de grad. & adfin.* Festus *lib.* 10. quasi *levis vir*, ut scribit Non. Marcell. *de propr. serm. c. ult.* Græcis est δαήρ, ceu ex Homero probat Modestinus *d. l.* 4. §. 6. *vers. viri frater* D. *de grad. & adfin.*

LEVIS *l.* 1. §. 9. D. *de Ædil. edict.* constanti opponitur: *l.* 18. D. *eod. tit.* Add. *l.* 22. §. 6. *D. solut. matrim. l.* 30. D. *de pœn.*

Levis persona in *l. ult.* §. 2. *D. de custod. & exhib. reor.* est vilis, & humilis.

Leves anuli: *l.* 6. D. *de bon. damnat.* lances: *l.* 102. §. 1. D. *de legat.* 3.

Levis castigatio: *l.* 5. §. *ult.* D. *ad Leg. Aquil.* coercitio: *l.* 11. §. 2. *D. de injur.* febricula: *l.* 1. §. 8. D. *de Ædil. edict.* offensa: *l.* 3. D. *de adim. legat.* pœna: *l.* 14. *D. de pœn.* territio: *l.* 15. §. 41. *D. de injur.* usura: *l.* 3. D. *de eo, quod met. caus.* id est, modica. Quemadmodum & *levis* dolor dicitur in *l.* 4. §. *ult. D. de Ædil. edict.* & *Levis* sententia: *l.* 13. *D. de pœn.*

Levis caussa: *l.* 8. §. 7. *l.* 34. *D. de fidejuss.* Conditio: *l.* 51. D. *de condit. & dem.* cui opponitur durior & deterior. Hinc *levissima* conditio libertatis dicitur esse, quæ ad libertatem perducit, quamvis natura gravior & durior sit: *l.* 47. D. *de manum. testam. l.* 35. *D. de condit. & dem.* estque *levissima* conditio minime onerosa, quo significatu etiam accipitur in *l.* 87. *l.* 90. D. *de condit. & dem.* Levis scriptura, i. e. conditio: *l.* 5. *D. de manum. test. Levis* servitus: *l.* 20. §. 5. D. *de servit. præd. urb.* Leviora vincula: *l.* 8. §. 6. D. *de pœn. Levis* suspicio: *l.* 3. §. 1. D. *de minor.*

Leve delictum: *l.* 4. §. 13. *D. de re milit. levis* offensa: *l.* 3. *D. de adim. legat.*

Levis notitia: *l.* 223. §. *ult.* D. *de verb. signif.*

Leviores mores, qui & *minores*, inter virum & uxorem censebantur reliqui omnes præter adulterium: Ulp. *tit.* 6. §. 12. His adversantur *graviores ibid.*

Leviora non curat prætor: *l.* 1. §. *ult. D. de inspic. ventr.*

Levis culpa: *l.* 47. §. 5. *D. de legat.* 1. Vid. supra art. *culpa.* Levis & suis rebus consueta negligentia: *l.* 22. §. 3. *D. ad SC. Trebell.*

LEVITER castigare: *l.* 9. *D. de incend. ruin. naufr.* maledictum: *l.* 15. §. 41. *D. de injur.* percutere; *l.* 7. §. 5. D. *ad Leg. Aquil.* punire: *l.* 1. D. *de effract.*

Si quid ex his, quæ *leviter* observanda prætor edixit, non sit factum: *l.* 1. §. 15. *D. de ventr. inspic.*

LEX a Seneca dicitur *justi & injusti regula*: *lib.* 4. *de benef. c.* 12. Idem *Epist.* 94. Leges quid aliud

aliud ſunt, quam minis mixta præcepta? Papinianus in *l.* 1. *D. de legib.* Legem definit commune præceptum, virorum prudentum conſultum, delictorum, quæ ſponte, vel ignorantia contrahuntur, coercitio, communis reipublicæ ſponſio: Quibus verbis ille e Græco in latinum convertere ſtuduit illam νόμȣ definitionem, quæ ex Demoſthenis oratione *adverſus Ariſtogit.* a Marciano refertur in *l.* 2. D. *de legib.* quam & Aphthonius fere in extremo libelli προγυμνασμάτων ſequitur. Ea vero ut oratoria magis eſt, quam philoſophica, abundantia ex parte & defectu altera laborat, ac fere legem democraticam repræſentat. Eſt utique *Lex*, notione generaliori, voluntatis imperantis, circa facienda vel omittenda a ſubditis declaratio. Et manca illa eſt quam Cicero *de legib. lib.* 1. *c.* 6. tradit, legis definitio, quod ſit, *quæ ſcripto ſanxit, quod vult, aut jubendo, aut vetando, a delectu.*

Legis ſane vocabulum variam habere in jure Romano ſignificatum negandum non eſt, & quidem eo veniunt.

Lex quam populus Romanus, ſenatorio magiſtratu interrogante, veluti conſule, conſtituebat: §. 4. *Inſt. de jur. nat. gent. & civ.* vel generale juſſum populi, ut ait Gell. *lib.* 10. *c.* 20. itemque populi ſcitum apud Tacit. *lib.* 3. *annal. c.* 58. Atque ita *Lex* diſtinguitur non modo a SCis, conſtitutionibus principum, edictis magiſtratuum, prudentumque reſponſis: verum etiam a plebiſcitis, rogante plebeio magiſtratu, veluti tribuno plebis ſuffragis plebis conſtitutis: *d.* §. 4. *Inſt. de jur. nat. gent. & civ.* Hinc conſulares rogationes proprie ſibi legum nomen vindicant, ac proinde a plebiſcitis & SCis ſeparantur: *l.* 7. D. *de juſt. & jur. l.* 7. §. 7. *D. de pact. l.* 1. *in fin.* D. *ex quib. cauſ. major. l.* 2. §. 8. *D. de orig. jur. l.* 1. *D. ne quid in loc. publ.*

Verum tamen & tribuniciæ rogationes, licet minus proprie, Leges adpellantur. Ita *Leges Aquilliam & Falcidiam* adpellamus, quæ plebiſcita ſunt, quum eas Aquillius & P. Falcidius, tribuni plebis a plebe rogarint: *l.* 1. *D. ad Leg. Aquil. l.* 1. D. *ad Leg. Falcid. l.* 1. D. *de offic. ej. cui mand. juriſd. l.* 6. *D. de pact. l.* 7. *D. de capit. minut. l.* 1. D. *de condict. ex lege l.* 1. D. *ut ex legib.* §. 4. *v. noviſſime. Inſt. de bonor. poſſeſſ.* Plebiſcita autem leges dici coepere, ex quo iis lege primum *Horatia*, lata anno ab V. C. 304. deinde *Publilia* condita anno ab V. C. 456. eadem auctoritas data eſt ac legibus, puta ut patres non minus, quam plebem, obligarent. Vid. Liv. *lib.* 3. *c.* 55. *lib.* 8. *c.* 12. Gell. *lib.* 15. *c.* 38. *l.* 2. §. 8. D. *de orig. juriſ.* Ne vero ad Leges hujus generis referas *Tribuniciam legem* cujus meminit Pomponius *l.* 2. §. 3. D. *de orig. jur.* monet Hein. nec enim illam a Tribuno plebis, qualis eo tempore nullus erat, ſed a Junio Bruto, tribuno celerum, latam eſſe. Hunc vero tribunatum proximum a rege, ac ſenatorium magiſtratum fuiſſe ex *Livii lib.* 1. *c.* 1. docet. Sed & aliæ ſpecies juris ſcripti aliquando *legum* nomine veniunt. Plane in *l.* 7. D. *de capit. minut.* hæc verba: Ex novis legibus etiam SCa comprehendunt: & *Lex* dicitur SC. Macedonianunt: *l.* 9. §. 3. D. *de SC. Maced.* SC. Turpillianum: *l.* 10. *D. ad SC. Turpill.* juncta: *l.* 2. *D. de cuſtod. & exhib. reor.* oratio Severi: *l.* 49. *D. de minor.* juncta *l.* 1. *D. de reb. eor. qui ſub tut.* immo & conſtitutiones *leges* vocantur: *l.* 22. *C. de*

admin. & peric. tut. *Legis* beneficio: *l.* 2. D. *de legit. præſt.* id eſt, conſtitutionis, ſeu reſcripti: Nam edictum prætoris legata dumtaxat, & fideicommiſſa, exceptis perſonis conſervabat. Verum reſcriptum ſeu conſtitutio D. Pii etiam portionem hereditatis, ut adparet ex *l.* 5. §. 6. & *l.* 7. D. *eod. tit.* Denique & edictum prætoris *legem* annuam adpellat Cicero *lib.* 1. *in Verr.* *c.* 42.

Plerumque *legis* adpellatione κατ' ἐξοχὴν Lex XII Tabularum intelligitur: *l.* 3. *D. de uſurp. & uſuc.* *l.* 7. §. 14. D. *de pact.* *l. ult. D. de colleg.* *l.* 18. D. *qui teſtam.* *l.* 1. D. *de curat. furioſ.* *l.* 5. *D. de adquir. vel omitt. her.* *l.* 13. §. *ult. D. de ſervit. ruſt.* *l.* 4. §. 5. *l.* 6. §. 1. *l.* 7. D. *de re jud.* & §. *un. Inſt. de legit patron. tut.* Eamdem legem accipe quam antiquam *legem* audis: *l.* 2. §. 1. *D. de nox. l. act.*

Legis nomine abſolute adpellantur quædam leges. Sic nomine legis in *l.* 17. §. *ult.* *l. ult. pr. D. qui & a quib.* *l.* 4. *D. de teſt. milit.* *l.* 4. *D. de ſerv. export.* exaudienda eſt Ælia Sentia: in *l.* 12. *l.* 14. §. *ult. D. qui & a quib. manum.* Julia de adulteriis: in *l.* 6. D. *de feriis.* Julia *judiciorum*: in *l.* 2. *l.* 16. D. *de jur. patr.* *l.* 6. *D. eod. tit.* *l.* 37. §. 4. D. *de op. libert.* *l.* 2. *D. de minor.* *l.* 64. §. 6. *ſeq.* D. *ſolut. matrim.* *l.* 45. §. 5. *l.* 48. D. *de rit. nupt.* *l.* 38. §. 1. *D. ex quib. cauſſ. maj.* *l.* 62. §. *ult.* *l.* 64. *D. de condit. & dem.* *Julia* & Papia Poppæa intelligenda eſt. *Lege* publicorum cavetur, id eſt, Lege Julia publicorum judiciorum: *l.* 2. D. *de cuſtod. & exhib. reor.* At in *l.* 32. *D. de pœn.* Lex Julia publicorum eſt *Julia* de vi publica.

Leges autem ut plurimum ab altero conſule, cujus tum, quum eæ rogarentur, faſces erant, aut qui conſul primus renunciatus erat, nomen ſortiebantur. Interdum ab ambobus conſulibus, quo poſteriore exemplo Legem Papiam & Poppæam, Legem Liciniam & Muciam, Legem Liciniam & Juniam, Legem Tuliam & Titiam, Legem Cæciliam & Didiam dictas legimus. Sed & præter gentilitium legislatoris nomen plerumque legibus cognomina a re ſubjecta imponebantur. Et ita agrarias, annarias, judiciarias, ſumtuarias, tabellarias, teſtamentarias legimus. Interdum ea, quæ legibus coercebantur, crimina ſummatim legi adſcribebantur, veluti in hunc modum: de ſicariis, de veneficiis, de parricidiis, de adulteriis, de vi, de plagiariis, de reſiduis. Alias vero crimina, quæ legibus vindicabantur, hoc loquendi genere exprimebantur: ambitus, peculatus, repetundarum.

Verum *Legum* omnium, quæ de jure civili latæ ſunt, quarum in libris noſtris habetur mentio, catalogum non alienum erit ſubjicere, quas ſolo nomine edere ſatis erit, ſubjectam cuique materiam, in qua verſaretur, in proprios locos rejiciendo.

LEX.

Ælia Sentia.
Aquillia.
Atilia.
Atinia.
Cincia de donis & muneribus.
Claudia.
Cornelia de captivis.
Cornelia de injuriis.
Cornelia de ſicariis & venef.

LEX.

Cornelia de falſis, quæ & teſtamentaria.
Falcidia.
Furia.
Fuſia Caninia.
Glicia.
Hortenſia.
Hoſtilia.

Julia

LEX.
Julia de adulteriis coercendis.
Julia agrarii.
Julia ambitus.
Julia de annona.
Julia de bonorum cessione.
Julia de fundo dotali.
Julia judiciorum publicor. seu judiciaria.
Julia Majestatis.
Julia de maritandis ordinibus.
Julia peculatus, de sacrilegiis, de residuis.
Julia repetundarum.
Julia de vi privata.
Julia de vi publica.

LEX.
Julia & Titia.
Junia Norbana.
Junia Petronia.
Junia Velleia.
Laetoria.
Licinia Cassia.
Licinnia & *Cassia.*
Mævia.
Mensia.
Papia Poppæa.
Pompeia de parricidiis.
Regia.
Remmia.
Scribonia.
Voconia.

Legi adrogare, obrogare, derogare, surrogare, fraus fit. Vid. suis locis.

Legis actiones Pomponius interpretatur legitimas actiones: *l.* 2. §. 6. D. *de orig. jur.* Ubi ex legibus compositas fuisse actiones tradit, quibus inter se homines disceptarent: quæ pars juris *legis actionum* nomen obtinuit. Eodemque in capite §. 12. partes, quibus jus constat, colligens, in his numerat *legis actiones*, *quæ formam agendi continent.* Quamquam non ad legitimas modo actiones, sed ad alios quoque legitimos actus, *legis actio* porrigitur. Apud eos enim magistratus *legis actio esse*, vel *legis actio magistratibus data esse*, dicitur, apud quos adoptiones manumissionesque explicari possunt. Ulpianus in *l.* 1. *D. de offic. jurid. Alex.* Adoptare, inquit, aliquis apud juridicum potest, quia data est ei *legis actio*. Paullus *lib.* 2. *Sent. tit.* 25 §. 4. Apud magistratus municipales, si habent legis actionem, emancipari & manumitti potest. Modestinus in *l.* 4. *D. de adopt.* Magistratum apud quem *legis actio* est, & emancipare filios suos, & in adoptionem dare apud se posse. Contra Ulpianus, de legato proconsulis loquens, in *l.* 3. D. *de offic. procos.* adoptare eum posse negat, quia omnino apud eum non sit legis actio, id est, ut Marcianus in *l.* 2. *D. eod. tit.* ait, quia non habet jurisdictionem talem. Hinc *lege agere*: *l.* 3. D. *de offic. præt.* Apud Terent. in Phormion. *Act.* 5. *sc.* 7. *v.* 91. Phormioni injurium sibi fieri, quærenti, exprobrantique, Demipho quasi per ludibrium respondet: *Lege agito ergo*, id est, litem eo nomine intende, vel judicio experire, si tibi videatur. Ad quem locum Donatus: *Lege agito*, ait, *dicebatur ei, cujus intentio contemtibilis adversario videbatur.* Plautus *in Aulul. Lege agito: i, coenam coque.* Ex quibus adparet, *Lege agere* esse legitima aliqua actione experiri. Eoque sensu *lege agi* dixit Cic. non semel. Veluti pro *Murena c.* 11. *& in divinat. c.* 5.

Lex Municipalis: *l.* 3. §. 4. D. *quod vi aut cl. l.* 1. *C. de serv. reip.* Municipales vero leges patriæ municipii cujusque sermone conscriptas fuisse, ex *l. ult. D. de decret. ab ordin. fac.* colligimus, in quo municipii Legem græce scriptam Scævola præfert. Est igitur Lex municipalis quæ cuique municipio propria est. Ita:

Leges cujusque civitatis: *l.* 1. D. *de mun. & bonor.*

Alia videtur esse *Lex municipalis* in titulo D. *ad municipalem.* Quamvis enim ibi subaudiendam esse *legem* neget Cujacius *lib.* 9. *obs. c.* 37. potiusque ita refingendam putet illam inscriptionem, ut scribamus: *de municipibus & incolis*, quandoquidem & in libris Basilic. rubrica sit περὶ πολιτῶν: *Legem* tamen *municipalem* ea inscriptione indicari, post Guil. Budæum, Ang. Politianum, & Brissonium, defenderunt Guil. Forner. *Select. lib.* 1. *c.* 13. Jac. Rævard. *Var. lib.* 3. *c.* 15. & Ev. Otto in *præf. Tomi* 2. *Thesaur. jur. civ. p.* 9. *seq.* ubi docet, fuisse non modo singulis municipiis suas leges de decurionibus, duumviris, ædilibus legendis, muneribus obeundis, administratione rerum civitatis, similibusve, qualis illa Halesinorum, de qua Cic. in *Verr.* 2. *c.* 49. aliæque in *l.* 6. *D. de decret. ab ord. fac. l.* 3. D. *eod. l.* 1. *D. de alb. scrib. l.* 11. §. 5. *D. de mun. & bon.* sed & exstitisse legem aliquam communem, & ad omnia municipia pertinentem, qualem jam Cæsarem meditatum esse, idem tradit Cic. *lib.* 6. *ad famil. epist.* 18. Legum etiam *colonicarum* vel *municipalium*, circa agros adsignatos observandarum, & a triumviris vel decemviris coloniæ deducendæ præscriptorum colonis, meminerunt scriptores definibus, velut Aggen. Urbic. *de limit. p.* 49. Hygin. *p.* 206. quas tamen leges ad titulum D. *ad municipal.* non pertinere, facile intelligitur. *Hein.*

Leges etiam provincialibus datas ab his, qui imperium habebant a populo Romano, auctoritatemque legum dandarum a Senatu. Sic Cicero *in Verr. II.* 13. Siculorum judiciariam Legem Rupiliam laudat, quam Prætor Rupilius ex SCo de decem legatorum sententia ei provinciæ dederat, cujus capita duo adfert. Siculi, inquit, hoc jure sunt, ut, quod civis cum cive agat, domi certet suis legibus: quod Siculus cum Siculo, non ejusdem civitatis, de eo prætor judices ex P. Rupilii decreto, quod is de decem legatorum sententia statuit, (quam legem Siculi Rupiliam vocant,) sortiatur. Et *alibi c.* 19. Tum enim docet Heraclius, non posse eo die sortiri, quod Lex Rupilia vetaret diebus triginta sortiri, dicam quibus scripta esset. *Eod. ipso libro c.* 60. Inter oratores & decumanos lege frumentaria, quam Hieronicam adpellabant, judicia fieri solita, docet. Plin. *lib.* 10. *Epist.* 83. Cautum est Pompeia lege, quæ Bithynis data est, ne quis capiat magistratum, neve sit in senatu, minor annorum triginta. Eadem lege comprehensum est, ut qui ceperint magistratum sint in senatu. Idem *lib.* 10. *epist.* 113. Lex Pompeia, qua Bithyni & Pontici utuntur, eos, qui *in bulen* a Censoribus eliguntur, dare pecuniam non jubet. *Eod. lib. epist.* 115. Lege Pompeia permissum Bithynicis civitatibus, adscribere sibi, quos vellent, cives, dum civitatis non sint alienæ, sed suarum quisque civitatum, quæ sunt in Bithynia. Eadem lege sancitur, quibus de caussis e senatu a censoribus ejiciantur.

Lex Regia: *l.* 1. *pr.* D. *de constit. princ. l.* 6. *Inst. de jur. nat. gent. & civ.* est, quæ de imperio Principis lata est, quæque populus ei, & in eum, omne suum imperium & potestatem contulit. De ea Hein. *in Antiq. Rom. lib.* 1. *tit.* 2. §. 43. *seq.* Ev. Otto *in præf. thesaur. jur. civ. Tom.* 5. *p.* 4. *seq.* ubi satis demonstratum, per

per eam intelligi formulam imperii, primum Augusti in honorem factam, variisque deinde SCis, quoties novus princeps imperium auspicaretur firmatam, amplificatamque, quæ & *jus regium. Lex imperii*, *Augustum priviligium*, *Lex*, *quæ regimenta reipublicæ ad imperatores perpetuo translata sunt*, vocatur: *l.* 3. *C. de testam. l. un.* §. 14. *C. de caduc. toll. l.* 1. D. *de offic. præf. præt.* Alio sensu *Lex Regia* est, ab aliquo Romanorum rege lata, qualis illa in *l.* 2. D. *de mort. inferend. Hein.*

Lege obvenire proprie dicitur hereditas, quæ ab intestato Lege XII Tabularum defertur. Cic. in *Verr.* I. *c.* 45. Lege hereditas ad Gentem Minuciam veniebat. Sed tamen & eam hereditatem, quæ ex testamento defertur, non improprie quis *lege* obvenire, dixerit, ait Ulpian. in *l.* 130. D. *de verb. signif.* quia lege XII. Tabularum testamentariæ confirmantur.

Leges & constitutiones futuris, certum est, dare formam negotiis, non ad facta præterita revocari, nisi nominatim & de præterito tempore, & adhuc pendentibus negotiis, cautum sit: *l.* 7. *C. de legib.* In quam sententiam plures aliæ exstant leges, puta *l.* 7. D. *eod. tit. l. ult. de Curat. furios. l.* 29. *in fin. C. de testam. l.* 65. *C. de decurion. l.* 3. *C. Theod. de constit. princ.* Aliquando tamen pendentibus negotiis leges dantur: *l.* 21. *C. de SS. eccles. l.* 22. §. 1. *C. eod. l.* 2. §. 9. *C. de jurejur. propt. calumn. l.* 7. *in fin. C. Theod. de legit. hered.* itemque præteritis. Quo pertinent *l. un. in fin. C. de contract. jud. l.* 17. *C. de fid. instrum. l. ult. C. de pact. pign. l.* 1. *C. Theod. de SC. Claud. l. un.* C. *Theod. de act. cert. temp. fin. l.* 3. *C. Theod. de incest. nupt. l.* 2. *pr. C. Th. de sepulcr. viol. l.* 4. *C. Th. de bon. vac. l.* 5. *C. Th. de canon. & comment. urb. Rom. l.* 17. C. *Th. de hæret. Novel.* 115. *c.* 1.

Leges omnibus hominibus æqualiter securitatem tribuunt: *l.* 28. §. 7. *D. de pœnis.*

Lex pro privilegio. Si civitas nullam propriam *legem* habet de adjectionibus admittendis: *l.* 21. §. *ult. D. ad municipal.*

Lex pro pacto. Aedificiorum *leges* apud Varron. *lib.* 4. *de ling. lat.* Paullus in *l.* 33. D. *de servit. urban. præd.* Quum in *lege* ædium scriptum esset: Plin. *lib.* 36. *c.* 23. Antiquarum ædium legibus invenitur. *Leges* etiam agris dicuntur, de eorum conditionibus: *l.* 1. §. *ult. D. de aqu. quot. & æstiv.* ab his scilicet, qui eos agros constituerunt, finieruntque, ut Hyginus *de limit. agr.* significat. Add. *l.* 2. D. *de leg. commissor. l.* 5. D. *de sepulcr. viol. Lex* venditionis: *l.* 6. §. *ult.* D. *de serv. expert. Lex* censoria, quæ publicanis, seu vectigalium redemptoribus, in publicorum locatione, a censoribus dicebatur: *l.* 203. *D. de verb. signif.* & apud Cic. *in Verr.* 3. *c.* 6. *orat. de provinc. consul. c.* 5. *de nat. Deor. lib.* 3. *c.* 19. *lib.* 1. *ad Q. fratrem Epist.* 1. *c.* 12. Varron. *lib.* 2. *de re rust. c.* 1. Fest. *lib.* 17. Ejusmodi est *lex* vectigalis de pecore, in *l.* 2. §. 20. D. *de vi bon. rapt. Lex* colonica, apud Varron. *lib.* 1. *de re rust. c.* 2. *Lex* commissoria, quæ in venditionibus adjicitur: *l.* 3. D. *de leg. commissor.* Fundus autem *lege* commissoria venire dicitur, qui ita venit, ut, nisi intra certum diem pretium sit exsolutum, inemtus fieret: *l.* 4. *l.* 5. D. *de leg. commiss.* add. *l.* 1. *eod. tit.* Et talis *legis* conventionalis fit mentio in *l.* 38. *D. de minor.* aliaque exempla

pla peti possunt ex Brisson. *lib.* 6. *formul.* §. 44. *p.* 480. In pignoribus utique eam reprobatam esse, docet *rubr. C. de leg. commiss. in pign. reprob. Lex* locationis : *l.* 77. *D. pro soc.* operis locandi: *l.* 61. D. *locat.* conductionis : *l.* 25. §. 3. *l.* 55. §. *ult. D. locat. Legem* conscribit venditor & qui locat : *l.* 39. *D. de pact. Legem* consignare : *l.* 13. §. 6. D. *de act. emt. Lex* contractus : *l.* 8. *D. de præscr. verb. l.* 24. D. *depos. Legem* dare operis : *l.* 15. §. 10. D. *de damn. infect.* dicere contractui : *l.* 13. §. 26. D. *de act. emt.* rei suæ dicere : *l.* 20. §. 1. *D. de pact. dot.* traditioni dicere : *l.* 6. *D. commun. præd.* An *lege* emtionis dictum est : *l.* 13. §. 14. *D. de act. emt. Lex* donationis : *l.* 22. *D. de stat. hom.* obligationis : *l. ult. D. de solut. Leges* prædiorum vendendorum : *l.* 5. D. *de sepulcr. viol.* Sic etiam exaudi *legem* municipii apud Cic. *lib.* 1. *de orat. c.* 39. & *lib.* 3. *de offic. c.* 17. Varron. *lib.* 5. *de ling. lat.* & *legem* saltui datam : *l.* 2. *C. de noxal. Leges* traditionis : *l.* 17. §. 3. *D. de servit. urb. præd.* Lex venditionis : *l.* 22. *D. de contr. emt.* Et ita Manilianas venalium vendundorum leges dixit Cicero *lib.* 1. *de orat. c.* 58.

Celeberrimæ sunt illæ Manilianæ *leges*, quarum & Varro *de re rust. lib.* 2. *c.* 5. & Plin. *lib.* 18. *c.* 3. meminit, qui monet, earum observationem tam scrupulosam fuisse, ut ne carnes quidem & sues, nisi conceptis verbis, a laniis emerentur, neque mulctæ dictio aliter justa esset, nisi in qua ovis masculino genere efferretur, & nisi iis bubusque simul expressis, oves prius, quam boves, nominatæ essent. Erant ergo formulæ cautionum, ab emtoribus venditoribusque in vendundis variis rebus adhibendæ, nisi damnum incurrere vellent, a celeberrimo Jurisconsulto, M. Manilio, conscriptæ, quarum exempla habes apud Varron. *de re rust. lib.* 2. *c.* 3. *Hein.* Vid. hujus *hist. jur. civ. lib.* 1. §. 139.

Lex pro conditione. Si fundum emisti ea lege : *l.* 11. *D. de act. emt.*

Lex etiam pro doctrina fidei, vel religione, accipitur. Sic *lex* catholica : *l.* 1. *C. Theod. de hæret.* christiana : *l.* 13. *C. Theod. de jud.* sanctissima : *l.* 5. *C. Theod. de Episc. & cler.* superna : *l.* 49. *in fin. C. Theod. de judæis* : veneranda : *l.* 13. *C. Th. eod. tit.*

LIBELLA. Libellis duabus vel tribus : *l.* 9. C. *de episc. aud. l.* 7. *C. Theod. de cust. reor.* Ita enim ibi legendum, non, ut vulgo scribitur : *duobus* vel tribus. Fuit autem *libella* antiquum numi genus minimum. Cicero *in Verr.* 2. *c.* 10. Quis Volcatio si sua sponte venisset, unam libellam dedisset? Idem *pro Roscio c.* 4. Hic nisi planum facit, HS. IↃↃↃ. ad libellam sibi deberi, caussam perdit. Et *lib.* 7. *ad Attic. Epist.* 2. Fecit Palam, te ex libella, me ex teruncio, scilicet *heredem.* Plaut. *Casin. Act.* 2. *sc.* 5. *v.* 7. & 8. Vobis invitis, atque amborum ingratiis Una libella liber possum fieri. Add. *Captiv. Act.* 5. *sc.* 1. *v.* 27. *Pseudol. Act.* 1. *sc.* 1. *v.* 96. & ibi Taubman. & Cujac. *ad lib.* 26. *Quæst. Papin. l.* 54. D. *mandat.*

LIBELLENSES memorantur *l.* 32. *C. de adpell. l.* 14. *C. de proxim. sacr. scrin.* & *Libellenses* sacri scrinii vocantur, *l. ult.* C. *ubi Senator.* Fuere scribæ, vel notarii, a libellis scribendis dicti.

LIBELLORUM variæ sunt species. Quidam enim erant *Libelli supplices*, uti loquitur Martialis *lib.* 8. *epigram.* 31. qui eos & *querulos* adpellat, *ejusd. lib. epigr. ult. v.* 1. Cujusmodi erant qui principibus dabantur. Hoc enim

in more positum fui ut principes non viva voce, sed per libellum, adirentur. Hujus vero generis *libelli* nihil aliud erant, quam preces & desideria, ut adparet ex *l.* 15. *D. de in jus voc.* Unde & *libellus* hujusmodi ἀξίωσις vocatur in *l.* 9. *D. ad Leg. Rhod.* Iis porro tunc subscribebant principes, quid fieri vellent. Vid. *l.* 32. §. 14. *D. de recept. arbitr.* Lamprid. *in Commod. c.* 13. *Ipse Commodus in subscribendo tardus & negligens, ita, ut libellis, una forma multis subscriberet.* Ad hosce quoque *libellos* principes rescribebant. Sic Divi Fratres ad libellum Cornelii Rufi rescripserunt, *l.* 2. §. 2. D. *de jur. fisc.* Add. *l.* 41. §. 7. D. *de legat.* 1. *l.* 17. *D. de jur. patron. l. ult. D. de offic. procur. Cæs.* Dabantur & præsidibus *Libelli*, *l.* 15. *D. de in jus voc.* si caussa talis esset, ut nec caussæ cognitione, nec decreto, opus videretur. Ubi enim decretum necessarium est, per libellum id expedire proconsul non poterit. Omnia enim quæcumque caussæ cognitionem desiderant, per libellum non possunt expediri: *l.* 9. §. 1. *D. de offic. procos. l.* 7. D. *de regul. jur.* Hinc libello fieri, & apud acta, caussis probatis, opponuntur: *l.* 6. *C. de præd. præd. & al. reb. min. non al.*

Qui ab Imperatoribus in his, sive subscriptionibus, sive rescriptis in consilium adhibebantur, illisque ea in re operam dabant, *libellos agere* dicebantur. Vid. *l.* 12. *D. de distr. pign.* Quo munere in comitatu principis sui functum esse Aurelium Arcadium Charisium, ex eo colligimus quod Magister libellorum adpellatur in inscriptione *l.* 1. D. *de offic. præf. præt.* Ita enim dicebantur, qui *libellos agebant.* Magistris vero his surrogati erant Promagistri, ut patet ex marmore apud Grut. *p.* 607. *J. Feretrum fieri placet Juventius Celsus Promagister subscripsi III. Non. Novembr. Antio Pollione & Optimo Coss.* In alio *p.* 28. 2. laudatus Sextilius Agesilaus, *Magister Libellorum & cognitionum sacrorum.* Quo eodem munere postea functus est Petrus, Magister epistolarum, de quo Sidonius Apollinar. *Carm. V. v.* 364. Quid loquar hic illum, qui scrinia sacra gubernat? Plura de his magistris, qui & ἀντιγραφεῖς, dedit Ever. Otto in Papiniano *c.* 14. §. 2. *p.* 309. *seq.*

In reliquis *libellis* concipiendis juris studiosorum opera utebantur hi, quorum res agebatur. Unde in *l.* 9. §. 1. D. *de poen.* Ulpianus: Solere, ait, vel juris studiosis, vel advocatis, vel tabellionibus, interdici, ne libellos concipiant. Hinc *in rubr. C. de error. advoc.* additur: vel *libellos*, seu preces, concipientium. Sed & subnotandis *libellis* juris studiosi vacabant, ut indicat *l.* 1. *D. de offic. adsess.*

Ceterum ad *supplices libellos* tum principi, tum magistratibus oblatos, pertinent loquutiones, quæ sequuntur. Adire per *libellum* provinciæ rectorem. *Libello* complexus: *l.* 20. §. 6. *D. de hered. pet.* Quæ in libello contulisti, aiunt Impp. ut *l.* 1. C. *de precib. imp. offer. l.* 1. *C. de vectig. nov.* De quo libellos dedisti: *l.* 4. *C. de poen.* Delato libello: *l.* 6. *C. de præd. minor.* libelli interpellatio: *l.* 29. D. *de Leg. Corn. de fals. Libello* minatus: *l.* 5. D. *ad SC. Turpill.* professus: *l.* 21. D. *rat. rem habit. Libellum* tradere: *l.* 6. §. 7. *D. de edend.* Quum nurum adulterii accusaturum se, *libellis* præsidi datis, testatus fuisset: *l.* 11. §. 3. D. *ad leg. jul. de adult.* Qui locus etiam ad supplices libellos, non ad accusatorios, de quibus mox, pertinere ait Heinec-

neccius. Nondum enim socer accusabat, sed accusaturum se testabatur.

Libelli enim strictius dicuntur accusatorii, quibus crimina deferuntur & denunciantur : *l.* 17. §. 1. *l.* 29. §. 8. D. *ad Leg. jul. de adulter.* Apulei. *Apol. p.* 274. Quum nihil amplius, quam libellos accusationis obtulisti : *l.* 17. *C. ad Leg. jul. de adult.* Tacit. *lib.* 3. *Ann. c.* 44. *Quod in tanto rerum motu libellis accusatorum daret operam.* Sempronia *libellos* composuit, quasi datura centurioni, ut ad officium transmitterentur : *l.* 72. D. *de furt.* Quo genere loquendi Cic. *lib.* 16. *ad Attic. Epist.* 17. utitur : Commotus, inquit, Atticus *libellum* composuit, & mihi dedit, ut darem Cæsari. Sed nec his locis intelligendi libelli criminales. Crimen enim per alium accusare non licet : *l.* 10. *l.* 13. D. *de publ. jud.* Magis huc pertinent Juvenalis illa Sat. 6. Si rea non est, Componant ipsæ per se, formantque libellos. *Libellus* criminum apud B. Augustin. *Epist.* 48. inscriptionum, iidem ac libelli accusationis vel criminis : *l.* 3. D. *de accus. l.* 2. §. *ult. D. ad leg. jul. de adult.* Sunt & *libelli* adpellatorii ; *l.* 1. §. *ult. l.* 5. §. *ult. l.* 7. *D. de adpell. l.* 2. *l.* 20. *C. eod. tit. Libellus* conventionis : §. 24. *Inst. de action.*

Sed & quælibet alia scripta *libellorum* nomine veniunt Sic : *libellum* ad ipsas ædes proponere : *l.* 4. §. 6. *D. de damn. infect.* Ut *libelli*, aut tituli eorum nominibus ædibus adfigantur alienis : *l.* 1. *C. de iis, qui pot. nom.* Plane *libellis* ad ædes fixis suspensive, absentium, quorum defensor non exstabat, bona permissu prætoris proscribi solita, ex Ciceronis *pro Quinctio oratione c.* 6. elicitur. Illic enim Nævius, quum a prætore postulasset, impetrasset-que, ut sibi Quinctii, quasi neque sui copiam faceret, neque defenderetur, bona ex edicto possidere liceret : jussisse Cicero narrat, ea Quinctii bona proscribi. Alphenum vero, Quinctii procuratorem sese defensioni offerentem, *libellos*, proscribendæ videlicet venditionis caussa propositos, dejecisse. Seneca *lib.* 4. *de benef. c.* 12. Spondeo, ait, pro judicato, & suspensum amici bonis *libellum* dejicio. *Libelli* dimissorii qui *apostoli* dicuntur : *rubr.* D. *de libell. dimissor. Libellus* divortii : *l.* 7. *D. de divort.* & repudii : *l.* 6. *C. de repud.* βιβλίδιον vocat Justinus Martyr. *Apol.* 1. *pro christian.* & loco, qui ab Eusebio *lib.* 4. *hist. eccles. c.* 17. refertur, ex quo mutilus hac in parte Justini codex supplendus est. Qua etiam voce eadem significatione utitur & idem Justinus Martyr. *Apol.* 2. *Libellus* familiæ : *l.* 99. D. *de legat.* 3. Sic & in *l.* 8. *C. Theod. de custod. reor.* Famosi *libelli* : *l.* 15. *D. de poen.* de quibus vide supra sub art. *famos.* Si quis *libello* dato vel principi, vel alicui, famam alienam insectatus fuerit : *l.* 13. §. 29. D. *de injur.* Rerum *libellus* marito datus. Nam mulier res, quas solet, in usu habere in domo mariti neque in dotem dat, in libellum solet conferre, eumque libellum marito offerre, ut is subscribat, quasi res acceperit : *l.* 9. §. *ult. D. de jur. dot.* Solent plerique hoc facere, ut *libellum* proponant, continentem, invenisse : & redditum iri ei, qui desideraverit : *l.* 43. §. 4. D. *de furt. Libello* sua manu subscripto significare : *l.* 2. §. 1. D. *de publican.*

Liber, numero singulari, pro filio, in *l.* 8. §. *ult. C. de secund. nupt. l.* 33. D. *de inoff. test. pr. Inst. de serv. cognat.* Addunt alii locum Ulpiani *l.* 126. §. 1.

§. 1. D. *de reg. jur.* ubi tamen Florentinæ non *liberum* sed *libertum* habent : nec non Modestini *l.* 34. D. *de pact.* ubi pleræque editiones illud *liberum* omittunt. Quinctilianum tamen *Declam.* 2. Aurelium Victorem *in Cæs. c.* 26. & *Epist.* 25. ita loquutos esse, observarunt Voss. *Annal. lib.* 1. *c.* 42. & Ducker. *de latin. ver. jurisc. p.* 585. Ut adeo de eo, quod ut plurimum observatum, intelligendum videatur illud Caii *l.* 148. *D. de verb. signif.* enunciationem illam *:* habet vel non habet liberos, semper numero plurali proferri. *Hein.*

Liber. Eo nomine continentur omnia volumina, sive in charta, sive in membrana, sive in tilia, vel philyra, aliave materia scripta*: l.* 52. D. *de legat.* 3. Antiquis certe temporibus in tilia vel philyra libros conscribi solitos, non ille tantum jurisconsultorum nostrorum locus docet, sed & Plin. *lib.* 13. *c.* 12. & Herodian. *lib.* 1. *hist. c.* 17. Marcian. Capell. *de nupt. philolog.* & auctor *Epistolæ Dictis Cretentis Historiæ præmissæ.*

Proprie accipitur *liber* pro codice, vetere modo compacto. Unde *libri* nondum perscripti, nondum malleati, vel ornati, nondum conglutinati, vel emendati, itemque membranæ nondum consultæ, memorantur in *l.* 52. §. 5. D. *de legat.* 3. Eodem pertinet locus elegans Paulli *lib.* 3. *sent. tit.* 4. §. 87. Libris legatis, chartæ, volumina, vel membranæ, vel philuræ continentur. Codices quoque debentur. *Librorum* enim adpellatione non volumina chartarum, sed scripturæ modus, qui certo fine concluditur, æstimatur. Vid. quæ hic notavit Schulting. *jurispr. antejust. p.* 377. Qui quæve hanc operam navabant compingendis adornandisque libris, vocabantur *Librarii* & *librariæ*, qualis Martia Junia *libraria*, in lapide apud Reines. *Class.* 11. *inscr.* 113. nec non *structores librorum*, si recte divinavit idem Reines. *ead. Class. Inscr.* 123. *p.* 156. Hein.

Libri elephantini, in quibus SCa, ad principes pertinentia scribebantur. Vopisc. *in Tacit. c.* 8. Qui *libris* principalibus in senatu legendis vacant*: l.* 1. §. 2. D. *de quæst.* nisi forte legere hic malis *: litteris*, argumento §. *ult. ejusd. legis.* Sed nihil hac emendatione opus est. Nam Quæstores candidati & litteras, vel epistolas principum, & eorundem orationes, & libellos prælegebant. *Libelli* sane Hadriani Cæs. in senatu prælecti, cujus in sententiam postea SC. factum est, exemplum habemus, in *l.* 28. §. 6. *D. de hered. petit.* Hein.

Apotheca *librorum* : *l.* 12. §. 34. *D. de instr. vel instr. leg.*

Liber, *a*, *um*, *Liber* homo *: l.* 13. *l.* 37. *D. ad Leg. Aquil.* cui opponitur servus : *l.* 3. D. *de stat. hom. l.* 4. *D. de justit. & jur. Liberorum* hominum quidam ingenui sunt, quidam libertini *: l.* 5. D. *de stat. hom.* Sic & *liberæ* civitates : Plin. *lib.* 10. *Epist.* 93. *Liberum* corpus *: l.* 3. *D. si quadrup. paup. Liberæ* personæ*: l.* 3. D. *eod. tit.* Liber populus est is, qui nullius alterius populi potestati subjectus est, sive is foederatus est, &c. *l.* 7. D. *de capt. & postl.* Aliquando tamen *liberi* dicuntur non modo, qui servi non sunt, sed &, qui nullius potestati subsunt, id est, homines sui juris. Sic liberum caput : *l.* 1. D. *de tutel. pr. Inst. eod. tit.* Ulpian. *tit.* 11. §. 5. Gell. *lib.* 5. *c.* 9. Quo adludens suo more Tertull. *lib.* 2. *adversf. Marcion. c.* 5. Liberum inquit, & sui arbitrii, & suæ potestatis invenio hominem a Deo institutum.

Liberæ etiam dicuntur res,

res, fervituti non obnoxiæ. Sic *liberæ* ædes & *fervæ*, invicem pugnant: *l. 6. pr. D. comm. præd.* At apud Liv. *lib.* 30. *c.* 17. *lib.* 35. *c.* 23. *lib.* 42. *c.* 41. *liberas ædes*, legatis a fenatu decretas, quidam vacuas interpretantur, quidam gratuitas, & abfque penfione. *Libera* nexu pignoris pars: *l.* 33. *D. famil. ercifc. Liberum* prædium, cui *ferviens* opponitur *l.* 8. *D. de act. emt.* Aliquando non modo quod non fervit, fed & quod nulli obligatum eft: *l.* 52. §. 1. *D. de act. emt. vend.*

Sed & actiones dicuntur *liberæ.* Sic: *libera* adminiftratio bonorum: *l.* 11. *D. de lib. & pofthum.* negotiorum: *l.* 9. §. 13. D. *de adquir. rer. dom.* §. 43. *Inft. de rer. divif. l.* 58. D. *de procur.* peculii: *l.* 3. *D. de SC. Macedon.*

Libera rerum fuarum alienatio: *l.* 2. D. *fi a parent. quis* electio: *l.* 19. *C. de fideic.* facultas abeundi, vel redeundi: *l. ult.* D. *de lib. exhib.* eorum quæ prohibita non funt: *l.* 7. *C. de religiof. Libera* peragatur intentio: *l.* 5. *C. fin. regund.* id eft, fine ullo metu temporalis præfcriptionis actio feu petitio inftituatur. *Libera* legatio, de qua vid. fupra art. *legatio.*

Libera luce, id eft, publice: *l.* 2. *C. Theod. de malef. & mathem.*

Libera effe debent matrimonia: *l.* 2. *C. de inutil. ftipul.* id eft, vinculo poenæ minime obftricta, ut *l.* 134. D. *de verb. fignif.* Alio fenfu Caffiodor. *lib.* 7. *var. c.* 40. libertatem matrimoniorum comprobans, eleganter ait: Durum eft, libertatem liberam non habere, unde liberi procreantur.

Libera poffeffio, qua quis utitur arbitrio fuo: *l.* 11. D. *de vi & vi arm. Libera* res & foluta, & extra neceffitatem jurisdictionis pofita: *l.* 3. D. *de recept. arb. Libera* teftamenti factio: *l.* 41. D. *de oper. lib.*

Libera voluntate & ex *neceffitate fervili*, opponuntur: *l.* 19. §. 2. D. *de negot. geft.*

Libera cuftodia: *l.* 11. *C. de exact. trib.* de qua confule Briffon. Formul. *lib.* 5. *c.* 199.

LIBERALIS, beneficus; ut in *l.* 18. D. *de adim. leg.*

Liberale etiam dicitur, quod ad libertatem pertinet, vel libero homine dignum eft. Sic

Liberales artes in *l.* 4. D. *ubi pupill. educ. l.* 10. §. 2. *D. de vacat. & excuf. l.* 4. D. *de decret. ab ordin. fac.*

Liberalis cauffa dicitur, in qua libertatis quæftio vertitur: *tot. tit.* D. *de liberal. cauff.* Donat. ad ea Terentii verba Adelph. *Act.* 2. *fc.* 1. *Nam ego illam liberali adfero cauffa manu.* Ordo eft, inquit, ego adfero illam liberali cauffa manu, & funt juris verba, a quibus etiam adfertores dicuntur vindices alienæ libertatis. Nam & cauffa ipfa liberalis dicitur, quæ actionem in fe continet libertatis. Cicero *pro Flacco c.*17. Quum in cauffa liberali eum, qui adferebatur, cognatum fuum effe diceret. Huc pertinent *liberale* judicium: *l.* 1. §. 21. D. *de vi & vi arm.* Liberalis lis: *l.* 4. *C. de ordin. cognit. Liberale* negotium: *l.* 16. *C. Theod. de prætor. & quæft. l.* 1. *C. de offic. præt.*

Liberalia ftudia, ut ait Ulpianus, accipimus quæ Græci ἐλευθέρια adpellant. Rhetores continebuntur, grammatici & geometræ: *l.* 1. D. *de extraord. cognit.*

LIBERALITAS, munificentia: *l.* 1. *C. Theod. de fponfal.* Liberalitas Augufta: *l.*6. *C. Theod. de indulg. crim.* principalis: *l.* 1. *C. Theod. de poftl.* regia: *l. un. C. Theod. qui a præbit. tiron.* facra: *l.*2. *C. Theod. de collat. donat.*

LI-

LIBERALITER. Si quid liberaliter mulier fecit, veluti ne judicatus pater ejus propter solutionem vexetur: *l.* 21. §. *ult.* D. *ad SC. Vellei.*

LIBERARE, id est, dimittere debitorem: ut loquitur Ulpianus in *l.* 4. D. *de decret. ab ord. fac.* Nec tamen creditor dumtaxat debitorem liberare dicitur, verum vice versa creditorem liberare dicitur debitor, quem dimittit, ex soluta pecunia. Et ita Ulpianus: Creditorem tuum liberet: *l. 6.* §. 1. D. *de negot. gest.* Heredibus creditorem non liberantibus: *l. 26.* §. 2. D. *de fideic. libert.* Ad priorem significatum pertinent sequentia. *Liberari* acceptilatione: *l.* 3. *l.* 13. §. 7. D. *de acceptil.* accepto liberare: Vid. art. *acceptum. Liberare* actione: *l.* 3. D. *de eo per quem fact.* ære alieno: *l.* 25. *D. commun. divid.* condictione: *l.* 72. §. 3. *D. de solut. liberari* crimine: *l. ult.* D. *ad leg. jul. maj.* fideicommisso: *l.* 3. *C. de fideicomm.* legibus: Ulpian. *tit.* 16. §. 3. a necessitate præstandæ dotis: *l.* 2. *C. de collat.* obligatione: *l.* 3. D. *de condict. sin. causs.* onere: *l.* 77. *ad SC. Trebell.* pacto: *l.* 1. *D. quæ in fraud. credit.* poena: *l.* 8. §. *ult.* D. *de poen.* Aquiliana stipulatione: *l.* 32. *D. de dol. mal.* tempore: *l.* 8. D. *de negot. gest.* transactione: *l.* 68. §. *ult. D. de fidejuss.* vinculis: *l.* 2. D. *de custod. & exhib. reor.*

Liberare, eripere, eximere. Ut vos provinciali administratione liberet: *l.* 2. C. *de excus. tut.*

Liberari alieno jure: *pr. Inst. quib. mod. jus patr.* ore bestiæ: *l.* 44. D. *de adquir. vel amitt. possess.* periculo: *l.* 72. §. 1. D. *de solut.* a potestate: *l.* 18. *D. de bon. possess. contr. tab.* tutela: Ulp. *tit.* 11. §. 18. *Liberari* dicitur tutor, qui a tutela excusatur: *l.* 39. *D. de excus.*

Liberare interdum est manumittere: *l.* 9. D. *in quib. causs. pign. l.* 31. *D. de testam. mil. l.* 32. *D. de bon. libert. l.* 9. *D. in quib. caus. pign.* Hinc *liberati*, manumissi, *l.* 1. *C. de vind. manum.* Vindicta *liberare*: *l.* 15. D. *de manum. vind.*

Res quoque *liberari* dicuntur a pignoris nexu. Sic *liberare* fundum alii obligatum; *l.* 41. *D. de contrah. emt.* liberatur hypotheca: *l.* 7. *D. quib. mod. pign. Liberare* pignus, est luere: *l.* 2. D. *quæ in fraud. credit.*

Liberari etiam dicuntur prædia servitute *l.* 18. §. 1. *D. de castr. pecul.* alioque quocumque onere. Sic, *liberare* religione locum: *l.* 9. §. 2. D. *de divis. rer.*

Singularis est loquutio: *liberare* fidem ærario obligatam: Suet. *in Claud. c.* 9. *liberandæ* fidei caussa: *l.* 46. §. *ult. D. de negot. gest.*

LIBERATIO, solutio: *l.* 47. D. *de verb. signif.* In rubrica tamen *tit.* D. *de solut. & liberat.* hæc duo separantur, quod solutio naturalem numerationem: *liberatio* ceteros modos, quibus ab obligationis nexu quis dimittitur, complectatur. *Perfecta* enim *securitas*, teste Donato *in Terent. Andr. Act.* 2. *sc.* 2. *liberatio* nominatur. Proinde & acceptilatio *liberatio* esse definitur: *l.* 2. *D. de acceptil.* Add. *l.* 9. §. 7. D. *quod met. causs. l.* 8. *C. arbitr. tut. l.* 17. *C. de fideic. Libertatio* contingit: *l.* 3. D. *de oper. libert. Liberationem* consequi: *l.* 21. *C. de solut.* liberatio pignorum: *l.* 21. D. *de jur. fisc.* potestatis: *l.* 50. §. *ult.* D. *de legat.* 3. Concidere *liberationem*: *l.* 8. §. 2. *D. ad SC. Vellei. l. un. C. de error. calc.* id est, condictione consequi, ut liberetur: *l.* 46. *pr.* D. *de jur. dot.* Vid. supra *condicere.*

LIBERI Eorum adpellatione nepotes, & pronepotes, ceterique qui ex his descendunt, continentur: *l.*

120. *D. de verb. signif.* Liberos ejus, qui adsignatus est, accipere debemus, non solum filios, verum etiam nepotes, & neptes, & deinceps descendentes: *l.* 3. §. 6. D. *de adsign. libert.* Ulpianus de liberis decurionum agens: *liberos*, ait, non tantum filios accipere debemus, verum omnes liberos: *l.* 9. §. 13. D. *de pœn.* Proinde stipulatione ita interposita: *ut liberorum nomine dos* ad maritum resideat, nepotum quoque nomine dos retinebitur: *l.* 48. *D. solut. matrim.* Sed & si quis tutores liberis dederit, nepotibus quoque dedisse intelligitur: §. *ult. Inst. qui test. tut.* Inter *liberos* nepotem quoque ex filia contineri, D. Pius rescripsit: *l. ult. D. de pollicit.* Eadem est apud Græcos τέκνων significatio. Etenim ἡ τῶν τέκνων προσηγορία καὶ ἐπὶ τοὺς ἐκγόνους ἐκτείνεται. *Natorum* appellatio & ad nepotes extenditur, ait Modestinus *l.* 104. D. *de verb. signif.* In edicto de legatis præstandis, quo generaliter liberos prætor excepit, nec gradus liberorum enumeravit, in infinitum, ait Ulpianus, iis præstabitur, nec refert, utrum ex virili sexu, an ex feminino descendant. Liberos autem etiam eos ad legatorum petitionem admittimus, qui in adoptionem dati sunt, vel etiam adoptivi, dummodo maneant *liberi*: *l.* 1. §. *ult. D. de legat. præst.* Ceterum Paullus, in *l.* 10. §. 7. D. *de grad. & adfin.* liberos usque ad trinepotes, ultra hos *posteriores* vocari, scribit. Unde in *l.* 13. D. *de mun. & honor. liberis & posteris* alicujus, data est immunitas. Sed obtinuit Caii Cassii sententia, qui ut omnes in infinitum, etiam supra tritavum, parentes: ita *liberos* ultra trinepotem, in infinitum, dici censuit: *l.* 4. §. *ult.* D. *de in jus voc.* Ulpianus in Edicti de in jus vocando interpretatione liberos, ait, secundum Cassium, ut in parentibus, & ultra trinepotem accipimus: *l.* 10. §. 5. D. *eod. tit.* Senatorum liberos accipere debemus non tantum senatorum filios, verum omnes, qui ex his geniti, ex ve liberis eorum, dicantur, sive naturales, sive adoptivi sint *liberi* senatorum, ex quibus nati dicuntur: *l.* 10. D. *de senator.* In *contra tabulas* bonorum possessione *liberos* accipere debemus, sive naturales, sive adoptivos, si neque instituti, neque exheredati sint: *l.* 1. D. *de bon. possess. contr. tab.* Similiterque in bonorum possessione, *unde liberi*, liberos accipere debemus tam naturales, quam adoptivos: *l.* 1. §. 6. D. *si tab. test. null. exstab.*

Alias tamen *liberorum* nomine naturales tantum & justi, non etiam adoptivi, exaudiuntur. Etenim fideicommissum, a filiis relictum, si quis ex his sine liberis diem suum obierit, adoptionis commento non excluditur: *l.* 76. D. *de condit. & dem* Is, cui in tempus liberorum tertia pars relicta est, utique non poterit adoptando tertiam partem consequi: *l.* 51. §. *ult.* D. *de legat.* 2.

Liberorum utique nomen post emancipationem amittunt adoptivi: *l.* 4. D. *si tab. testam. nul. exst.* Enim vero liberorum adpellatione continentur non tantum, qui sunt in potestate, sed omnes, qui sui juris sunt, sive virilis, sive feminini sexus sint, exve feminino sexu descendentes: *l.* 56. §. *ult.* D. *de verb. signif.* Quod ait prætor in edicto, *qui satisdare cogantur, liberisve suos* accipiemus & ex feminino sexu descendentes liberos: *l.* 2. §. 3. D. *qui satisd. cog.* Si quis operas sit stipulatus sibi, liberisque suis, etiam ad postumos pervenit stipulatio: *l.* 5. *D. de oper. libert.* Quod vero ad

SC.

SC. Tertullianum attinet, *liberi* non sunt, qui contra formam humani generis, converso more, procreantur: *l.* 14. *D. de stat. hom.* Paul. *lib.* 4. *Sent. tit.* 9. §. 3. Licet in Lege Papia etiam portentosi, monstrosi, & prodigiosi partus matri prosint: *l.* 13. *D. de verb. signif.* Immo, non est sine *liberis*, cui vel unus filius, unave filia est. Hæc enim enunciatio: *habet liberos*, vel *non habet liberos*, semper plurativo numero profertur, sicut & *pugillares*, & *codicilli*: *l.* 148. D. *de verb. signif.* Gell. *lib.* 2. *c.* 13. Antiqui oratores: historiæque aut carminum scriptores, etiam unum filium filiamve *liberos* multitudinis numero adpellarunt. Quamquam & singulari numero extulerit Justinianus, in *l.* 33. *C. de inoff. test. l.* 8. §. *ult. C. de secund. nupt.* & *pr. Inst. de serv. cogn.* Vide supra *liber.* Sine *liberis* uno pluribusve: *l. ult.* §. 5. D. *de legat.* 2. Filios autem Isidorus *lib.* 9. *orig. c.* 5. in legibus hoc liberorum nomine adpellari tradit, ut isto vocabulo secernantur a servis: quia sicut servus in potestate domini, sic & filius in potestate est patris. Inter filios etiam fit emancipatio, ut filius fit *liber* a patre, sicut fit, servo manumisso, ut fit liberatus a domino. Quo adludens Cassiodorus *lib.* 7. *var. c.* 11. de matrimonio loquens: Durum, ait, libertatem liberam non habere „ unde *liberi* procreantur. Ceterum insignia sunt passim *liberorum* elogia. Cic. *ad Quirit. post redit. c.* 1. Quid dulcius hominum generi a natura datum est, quam sui cuique liberi? Mihi vero & propter indulgentiam meam, & propter excellens eorum ingenium vita mea cariores. Et *in Verr.* I. *c.* 44. Quid enim, ait, natura nobis jucundius? quid carius esse voluit? quid est dignius, in quo omnis nostra diligentia indulgentiaque consumatur? Immo & liberos conceptos duntaxat, & in utero necatos, spem parentis, memoriam nominis, subsidium generis, heredes familiæ, designatos reip. cives, vocat idem *pro Cluent. c.* 11.

Liberorum hæc summa divisio est, quod alii sunt naturales, alii adoptivi: *l.* 7. §. 2. D. *de bon. damn.* Naturalium rursus triplex est differentia. Nam vel justis nuptiis, vel vulgo quæsiti sunt, vel etiam in servitute suscepti: *l.* 87. §. 12. *D. de legat.* 2. Illi *legitimi* de quibus vid. supra hac voce. Sed nec semper liberorum nomine naturales, id est, non ex justis nuptiis procreati comprehenduntur. Etenim si quis rogatus sit, ut, si sine liberis decesserit, restituat hereditatem, voluntatis quæstionem esse, de qualibus liberis testator senserit, de naturalibusne, an de justis; Ulpianus respondit, idque ex dignitate, & ex voluntate, & ex conditione ejus, qui fideicommisit, accipiendum esse, existimavit: *l.* 17. §. 4. *D. ad SC. Trebell.*

Jus *liberorum* commodum significat, quod, susceptis ex justo matrimonio liberis, patres matresve consequuntur: *rubr.* & *l.* 1. *de jur. liber.* & apud Ulpian. *tit.* 17. § 1. Paull. *lib.* 4. *Sent. tit.* 9. D. Augustin. *lib.* 3. *contra Julian.* Isidor. *lib.* 5. *orig. c.* 24. *Jus liberorum est conjugum, sine liberis invicem pro loco pignorum hereditatis alterna conscriptio.* Hujusmodi autem jus *liberorum* & ad legis Juliæ & Papiæ Poppææ præmia, solidumque ex testamento capiendum, & ad legitimam, quæ matribus ex SCo Tertulliano matribus deferebatur, hereditatem proficiebat. Itaque circa hoc jus duplex est inspectio. Inprimis autem sciendum est, virum atque

uxorem inter se, nudo matrimonii nomine, decimam dumtaxat capere potuisse. At, sublatis *liberis*, uno pluribusve, plus capere poterant, quemadmodum Ulpianus *tit.* 15. *regul.* exponit. Sed nec ex cujusquam testamento cœlibes & orbi capere poterant, ut patet ex *l.* 1. *C. de infirm. pœn. cœlib.* Proinde qui vel cælibem vitam agebant, vel parum felix matrimonium erant experti, ac denique qui liberos nullos sustulerant, ut judicio amicorum promereri possent, jus liberorum a principe impetrabant, ut eorum bonitas illis indulgeret, quod fortunæ malignitas denegaverat, (sicut Plinius loquitur *lib.* 10. *Epist.* 95.) Ulpian. *tit.* 16. §. 1. Aliquando, ait, vir & uxor inter se solidum capere possunt, velut si uterque vel alteruter eorum nondum ejus ætatis sint, qua lex *liberos* exigit, aut si *jus liberorum* a principe impetraverint. Atque hoc jus liberorum Juvenalis *Sat.* 3. *jura parentis* vocat. Martialis eodem loquendi genere usus *jura paterna lib.* 3. *epigr.* 93. Idem *lib.* 18. *epigr.* 13. quo loco eleganter deridet eum, qui, quum uxorem duxisset, a Cæsare importune jus hoc, quo de agimus, flagitaverat, quod ipsemet sibi absque principali beneficio quærere ac parare, liberis procreandis operam dando potuisset.

Ceterum non modo *jus liberorum*, verum etiam nominatim trium liberorum, quod plenius erat, latiusque patebat, a principibus peti solebat, cujus fit mentio *l.* 5. *C. Theod. de legit. hered.* Atque ita *jus trium liberorum* & sibi Plinium, & Suetonio Tranquillo a Trajano impetrasse, ex ejus *lib.* 10. *Epist.* 2. *&* 95. liquet. Indultum etiam id sibi a Domitiano, prædicat Martialis *lib.* 2. *epigr.* 91. *&* 92. Ad eos autem locos, quos de jure trium *liberorum* accurate congessit Franc. Duarenus *Disp. anniverf. c.* 40. auctarii loco adjicit illa Statii *lib.* 4. *Silv.* 8. *v.* 21. versus: Ergo quod Ausoniæ pater Augustissimus urbis jus tibi tergeminæ dederat lætabile prolis, Omen erat: venit toties Lucina: piumque Intravit repetita larem. Gell. *lib.* 4. *c.* 17. *Memini ego, Romæ quæsitum, negotio rei tunc non parvæ postulante, an octavo mense infans ex utere editus, & statim mortuus jus trium liberorum implevisset?* Matres autem hoc *trium liberorum* jure ad legitimam filiorum intestatorum hereditatem ex SCo Tertulliano admittebantur, quemadmodum Paullus *lib.* 4. *Sent. tit.* 9. §. 1. & Justinianus *tit. Inst. de SC. Tertull.* scribunt. Ut vero jus hoc liberorum consequutæ viderentur, ter peperisse eas sufficiebat, dummodo vivos, & pleni temporis peperissent: ut idem Paullus *ibid.* Et hoc ita in ingenuis matribus servabatur. Latinam vero libertam, nisi jus Quiritium consequuta esset, quater peperisse necesse erat, ut jus liberorum consequi potest. Enimvero non superstites tantum, sed & amissi filii, matribus proderant. Quin etiam absque ullo partu, matres, quæ neque liberos habebant, neque umquam habuerant, jus trium liberorum beneficio principis adipiscebantur, quorum omnium auctor est Paullus, *l.c.*

Jus hoc modo erat *liberorum* generatim, si vel unum habuisse proficeret, modo *communium liberorum*, si unus utriusque parentis filius, vel una filia sufficeret, ut in *solidi* capacitate: Ulpian. *fragm. tit.* 16. §. 1. Et id est jus *commun. liberorum* apud Gruter. *inscr. p.* 322. 8. ubi non *commune*, sed *communium* legendum esse monuit Hein. *in Comment. ad leg. jul. &*

Pap.

Pap. lib. 2. *c.* 15 §. 8. Quum vero sæpe Italis & libertis libertabusque Latinæ conditionis quatuor, provincialibus quinque liberis ad certa privilegia opus esset: non dubitandum: quin & *quatuor & quinque liberorum jus* aliquando datum impetratumque sit. Impetrabatur autem initio a Senatu, teste Dione Caff. *lib.* 55. *p.* 549. postea a principe, saltim sub Domitiano. Mart. *lib.* 2. *epigr.* 91. & multo magis sub Trajano & sequentibus Imperatoribus. Plin. *lib.* 2. *epist.* 13. *lib.* 7. *epist.* 16. *lib.* 10. *epist.* 2. & 95. Non temere tamen dabatur, nisi utriusque parentis anni computati, & simul ducti centum transiisse dicerentur. Augustin. *lib.* 3. *adv. Julian.* Multa potius, quam bona, de hoc jure liberorum disseruit M. Vert. Maurus. *in opere de jure liberorum*, recuso in Thesaur. *juris civ. Tom.* 3. *p.* 965. Hein.

Jure *liberorum* excusari: *l.* 45. §. 1. D. *de excus.* quod possunt, qui tres liberos superstites Romæ, vel in Italia quatuor, vel quinque in provinciis habent: *pr. Inst. de excus. tut.* Errabat ergo Italus ille, sive provincialis, in specie *l.* 37. §. *ult. D. de excus.* qui se *jure* etiam *liberorum*, quod adlegabat, excusatum credebat.

LIBERTA, ab aliquo manumissa: *l.* 46. *D. de rit. nupt.* eaque *liberti* etiam adpellatione continetur: *l.* 172. D. *de verb. signif.* His verbis: *Libertis libertabusque meis* libertum *libertæ* testatoris non contineri: *l.* 105. D. *eod. tit.*

LIBERTAS, quatenus servituti opponitur, definiente Cicerone *Paradox.* 5. est potestas vivendi ut velis: vel ut Florentinus noster describit, naturali facultas ejus, quod cuique facere libet, nisi si quid vi aut jure prohibeatur: *l.* 4. D. *de stat. hom.* Quod Perf. *Sat. V. v.* 88. his versibus expressit: Vindicta postquam meus a Prætore recessi: Cur mihi non liceat, jussit quodcumque voluntas, Excepto si quid Masuri rubrica notavit? In definitione autem Florentini, particula nisi vim non habet excludendi notionem libertatis ab eo qui vim patitur etiam injustam, vel qui lege civili tenetur, vel etiam pacto, quo quis se ad quid in specie præstandum obligavit. Notanda vero est duplicis significatus libertas. Una, absoluta, qua nempe quis a nullo homine dependet, seu nullius voluntatem pro jussu habere a se servandam. Altera nec absoluta, qua quis, alias ab imperio civili vel patria potestate dependens, nullius dominio est subjectus: qualis erat libertas civis sive paterfamilias suique juris fuerit, sive filius familias. Imperium autem civile a dominio diversum heic facio. Illud enim in ea tantum se exserit, quæ a fine civitatis assequendo dependent: dominium vero sive imperantis sive privati in hominem eo extenditur, ut hic nihil suum habeat, quod quidem imperio civili non continetur, ut enim contineatur finis civitatis minime requirit. Ut autem servi alii sunt privatorum alii reipublicæ, hinc libertas servituti opposita definienda fuit, qua quis nullius, ne reipublicæ quidem, dominio est subjectus, præter patriam potestatem, quæ apud Romanos antiquissimos pro dominio erat, quamvis filii familias *liberi* dicerentur.

Triplex *libertas* est, ait Auson. *in gripho v.* 65. videlicet *justa*, per quam civitatem Romanam manumissus consequitur, *Latina & dedititia*. Vid. supra art. justum sub fin. *Justa & legitima & plenissima* libertas vocatur: *l.* 1. §. 1. *D. de comm. serv. manum.* Quo genere ex jure Quiritium li-

 be-

berum quem fieri, ait Seneca *lib.* 3. *nat. quæst.* Eadem eſt *libertas vera*, in *l. un.* §. 10. *C. de Latin. lib. toll.* ceu ex verbis ipſis & oppóſita libertate intelligitur. Unde hic palmam adverſario ſuo, Jano Grutero concedit Dionys. Gothofredus, *conject.* & *var. lect. in Senec. p.* 18. dum veram libertatem de præſente, & non in diem dilata, interpretatur, eamque conjecturam teſtimonio Senecæ *Epiſt.* 8. fulcire nititur, quum tamen de philoſophica libertate, de qua mox, loquatur Seneca.

Ejuſdem *libertatis* & hæ ſpecies ſunt: *directa* & *fideicommiſſaria* de quibus ſuis locis.

Libertas aliquando κατ' ἐξοχὴν eſt *ingenuitas.* Et ita accipienda eſt libertas in *l.* 2. *pr. C. Theod. de liberal. cauſ.* ubi Conſtantinus M. negat, *libertatem*, id eſt *ingenuitatem*, filiis eripi poſſe a parentibus. Conſtat enim filios a patribus ter venundari potuiſſe ex inſtituto Romuli, ceu docet Dionys. Halicarn. Et ingenuos κατ' ἐξοχὴν dictos eſſe *liberos*, ex *l.* 4. *D. de juſt.* & *jur.* patet.

Libertatis æſtimatio ad infinitum extenditur: *l.* 8. §. *ult.* D. *rat. rem. habit.* Infinita eſt æſtimatio libertatis: *l.* 176. §. *ult. D. de reg. jur. Libertas* inæſtimabilis res eſt: *l.* 106. D. *de reg. jur.* pecunia lui non poteſt, nec reparari: *l.* 91. §. 2. *D. de ſtatul.*

Libertatem imponere: *l.* 41. *in fin. D. de bon. libert. l.* 4. D. *de manum. vind.* Quæ phraſis ducta ab eo, quod captivi ſervi, vindicta manumittendi, lictoris virga imponi ſolebat.

Libertas etiam aliquando eſt ſuitas juris, vel emancipatio. Sic *libertas* levitatis paternæ teſtis: *l. un. in fin. C. de ſentent. paſſ.*

Libertas opponitur ſervitutibus, per eamque ædes & prædia, ſervitutibus ſublatis, liberantur: *l.* 4. §. *ult. D. de uſurp.* & *uſucap.* cujuſmodi libertatem uſucapi poteſt notum eſt, ex *l.* 8. §. *ult.* D. *quemadm. ſervit. amitt.*

Libertas etiam avibus & feris, quæ cuſtodia humana non coercentur, tribuitur. Naturalem enim libertatem recipere aves feræque intelliguntur, quum in ſuam naturalem laxitatem pervenerunt, vel oculos noſtros effugerunt, vel ita ſunt in conſpectu noſtro, ut difficilis ſit earum perſequutio: *l.* 44. *l.* 55. D. *de adquir. rer. dom. l.* 3. §. 14. *D. de adquir. vel amitt. poſſeſ* §. 12. *Inſt. de rer. div.* Quo loquendi genere & Arrianus *lib.* 3. *diſſ. Epictet. c.* 26. *p.* 403. *ſeq.* uſus eſt his verbis, de avibus agens: Κἂν ὅλως εὕρῃ τι παρεωγμένον ἐξεπήδησεν. ὅτως ὀρέγεται τῆς φυσικῆς ἐλευθερίας. Nihilominus, patefacto qualicumque exitu exſiliunt. Adeo prorſus ſunt adpetentes libertatis iſtius naturalis.

Diverſa ab his eſt *libertas* philoſophica, quam Seneca *Epiſt.* 61. definit, nulli rei ſervire, nulli neceſſitati, nullis caſibus, fortunam in æquum deducere. Et libro cui titulus eſt, *in ſapientem non cadere injuriam*, c. 19. libertatem eſſe, ait, animum opponere injuriis, & eum facere ſe, ex quo ſolo ſibi gaudenda veniant, exteriora deducere a ſe, ne inquieta agenda ſit vita, omnium riſus, omnium linguas timenti. Et hanc libertatem cum illa juris gentium comparans *Epiſt. VIII.* Philoſophiæ, inquit, ſervias, oportet, ut tibi contingat vera libertas. Non differtur in diem, qui ſe illi ſubjecit, & tradidit: Statim circumagitur. Hoc enim ipſum, ſervire philoſophiæ libertas eſt. Idem *Epiſt.* 80. Itaque, inquit, in tabellas vanum conjicitur nomen libertatis, quum nec qui emerunt, habent, nec qui ven-

vendiderunt. Tibi les oportet iſtud bonum: a te petas. Libera te primum metu mortis: illa nobis primum jugum imponit: deinde metu paupertatis. Sed hæc quidem libertas philoſophica, de qua Stoici tam magnifice loquuntur, ad jus civile non pertinet.

LIBERTINUS, à, *Libertina* & *ingenua* opponuntur: *l.* 2. *D. ad SC. Tertull.*

Libertina pro liberta: *l.* 23. *l.* 27. *l.* 31. *l.* 56. *l.* 58. D. *de rit. nupt.* Senec. *epiſt.* 13.

Libertina conditio, cujus etiam efficietur homo liber, qui ſe vendidit, ſi manumittatur: *l.* 21. *D. de ſtat. hom.* *Libertinæ* perſonæ: *l.*2. D. *de oper. ſerv.* progenies: *l. ult.* C. *de infant. expoſ.*

LIBERTINITAS, libertinorum ſtatus & conditio: *l.* 14. *D. de probat. & paſſim.* Ea & *ingenuitas* opponuntur: *l.* 32. §. 7. D. *de rec. arbitr.* *l.* 40. *C. de liberal. cauſſ.*

LIBERTINUS opponitur *ingenuo*, *l.* 8. §. 7. D. *de manum.* Libertini enim ſunt qui ex juſta ſervitute manumiſſi ſunt: *l. 6. D. de ſtat. hom.* niſi quis fuerit ex ea ſervitute manumiſſus in quam vel a patre venundatus: vel ob æs alienum addictus, vel noxæ a patre deditus, vel ab hoſtibus captus. Hi enim manumiſſi non *libertini* erant, ſed *ingenui*: Paull. 1. *Sent.* 1. Quinctil. *Inſt. orat.* 8. *c.* 3. & *declam.* 311. §. 5. *Inſt. quib. mod. patr. pot. ſolv.* Vid. Cujac. 13. *obſ.* 9.

Libertinus filius, & verus filius ſeparantur in *l.* 9. *C. de ingen. manumitt.*

Libertini ergo manumiſſione tantum conſtituuntur: *l.* 9. *C. de ingen. manum.* Quinctil. *lib.* 5. *Inſt. c.* 10. Qui ſervus eſt, ſi manumittatur, fit libertinus, non etiam addictus. Et *lib.* 7. *c.* 4. ubi plenius & fuſius idem argumentum tractat: Servus quum manumittitur, fit *libertinus.* Sed & *lib.* 1. *c.* 1. Libertinis detrahenda eſt auctoritas. Licet his teſtimonium reddere induſtriæ, per quam exierunt de ſervitute. Et ita libertinum intellige *l.* 37. D. *de op. libert.* *l.* 16. *l.* 32. *l.* 34. §. *ult.* *l.* 42. D. *de rit. nupt.* Libertini igitur dicebantur ratione ſtatus, *liberti* ratione patronorum. Oiſel. *ad Caii Inſtit.* *l.* 1. *p.* 7. Vid. infra *libertus.*

At Appii Claudii Cæci temporibus, & deinceps aliquamdiu *libertinos* dictos, non ipſos, qui manumitterentur, ſed ingenuos, ex his procreatos, Suetonius *in Claud. c.* 23. tradit, quos Græci ἐξελευθέρους vocant, teſte Heſychio: Ἐξελεύθεροι, ait, οἱ τῶν ἐλευθερωμένων υἱοί. Ἐξελεύθεροι *vocantur manumiſſorum ſeu libertorum filii.* Qua voce eodem ſenſu utitur Dio Caſſ. *lib.* 54. *p.* 531. ſimiliterque Dionyſ. Halicarn. *lib.* 4. *p.* 226. *libertinorum tribum* vocat ἐξελευθερῶν φῦλον. At Modeſtinus ex libertis ortos & deſcendentes ἀπελευθερικοὺς adpellat *l.* 1. D. *de excuſ.*

LIBERTUS, aliquando idem ac *libertinus.* Sic *liberti* dicuntur hi, qui deſierant eſſe ſervi: *l.* 4. *in fin. D. de juſt. & jur.* ἀπελευθέρους Græci vocant: *l.* 14. *D. de excuſat.* Theoph. *pr. Inſt. de libertin.* Ἀπελεύθερος, inquit, ἐστιν, ὁ ἐκ δικαίας καὶ ἐννόμου δουλείας ἐλευθερωθείς. *Libertus* eſt, qui ex juſta vel legitima ſervitute eſt manumiſſus.

At proprie *libertus* dicitur, relatione facta ad patronum. *libertinus* ad ſtatum vel conditionem, uti recte docuit Laur. Valla *Elegant. lib.* 4. *c.* 1. loquutus omnino de recentioribus juriſconſultorum, quorum fragmenta in pandectas migrarunt, temporibus. Nam olim ab Appii Claudii Cœci temporibus omnes omnino manumiſſos *libertos* dictos eſſe, jam paullo ante

ante articulo *libertinus* notavit Briſſon. Jam facile intelliguntur ſequentia: *Libertum* in cauſſa ſucceſſionis inteſtati accipere debemus eum, quem quis ex ſervitute ad civitatem Romanam perduxit, ſive ſponte, ſive neceſſitate, quoniam rogatus fuit eum manumittere: *l.* 3. §. 1. *D. de ſuis & legit.* Libertum in lege Julia de adulteriis, capite de divortiis accipimus etiam eum, qui a patre, avo, proavo, & ceteris ſurſum vorſum manumiſſus eſt: *l.* 9. *D. de divort.* *Libertorum* etiam adpellatione contineri intelliguntur ii, qui eodem teſtamento vel poſteriore loco manumiſſi ſunt: *l.* 243. *D. de verb. ſignif.*

Libertorum horum triplex olim erat differentia. Alii enim erant *cives Romani*, alii *Latini*, alii *deditii*. Cives Romani fiebant, qui vindicta, cenſu, vel teſtamento, aut, quod a Conſtantino conſtitutum fuit, in ſacro ſanctis eccleſiis manumittebantur. Vid. Cic. *in Top. c.* 2. Ulp. *tit.* 1. §. 5. *ſeq.* Theophil. *ad* §. 3. *Inſt. de libertin.* Latini fiebant, qui in convivio, vel inter amicos, vel per epiſtolam, vel ab eo, qui in bonis tantum, non etiam ex jure Quiritium, ſervum habebat, manumittebantur. Vid. ſupra art. *Junia Norbant lex.* Dedititii vero, qui vincti tortive aliquando fuerunt, quibuſve notæ inuſtæ, ut ex iiſdem Ulpiani, Caii & Theophili locis intelligitur, & ex *C. Juſtinian. tit. de Latin. libert. toll. & de dedit. libert. toll.* Quid autem libertis manumiſſio conferret præſtaretque, breviter Tertull. *in libro de reſurr. carn. c.* 57. complexus eſt his verbis: Si famulum tuum libertate mutaveris, & veſtis albæ nitore & aurei anuli honore, & patroni nomine, ac tribu menſaque honoratur. Quinctilian. *lib.* 7. *c.* 4. Propria liberi, quæ nemo habet, niſi liber prænomen, nomen, cognomen, tribum. Unde Perſ. *Sat.* 5. *v.* 75. de ſervo manumiſſo: Verterit hunc dominus: momento turbinis exit Marcus Dama. Id eſt, qui prius unico ſervili *Damæ* nomine adpellabatur, jam incipit prænomen *Marci* ferre.

Libertus avitus: Vid. ſupra art. *avitus.*

Libertus civitatis: *l.* 5. §. 1. D. *de diviſ. rer.* Quemadmodum enim & civitatibus, & templis ſuis erant ſervi, quorum illi publici, hi a Diis Deabuſque adpellabantur: ita & libertos non modo civitatium, ſed & templorum fuiſſe, animadvertimus. Prioris generis erant *liberti* Tarviſinorum: apud Gruter *p.* 83. 13. Celeienſium: *ibid. p.* 115. 5. Taurinorum, *p.* 37. 8. Alfinenſium: *p.* 1111. 5. Narbonenſium: *p.* 986. 2. Tergeſtinorum, apud Reineſ. *Claſſ.* 19. *inſcr.* 35. ubi plura notavit vir iſte doctiſſimus *p.* 890. Poſterioris generis *liberta Veneris* apud Cic. *in Divinat. c.* 17. *liberti Veneris Erycinæ*, apud Gruter. *p.* 1006. 1. Hos vero & manumiſſos in Deorum templis manſiſſe, & adparuiſſe ſacerdotibus, diſcimus ex formula fideicommiſſi Attiæ, *l.* 20. §. 1. *D. de ann. legat.* Hein.

Liberti eccleſiæ memorantur in *c. de libertis* §. *ne vero cauſſ.* 12. *qu.* 2. *& c. longinquitate ibid.*

Libertus orcinus, ut habet vetus Gloſſarium, *qui in teſtamento ejus, qui apud orcum*, id eſt, qui eſt mortuus, manumittitur. Vid. infra art. *Orcinus.*

LIBIDO, pro venereæ voluptatis ſtimulis adpetituque uſurpatur: *l.* 34. *D. l.* 82. §. 2. *D. de furt. l.* 3. §. 4. D. *ad Leg. Cornel. de ſicar. l.* 1. *C. de inceſt. nupt. l.* 25. *C. ad leg. jul. de adult. l.* 1. *C. ad SC. Claud. l.* 1. *D. de extraord. crim.*

Li-

Libido pro qualibet, in primis prava voluntate. Sua *libidine*, id est, arbitrio voluntatis: *l. 3. C. per quas perf. nob.* Libido prave consulentium judicum: *l. 61. C. Theod. de decurion.*

Libidinum omnium servus: *l. un. C. Theod. de fent. paff.* Libido, ut ait Donatus in Hecyr. *Act. 2. sc. 2.* est quælibet voluntas temere suscepta. Idem *in Phorm. Act. 4. sc. 5.* ad hæc verba: Dum libido eadem hæc manet. Bene, inquit, *libidinem* posuit pro voluntate hominis incerti & levis. Herald. *ad Arnob. lib. 3. p.* 150. Libidinem sæpe dicunt Latini, quam Græci νόσον, quum naturali & cœco impetu ferimur ad aliquid sine ratione.

LIBITINARIUS, quem Græci νεκροθάπτην vocant, qui funera curat: *l. 5. §. 8. D. de instiitor.* & apud Senec. *lib. 6. de benef. c.* 38. a Libitina, cujus in templo Romæ τὰ πρὸς τὰς ταφὰς, id est, quæ ad funera pertinebant, venibant, ut auctor est Plutarch. *Quæst. Rom.* Vetus Glossarium: *Libitinarius* ἐνταφιαστής.

LIBONIANUM SC. quo Legis Corneliæ de falsis pœna adversus eos, constituta est, qui in alterius testamento, vel codicillis, legatum hereditatemve sibi sua manu adscripsissent: *rubr. D. de Leg. Cornel. de fals. & de SC. Libon. l. 29. D. de testam. tut. l.* 1. D. *de his, quæ pro non script. hab.* Ad hoc SC. Paullus, ut Indice Pisano constat, librum singularem scripserat, eique Claudianum conjunxerat. Ac plane in eamdem sententiam edictum C. Claudii scriptum fuerat, ut ostendit *l.* 15. D. *de Leg. Corn. de fals. l.* 3. C. *de his qui sibi adscrib.* SCi utique nomine in *l.* 5. §. 3. D. *de testam. milit. l.* 14. *pr. l.* 15. §. 2. D. *de Leg. Corn. de fals. l. 3. l. ult. C. de his, qui sibi adscrib.* Libonianum hoc intelligendum est.

Conditum est hoc SCum anno ab V. C. 769. T. Statilio Tauro, & L. Scribonio Libone Coss. non *Statilio & Tauro Coss.* uti est apud *Pariat. leg. Mos. & Rom. tit.* 8. §. 7. Unum enim hominem significant *Statilius* & *Taurus*. Hein.

LIBRA argenti: *l.* 35. D. *de contrah. emt. l.* 89. §. 2. D. *de legat.* 2. Martial. *lib. 2. epigr.* 76. Libra auri: *l.* 41. §. 3. D. *de fideic. libert.* Hanc, septuaginta & duorum solidorum esse, definiunt: *Libram* vero argenti quinis solidis æstimant: *l. 5. C. de suscept. & arcar. l. un. C. de arg. præt.* Unus autem aureus efficit libras æris 25. *l. 1. C. de collat. ær. Libram* vero auri, & pondo, pro iisdem usurpat Pomponius in *l.* 34. §. 1. D. *de aur. arg. leg.* Sic decem *librarum* auri mulctam subire: & sub viginti *librarum* auri interminatione. Jubeo signum Dei ex *libris* centum in illa sacra æde, & in patria, statui subscriptione nominis mei: *l.* 38. §. *ult. D. de aur. arg. leg.*

Libra, pro statera. Testis ad *libræ pensa* adhiberi non potest: Ulpian. *tit.* 20. §. 3. Sed manifestum est, ibi legendum esse, *aut libripens.* Id jam observavit Cujacius, nec aliter ediderunt Charondas, & Schulting. *p.627. Hein.* Gell. *lib. 15. c.* 27. Tertium testamentorum genus fuisse, ait, per familiæ emancipationem, cui æs & libra adhibebatur. Add. Ulpian. *ibid.* §. 2. Justinian. §. 1. *Inst. de testam. ordin.* & ibi Theophil.

LIBRAMENTUM, pro æqualitate: *l. 1. §. 1. D. de via & itin. publ. refic.*

Utitur eadem voce, sed alio sensu, & Seneca *Natural. Quæst. lib. 1. c. 12. & lib. 3. c. 29. & de benef. lib. 6. c.* 22. Est enim libramentum ipsum per libram examen. Libramentum examinis: *l. 3. C. Theod. de petit. & ultr. dat.*

Vid. & *l.* 1. *C. Theod. de ponderat. l. un. C. Theod. ne fin. juss. princip. l.* 47. *in fin. C. Theod. de curs. publ. l.* 4. §. 3. *C. Justin. de recept. arbitr.*

Librare, ponderare. Caelestes præscriptiones, quas non ante præcelsa sedes tua libravit: *l.* 26. *C. Theod. de cohort.* Librata impendia: *l.* 2. *C. Theod. de expens. lud.*

Libraria, librorum officina, seu librariorum taberna & statio, apud Gell. *lib.* 5. *c.* 4.

Librarius, qui librorum scribendorum operas edit: *l.* 49. *D. de oper. libert.* Martial. *lib.* 2. *epigr.* 8. *lib.* 4. *epigr. ult.* Sueton. in Domitian. *c.* 10. Librariis qui eam historiam descripserant crucifixis. Pallad. *de re rust. in præf.* Sed quod volumina hæc ruris colendi serius quam jusseras scripta sunt, *Librarii* manus segnior fecit, cujus ego tarditatem numquam maligne æstimo. *Librarium* in transcribendis stipulationis verbis errasse, scribitur *l.* 92. *D. de reg. jur.* Plane D. Hieronym. *Epist. ad Niciam* litterarum scriptores, a libris & corticibus arborum, quibus veteres ante chartæ & membranæ usum utebantur, librarios adpellatos ante ait. Et ait *librarios* accipe in *l.* 28. *D. de rei vind. l.* 15. §. 1. *D. de usufr. l.* 7. §. 5. *D. de oper. libert.* ex quibus locis, ad hujusmodi ministerium servorum, etiam impuberum opera usos esse veteres, discimus. Sic & *librarios* accipe in *l.* 6. §. 6. D. *de extraord. cognit.* & λιβραρίους apud Modestinum *l.* 15. *D. de excusat.* Alexander Severus Imp. post meridianas horas subscriptioni & lectioni epistolarum semper dedit operam, ita & ab epistolis, & libellis & a memoria semper exsisterent, relegentibus cuncta *librariis* & iis, qui scrinium gerebant. Lamprid. *in vit. Alex. Sever. c.* 31.

Videntur tamen & *librarii* dicti, qui conglutinandis compingendisque membranis librisque operam dabant eam, quæ describitur *l.* 52. §. 5. *D. de legat.* 3. Talis sane fuit structor librarius, si ibi recte legit Reines. *Class. XI. Inscr.* 123. *p.* 650. Idem eadem *Classe XI. Inscr.* 113. edidit aliud vetus monimentum, ex quo intelligimus ut ancillas ei sive scribendorum, sive compingendorum librorum operæ adhiberi consuevisse. Laudatur enim ibi Metia Junia *Libraria.* Hein.

Librarii & in castris fuerunt, ut Veget. *lib.* 2. *de re milit. c.* 7. docet, qui rationes ad milites pertinentes in libros & commentarios referebant. Hinc *Librarii caducorum, depositorum & horreorum* inter ministeria militaria recensentur, in *l. ult. D. de jur. immun.*

Librarii caducorum, qui caduca legionum, quorum *l.* 4. §. 17. *D. de fideic. libert.* fit mentio, in libros referebant, ut idem Veget. *lib.* 2. *c.* 20. comprobat. Sueton. *in Domit. c.* 7. Geminari legionum castra prohibuit, nec plusquam mille numos a quoquam ad signa deponi: quod L. Antonius apud duarum legionum hiberna, res novas moliens, fiduciam cepisse etiam ex depositorum summa videbatur. *Librarii horreorum*, iidem cum illis, qui in antiquo lapide adpellantur a *rationibus militaris frumenti*, id est, qui specierum fiscalium & annonariarum, in horreis conditarum, rationes administrabant: *l.* 6. *C. de suspect. præpos. & arc.*

Librarii etiam inter decuriales urbis Romæ ponuntur ab Imperatoribus: *l.* 1. *C. Th. de decur. urb. Rom.* aut certe inter ordines decurionum, quando scribis adjunguntur, *l.* 1. *eod. Cod. de lucr. officior.*

Li-

Librator aquæ: *l.* 1. *C. de excuſ. artif.* eſt, qui ut in *l. ult. C. eod. tit.* ſcribitur, aquarum inventos ductus & modos docili libratione oſtendit. Quod vocabulum uſurpant Trajanus & Plinius *lib.* 10. *epiſt.* 69. 70. & Frontin. *lib.* 2. *de aquæduct.* Ceterum in *d. l.* 1. *C. de excuſ. artif.* quid manus Triboniani præſtiterit, intelliget, qui eam cum illa, quæ ſub eodem titulo Codicis Theodoſiani legitur, contulerit.

Libripens adpellatur, qui in mancipationibus *ſtateram tenebat*, ut eſt hodie apud Caium ſcriptum *lib.* 1. *Inſt. tit.* 6. §. 3. quem tamen auctorem ſcripſiſſe probabile eſt: *qui libram æneam tenebat.* Sic enim Boeth. *in Topic. Ciceron. lib.* 3. & Priſcianus *lib.* 6. Caii verba de nexu faciendo referentes, ſcriptum habent. Mancipationem utique factam certis verbis, *libripende* & quinque teſtibus præſentibus, Ulpian. *tit.* 20. §. 1. tradit. Plin. *lib.* 33. *c.* 13. Et militum ſtipendiorum, hoc eſt, ſtipis ponderandæ penſatores, *libripendes* dicuntur. Qua conſuetudine in his emtionibus quæ mancipi ſunt, etiam nunc libra interponitur. Tertull. *adverſ. Marcian. lib.* 2. *c.* 6. *Adſcripta eſt illi quaſi libripens emancipati a Deo boni, libertas & poteſtas.* Sed & in teſtamento, quod per æs & libram, id eſt, per imaginariam mancipationem, fiebat; *libripens* adhibebatur, ut idem Ulpianus docet *tit.* 20. §. 1. Juſtinianus §. 1. *Inſt. de teſtam. ordin.* & Quinctilian. *Declam.* 308. In antiquo quodam vocabulario ſcriptum eſt: *Libripens* dicitur libram tenens, quod de ejus manibus pendeat libra, vel libram pendentem ſuſtineat.

Licens pro *licitum* in *l.* 4. *C. Theod. de epiſc.* quod tamquam parum latinum corrige ex *l.* 1. *C. Juſtin. de SS. Eccleſ.* ubi *licitum* legitur.

Licenter. Si quis citra noſtræ adnotationis indultum id *licenter* exegerit, ſeveriſſimæ ſubjaceat ultioni: *l.* 29. *C. Theod. de curſ. publ.* id eſt, temerario auſu.

Licentia pro facultate, vel poteſtate aliquid faciendi. Sic *licentia* eſt, ad noxalem cauſſam tranſire: *l.* 4. §. 3. D. *de noxal. act. Licentiam* dare: *l.* 1. D. *de lib. cauſſ.* denegare: *l.* 3. D. *quib. ad libert.* habere: *l.* 33. D. *de legat.* 1. *Licentia* patet: *l.* 8. *C. ne pro dot. mul.* permittitur: *l.* 5. *C. de rei vind. Licentia* poteſtatis: *l.* 2. *C. commun. de ſucceſſ.* teſtandi: *l.* 8. *C. qui teſt. fac. poſſ.*

Plerumque tamen in deteriorem partem accipitur, pro temerario auſu, ut in *l.* 21. *C. ad leg. jul. de adult. l.* 17. *C. de accuſ. l.* 5. C. *Theod. eod. tit. l.* 9. *C. de vectigal. & commiſſ.*

Licere, ut Cicero *Philipp.* 13. *c.* 6. exponit, dicimus, quod legibus, quod more majorum, inſtitutiſque conceditur. Neque enim quod quiſque poteſt, id & *licet*: nec ſi non obſtatur, propterea permittitur. Sic in Edicto Prætoris, *ex quibus cauſſis major.* quod ejus per leges, plebiſcita, SCa, edicta decretaque principum *licebit*: *l.* 1. *in fin. l.* 28. §. 2. D. *dicto tit.* Add. *l.* 7. §. 14. *D. de pact. l.* 7. §. *ult. D. quod met. cauſſ.*

Quum vero quædam permittant leges, (hoc eſt impune fieri ſinant) quæ virtuti & honeſtati non uſquequaque conveniunt: aliquando quod *licet* ei opponitur, quo *honeſtum* vel *utile* eſt. Non enim omne, quod licet, honeſtum eſt: *l.* 144. *D. de reg. jur.* Semper in conjunctionibus non ſolum: quid *liceat*, conſiderandum eſt, ſed &, quid *honeſtum* ſit: *l.* 42. D. *de rit. nupt. l.* 197. *D.* de

de reg. jur. Cic. *pro Balbo c.* 13. Eſt aliquid quod non oporteat, tametſi *liceat*. Quidquid vero non *licet*, certe non oportet. B. Ambroſ. *lib.* 8. *epiſt.* 66. Quam multa ſunt, quæ licet facere, ſed non expediunt. Paull. Apoſt. 1. *ad Cor. VI. v.* 12.

Non debet cui plus *licet*, quod minus eſt non licere: *l.* 21. *D. de reg. jur.*

Licet, pro facile, vel in proclivi eſt: *l.* 1. §. *ult.* D. *de juſt. & jur.*

LICERI, eſt ad pretium aliquid adjicere: *l.* 27. *D. famil. erciſc. l.* 7. §. 8. *D. de minor. Licendo* ſuperare: *l.* 7. §. 13. *D. commun. divid.*

LICINIUS vel *Licinnius*, nomen gentile. Sic memorantur *Licinnia* Gracchi uxor: *l.* 66. D. *ſolut. matrim. Licinnius* Locuſta, juris ſtudioſus, qui Proculum per litteras conſulit: *l.* 48. *D. de legat.* 2. Licinnius Rufinus Juriſconſultus, ſcripſit libros *regularum* ex quorum decimo tertio ſumta dicitur *l.* 34. D. *de re judic.* quamvis in Florentino indice ſoli duodecim ejus argumenti libri referantur. Hunc eum ipſum eſſe, qui Paullum per litteras conſulit, *l.* 4. *D. quib. ad libert. procl.* eſt veriſimile. *Licinium* hunc Chriſtianum fuiſſe ſcribit Cujac. *lib.* 7. *obſ. c.* 2. ſed nullo addito argumento, ut inquit Menag. *Amoen. jur. civ. c.* 7. Et ſane, quod idem Cujacius *lib.* 13. *obſ. c.* 10. & 16. itemque *lib.* 21. *c.* 18. Rufinum hunc auctorem facit libri, quo Leges Moſaicæ & Romanæ conferuntur, vel ex eo refellitur, quod in collationibus iſtis laudantur conſtitutiones ex Codicibus Gregoriano, Hermogeniano & Theodoſiano depromtæ, quos Codices Licinnius Rufinus, Julii Paulli æqualis, per ætatem videre & legere non potuit. Marqu. Freher. *lib.* 1. *parerg. c.* 5.

LICINII etiam tyranni mentio fit in *l.* 1. *C. Theod. de infirm. his, quæ ſub tyran.* & apud Eutrop. *lib.* 10. *c.* 3. *ſeq.* Eum non minus Chriſtianæ religioni, quam Conſtantino, bellum indixiſſe, narrant Euſeb. *lib.* 10. *hiſt. eccleſ. c.* 8. & Socrat. *lib.* 1. *hiſt. eccl. c.* 2. & auctor σύγχρονος Lactantius *de mort. perſequut. c.* 48. *ſeq.*

LICINNIA lege ei, qui judicii communi dividundo evitandi cauſſa alienaverit, interdicitur, ne communi dividundo judicio experiatur: *l. ult. D. de alienat. jud. mut. cauſſ.*

LICITARI, ut vetus Gloſſarium ait, dicitur, qui vel emendo, vel conducendo rem aliquam, vel aliquid ad negociandum, plus offerendo contendit impetrare, vel, ut Feſtus, *licitati* in mercando ſive pugnando contendentes. Ac plane apud veteres *licitari congredi & pugnare* eſſe, exemplis Non. Marcellus comprobat. Calor *licitantis*: *l.* 8. *D. de publican. & vectig.* licitando vincere *l.* 9. *D. eod. tit. l.* 6. D. *famil. erciſc.* Hinc.

LICITATIO: *l.* 7. §. 8. D. *de minor.* Per *licitationem* rem accipere: *l. ult.* D. *de alien. jud. mut.*

LICITE vel *licito l.* 1. *C. ut nem. priv. l. ult. C. Th. de ſuperexact.*

LICIUM. De furto *Licio & lance* concepto ſupra dictum eſt ſub art. *conceptum.* Hic addendæ hæc Heineccii verba: De eo, ait, quid huc uſque diſputarint viri docti, & noviſſime, Joannes van de Water, *lib.* 2. *obſerv. c.* 1. & Jo. Abr. Wieling. ſingulari ac polito libello *de furt. per lanc. & lic.* alio loco expoſuimus. Me ne nunc quidem poenitet ſententiæ in *Antiqu. Rom. lib.* 4. *tit.* 1. olim pro

propositæ. Festus, cujus locum & Brissonius sub voce *Lanx* tamquam hunc ritum unice illustrantem commendat, diserte ait, eum, qui furtum quæsitum ierit in domo aliena, licio cinctum intrasse, lancemque ante oculos tenuisse propter matrum familias aut virginum præsentiam. Multa hic moventur in contrarium, sed quæ sua sponte cadunt, si ponas, nudis incedendum fuisse iis, qui furtum conceptum irent. Quod Athenis esse factum docet Scholiastes Aristophanis. Jam enim patet cur Licio opus fuerit, puta ut eo verendas corporis partes tegerent, quemadmodum Athenis χιτῶνα hunc in finem adhibebant. Nec minus intelligis, cur *lancem* ante oculos tenuerint, puta ne a matribus familias vel virginibus dignoscerentur. Nec jam difficilis quæstio, qua ratione rem furtivam investigare potuerit is, cui visus tam arcte fuerit obstrictus? Lance enim etiam pertusa, id est, larva pudori consulere potuerunt, nec ea tum impedimento fuit, rem etiam minutissimam quærentibus. Fatemur tamen, abolito hoc concipiendi ritu, ejus tantum umbram aliquam mansisse, & superfuisse quidem *lancis* & *lancii* usum, sed plane alium, & a vetere illo diversissimum. Qui enim furtum ibant conceptum, impetratis servis publicis, licio cinctis, ut publica auctoritate venire intelligerentur, *lance* præferebant εὕρετρον, uti post Pithoeum *lib.* 1. *adv. c.* 2. jam alii recte ostenderunt. Nec alium ritum in mente habuit Petronius Arbiter in *Satyr. c.* 97. Quamvis enim non rem furtivam sed fugitivum, vel erronem queri, moneat Pet. Burmannus: attamen & fugitivum furtum sui ipsius facere, jura nostra docent, neque adeo mirum est, illum eodem ritu investigatum esse, quo solitæ sunt res furtivæ. Ceterum *Licium* fuisse cingulum vel zonam diversicolorem, (unde *vestem discoloriam* vocavit Petronius,) quo transverso lictores, & quicumque magistratibus adparebant, præcingerentur, idque & *limum* dictum esse, ex Gell. *lib.* 12. *c.* 13. aliisque veterum testimoniis ostendit Petr. Pithoeus *lib.* 1. *adverf. c.* 1. Hinc *adparitores & limo cincti tribunalis ejus*, in marmore apud Reines. *Class.* 6. *inscr.* 44. Hein.

LICTOR: *l.* 8. *l.* 25. D. *de manumiss.* Festus lictores dictos esse ait, quod fasces virgarum ligatos ferunt. Non. Marcellus: *Lictoris* proprietatem a *ligando* dictam, vetustas putat: ita enim carnificis officio antiquitus fungebantur. Marcus Tullius, *pro Caio Rabirio*: *lictor* inquit, colliga manus. Add. Gell. *lib.* 12. *c.* 13.

LICTORIA Consularis: *l.* 1. *C. Theod. de lucr. officior.* pro lictorum consularium officio ponitur.

LIGARE. Ligatæ tabulæ testamenti lino: *l.* 1. §. 20. D. *de bon. possess. secund. tab.*

LIGNARII fabri: *l.* 235. D. *de verb. signif.* Paull. *lib.* 3. *sent. tit.* 6. §. 50. ubi tamen Cujacius & alii ediderunt *tignarii.* Vid. Schulting. *Jurisp. vet. antejust. p.* 367. Hein.

LIGNEÆ tabulæ: *l.* 1. D. *de bon. possess. sec. tab.* Justinus *lib.* 21. *c.* 6. Tabellis ligneis de super vacua certa obducta.

LIGNUM. Ejus adpellatio nomen generale est, sed sic separatur, ut sit aliquid *materia* aliquid *lignum. Materia* est, quæ ad ædificandum, fulciendum, necessaria est: *Lignum* quidquid comburendi caussa paratum est: *l.* 55. D. *de legat.* 3. Quod eodem loco fusius exponitur. Itaque satius est in *l.* 12. *C. de excus. mun.* sic disjunctim legi: *materiam,*

viam, lignum, tabulata: ut etiamnum in *l.* 15. *C. Theod. de extraord. mun.* legitur, quam ut vulgo in Codice Justinianeo scriptum est, *materiam lignorum.* Nam illam lectionem & *l.* 18. *C. Th. de extraord. mun.* comprobat. Hinc pali & perticæ in numero materiæ redigendi sunt, & ideo *lignorum* adpellatione non continentur: *l.* 56. *D. de legat.* 3. *l.* 108. *D. de verb. signif. Ligna* cocta ne fumum faciant.

Lignum, pro tabulis, apud Juvenal. *Satyr. ult.* & Propert. *lib.* 3. *eleg.* 21. Unde bonorum possessio contra tabulas, vulgo *contra lignum* dari, dicebatur: *l.* 19. D. *de bon. possess. contr. tab.*

LIGUSTICUM, *l.* 5. *D. de pen. leg.* olus esse Isidorus *lib.* 17. *c. ult.* scribit, odore aromatico, & gustu acre, quod a regione sua nomen accepit. Nascitur enim plurimum in Liguriæ montibus, ut Plinius *lib.* 19. *c.* 8. tradit. Columella *lib.* 12. *de re rust. c. ult. Ligustici* unciam passæ uvæ, detractis vinaceis, sextantem.

LIMARE. Quæ tuæ cognitionis *limavit* examen: *l.* 32. *C. Theod. de navicul.*

LIMEN, ut Siculus Flaccus *de condit. agror. p.* 15. introitus exitusque locis præstant. Sic *limina* palatii nostri: *l.*34. *C. Theod. de adpellat.*

Sed & tota domus aliquando *liminum* nomine venit. Nullus aruspex *limen* alterius accedat: *l.* 3. *C. Justin. l.* 1. *C. Theod. de malef. & mathem.* id est, domum alterius, ut *ibid.* Ut adeo non opus sit existimare cum Aberic. Gentili *ad d. l.* 3. *C.* ideo mentionem speciatim fieri *liminis*, quod in liminibus januarum multa hujusmodi maleficia committantur.

Limina porro sicut in domibus finem quemdam faciunt, sic & imperii finem *limen* esse veteres voluerunt: §. 3. *Inst. quib. mod. jus patr. pot. solv.* Sunt qui hic erroris arguunt Justinianum, & *limites*, non *limina* Imperii dici posse contendunt, quum utriusque vocabuli diversa sit origo, & *limes* a limo, *limen* a liendo, id est, lævigando, dicatur, quod introitu & egressu teratur, & veluti levigetur. Claud. Salmas. *obs. ad jus Attic. & Rom. c.* 26. *p.* 568. *seq.* At non deesse exempla hujus notionis apud veteres vel unus probat locus Virgilii *lib.* 11. *v.* 267. Conjugis infandæ prima inter limina Oppetit. Ubi Servius: *In ipso limine imperii, id est, in littore, quia secundum Homerum Clytemnestra Agamemnoni occurrit ad littus.* Hein. Vide *limes.*

Limen pro omni ingressu, teste Nonio Marcello, ponitur, & hinc pro introitu etiam & primordio cujusque negotii usurpatur. Sic: in ipso *limine* contractus: *l.* 24. *C. de evict. Limine* judiciorum expelli: *l. ult. C. sent. rest. non poss.* In *limine* litis: *l.* 1. *C. de satisd.*

LIMENARCHÆ In municipiis creari solebant, partuum custodiæ caussa. Meminit eorum *l.* 3. *D. de serv. fugit. l. ult.* §. 10. *D. de mun. & honor. l.* 38. *C. de liberal. causs.* De his in primis videndus Reines. *lib.* 3. *variar. lect. c.* 16. *& ad Class.* 1. *Inscr.* 204. Alias λιμενοφύλακες dicti sunt. *Hein.*

LIMES dictus est, quasi finis, quidam & terminus: §. 5. *Inst. quib. mod. jus patr. pot.* & *limites* a liminibus vocabula acceperunt indice Siculo Flacco *de condit. agror. p.* 15. Quemadmodum enim limina introitus exitusque locis præstant, similiter introitus & exitus, qui in agris divisis & adsignatis semper pervii esse debent tam itineribus, quam mensuris agendis, *limites* adpellan-

lantur. Hyginus vero *de limitib, constit. p.* 151. Limites ait adpellatos a *limo*, antiquo verbo, id est, transversos. Unde Festus *lib.* 10. Limites, nunc terminos, nunc vias transversas significare scribit. Denique quidquid ad observationem finium in agro, opera manuum, factum est, auctore Aggeno Urbico *Comment. in Frontin. p.* 46. *limes* adpellatur. Isidor. *lib.* 15. *c.* 14. *Limites* adpellati antiquo verbo transversi. Nam transversa omnia antiqui *lima* dicebant: a quo & *limina* ostiorum, per quas foris & intus iter, & *limites*, quod per eos foras in agros eatur. Servius *in Virgil. Eclog.* 1. *v.* 54. *Limes*, ait, est agri terminus. Virgil. *Georg.* 1. *v.* 126. Nec signare quidem, aut partiri limite campum Fas erat. Ovid. *lib.* 1. *Metamorph. v.* 130. Cautus humum longo signavit *limite* mensor. Idem *lib.* 2. *fastor. Limen* erat positus, finem ut discerneret agris. Juvenal. *Satyr.* 8. *v.* 38. Aut sacrum effodit medio de *limite* saxum. Duos autem fuisse maximos agrorum limites, *cardinem* videlicet, & *decumanum*, Festus *lib.* 4. & Isidorus *lib.* 15. *c.* 4. post Sicul. Flaccum *de condit. agror. p.* 19. Hygin. *de limit. p.* 150. & alias *p.* 215. tradunt. Et *cardo* quidem a septentrione in meridiem dirigitur, ita adpellatus, quod a cardine caeli sit. Nam in septentrionali axe nobis cælum vertitur. Decumanus vero ab oriente in occidentem per transversum dirigitur, qui ex eo quod denarii numeri faciat, decumanus est vocatus. Plin. *lib.* 18. *c.* 33. Observato solis ortu, quocumque libet die, stantibus hora diei sexta, sic ut ortum eum a sinistra habeant, contra mediam faciem meridiem, a vertice septentrio erit: qui ita limes per agrum currit *cardo* adpellatur. Idem *ejusd. lib. c.* 34. Diximus, ut in media linea designaretur umbilicus; per hunc medium transversa currat alia, hæc erit ab exortu æquinoctiali ad occasum æquinoctialem & *limes*, qui ita secabit agrum, *decumanus* vocabitur.

Limites etiam Romani imperii fines dicuntur: *l.* 5. *C. de annon.* Unde Illyricum, Aegyptiacum, Raeticum *limites* legimus: *l.* 1. C. *quib. muner. aut præst. l.* 13. *C. de advoc. divers. jud. l.* 13. *C. de excus. mun.* Hoc amplius & Thracicum, Orientalem, Ponticum, Thebaicum, Lybicum, *Limitem* invenies *in Novell. Theod. & Valent. de ambitu & loc. limitan.* Fit & apud Marianum *in Notitia* mentio *limitis* Mauritaniæ Cæsariensis, Tripolitani, Pannoniæ, primæ, Norici Ripensis, Pannoniæ secundæ, Valeriæ Ripensis, Ratiæ primæ & secundæ, Sequanicæ, Germaniæ primæ, Britanniæ, Moguntiacensis.

LIMITANEI milites, qui in limitibus excubabant, eorumque defensioni navabant operam: *l. ult. C. de offic. milit. jud. l.* 3. *C. de fund. limitroph.* & apud Spartian. in *Pescenn. Nigr. c.* 7. Extra comitatenses milites per castra limitis *limitanei* constituantur, qui possint & castra, & civitates limitis defendere, & terras colere: *l.* 2. §. 8. *C. de offic. præf. præt. Afr.* Qui locus, ut hic Brisson. retulit, ex scriptis codicibus restituendus est. Unde & vetus Glossarium: Limitanei sunt, qui constituti sunt, ut intus castra, & civitates, & limites defendant, & terram colant. Lamprid. in Alex. Severo *c.* 58. Sola, quæ de hostibus capta sunt, limitaneis ducibus & militibus donavit, ita, ut eorum ita essent, si heredes illorum militarent, nec umquam ad privatos pertinerent: dicens, atten-

attentius eos militaturos, si sua rura defenderent. Suidas in λιμιτανᾶιοι *Tom.* 2. *p.* 448. Οἱ Ῥωμαίων βασιλεῖς ἐν τοῖς ἄνω χρόνοις πανταχόσε τῶν τῆς πολιτείας ἐσχατιῶν πάμπολυ κατεστήσαντο στρατιωτῶν πλῆθος, ἐπὶ φυλακῇ τῶν ὁρίων τῆς τῶν Ῥωμαίων ἀρχῆς, καὶ κατὰ τὴν Ἑῴαν μάλιστα μοῖραν, ταύτῃ τὰς ἐφόδους τῶν Περσῶν τε καὶ Σαῤῥακηνῶν ἀναστέλλοντες, ὅσπερ λιμιτανέους ἐκάλουν. Romanorum Imperarores olim in extremis ditionis suæ partibus ingentem militum multitudinem constituere solebant, ad tuendos imperii Romani fines, & præcipue in parte orientali, ut ab ea incursionem Persarum & Sarracenorum reprimerent, quos *limitaneos* vocabant. Vid. art. *Limitrophi agri.*

Hujusmodi *limitaneis* militibus attributi agri *limitanei* vocantur: *l.* 3. *& rubr. C. de fund. limitroph.*

Limitatus, *a*, *Limitata* actio: *l.* 1. *C. Theod. de judic.* id est terminata, finita.

Limitati agri: *l.* 1. §. 6. D. *de fluminib. l.* 16. *D. de adquir. rer. domin.* qui in eorum divisione propriis limitibus circumscripti sunt. Festus Pompeius: *Limitatus* ager, in centurias divisus. Frontin. *de limit. agror. p.* 38. *Limitatus* ager decumanus & cardinibus continetur. Vid. supra *Limes*: Horat. *lib.* 2. *sat.* 2. *metatum* adpellat, quum ait: Videas metato in agello Cum pecore & natis fortem mercede colonum. Ubi interpres: *Metato, ait, ad mensuram diviso, & limitibus distincto, cum milite Augusto.* Agrum autem manu captum *limitatum* fuisse, ut sciretur, quod cuique datum esset, quid venisset, quid in publico relictum esset: Florentinus in *d. l.* 16. D. *de adquir. rer. dom.*

Limitrophi agri, qui in finibus sunt, & in limitibus imperii, limitaneisque militibus adsignati: *tit. utriusq. Codicis de fund. limitroph.* Hi fundi, qui & *limitanei*, & κτήματα στρατιωτικὰ, seu *prædia militaria* adpellantur in Novella Constantini Porphyrogennetæ apud Cujac. in *lib.* 5. *feud.* vel ideo notari merentur, quod ad illos feudorum origines referre quibusdam placuit, veluti Franc. Sonsbeckio *Comment. ad usus feud. part.* 1. *n.* 32. *seq.* Isaaco Causaubono *ad Lamprid. Alex. Sev. c.* 58. Jac. Gothofredo in *l.* 1. *C. Theod. de terr. limitan.* Hert. *de feud. oblat. Part.* 1. §. 2. *&*, qui, singulari dissertatione P. 1. *Gundlingianorum* eam sententiam defendere conatus est, Nic. Hier. Gundling. *Hein.*

Linea, apud antiquos funiculum significat, a genere, ut ait Isidor. *lib.* 19. *c.* 18. quod ex lino fieret. Hinc sæpe pro perpendiculo accipitur. Vitruv. *lib.* 2. *c. ult.* Ab oculo duæ lineæ si fuerint extensæ, & una tetigerit unam operis partem, altera summam, ea quæ summam tetigerit, longior fiet. In quam sententiam aliis quoque locis hoc verbo idem ille auctor usus est. Martial. *lib.* 3. *epigr.* 57. Tremulove captum Linea trahit piscem. Gratius *de venat. v.* 27. Illa operam patiens, illa usus linea longi. Et sic accipimus illa: Velut *linea* in directum per insulam transducta: *l.* 29. D. *de adquir. rer. dom. Linea* margaritarum: *l.* 26. *D. ad leg. falcid.* Eaque est *linea dives* apud Martial. *lib.* 8. *epigr.* 77.

Sed & personarum cognatione junctarum series *linea* dicitur. Stemmata enim earum in duas *lineas* separantur: quarum altera *superior*, altera *inferior*. Ex *superiore* autem & secundo gradu *transversæ lineæ* pendent: *l.* 10. *D.*

D. de grad. & adfin. Hinc linea ascendens & descendens: *l.* 2. *C. de legit. hered.* materna & paterna: *l.* 10. *C. de secund. nupt.*

Linea etiam fuit locus in circo, ubi spectatores sedebant: de quo varie viri docti. Mentionem ejus facit Ovid. *Amor. lib.* 3. & 2. *v.* 19. *seq.* & *de arte amandi* 1. *v.* 141. *seq.* & hoc sensu *lineam* pro *vinea* in *l.* 20. D. *de in jus voc.* rescribendum, existimat Bynkersh. 7. *obs.* 3. *Hein.*

LINEUS, *a*, *um*, *Linea* vestimenta: *l.* 23. §. 1. *D. de aur. arg. leg.*

LINGUA abscissa: *l.* 8. D. *de Aedil. edict.* Justinianus in *l.* 1. *C. de offic. præf. præt. Afr.* barbaram Vandalorum crudelitatem exagitans: Vidimus, inquit, venerabiles viros, qui abscissis radicitus linguis, poenas suas mirabiliter loquebantur. Est hæc insignis, & ut Evagrius *lib.* 4. *Hist. eccles. c.* 14. loquitur μνήμης ἐς ἀεὶ διασωζομένης ἄξια *sempiterna hominum memoria dignissima historia*, quippe quæ non solum magni principis, qui se αὐτόπτην fatetur, sed & aliorum, & maxime ipsius Procopii, Christianis alioquin parum æqui, auctoritate nititur. Et Procopii quidem testimonium ita exprimit Evagrius, ubi de his elinguatis agit: Τούτους καὶ τὰ θεῖα παραλαβεῖν ὁ Προκόπιος ἔφη, πρὸς τὴν βασιλέως γενομένοις πόλιν αὐτόσε διαδράντας, ἐντυχεῖν τε αὐτοῖς, ἴσα τοῖς μηδὲν πεπόνθοσι φθογγομένοις, καὶ τὰς μὴν γλώσσας ἐξ αὐτοῦ πυθμένος ἀνακεκαρθαι τὰν δε φωνὴν αὐτοῖς ἔναρθρον εἶναι, καὶ εὔσημα διαλέγεσθαι θαῦμα καινόν τε καὶ παράδοξον. Hos ab se visos esse testatur Procopius, quum profugi venissent Constantinopolin, seque illos perinde loquentes audivisse: ac si nihil passi essent. Et linguas quidem illis radicitus excisas fuisse: vocem tamen eos articulatam habuisse, ac distincte loquutos esse, novo atque inusitato miraculo. Addit Evagrius, Confessorum istorum mentionem fieri ἐν Ἰουστίνου διατάξει, *in Justini Constitutione*, sed memoria lapsus, Justinum pro Justiniano nominavit. Est enim hæc ipsa Justiniani constitutio in *l.* 1. *pr. C. de offic. præf. præt. Afr.* Denique ejusdem Procopii fide narrat, *duos ex his confessoribus, cum mulieribus commixtos vocem penitus amisisse, martyrii gratia penitus ab illis recedente.* Jungimus superioribus, Justiniano nimirum & Procopio tertium testem, itidem σύγχρονον καὶ αὐτόπτην, Marcellinum Comitem in Chronico Indict. VII. Theodorico & Venantio Coss. apud Scalig. in *Thesaur. temp. p.* 43. Denique ait ex hoc fidelium contubernio aliquantos ego religiosissimos viros, præcisis linguis, manibus truncatis apud Byzantium integra voce conspexi loquentes. Sed & Victor Turonensis *in Chron. Zenone Aug. III. Cons.* apud eumdem Scalig. *p.* 4. Hunericus, Vandalorum rex confessoribus linguas abscidit. Quos confessores: quod linguis abscissis perfecte finem adusque loquuti sunt, urbs regia attestatur, ubi eorum corpora jacent. Meminit eorumdem confessorum, elinguium quidem, & tamen recte loquentium Victor Vitensis *de persequut. Vandalorum*, ut vix videatur ullum prodigium plurium scriptorum coævorum & oculatorum testium auctoritate firmatum, quam hoc ipsum, de quo & legi meretur Jo. Andr. Schmiedtii dissertatio *de elinguatis mysterium SS Trinitatis celebrantibus* Hein.

Delatoribus, amputata radicitus invidiæ lingua vellatur: *l.* 2. C. *Theod. de petit. & ultr. dat.*

Lingua pro sermone. Fideicommissa quocumque sermone, relinqui

qui possunt, non solum latina lingua, vel Græca, sed etiam Punica, vel Gallicana vel alterius cujuscumque gentis: *l.* 11. *D. de legat.* 3.

LINIPARIUS: *l.* 13. *C. de murileg.* id est, linifex, qui & λινοποιός.

LINIFICIUM in Mariani notitia sunt textrinæ lineæ vestes, uti vocantur in *l.* 16. *C. Theod. de murileg.* In illa utique Notitia *procuratores linificiorum*, sub dispositione *Comitis sacrarum largitionum* in partibus occidentis recensentur *procuratores linificii* (seu, ut quidam Codices veteres habent, linifii) *Viennensis Galliarum*, & *Ravennatium Italiæ*.

LINTEAMEN: *l.* 8. *C. Th. de curs. publ.*

LINTEARIUS: *l.* 1. §. 15. *D. de trib. act. l.* 13. C. *de murileg.* Lineariorum corpus: *l.* 16. *C. Theod. de murileg. l.* 7. *C. de excus. mun.*

LINTEO, *l.* 8. *C. Theod. de murileg. l.* 13. *C. Theod. de navicular.* qui & opifex *linteæ*, id est, lino contextæ, *vestis* adpellatur in *l.* 6. *C. Th. de murileg.* Eodemque modo *linteones* interpretari convenit *l.* 7. *C. de excus. mun.* & apud Spartian. in *Alex.* c. 24. Jul. Firmic. *lib.* 2. *mathem.* Serv. *in Virgil. Æn. lib.* 7. *v.* 14. ad verba: *Arguto tenues percurrens pectine telas.* Percurrens, inquit, aut manu, aut ictu pectinis, uti videmus; aut, quia apud majores stantes texebant, ut hodie linteones videmus.

LINTER & *Lintrarius*, vid. infra in *Lintrarius*.

LINTEUM, linum. Linteo involutæ tabulæ: *l.* 22. §. *ult.* D. *qui test. fac.* Vid. *linum* de *linteis*, quibus vehicula internuntur: *l.* 5. *D. de suppell. leg.*

LINTEUS, *a*, *um*. Lintei magistratuum libri: Liv. *lib.* 4. *c.* 20. Plin. *lib.* 13. *c.* 11. Vopisc. in *Aureliano* c. 1. Linteis mappis scripta Lex: *l.* 1. *C. Theod. de aliment. quæ inop.* Linteæ vestis magistri: *l.* 14. *C. de murileg.* Opifices vestis linteæ contexendæ: *l.* 6. *C. Th. eod. tit.*

LINUM. Eo legato, tam factum, quam infectum continetur, quodque netum, quodque in tela est, quodque nondum est detextum. Tinctum plane non continetur, *l.* 70. §. 11. *D. de legat.* 3.

Linum, pro funiculo lineo, quo trajici, circumdici, & ligari tabulæ testamenti solebant, ut Suetonius *in Ner. c.* 17. tradit. Si ter forte, vel quater linum esset circumductum: *l.* 1. §. *ult. D. de bon. possess. sec. tab.* Add. §. 3. *Inst. de pupill. subst. l.* 3. §. 23. D. *de SC. Silan. l.* 8. §. 1. *D. de liberat. leg.* De modo signandi ligandique tabulas acris fuit controversia inter Desiderium Heraldum, & Claud. Salmasium, quorum ille sententiam suam in Animadversionibus ad jus Romanum & Atticum; hic in libello de subscribendis & signandis testamentis, item de antiquorum & hodiernorum sigillorum differentia contra Desid. Herald. Lugd. Bat. 1653. *Hein.*

LIPPITUDO, *l.* 4. §. *ult.* D. *de Ædil. edict.* oculorum ex stillis adsidue manantibus lacrymisque exsudantibus sordes. Græci λήμην, nec non ὀφθαλμίαν vocant. Quidam ex Galeni *comment. lib.* 3. περὶ ἄρθρων, morbum hunc vitiumve oculorum, definiunt esse pituitam crassiorem & semicoctam, circa oculos concrescentem propter infirmitatem membranarum. Alii definiunt esse inflammationem membranæ caryatidis, (id est, tunicæ oculi secundæ, quam ἐπιπεφυκότα Græci adpellant, proxime subjecta est.

LIQUAMEN, quod & *garum*, uti

uti & Græci interpretantur in *l.* 1. *C. quæ res export. non deb.* Vid. supra *garum.*

LIQUENTIA, cujus mentio est in *l.* 2. *C. Theod. ne oper. a conlat. exig.* hodie *Liuenza*, fluvius in regione Italiæ, Venetia, fuit. Plin. *lib.* 3. *c.* 18. Sequitur decima regio Italiæ, Adriatico mari apposita, Venetia, cujus fluvius Silis ex montibus Taurisanis. Oppidum Altinum, flumen *Liquentia* ex montibus Opiterginis, & portus eodem nomine &c. Licenna corrupte in itinerio Peutingeriano. Virgil. 9. *Æn. v.* 679. *seq.* Qualis æriæ liquentia flumina circum Sine Padi ripis, &c. & ibi Servius. Plura vide in Jacob. Gothofredi *Commentar. ad d. l.* 2. *C. Theod.*

LIQUET, ait Donat, *in Eunuch. Act.* 2. *sc.* 3. *significat liquidum est: & est verbum juris, quo utebantur judices, quum amplius pronunciabant, ob curita commoti caussæ magis, quam negotii simplicitate.* Solebant enim judices in re dubia, & ubi partium jura ambigua aut obscura erant, ita se judicandi necessitate expedire, ut pronunciarent, *sibi non liquere*, hoc est, ut Ascon. Pædian. *in Verr.* 1. explicat, obscuram caussam esse. Qua de re vid. Brisson. *lib.* 5. *formul. c.* 214. Si uni ex pluribus judicibus de re non liquet: *l.* 36. D. *de re judic.*

LIQUIDO, evidenter, manifesto. *Liquido* adparet: *l.* 1. §. 5. *D. quar. rer. act.* adprobatur: *l.* 75. *D. de judic.* compertum: *l.* 14. *D. de offic. judic.* constat: *l.* 4. *D. si quis omiss. caus. Liquido* jurare, id est, vere, ut loquitur Cic. *lib.* 5. *ad famil. epist.* 2. Docere *liquido* se jurasse: *l.* 18. *D. de jurejur.* Eodem modo apud Terent. Chæreæ verba hæc in Eunuch. *Act.* 2. *sc.* 3. *Liquet. mihi dejerare*, ita interpretatur Donatus: Hoc verissimum jusjurandum dare possum. Seneca *lib.* 7. *de benef. c.* 9. Quibus sumtis, mulier parum *liquido* nudam se non esse, jurabit. Auson. *Epist.* ad Paullinum: *liquido* adjurare possum, nullum tibi ad poeticam facundiam Romanæ juventutis æquari posse. Ovid. *lib* 4. *ex Ponto. Eleg.* 6. Te quoque *liquido* possum jurare precari. Et *lib.* 3. *ex Ponto Eleg.* 3. suis tamen, & *liquido* juratus dicere posses: Non me legitimos sollicitare toros. *Liquido* negare dixit Cic. *lib.* 11. *ad famil. epist.* 27. Liquido probari: *l. ult. D. de jurejur.*

LIQUIDUM pro certo & manifesto. Ad *liquidum* diem & Consulem exquirere: *l.* 2. §. 7. *D. de aqu. & aqu. pluv.* quod explicat *l.* 28. *D. de probat.* Vellei. Paterc. *lib.* 1. *c.* 16. Neque mihi temperare, quin rem sæpe agitatam animo meo, usque ad *liquidum* ratione perductum signem stilo.

Liquidæ probationes: *l.* 2. *C. qui testam. fac. l.* 3. *C. de peric. tut.*

LIS, rem in judicium deductam significat. Varro *de ling. lat. Res, quæ in controversia est, lis dicitur. Ideo in actionibus videmus dici: Quam rem, sive litem.* Atque eo nomine Cicero pro Muræna *c.* 12. ridet Jurisconsultos, *quod ambigerent, rem, an litem dici oporteret*: quæ & ideo disjunguntur in *l.* 9. *C. de suis & legit.* Rem magis quam *litem* transferre: *l.* 11. D. *de alien. jud. mut. causs.*

Litis nomen & omnem actionem significat, sive in rem, sive in personam sit: *l.* 36. *D. de verb. signif.* Et huic verbo veteres litteram S præposuisse, Festus *lib.* 17. notat. Inde inscriptionibus antiquis: *Decemviris stlitibus judicandis.*

Aliquando *lis* & *instantia edicti* separantur: *l.* 73. §. 2. D. *de judic.*

Litem æstimare dicitur judex, id est, eam rem, quæ in judicium deducta est, æstimare: *l.* 47. *D. de rei vind. & passim.* Gellius *lib.* 4. *c.* 4. *Judex litem pecunia æstimabat, quantique interfuerat, eam uxorem accipi, aut dare eum, qui spoponderat, ei qui stipulatus erat condemnabat.* Lis autem interdum tanti æstimatur, quanti ea res est, qua de agitur, id est, quanti fuit eo die, quo dari mox debuit: *l. ult.* D. *de condict. triticiar.* Interdum vero tanti æstimatur, quanti actoris interest: *l.* 8. *D. de eo quod cert. loc.* Nec in pecuniariis tantum caussis, sed & in capitis judiciis, *lis* victis æstimari dicebatur, ut Cicero *pro Cluent. c.* 41. & Livius aliquot locis testantur Ascon. *in Divinat. Lis æstimata sit*, ait, *hoc est, pecunia, de qua lis fuit, & propter quam condemnatus est, in summam redacta, qua de ejus bonis exigetur.* Litis æstimatione damnari: *l.* 30. D. *depos.* id est, in æstimationem rei: ut in *l.* 3. D. *de confess.* Litis æstimationem evitare: *l.* 1. D. *de noxal. act.* facere: *l.* 11. §. 1. *D. de aqu. & aqu. pluv.* offerre: *l.* 3. §. 1. *D. de reb. eor. qui sub tut.* præstare: *l.* 82. §. 5. *D. de legat.* 1. restituere: *pr. Inst. de satisd.* solvere: *l.* 39. D. *de hered. pet.* sufferre: *l.* 20. *D. de nox. act.*

Litem agere: *l.* 3. §. 2. D. *de tutel.* amittere; *l.* 8. §. 1. *D. ratam rem hab.*

Litis consortes; *l.* 1. *C. de consort. lit.* Vid. art. *consortes.*

Litem contestari est judicium accipere. Vid. supra art. *contestari*, Interdum autem active *litem* contestari, jurisconsulti dicunt, ut in *l.* 10. §. *ult.* D. *si quis cantion.* & passim. Interdum vero passive *lis contestari* dicitur. Caussa ejus temporis quo *lis* contestatur: *l.* 91. §. *ult.* D. *de legat.* 1. *l.* 22. §. 1. D. *solut. matrim.* Add. *l.* 1. D. *de pen. leg. l.* 28. § 4. D *de judic. l.* 16. *C. de fidejuss. & al. loc.*

Lis in judicium & in condemnationem deduci dicitur: *l.* 31. §. 2. *D. de negot. gest.* Res in *litem* deducitur: *l.* 3. §. 1. *D. de novat.* A *lite* discedere: *l.* 65. *D. de condict. indeb.* desistere: *l.* 22. §. *ult.* D. *de jur. fisc.* Litis dominus. Vid. supra art. dominus. *Lites* donatas se non suscipere, D. Pius rescripsit: *l.* 22. §. 2. *D. de jur. fisc.* Add. *l.* 2. *C. ne fisc. vel respubl.*

In *litem* jurare, vid. art. *jurare.*

Litem præparasse in inofficiosi querela dicitur, qui usque ad denunciationem, vel dationem libelli processit: *l.* 7. *D. de inoff. test.*

Litem suam facere dicitur judex, in quem litis damnum transfertur, quod vel dolo malo, vel sordibus, vel evidenti gratia, vel per imprudentiam male judicarit: *l.* 5. §. 4. *D. de oblig. & act. l. ult. D. de extraord. cognit. pr. Inst. de oblig. quæ quasi ex del.* ubi Theophilus vertit καθ' ἑαυτοῦ δίκην ἐγείρειν, *litem contra se ipsum exitare.* Judex tunc *litem* suam facere intelligitur, quum dolo malo in fraudem legis sententiam dixerit. Dolo autem malo videtur hoc facere, si evidens ejus arguatur vel gratia, vel inimicitia, vel etiam sordes, ut veram litis æstimationem præstare cogatur: *l.* 16. *D. de judic.* Litem quoque suam judex olim fecisse, videtur, qui ad constitutum tempus, & qua hora judicare debebat, non venerat, quum judex esset datus, aut sumtus: ut colligi potest ex C. Cincii apud Macrob. *lib.* 2. *Saturn. c.* 16. his verbis: Inde ad comitium vadunt, ne litem suam faciant.

Litem etiam facere lex dicitur, qua judicium constitutum est. Quinctilian. *lib.* 7. *c.* 1.

Liti subsistere, *l.* 62. §. 1. *D. de evict.* dicitur, qui litem excipit, &

& ut vulgo loquimur, qui manet in caussa.

Litanias facere: *l. 3. C. Justin. & l. 30. C. Theod. de haeret.* Ita dictæ sunt initio supplicationes & preces, quæ in publicis cœtibus, seu ecclesiis fiebant: deinde pompæ illæ publicæ, quos vulgo processiones vocant: *Novell. 123. c. 32.* Demum sollemnes statæque rogationes hoc nomine adpellatæ sunt. Jac. Gothofr. in *Comment. ad l. 30. C. Theod. de haeret.* Cur. Du Fresne *in Gloss. hac voce.* Precum vero, quæ in illis processionibus cantabantur, formulas veteres Menarchus in *not. ad lib. sacrament. p. 156.* quæ haud multum differunt ab hodiernis ecclesiæ Latinæ *litaniis*. *Septiformis litania* hodie dicta est, quod totius urbis populus a Gregorio in septem partes Deum deprecaturas divisus est: Paul. Diac. *lib. 3. de gest. Langob. c. 25.* Major adpellari solet illa, quæ fit die S. Marci a Gregorio instituta, dum Romæ grassabatur pestis. Macer vero existimat, *majorem* esse dictam *litaniam*, quia ad majorem S. Mariam progreditur, & *minorem lituniam*, quia ad minorem S. Mariam dirigebatur processio. Triduanæ rogationes ante Dominicam ascensionem a Mammerto Episcopo Viennensi circa an. 452 institutæ. Litaniæ triduanæ post ascensionem in Ecclesia Mediolanensi observantur: Mabill. *lit. gall. p. 153.* Accipitur etiam quandoque *litania* pro solo Kyrie eleyson, tum in Græcis liturgiis, cum in regula S. Benedicti *c. 9. & 12.*

Litare, sacrificiis Deos placare. Paull. *lib. 5. Sent. tit. 23. §. 16.* Qui hominem immolaverint, exve ejus sanguine *litaverint*, bestiis objiciuntur, vel, si honestiores sint, capite puniuntur. Ad quem locum de immani veterum, ipsorumque Romanorum, ἀνθρωποθυσία. erudite differunt interpretes, in primis Schulting. *in jurispr. vet. antejust. p. 511.* Hein.

Litigare dicitur, qui judicio certat, & contendit, cuique adhuc sub judice lis est: *l. 31. D. de liberat. leg.* *Litigare* de conditione sua: *l. 1. D. eod. tit.* de libertate: *l. 13. §. 1. D. eod. tit.* pro libertate: *l. 4. D. eod. tit.* de possessione: *l. 11. D. de alien. jud. mut. caus.* de suo statu: *l. 22. quib. ex caus. major.* ex stipulatione: *l. 3. §. ult. D. de legat. 3.* de testamento; *l. 76. D. de legat. 1.*

Litigiosa res, est ea, de qua controversia mota est, judiciumve acceptum: *l. 1. D. de jur. fisc.* Litigiosam autem rem Justinianus *Novell. 112. c. 1.* intelligi vult, rem mobilem & immobilem, seseque moventem, de cujus dominio caussa inter petitorem & possidentem movetur, aut per judiciariam conventionem, aut per preces principi oblatas & insinuatas judici, ac per eum adversario interpellatoris cognitas. *Litigiosam* plane rem non facit denunciatio, quæ impediendæ venditionis caussa fit: *l. 1. D. de litigios.*

Litigiosus strepitus: *l. 1. C. Th. de contrab. emt.*

Litteræ, elementa apicesque significant, & a *notis* separantur: *l. 1. §. 6. D. de extraord. cogn. l. 40. D. de testam. mil.* Nam *notæ* litteræ non sunt: *l. 6. §. ult. D. de bon. possess.* Quamquam *litteræ* adpellatione *notas* exaudire debemus apud Manil. *lib. 4. Astron. v. 197.* Hic & scriptor erit velox, cui *littera* verbum est. *Litteræ*, licet aureæ sint, chartis membranisque cedunt: *l. 9. §. 1. D. de adquir. rer. dom. §. 33. Inst. de rer. divis.* Non figura *litterarum*, sed oratione quam exprimunt, obligamur, *l. 38. D. de oblig. & act.*

Litteræ, pro artium liberalium ſtudio. Qui pueros primas litteras docent *: l. 2. D. de vacat. & excuſ. mun.*

Litteras neſcire in libris noſtris dicuntur, qui nec legere ſciunt, nec ſcribere*: l. 3. §. 2. l. 6. D. de accuſ.* §. 8. *Inſt. de excuſat. tut.* Suet. *in Ner. cap.* 10. Ignarus litterarum : *l. ult.* §. 14. *C. de jur. delib.* id eſt, qui ſcribere neſcit. Imperitus litterarum : §. 8. *Inſt. de excuſ. tut.* Columell. *lib.* 1. *de re ruſt. c.* 8. Poteſt etiam illiteratus, dummodo tenaciſſimæ ſit memoriæ, rem ſatis commode adminiſtrare. Ejuſmodi villicum Cornelius Celſus ait, ſæpius numos domino, quam librum, afferre, quia neſcius litterarum vel ipſe minus poſſit rationes conſtringere, vel per alium, propter conſcientiam fraudis. Sic litterarum imperitiam accipe etiam in *l. 30. C. de teſtam.* & ignorantiam *litterarum* : *l.* 11. §. 1. D. *de inſtit. act.* & ex diverſo ſcientia litterarum : *l. 92.* §. 1. *D. de adquir. vel amitt. hered.*

Litteræ, pro epiſtola *: l. ult.* §. *ult. D. de obl. & act.* & paſſim. *Litteris* conventi accipiuntur, qui litteris ad magiſtratum, ubi conſiſtunt, factis judicio adeſſe monentur, vel adnotandos ſe eſſe & requirendos, certiorantur : *l.* 1. §. 1. D. *de requir. vel abſent.* Paull. *lib.* 5. *Sent. tit.* 4. §. 5. Poſt adpellationem interpoſitam litteræ dandæ ſunt ab eo, a quo adpellatum eſt, ad eum, qui de adpellatione cogniturus eſt, quas litteras *dimiſſorias* adpellant.

Adire Præſidem, *litteras* ei daturum *: l. 3.* D. *de fugit.* Ex qua lege pulcre locum Petronii *in Satyr. c.97.* illuſtrat Jo. van de Water *lib. 2. obſ. c.* 1. Quum enim ibi Aſcyltos Gytonem fugitivum inveſtigans, *in lance argentea indicium & fidem præſtitiſſe* dicatur, etiam Burmannus notaſſet, fidem eſſe diploma, a magiſtratu datum, quo cui poteſtas facta introeundi quaſvis ſuſpectas ædes : nemo non intelligit, de eodem diplomate loqui Petronium, quod hic attigit Ulpianus, dum ait, ex SCo & principum conſtitutionibus *fugitivos inquirere volentibus litteras eſſe dandas, &, ſi res exigeret adparitorem, ut eis ingredi tum permitteretur.* Hein.

Litteras facere, id eſt, ſcribere, & mittere : *l. 25. D. de pecun. conſtit. l. 60.* §. 1. D. *mandat. l.* 4. D. *de requir. & abſent.* Si miſeris ad me tabellarium tuum, & ego reſcribendi cauſſa litteras tibi miſero, ſimul atque tabellario tuo tradidero, tuæ fient. Idem accidet in his litteris, quas tuæ dumtaxat rei cauſſa miſero : *l.65. D. de adquir. rer. dom.*

Litteræ, quibus hereditas promittitur, vel animi adfectus exprimitur, vim codicillorum non obtinent : *l. 17. D. de jur. codicill.*

Litteræ, pro reſcripto principis, ſeu epiſtola *: l.* 1. §. *ult.* D. *ut legat. ſeu fideic. l.* 5. §. *ult. D. de jur. immun. l. 7. D. de vac. & excuſ. mun.* juncta *l.* 4. D. *de manum.*

Litteris contrahi dicebatur obligatio, quæ per ſcripturam menſæ nominibus fiebat : *l. 6. C. Theod. de denunc. vel edit. refer.* §. *un. Inſt. de litter. oblig.* Vetus Gloſſarium : *Litteris obligatio*, ἀγωγὴ διὰ γραμμάτων ἄρτι συμφωνηθεῖσα παλαιᾶς χρείας, ἢ μισθοῦ, ἢ ἀγωρασίας. *eſt novatio, litteris noviſſime facta, veteris debiti, ſive ex conductione, ſive ex emtione orti. Litteris*, τὸ παλαιὸν χρέος εἰς καινὸν δάνειον μετασχηματιζόμενον γράμματι τυπικῷ. *Litteris vetus debitum, in novum transfuſum, litteris ſollemnibus.* Aliud Gloſſarium: *Litteris obligatio*, ἡ ἐν γράμμασι, quæ ex litteris capit ſubſtantiam. Et

Et hæc eſt quam dicit Tribonianus ſcriptura obligationem, *d. §. un. Inſt. de litter. oblig.* Ne vero putes cum Salmaſio *de uſuris p.* 142. eamdem eſſe hanc litterarum obligationem cum illa veteri *obligatione nominum* de qua Caius loquitur. Fiebat *nominum* obligatio, quæ definiente Theophilo, *eſt veteris nominis in novum creditum per ſollemnia verba & ſollemnes litteras transformatio.* Poſt pauca addit: *ſunt autem hæc verba, quæ dicebantur & ſcribebantur: centum illos aureos quos mihi ex locatione debes, tu mihi ex conventione & promiſſione litterarum dabis. Deinde adſcribebantur, ut ab eo, qui jam ex locatione obligatus eſſet, hæc verba: ex conventione debeo litterarum mearum. Et prior obligatio exſtinguebatur, novaque litterarum naſcebatur.* Erat hæc teſte Hortenſio *ad Inſt. tit.* uti ſtipulatio, in quam itidem quævis promiſſa & debita transfundebantur. Gaius in *l.* 2. *D. de oblig. & act.* ſcripturæ proprietatem hæc verba ſollemnia ſcripta olim adhiberi ſolita adpellat: quamvis dubitari poſſit, utrum in formula Theophili ſollemnitas antiqua expreſſa fuerit. Ejus negotii naturam diligenter expoſuit Oiſel. ad Gaium *p.* 161. traditque Schultingius *ibid.* ſtipulationes olim in ſcripta redacta, actumque *ex chirographo ex ſtipulatu: l. ult. pr.* D. *de dol. mal. & mot. except.* Et hæc vetus illa obligatio *nominis*, *ſcriptura* facta obligatio, quæ, ut ait Tribonianus *pr. Inſt. de litter. oblig.* nominibus fieri dicebatur. Ab hac vero Jac. Gothofredus aliam ſeparat *litterarum* obligationem, de qua *l. 6. C. Th. de denunc. vel edit. reſcr.* ubi hæc verba leguntur: *Si quid debiti, vel quod ex fœnore, vel mutuo data pecunia ſumpſit exordium, vel ex alio quolibet titulo, in litterarum obligationem facta cautione translatum eſt.* vocabula hæc: *facta cautione*, interpretatus *facta ſcriptura*; Cautionis enim voce chirographum vel ſyngraphum ſignificari notum eſt: & *caveri* proprie pecunia credita in chirographis. *Translati* porro voce non novationem, vel transfuſionem unius contractus in alium, vel etiam delegationem, verum in chirographi ſcripturam redactionem ſignificari ait. Quo eodem ſenſu geſta *translata in publica monumenta dicuntur l.* 55. *C. Theod. de hæret.* Et alias dicitur in *l.* 5. *C. Juſt. de non numer. pec. ex præcedente cauſſa debiti in chirographum quantitas redigi.* Item illa, *Ex alio quolibet titulo in &c.* originem cautionis ſeu chirographi ſignificare, non mutationem. Denique verbis allegatis nihil aliud ſignificari quam chirographariam pecuniam, ex quocumque tandem contractus, vel tituli genere cauta: Senſamque adeo horum verborum non alium eſſe, quam legis 3. C. *Theod. d. tit. de denunc. vel edit. reſcr.* cum generatim & indefinite ait, exigendæ denunciationi locum non eſſe, cum quis ad luendum debitum evidenti chirographo convenitur. Idque etiam interpretatio huic legi ſubdita agnoſcit: *Pro repetendo* inquit, *debito unde certa ſcriptura profertur.* Pariter ut interpretatio ſubdita dictæ legi, ita habet *quando aliquis ad ſolvendum debitum certa cautione convincitur.* Litterarum obligatio & *cautio* pro eodem. Vid. Salmas *lib.* 1. *de uſur. c.* 6. *p.* 137. 138. Ab obligatione nominum, ut & ab illa de qua agitur in *d. l. 6. C. Theod. de denunciat. vel edit. reſcript.* diverſa eſt illa qua numeratæ pecuniæ ita aliquis ex ſcriptura tenetur, ut poſt biennium elapſum pecuniæ non numeratæ exceptionem opponere volens non audiatur, ſi etiam nume-

merationem factam non esse probare velit.

LITTERARIUS ludus: *l.* 1. §. 6. D. *de extraord. cogn.*

LITTERATORIE, id est, per epistolam. Si quis delegatorum judicum per certum nuncium, vel excusatorem *litteratorie* destinatum, non ostenderit, se interesse non posse: *c.* 21. *de offic. & potest. jud. deleg.* De hoc infimae latinitatis vocabulo vid. Du Fresne. *h. v.*

LITTERATURA, quae omnium virtutum maxima est: *l.* 1. C. *Theod. de decur. urb. Rom.* Seneca *Epist.* 88. *Quemadmodum prima illa, ut antiqui vocabant litteratura per quam pueris elementa traduntur.* Grammaticos certe olim *litteratos* & litteratores dictos, Sueton. *de illustr. Grammat. c.* 4. docet. Gell. *lib.* 16. *c.* 6. *Ibi quispiam linguae latinae litterator Romae a Brundusinis arcessitus, experiundum sese vulgo dabat.* Attamen grammaticos a *litteratoribus* separat Apuleius *in Florid. p.* 363.

LITTERATUS labor, apud Apulei. *in Apolog. p.* 276. *Litterata* militia: *l.* 8. *C. Th. de prox. sacr. scrin.*

Litteratos pro scribendi peritis accipimus *l. ult. C. de testam. Litteratus* servus, *l.* 43. *D. de contr. emt.* est litteris imbutus, ut exponit Suet. *de ill. gramm. c.* 4.

Litteratus interdum significat litteris vel stigmate inustum, quemadmodum & litteratam urnam, pro litteris nota dixit Plaut. *Rudent. Act.* 2. *sc.* 5. *v.* 21.

LITURA, qua litterae graphio delentur: *l.* 1. §. 1. D. *de his, quae in testam. del. Liturarios* pro adversariis dixit Ausonius *in Epist. centoni nuptiali* praefixa, ubi vid. Jos. Scaliger. *in Lect. Auson. lib.* 2. *c.* 13.

LITURGIA, *Novell.* 7. *c.* 11.

LITURGUS. Liturgorum mentio fit in *l. ult. C. Theod. de patrocin. vic. r.* non sunt actus ipsi publicarum functionum, ut censet Petitus in *Leges Atticus p.* 171. non functiones, quae praestabantur propter ministros publicos sive adparitores custodiae urbium adpositos, qui λειτουργοὶ Graecis dicebantur; ut idem *pag.* 172. verum personae ipsae munifices, id est, ministerium aliquod publice praebentes, agentes (sive *Leiturgos* sive *liturgos* dicas): In hoc vero sensu *liturgorum* per Ægyptum varii fuerunt, ut ex ea ipsa lege patet. Jac. Gothofr. *comment. ad d. l.* Vid. & Du Fresne *Glossar. h. v.* & Pet. Fabri *lib.* 1. *Semestr. c.* 17. *p.* 101. *seq.*

LITUS solebat Aquillius Gallus per translationem definire qua fluctus eluderet, ut Cic. *Top. c.* 7. auctor est. Quinctilian. *lib.* 5. *c. ult. Etiam ipsi jurisconsulti, quorum summus circa proprietatem verborum labor, litus esse audent dicere, qua fluctus adludit.* Celsus vero litus esse ait, quousque maximus fluctus a mari pervenit, idque M. Tullium aiunt, cum arbiter esset, primum constituisse: *l.* 92. *D. de verb. signif.* At Javolenus, *litus* publicum esse scribit eatenus, qua maximus fluctus exaestuat: *l.* 112. *D. eod. tit.* Nemo ad litus maris accedere prohibetur piscandi caussa: *l.* 4. *D. de divis. rer.* In litore jure gentium aedificare licere, nisi usus publicus impediret: *l.* 4. *D. ne quid in loc. publ.* Add. *l.* 1. §. 18. D. *de nov. op. nunc. l.* 14. *l.* 49. *D. de adquir. rer. dom.* Naturali jure communia sunt litora maris: *l.* 2. *D. de rer. divis.* Vid. & *l.* 13. D. *de injur. Litora*, quae fundo vendito conjuncta sunt, in modum agri non comparantur, quia nullius sunt, sed jure gentium omnibus vacant: *l.* 21. *D. de contr. emt.* Litora in quae pop. Romanus im-

imperium habet, populi Rom. esse arbitror: *l. 3. D. ne quid in loc. publ.* Litorum communis est usus: *l. 24. D. de damn. infect.* Litorum usus publicus est, & juris gentium: §. 5. *Inst. de rer. divis.*

LIVOR sacrilegus: *l. 2. C. Th. de Episc.*

LIXA. *Lixæ*, alias calones dicuntur, qui vilioris quæstus gratia exercitum sequuntur, puta lavandi aut coquendi caussa. Plerique milites secum homines conditionis ingenuæ, propinquitate simulata, vel conditione lixarum frequenter abducunt: *l. 11. C. Th. de re milit. Lixas, militum ancillas* ex vetere Glossario adduxit Barthius *Advers. lib. 23. c. 11.* Aliquando & ministros magistratus hac voce adpellari docet locus hic Apuleii *in Asin. aur. lib. 1. p. 113. Nam & lixas, & virgas, & habitum prorsus magistratui congruentem in te video.*

LOCARE, pro certa mercede vel pensione rei usum vel operam alteri concedere. Sic *locari* dicuntur agri civitatum vectigales: *l. 1. D. si ager. vectig.* monumentum: apud Cic. *Philip. 14. extr.* operæ: *l. 53. D. de undict. indeb.* Prædium publicum in quinque annos curator rei publicæ locavit: *l. 3. §. 1. D. de administr. rer. ad civit. pert. Locare* vectigalia, id est, fruenda publicano dare: *l. 2. §. 1. D. ad municipal. l. 45. §. ult. D. de jur. fisc. l. 3. C. de privil. fisc.*

Sed & *locare* opus dicitur is, qui id faciendum dat alteri, cui mercedem promittit: *l. 51. §. 1. D. locat. l. 1. §. 1. D. ad Leg. Rhod.* Sic *locare* ædem faciendam: *l. 30. §. 3. D. locat.* Domus facienda locata; *l. 60. §. 3. D. locat. Locare* insulam faciendam: *l. 22. §. 2. D. eod. tit.* lacum curandum: *l. 27. §. ult. D. ad Leg. Aquill.* Add. *l. 1. §. 1. D. de Leg. Rhod. l. 44. D. de fidejussor.* Locare opus aversione: *l. 36. D. locat.* opus exstruendum: *l. 2. §. 11. D. de administr. rer. ad civit. pert.* merces vehendas: *l. 1. D. de præscr. verb. l. 2. D. de Leg. Rhod.* quas Navicularius & auriga conducere (vehendas) dicuntur: *l. 11. §. 3. l. 13. §. 1. l. 19. §. 7. D. loc. l. ult. §. 1. D. de Leg. Rhod.* Vid. supra art. conducere. Hinc

Locati actio una, quæ locatori competit adversus conductorem ejusve heredem, ad mercedem justo tempore non solutam post moram, cum usuris solvendam, rem locatam, finito contractu restituendam præstandumque damnum, saltim culpa levi datum. Et hæc est locati actio pertinens ei qui operas suas vel rei usum alteri pro mercede promisit: *pr. Inst. de locat. cond.* Vetus Glossarium: *Locati* actio, ἀγωγὴ ἁρμόζουσα τῷ μισθώσαντι, ἵνα λάβῃ τὸ μίσθωμα, competens locatori, ad mercedem consequendam. Ad alteram *locati* actionem, eam scilicet quæ datur locatori operis faciendi, pertinent verba Legis 2. D. *de Leg. Rhod.* Si laborante nave jactus factus est, amissarum mercium domini, si merces vehendas locaverant, ex locato cum magistro navis agere debent: is deinde cum reliquis, quorum merces salvæ sunt, ex conducto, ut detrimentum pro portione communicetur, agere potest.

Locare, in aliquo loco constituere. Judices, quos potestas in excelso locat: *l. 19. C. Theod. de op. publ.* In medio jure locatis: *l. 2. C. Th. de liberal. causs.*

LOCARIUM, ut tradit Varro *lib. 4. de ling. lat.* adpellatur, quod datur in stabulo, & taberna, ubi consistant.

LOCATIO & conductio ita contrahi intelligitur, si merces consti-

tituta ſit pecunia nempe numerata, non autem aliud quid, vel factum promittatur, quo caſu eſſet contractus innominatus, & quidem pro rei uſu vel opera, præſtanda, vel opere faciundo.) *Inſt. de locat. conduct.* Si tibi polienda ſarciendaque veſtimenta dederim, gratis hanc operam te ſuſcipiente, *mandati* eſt obligatio: ſi vero mercede data aut conſtituta, locationis conductioniſque negotium geritur: *l.* 22. D. *de præſcr. verb.* Mandatum niſi gratuitum nullum eſt: interveniente enim pecunia res ad locationem & conductionem potius reſpicit: *l.* 1. §. *ult. D. mand.* Adeo familiaritatem aliquam inter ſe habere videntur *venditio & emtio*, item *locatio & conductio* ut in quibuſdam cauſſis quæri ſoleat, utrum emtio & venditio contrahatur, an locatio & conductio. Ut ecce, ſi cum aurifice Titius convenerit, ut is ex auro ſuo certi ponderis certæque formæ anulos ei faceret, & acciperet aureos decem, *emtio & venditio* contrahitur. Quod ſi aurum ſuum Titius dederit, mercede pro opera conſtituta, *locatio & conductio* eſt: §. 31. & §. 4. *Inſt. de locat. & conduct.* Convenit mihi tecum, ut certum numerum tegularum mihi dares certo pretio, utrum *emtio* ſit, an *locatio?* Reſpondit, ſi ex meo fundo tegulas tibi factas ut darem, convenit, *emtionem* puto eſſe, non *conductionem.* Toties enim *conductio* alicujus rei eſt, quoties materia, in qua aliquid præſtatur, in eodem ſtatu ejuſdem manet, quoties vero & immutatur & alienatur, *emtio* magis quam *locatio* intelligi debet: *l.* 65. D. *de contrah. emt.* Si quam rem nobis fieri velimus, veluti ſtatuam, vel vas aliquod, ſeu veſtem, ut nihil aliud quam pecuniam daremus, *emtionem* videri: nec poſſe ullam *locationem* eſſe, ubi corpus ipſum non datur ab eo, cui id fieret, aliter, atque ſi aream darem, ubi inſulam ædificares, quoniam tunc a me ſubſtantia proficiſcitur: *l.* 20. D. *eod. tit.* Quum do, ut facias, ſi tale ſit factum, quod *locari* ſolet, puta, ut tabulam pingas, pecunia data *locatio* erit: ſin res, non erit locatio: *l.* 5. §. 1. *D. de præſcr. verb.* Si mercedem accipiebam pro ſervo, quem in piſtrinum quis accipiebat, ex *locato* agere poſſe, quod ſi operæ ejus ſervi cum cuſtodia penſabantur, quaſi genus *locati & conducti* intervenit: *l.* 1. §. 9. D. *depoſ.* Quoties faciendum aliquid datur (in re ſua, & pro mercede) *locatio* eſt: *l.* 22. §. 1. *D. locat.* Quum inſulam ædificandam *loco*, ut ſua impenſa conductor omnia faciat, proprietatem quidem eorum ad me transfert, & tamen *locatio* eſt. *Locat* enim artifex operam ſuam, id eſt faciendi neceſſitatem: *l.* 22. §. 2. D. *locat.* conducit vero opus faciendum, dominus autem idem opus locat. Vid. *redemptor.*

LOCATOR, *l.* 12. D. *de vi & vi arm. l.* 9. D. *qui pot. in pign. Locator* domus: *l.* 60. *D. locati.* fundi: *l.* 35. *D. eod.* operis: *l.* 36. *l.* 37. *l.* 60. §. 3. D. *eod. tit.*

LOCULI; *l.* 53. §. *ult. D. de legat.* 3. *l.* 23. §. 1. D. *de pecul. leg.* arcula obſerata: qua pecuniæ condi adſervarique ſolebant. His enim *loculis* claves & clauſtra Ulpianus *in d. l.* 53. adjungit. Horat. *lib.* 2. *epiſt.* 1. *v.* 175. Geſtit enim in *loculos* numum demittere. Vulgares autem hujus generis loculos ligneos fuiſſe, pretioſiores eburneos, ex Martiali diſcimus, qui proinde numos aureos eburneis, reliquos vilioribus e ligno loculis condi æquum cenſet

ſet *lib.* 14. *epigr.* 13. his verſibus, quos loculorum eburneorum titulo inſcripſit: *Hos niſi de flava loculos implere moneta, Non decet: argentum vilia ligna ferant.* Sed & gemmas & lapillos hujuſmodi loculis adſervari conſueviſſe, Juvenal. *Sat.* 13. *v.* 139. indicat, quum ait: *Gemmaque princeps, Sardonychus, loculis quæ cuſtoditur eburnis.* Et quidem adparet, quantopere fallantur, qui *loculos* eoſdem cum ſacco, ſacculo, crumena, marſupio faciunt, quæ etiam Martialis diverſa fuiſſe docet, *lib.* 5. *epigr.* 40. *v.* 7. inquiens: *excuſſi loculoſque ſacculumque.* Ab arca utique, (quæ ut plurimum ærata erat,) magnitudine *loculi* ſeparabantur. Unde idem ſatyricus *Sat.* 1. *v.* 89. cæcum & precipitem luſorum inſaniam carpens: *Neque enim loculis comitantibus itur Ad caſum tabulæ: poſtea ſed luditur arca.* Sane hujuſmodi eburneos *loculos* jam inde ab Ovidii temporibus in uſu fuiſſe, argumento eſt, quod *lib.* 6. *Faſtor. v.* 749. Scripſit: *Loculis depromit eburnis.* Vetus Gloſſarium: *Loculi*, γλωσοκόλλοι. Emendat Briſſon. γλωσσόκομον, quod vocabulum in Evangelio D. Joannis *c.* 12. *v.* 6. & *c.* 13. *v.* 29. vetus interpres *loculos* vertit. Sed & Galenus *lib.* 2. *Comment.* εἰς τὸ περὶ ἀγμῶν *in Hippocratis de fracturis textum* 65. *p.* 218. *Tom. XII. operum* machinam quamdam chirurgicam, fracto femori vel cruri, ubi callus circumdatur, adcommodatam γλωσσόκομον adpellari, docens: *Gloſſocomum*, ait, ſecundum verſionem latinam ab Atticis adpellatur arcula illa, qua ſervare ſolent homines eas res, quas in pretio habent, & ſcripta quæ recondi volunt, qua nonnulli ad itinera utuntur. Heſychius cum Suida: γλωσσόκομον, θήκη, σωρός ξυλίνη τῶν λειψάνων, *Gloſſocomum, theca, item arca lignea, qua reliquiæ mortuorum continentur.* Ac plane etiam *loculum*, numero ſingulari, pro arca, qua mortui corpus conditur, uſurpavit Plinius *lib.* 7. *c.* 2. & Fulgentius *lib. de priſco ſermone*, *ſtatim initio*, pro *feretro.*

LOCUPLES, *a locorum copia dictus*, ut ait Quinctilianus *lib.* 5. *c.* 10. Cic. *lib.* 2. *de republ.* citante Non. Marcello: Olim, inquit, res erat in pecore, & locorum poſſeſſionibus, ex quo pecunioſi & locupletes adpellabantur. Add. Plin. *lib.* 10. *c.* 5. Feſtus *locupletes*, multorum locorum domini. Igitur & locuples in *l.* 5. *l.* 18. §. *ult.* D. *qui e a quib. manum.* qui ſolvendo eſt, ut in *l.* 29. D. *eod. tit.* Verum tamen *locuples* numquam habetur, qui rem alienam defendit: *l.* 166. D. *de reg. jur.* id eſt, ſit licet ſolvendo, numquam tamen ſatiſdatio remittitur. Nemo enim alienæ rei expromiſſor idoneus videtur, niſi ſi cum ſatisdatione: *l.* 110. §. 1. D. *de reg. jur.* Nemo defenſor in aliena re ſine ſatiſdatione idoneus eſſe creditur: §. 1. *Inſt. de ſatiſd.* *Lucupletior* eſſe, vel fieri dicitur is, ad quem aliquid commodi ex re aliqua pervenit: *l.* 28. D. *de dol. mal.* Pupillus autem, cui ſine tutoris auctoritate ſolutum eſt, quomodo locupletior factus intelligatur, vide *l.* 45. D. *de ſolut.* Metus cauſſa actionem prætor in heredem eatenus pollicetur, quatenus locupletior factus eſt, ſeu, quatenus ad eum pervenit: *l.* 16. §. *ult.* *l.* 17. *l.* 19. *D. quod met. cauſſ.* Ceterum ſi ipſa res, quæ ad heredem pervenit, interiit, non eſſe locupletem dicemus: ſin vero in pecuniam, aliamve rem converſa ſit, nihil amplius quærendum eſt, quis exitus ſit, ſed om-

omnino *locuples* factus videtur, licet postea deperdat: *l.* 18. D. *eod. tit.* In donationibus inter virum & uxorem jure civili impeditis hactenus revocatur dominium ab eo, ab eave, cui donatum est, ut si res consumta sit, condicatur, quatenus *locupletior* quis eorum factus est; *l.* 5. §. *ult.* D. *de don. int. vir. & ux.* Cujus rei quæ ratio habeatur, vide *l.* 7. *pr.* §. 1. & *l.* 9. §. 1. D. *eod. tit.* Bonæ fidei possessores, a quibus hereditas petitur, in id duntaxát tenentur, in quo *locupletiores* facti sunt. Quod uti accipiendum sit, vid. *l.* 23. *l.* 25. *pr.* & §. *seq. D. de hered. pet.* Porro locupletior esse non intelligitur, qui populares actiones habet: *l.* 7. D. *de popul. act.* nec qui libertum adquisierit: *l.* 126. §. 1. *D. de reg. jur. Locupletior* vero factus censetur pupillus, debito liberatus: *l.* 66. D. *de solut. Locupletior* quoque ex viri patrimonio facta mulier intelligitur, quæ ære alieno suo, interventu viri liberata est: *l.* 59. *D. de donat. int. vir. & ux.* Ceterum, quum quæritur, an quis locupletior factus sit, litis contestatæ tempus inspicitur: *l.* 47. D. *de solut. l.* 34. D. *de minor. l.* 39. D. *de negot. gest. l.* 7. D. *de donat. int. vir. & ux.* excepto eo, quod in bonæ fidei possessore rei judicatæ tempus spectatur: *l.* 36. §. 4. *D. de hered. pet.* Edicto cavetur, ut fidejussor judicio sistendi caussa datus, pro rei qualitate *locuples* detur: *l.* 1. D. *de in jus voc.* Talis vero fidejussor *locuples* videtur dari, non tantum ex facultatibus, sed etiam ex conveniendi facilitate: *l.* 2. *l.* 5. §. 1. *D. qui satisd. cog.* præterquam in necessariis personis, in quibus qualiscumque fidejussor pro locuplete accipitur: *l.* 1. *l.* 3. D. *in jus voc. ut eant.* Plane si ab arbitro, ad probandos fidejussores constituto, (ut fieri solet, per *l.* 9. D. *qui satisd. cog.* probati sunt fidejussores, pro locupletibus habendi sunt: *l.* 10. D. *eod. tit.* Unde Caius in *l.* 5. §. 1. D. *eod. tit.* Qui pro rei, ait, qualitate evidentissime *locupletem*, vel si dubitetur, adprobatum fidejussorem judicio sistendi caussa non acceperit, injuriarum actio adversus eum esse potest. *Locuples* reus in *l. ult.* §. *ult. D. de reb. cred.* & passim, *id est*, idoneus, & qui solvendo est. *Locuples* (vindex) Caio interprete in XII. Tabul. habetur is, qui satis idonee cavet pro magnitudine rei, quam actor petit: *l.* 234. §. 1. *D. de verb. signif.*

LOCUS est, ait Varro *lib.* 4. *de ling. lat.* ubi quid locatum esse potest, item, ubi quidpiam consistit. Et alias *eod. lib. Corpus ubi agitatur locus est.* Ex *loco* atrox injuria æstimatur, veluti si cui in theatro, vel in conspectu prætoris injuria facta sit: §. 9. *Inst. de injur.* Si *locus* in jubendo judicare non est comprehensus, videtur eo *loco* judicare jussisse, quo solet judicari sine incommodo judicantium: *l.* 5. *D. de judic. Locus* facit, ut idem vel furtum, vel sacrilegium sit: *l.* 16. §. 4. *D. de poen.* Eum *locum* compromisso inesse, de quo actum sit, ut promitteretur. Impune igitur ei non parebitur, si alio *loci* adesse jusserit: *l.* 21. §. 10. D. *de justit. & jur. Loco* plus petitur, veluti quum quis id, quod certo loco sibi stipulatus, est, alio loco petit sine commemoratione istius loci, in quo sibi dari stipulatus fuerit: §. 33. *Inst. de action.* De eo quod certo *loco* dari oportuit. Vid. *sub. art. Condictio de eo quod cert. loc.*

Locus, pro parte fundi. *Locus* enim est non fundus, sed portio aliqua fundi *l.* 60. *D. de verb. signif.*

signif. ubi tamen non magnitudinem, sed opinionem nostram, constitutionem & adfectionem *locum* a fundo separare, Ulpianus ait. Quo fit, ut a *fundo* vel *agro locum* plerumque auctores nostri separent: *l.* 54. *in fin. D. de evict. l.* 38. *in fin. D. de usurp. l.* 10. §. 2. D. *quib. mod. usufr. vel us. amitt.* §. 3. *Inst. de usuc. Loci* adpellatio non tantum ad rustica, verum etiam ad urbana ædificia pertinet: *l.* 60. §. *ult. D. de verb. signif.* Plane in edicto prætoris, *ne quid in loc. publ. fiat.* loci adpellatio & ad areas, & ad agros, & ad villas itineraque porrigitur: *l.* 2. §. 1. *D. ne quid in loc. publ.*

Locus pro ministerio vel sparta ponitur, in *l.* 41. §. 1. D. *de his, qui not. infam.* Unde & ἀξία vel gradus militaris, *locus* adpellatur: *l.* 14. *C. Theod. de re militar.*

Locus in *l.* 22. *C. Theod. de poen.* pro regione, seu tractu aliquo minore quam qui provinciam per se constitueret. Vid. Jac. Gothofr. *in Comment. ad d. l.*

Loca data, pro agris adsignatis: *l.* 1. C. *Theod. de fin. reg.* Cujacius aliter *lib.* 19. *obs. c.* 16.

Locus jurisconsultis erat etiam caput vel segmentum libri. Libros enim in titulos, hos in *locos*, vel capita dividere solebant, ut ostendit Bynkersh. *lib.* 5. *obs. c.* 15. Exempla sunt in *l.* 8. *pr. D. de inoff. testam. l.* 30. §. 7. *D. ad Leg. Falcid.* nec non ex viri ejusdem sententia, apud Juvenalem *sat.* 6. *v.* 245. *Principium atque locos Celso dictare paratæ*, quamvis ibi non de libro aliquo, sed de libello accusatorio loquatur satyricus. *Hein.*

Similiter & legum segmenta vel capita *locos* vocabant. Unde formula: *Ad locum* auctoribus Codicis Gregoriani & Theodosiani, nec non consultationis veteris Jurisconsulti, & collationibus Legum Mos & Rom. admodum familiaris, de qua supra sub art. *ad Hein.*

Locus certus: *l.* 1. D. *de his, qui effud.* opacus, & contra, solis plenus: *l.* 17. D. *de serv. præd. urb.* profanus: *l.* 29. *D. de religios.* publicus vel privatus: *l.* 1. *D. de his qui effud.* purus: *l.* 1. D. *de mort. infer.* religiosus: *l. ult.* D. *de mort. infer.* sacer, sanctus: *l.* 17. §. 3. *D. de aqu. & aqu. pluv.* item *loca* sacra, religiosa: *l.* 23. §. 1. D. *de rei vind. locus* serviens: *l.* 20. D. *de servit. præd. urb. Loco* removere: *l.* 3. §. 18. *D. de adquir. vel amitt. possess. l.* 15. *D. ad exhib. l.* 3. D. *de term. mot.* De loco sacro & *publico* interdictum vid. infra act. *Sacer.* item *publicus.*

Primo *loco* heredem instituere, vel scribere: *l.* 27. D. *ad Leg. Falcid. l.* 88. §. 4. D. *de leg.* 2. primum *locum* tenere: *l.* 1. §. 14. *D. de insp. ventr.* Qui eodem testamento, vel posteriore loco manumitterentur: *l.* 243. D. *de verb. signif.* secundo loco datum fideicommissum: *l.* 55. §. 2. D. *ad SC. Trebell.* factum testamentum, id est, posterius: *l.* 29. *D. eod. tit.*

In *locum* filii adoptare: *l.* 22. §. *ult.* D. *de adopt. l.* 2. D. *de vulg. & pup. subst.* & alibi. In alterius *locum* succedere dicuntur heredes, similesque personæ, quæ in universum jus defuncti succedunt: *l.* 42. D. *de reg. jur.* In *locum* alterius datus tutor: *l.* 28. D. *de excus.* tutoris dari: *l.* 1. *C. in quib. cas.* In interdicto *quod Legatorum* in *locum* successisse accipimus, sive per universitatem, sive in rem his sit successum: *l.* 1. §. 13. D *quod legator.* Simili modo in *l.* 7. & *l.* 8. *D. de jurejur.* Neque eos, qui in

in locum ejus, cui jusjurandum delatum eſt, ſuccedunt, etſi in rem ſucceſſerint. In ſuorum *loco* ſuccedere: *l.* 1. §. 7. *D. de conjug. cum emancip. l.* 13. D. *de injuſt. rupt. loco* patrum ſuccedentes nepotes: *l.* 3. *C. de his, qui num. lib. vel paupert. excuſ. Locum* obtinere adoptivi: *l.* 27. *D. de adopt.* parentis: *l.* 16. D. *ſolut. matrim.* liberorumve: §. 1. *Inſt. de nupt.* rei: *l.* 4. D. *de fidejuſſ.* ſervitutis: §. 9. *Inſt. de legat. Loco* eſſe abſentis: *l.* 124. §. *ult.* D. *de reg. jur.* aviæ: *l.* 23. D. *de adopt.* Pactionis *loco* accipi: *l.* 7. §. 12. D. *de pact.* Prædonis loco intelligendus: *l.* 46. D. *de heret. pet.* Pretii *loco* haberetur: *l.* 4. D. *de dol. except.* Qui acceſſionis *loco* promittunt: *l.* 34. *D. de fidejuſſ.* id eſt, tamquam alienæ obligationi accedentes.

Loco ſolutionis cedit jusjurandum: *l.* 27. *D. de judiciis.*

Locus eſt, vel non eſt, huic vel illi rei, & *locum* habet vel non habet ea res, idem valent, ita, ut ceſſare dicatur id cui locus non eſt, vel quod locum non habet: *l.* 1. §. *ult. l.* 12. *D. de SC. Maced. l.* 9. D. *quod met. cauſſ.* Sic *locus* eſt actioni: *l.* 10. §. 5. *D. quæ in fraud. credit. & aliis locis,* adpellationi: *l.* 1. §. 1. D. *quæ ſent. ſin. adpell.* bonorum poſſeſſioni: *l.* 4. D. *de bon. poſſ. contr. tab.* cautioni: *l.* 1. §. 16. *D. ad Leg. Falcid.* & ſic porro de aliis multis. Sic *locum* habent vel non habent acceſſiones: *l.* 13. §. 12. *D. de adquir. vel amitt. poſſeſſ.* actio: *l.* 15. *pr.* D. *de injur. &c.* Eodem ſenſu veteres utuntur phraſi: *Locum facere rei*, id eſt, efficere ut illi locus ſit. Sic e. g. Perſonæ conditio *locum* facit beneficio: *l.* 68. D. *de reg. jur. Locum* facere edicto: *l.* 27. D. *ſi quis omiſſ. cauſ. teſtam.* exceptioni: *l.* 1. §. 3. D. *quar. rer. act.* falcidiæ: *l.* 5. §. 5. D. *de legat. præſt.* fiſco, id eſt, bona alicujus præſcribi: *l.* 1. *C. Theod. de curat. calend.* Sibi *locum* facit poſtumus: *l.* 5. *D. de injuſt. rupt.*

Locus pro conditione. Deteriore *loco* libertus eſt: *l.* 2. *D. ne quis eum, qui in jus voc.* Homo honeſtioris loci: *l.* 3. §. 5. D. *ad Leg. Cornel. de ſicar.* humilis loci: *l.* 38. §. 8. D. *ad Leg. jul. de adult.* Humiliori *loco* poſitus: *l.* 1. §. *ult. D. ad Leg. Cornel. de ſicar.*

LOCUSTARUM edaci pernicie vitium ſterilitatis interceſſit: *l.* 10. *C. de locat.* qua de re vid. Plin. *lib. c.* 29. ubi frequentem hanc perniciem in Africa eſſe, & coortas inde locuſtas Italiam aliquando infeſtare, teſtatur. In Syria Neronis temporibus exorta vis locuſtarum ambederat, quidquid herbidum, aut frondoſum, teſte Tacito *lib.* 15. *Annal. c.* 5. Similia exempla ſunt apud Gregor. Turon. *lib.* 4. *hiſt. c.* 20. & Nicol. Burgund. in *vita Ludovici IV. Imp.*

LOGARIUM, rationum libellus. Chartæ ad ratiunculam, vel ad *logarium* paratæ: *l.* 3. §. 10. *D. de poen. leg.*

LOGISTA, Græcis & curator reipublicæ vel civitatis: *l.* 3. *C. de mod. mulct.*

LOGOGRAPHUS, *l. ult. D. de muner. & honor. l.* 1. *l. ult.* C. *de tabul. ſcrib. & logogr. l. un. C. Theod. ne conlat. per logogr. l.* 8. *eod. C. de cohortal. princip. Novell.* 128. *c.* 13. Hi tributorum rationes conſcribebant, & tabulariorum ea in re munere fungebantur. Eos certe abſoluto tormentorum periculo obnoxios fuiſſe, ait *l. un. C. Theod. de conlat. per logogr.* Logographi civitatum: *l.* 3. *C. Theod. de tabular.*

lar. chomatum : *l. 6. C. Theod. de patroc. vicor.*

LOLIUM : *l.* 27. §. 14. D. *ad Leg. Aquil.* Illud Plin. *lib.* 22. *c. ult.* inter frugum peſtes aperte ponit, & a Virgilio *lib.* 1. *Georg. v.* 153. infelix dictum eſſe ſed notat *lib.* 18. *c.* 17. *Lolium* ut & tribulos ; & carduos , inter frugum morbos potius, quam inter ipſius terræ peſtes numeranda cenſet. Ceterum locus ex *d. l.* 27. §. 14. *D. de Leg. Aquil.* mirifice illuſtrat parabolam Chriſti, de homine inimico zizania ſpargente in agro bene conſito. *Matern. v.* 24. ad quem locum de voce ζιζάνια videndus Jo. Contr. Schnarz. *ad Jo. Olear. de ſtilo nov. teſtam. p.* 176.

LONGÆVUS homo : *l.* 56. D. *de uſufr.* uſus : *l.* 2. *C. qui ſit long. conſuet.*

LONGE, pro valde poni, Serv. *in Aen.* 5. *v.* 406. notat. & ita paſſim in libris noſtris.

LONGINQUA taciturnitas: *l. un. C. Theod. ſi cert. pet. de chirogr.* excurſio : *l.* 13. §. *ult. D. de alim. vel cib. legat.*

LONGINQUITAS ſoli : *l.* 14. D. *de damn. infect.* temporis: *l. ult. C. de long temp. præſcr.*

LONGINQUO abfuturus : *l.* 44. D. *de procurat.* abſens : *l.* 39. *D. de legat.* 1.

LONGUS, *a*, *um Longa* conſuetudo id eſt, diuturna : *l.* 1. D. *de mun. & hon. Longi* temporis : *l.* 1. *C. de ſervit. Longior* dies, *l.* 16. *l.* 18. *D. de pact. dotal. l.* 15. §. *ult. D. de in diem addict.* Paull. *lib.* 5. *ſent. tit.* 9. §. 1. id eſt, longius tempus. Sic longiorem diem dare *Plin. lib.* 10. *Epiſt.* 85. *Longa* differentia : *l.* 31. D. *de ſolut. Longa* manu tradita pecunia. Vid ſub *art. manus. Longæ* naves : *l.* 2. *D. de capt.* & poſtl. Gell. *lib.* 10. *c.* 25. Varro *de ling. lat.* Ceterum navem *longam* definit Iſidorus *lib.* 19. *c.* 1. dromonem : dictam eo, quod longior ſit ceteris, cui contrarius muſculus, brevius navigium. *Longa* poſſeſſio. Per *longam* poſſeſſionem capere : *l.* 26. *D. de adquir. poſſeſſ.* id eſt, decennium, vel vicennio. *Longum* enim tempus decennii inter præſentes, vicennii inter abſentes ſpacium comprehendit, auctore Paullo, *lib.* 5. *ſent. tit.* 2. §. 3. & *tit.* 5. §. 8. Juſtiniano *pr. Inſt. de uſucap.* Gratiano, *can. placuit* 6. *quæſt.* 3. Et ita *longam* poſſeſſionem in pandectis accipere oportet, in quibus hæc verba, uſucapioni a Triboniano attributa legimus. Nam quod Juriſconſulti biennio capere dixerunt, id ipſe poſt uſucapionem a Juſtiniano transformatam *longa* poſſeſſione, vel *longo* tempore capere dixit, ut pandectis cum codice conveniret : *l.* 2. §. 6. *l.* 4. *l.* 7. §. *ult.* D. *pro emtor. l.* 76. *in fin. D. de contr. emt. l.* 3. *l.* 11. *in fin. D. de div. temp. præſcr.* & *paſſim.*

LOQUI & *fari*, diverſa facit Varro *lib.* 5. *de ling. lat.* his verbis: *Loqui* ab *loco* dictum, quod, qui primo dicitur *fari*, & vocabula & reliqua verba dicit ante, quam ſuo quidque loco dicere poteſt. Hunc Chryſippus negat *loqui*, ſed *ut loqui*. Quare ut imago hominis non ſit homo, ſic in cornicibus, pueris, primitus incipientibus *fari*, verba non eſſe verba, quod non *loquantur*. Igitur is loquitur, qui ſuo loco quodque verbum ſciens ponit.

Sed & teſtamenta, & leges, & reliqua in ſcripturam redacta *loqui*, vel auctores eorum per illa *loqui* dicuntur. *Loqui* dicitur teſtamento, qui ſermonem dirigit ad heredem vel legatarium : *l.* 47. §. *ult. D. de fideic. libert.*

LORICATIO, pro tectorio, incruſtatione parietum ex marmorato, arenato & hujuſmodi : *l.* 79. *in fin. D. de verb. ſignif.*

De

De latiore hujus vocabuli usu apud architectos, (nam & omnem contignationem contabulationem significat,) & Vitruv. *lib.* 7. *c.* 1. ejusque interprete Philandro, quædam monuit Ducker. *de Latin. vet. jurisc.* p. 424. Hein.

Lorum, scutica, qua quis cæditur. *Loris* cæsus: *l.* 43. §. 5. *D. de Aedil. edict.* rumpere: *l.* 15. *D. de injur.* Cic. *phil.* 13. *c.* 12. Quos Antonius deliciarum caussa *loris* in convivio cædi jubebat a servis publicis. Alias *lorum* pro quavis corrigia ex corio facta. Unde: mulum ad pollicem adligare de loro: *l.* 27. §. 34. D. *ad Leg. Aquil.* Inde *lorarii* adpellati, qui magistratus in provincias euntes sequebantur, &, quos erant jussi, vinciebant, aut verberabant, sicuti Gellius eos describit *lib.* 10. *c.* 3. *in fin.* Vid. Pet. Fab. *lib.* 2. *semestr. c.* 24. Eorumdem & inter privata mancipia sæpe numero meminit Plautus, veluti *in Captivis*, ubi & inter personas sunt *lorarii*. Erant servi, qui conservos vel de fuga suspectos, vel delicti reos dominorum jussu vel vinciebant, vel cædebant loris.

Lubricæ mentes: *l.* 3. *C. Theod. de apostat.*

Lubricum pro lubrico loco, *in l.* 7. §. 2. D. *ad Leg. Aquill. serv. in* 2. *Aen. v.* 474. ad hæc verba *lubrica terra*: *Lubricum*, inquit, dicitur, quod labitur, dum tenetur, ut piscis, serpens, & locus, in quo labimur; ut: Sese opposuit Salio, per *lubrica* surgens.

Metaphoriæ *lubricum* tribuitur ei, ob quod facile quis labitur. Sic *lubricum* ætatis: *l.* 11. §. 5. *D. de minor. l. ult. C. si adv. delict.* pro inconsulta facilitate, juvenili levitate, ac denique infirmitate ætatis, ut loquitur *l.* 18. *D. de minor.* Sic & *lubricum* consilii: *l.* 3. §. 5. *D. de test.* linguæ: *l.* 7. §. 1. *D. ad Leg. jul. majest.* tutelæ: *l.* 4. §. 1. *D. de usur.*

Lucania, Italiæ regio, quæ per correctores regebatur. Ejus fit mentio in *l.* 6. *C. Theod. quib. equor. us. l.* 7. *eod. C. de indulg. debit.* & *Novell. Valent.* & *Martiani de suariis*, Lucaniæ autem correctorem, ad similitudinem correctoris Apuleiæ & Calabriæ officium habuisse, Marianus *in Notitia* docet.

Lucentes divini sacerdotii integritate: *l.* 2. *C. Theod. de episcop. judic.*

Lucerna, a lychno dicta, & hinc brevis est Lucillio & Horatio, ut Serv. *in Aen.* 11. *v.* 657.

Lucernam accendere monimento: *l.* 44. D. *de manum. testam.*

Lucidius intelligetur: *l.* 1. D. *de dol. mal. except.*

Lucius *Titius*, ut & *Caius Seius* exempli loco pro ὁ δεῖνα, seu *quidam* poni solet a juris-consultis, ut Dionis & Theonis nomen a philosophis in exemplis usurpatur, ceu Plutarch. ἐν αἰτίοις, vel *Quæst. Rom.* 29. adnotavit. Cujus rei testimonia, in pandectis passim obvia, nimiæ, ne dicam putidæ esset diligentiæ conquirere. Illud unum monuisse sat erit, non prudentes modo, verum etiam prætores ipsos in edictis suis hoc nomine personas quaslibet designasse, ut adparet ex *l.* 1. *D. de tab. exhib. l.* 10. *D. quæ in fraud. cred.* Addenda hic, quæ de talibus nominibus, a jureconsultis in arte sua adhibitis, observavit Bynkersh. *obs. lib.* 1. *c.* 22. Hein.

Lucrari. *Lucrati* duumviratus curas, id est liberati & soluti a duumviratu, & officio curatoris civitatis, *l.* 1. *C. Theod. de honor. codicill.*

LU-

L u c r a t i v a caussa adpellatur, ex qua accipienti nihil abest, veluti donationis, vel legati: *l.* 82. §. 2. *D. de legat.* 1. *l.* 13. §. 15. D. *de act. emt.* & aliis locis. Ex promissione dotis lucrativa caussa non est: sed quodammodo creditor aut emtor intelligitur, qui dotem petit: *l.* 19. D. *de oblig. & act. Lucrativa* possessio, i. e. quam quis ex lucrativa caussa nactus est. *Lucrativas* res, eas tantum volumus adpellari, quæ hereditatis, legati, fideicommissi jure, mortis caussa donatione, vel cujuslibet postremæ voluntatis arbitrio ad quempiam delabuntur. Inter vivos etiam donatio, simplici liberalitate confecta *lucrativæ* merebitur & nomen, & sarcinam. Si vero vel socer futurus filii, vel nepotis, vel pronepotis sponsæ, adfinitatis coeundæ caussa donaverit, vel parens etiam filiam, vel neptem, vel proneptem, curiali, seu extraneo nubentem, donaverit: licet casus eventu res ejus, cui data est, vertatur ad lucrum, inter lucrativas non numerabitur: *l. un. C. de impon. lucrat. descr. Lucrativa* in dicto titulo *C. Justin. &* C. *Theod.* Jac. Gothofr. interpretatur de iis, quæ non curialis de substantia, curialis ex lucrativa caussa percepit. *l.* 16. *in fin. C. Theod. de agent.* seu de possessionibus, quas quis ex lucrativa caussa detinet, quum antea fuerint curalium: *l. un.* C. *Theod. de imp. lucr. desc.. l.* 123. *C. Theod. de decurion. l.* 173. *eod. tit.* puta, si quis non curialis legitimus vel testamentarius heres, fideicommissarius, aut legatarius curialis fuerit, vel etiam viventis locupletatus fuerit liberalitate: *l.* 107. *C. Theod. de decurion.* Hujus modi *lucrativis* certa descriptio imponebatur, a possessore præstanda: *l.* 16. *C. Theod. de agent. l.* 107. *C. Theod. de decurion.*

L u c r i f a c e r e dotem: *l.* 10. D. *sol. matr. l. 6.* D. *ad leg. Falcid. l.* 29. *D. l.* 29. D. *de religios.* hereditatem: *l.* 1. §. 4. *D. si quis omiss. causs. test.* servum: *l.* 14. §. 8. *D. de serv. corrupt.* superficiem: *l.* 86. §. *ult. D. de legat.* 1. *Lucrifit* aqua: *l.* 5. §. 3. D. *de aqu. quotid. & æstiv.*

L u c r o s a bona: *l.* 8. §. 2. *D. qui testam. fac.* hereditas: *l.* 17. D. *si quis omiss. causs. test. l.* 3. D. *de bon. possess.* §. 1. *Inst. de auct. tut.* ignorantia: *l. 6.* §. 10. D. *quæ in fraud. cred.*

L u c r u m facere, & *damno affici* adversantur: *l.* 22. D. *ex quib. causs. major. Lucrum* adventitium: *l.* 4. D. *de manum. Lucro* ejus cedit: *l.* 22. D. *solut. matrim.* Si quod lucrum ex emtione descendit: *l.* 7. D. *pro soc. Lucrum* extorquere: *l.* 5. §. 1. *D. de calumniat. Lucrum* facere ex alterius poena vel damno: *l.* 18. *D. ex quib. causs. major. Lucrum* non intelligitur, (in societate) nisi omni damno deducto, neque damnum, nisi omni lucro deducto: *l.* 30. D. *pro soc. Lucrum* quod (quis) sensit: *l.* 25. *D. de hered. pet.* suo *lucro* non meo commodo studet: *l. 6.* §. 2. *D. de neg. gest.* De *lucro* quoque minoribus subvenitur: *l.* 7. §. 6. & §. 8. *D. de minor.* Multum interest, utrum damnum quis faciat, an lucro, quo adhuc utebatur, uti prohibeatur: *l.* 36. *D. de damn. infect.*

L u c t a m e n. Adpellationis injustæ discrimen competenti subire *luctamine: l.* 40. *C. Theod. de adpell.* Etiam si quod possit tribui de proprietate *luctamen*: *l. un. C. Theod. quar. bon.*

L u c t u o s a hereditas: *l. ult. C. de instit. & substit.* portio: *l.* 28. *C. de inoff. test.* ut & luctuo-

luctuosum lucrum : *l. ult. C. commun. de success.* adpellabatur hereditas liberorum, quæ ad parentes redibat. Similes loquutiones & alibi passim occurrunt. Sic eadem hereditas vocatur tristis successio : §. 2 *Inst. ad SC. Tertull.* item non grata hereditas, sed triste lucrum : *l.* 11. *C. comm. de success.* quia nimirum parentes ad bona liberorum ratio miserationis admittit, liberos naturæ simul & parentium commune votum : *l.*7. §. 1. D. *si tab. test. null. exstab.* vel, quia illis non debetur filiorum hereditas, propter votum parentium, & naturalem erga liberos caritatem, sed quia turbato ordine mortalitatis, non minus parentibus, quam liberis pie relinqui debet : *l.* 25. *pr. D. de inoff. testam.* id est, quia lucrum istud parentes non nisi cum luctu & gemitu & contra votum capiunt. *Hein.*

LUCTUS ægritudo est in ejus, qui carus fuit interitu acerbo. Lamentatio vero est ægritudo cum ejulato. Cicero 4. *Tuscul.* quæ ad honorum fortunæ amissionem aliquando extenditur : Juvenal. *Sat.* 13. De luctu minuendo exstat lex hæc XII Tabularum : *Mulieres genas ne radunto, neve lesum funeris ergo habento*, i. e. Mulieres ne genas unguibus dilanianto, seu faciem carpunto, neque lugubrem ejulationem, seu fletum in funeribus adhibento. Vid. Fest. in verbo radere. Hic vero luctus domesticus adpellabatur. Luctus annuus lege firmatur 1. *D. de his qui not. infam.* Luctus vero feminarum minutus fuit amplissimo decreto, quo tristior habitus, aliaque tristitiæ insignia mulieribus remittuntur : *l. decreto C. ex quib. causs. infam. irrog.* At quæ nondum a viro cognita fuit illum lugere debet : *l. denique D. de rit. nupt.* Tempus *luctus* continuum est: *l. genero D. de his, qui not infam.* Non solent autem lugeri hostes, vel perduellionis damnati, neque suspendiosi, neque qui sibi manus intulerunt, non tædio vitæ, sed mala conscientia : Cujac. *lib.* 15. *observ. c.* 34. Vid. *l. minime D. de religios.* Viri uxores lugere non compelluntur : *l. uxorem D. de his, qui not. infam.* Qui luget a conviviis, ornamentis, purpura & alba veste abstinere debet: Paull. *lib.* 1. *Sent. tit.* 23. Luctum publicum matronarum Romæ tradit Livius *lib.* 2. Dionys. *lib.* 5. Caussas minutionis luctus Festus profert *in verbo minuitur.* At militibus & Ducibus jus hoc singulare legibus fuit concessum, ut si eorum corpus non compareret, lugerentur ; *l. fin.* §. *fin.* D. *de his, qui not. infam.* Dn. Giron. Vid. in *lugere.*

Luctum habere memoriæ : *l. ult.* D. *de his, qui not. infam. Luctus* tempus legitimum vid. supra sub art. *legitimum.* Luctus liberorum & parentium : *l.* 11. *D. eod. tit.* Sponsi nullus *luctus* est : *l.* 9. *D. eod. tit.* Vid. infra *lugere.*

LUCULENTA consonantia : §. 2. *procem. Inst.*

LUDERE aleam : *l.* 26. *D. de injur.* Suet. *Aug. c.* 71. de Augusto epigramma scribit vulgatum ejusmodi : Postquam bis classe victus ; naves perdidit : aliquando ut vincat, *ludit* adsidue aleam. *Ludere* pila : *l.* 11. *l.* 52. §. *ult.* D. *ad Leg. Aquil.*

Ludere pro *eludere.* Si post has contestationum voces longa debitoris absentia vel redhibitio proteletur, vel novatio justa *ludatur: l. un. C. Theod. si cert. pet. de chirogr.* Sic in *l.* 5. *eod. C. de denunc. vel edit. rescr.* Nullis eum temporum moris esse *ludendum*, hac lege decernimus.

LUDIBRIO corporis sui quæstum facere : *l.* 15. *C. Th. de scenic.*

Lu-

Ludibrio habere filium vel ſervum: *l. 26. D. de injur.*

LUDICRAS artes agitari: *l. 2. C. Theod. de majuma.* De iis vide ſupra art. *ars.*

LUDIFICANTE mora in longum protrahere: *l. un. C. Th. de petit. & deſiſt.* Ludificatur poſſeſſor: *l. 8. §. 8. D. quib. mod. pign.*

LUDIFICATIONES admitti non convenit: *l. 1. C. Theod. quæ adpell. non rec.*

LUDUS, pro ſpectaculo. Tales in jure noſtro, *l. 10. D. ad Leg. jul. de vi publ.* & alibi memorantur *ludus* beſtiarius, apud Senecam *Epiſt.* 70. qui & ſimpliciter *ludus* dicebatur, & pœnæ mediocris genus ſtatuebatur a Paullo *lib. 5. Sent. tit. 17. §. 3.* Ludi Circenſes: *lib. 122. D. de legat. 1. l. 2. l. 4. l. ult. C. Theod. de præt. & quæſt.* curules, vel curule certamen: *l. 1. C. Theod. de equ. curul.* de quibus vide ſuis locis, vel equorum circenſium ſpectacula, uti in *l. 1. D. de mun. & honor.* Ludus gladiatorius: *l. 1. C. Theod. ad leg. Fab. l. ult. C. de gladiat.* B. Cyprian. *lib. 2. epiſt. 2.* Paratur ludus gladiatorius, ut libidinem crudelium hominum ſanguis oblectet. Iſidor. *lib. 18. etymol.* Ludus gladiatorius inde dictus, quod in eo juvenes uſum armorum condiſcant, & modo inter ſe aut gladiis, aut pugnis certantes, modo contra beſtias incedentes, ſubeant ferale certamen. Quinctilian. *Declam.* 302. Non ſumus magnæ legis interpretes: non *ludum*, non arenam, nec armorum ſcientiam complexa eſt. Tertullian. *de patient. c. 7.* Quum denique ludo & caſtris ſe locant. Lactant. *lib. 6. divin. Inſt. c. 20.* Hos tamen *ludos* vocant, in quibus humanus ſanguis effunditur. *Ludi* Scenici: *l. 122. D. de legat. 1. l. 2. l. 4. C. Theod. de præt. & quæſt.* & apud Cic. *lib. 3. de orat. c. 1.* Iidem & *ludi* theatrales: *l. 2. C. Theod.* ludus venatorius: *l. 8. §. ult. D. de pœn.* vid. infra art. *venatio.* Et ad *ludos* hujuſmodi ferales pertinent loquutiones: *Ludo* adjudicari: *l. 8. C. Theod. de pœn.* Quam pœnam irrogari Chriſtianis vetant Impp. Valentinianus & Valens, *d. l. 8. C. Theod. de pœn.* Ea cauſſa eſt, cur in conſtitutione quadam Conſtantini, in qua ſcriptum fuerat: *Si quis in ludum fuerit, vel in mettallum damnatus*, Tribonianus tantum *metalli* mentionem fecerit: *l. 17. C. de pœn.* ut patet ex *l. 2. C. Theod. eod. tit.* Servi in ludum venatorium dari ſolent: *l. 8. §. ult. D. de pœn.* vel ad *ludum* damnari: *Collat. Leg. Moſ. & Rom. tit. 1. §. 7. l. 2. C. Th. de pœn.* Plin. *lib. 10. epiſt.* 40. Quidam vel in opus damnati, vel in *ludum*, & ſimilia his genera pœnarum. Tertull. *de ſpectac. c. 19.* Etiam, qui damnantur in *ludum*, quale eſt, ut leviore delicto in homicidas emendatione proficiant. Clemens *Conſtit. Apoſtol. lib. 5. c. 1.* Ἐι τις χριςιανὸς κατακριθῇ ὑπὸ ἀσεβῶν εἰς λȣ̃δον, ἢ θηρία, ἢ μέταλλον. *Si quis Chriſtianorum ab impiis in ludum, vel ad beſtias, vel in metalla damnatus ſit.* Et ad hoc pœnæ genus ſpectant verba hæc Senecæ *lib. 2. de clement. c. 6.* Catenas ſolvi jubebit, & *ludo* eximet.

Ludus & pro ſchola liberalium artium accipitur. *Ludi* litterarii magiſtri: *l. 1. §. 6. D. de extraord. cognit.* Seneca *Epiſt.* 94. Si ludum litterarium intraveris, ſcies, iſta, quæ ingenti ſupercilio philoſophi jactant, in puerili eſſe præſcripto. Idem tamen *Epiſt.* 71. Ludum quoque philoſophorum dixit. Ceterum *ludi* litterarii magiſtri, teſte Aſcon. *in Divinat.* proprie ſunt *ludimagiſtri*; omnem enim ſcholam *ludum* dixere Romani.

Terent. *Phorm. Act.* 1. *sc.* 2. In quo hæc discebat ludo. Vetus glossarium : Ludimagister, γραμματοδιδάσκαλος. In officio quoque militari omne negotium vel pugnam esse, vel *ludum*, ait Donat. *in Phorm. Act.* 2. *sc.* 2.

LUERE, significat solvere, teste Varrone *lib.* 4. *&* 5. *de ling. lat.* & Festo Pompeio, non uno loco. Idem Varro in ἑκατόμβη περὶ θυσιῶν, citante Nonio, *in verbo lutavi:* In quo ego, ut puto, quoniam est *luere solvere, lutavi.* Vetus Glossarium : *luere* διαλῦσαι. *luit*, ἀπέτισεν. Eo pertinent sequentia : Capite *luendum*, vel minore supplicio : *l.* 16. §. 4. *D. de pœn.* Luere debitum : *l.* 3. *C. Theod. de denunc. vel edit. rescr.* fundum a testatore obligatum : *l.* 78. §. 6. D. *ad SC. Trebell.* id est, liberare nexu pignoris soluto debito. *Luere* ornamentum pignori positum : *l.* 33. §. *ult.* D. *de legat.* 3. pignus : *l.* 7. §. 22. D. *comm. divid.* pœnam : *l.* 8. *D. de jurisd.* Serv. *in lib.* 10. *Æn. v.* 32. *luant* peccata ait, id est, absolvant. Dicimus autem & *luo* pœnam, melius & *luo* peccatum. Nam peccatum solvitur pœna. Qui enim crimine tenetur obnoxius, eum pœna a pristina liberat obligatione. Contra *luo* pœnam si dixeris, non præcedit quare pœna solvatur. Tamen auctoritas ita licenter confundit, more, quo solet poni vel a sequenti, quod præcedit, vel præcedenti, quod sequitur. *Luere* prædium a creditore : *l.* 52. §. 1. D. *de act. emt.* rem obligatam : *l.* 57. *D. de legat.* 1. Luere se : *l.* 8. *C. de re milit.* quod faciunt, qui alterius pecunia ab hostibus redemti ab eo se liberant : quia nexu quodam pignoris pro ea pecunia tenentur. Ejusque nexus solutio, quæ fit præstito redemptionis pretio, *luitio* adpellatur : *l.* 1. §. 4. D. *de suis & legit. l.* 15. *D. de capt. & postl.*

LUGDUNUM. Plinius coloniam vocat *lib.* 4. *c.* 18. Olim vero hanc urbem insulam adpellatam, quod in confluente Rhodani & Araris sita esset, non male colligi videtur ex Polyb. *lib.* 3. *c.* 49. *p.* 280. *edit. Gronov.* ubi hanc ipsam urbem digito demonstrare videtur, quum ait, secundum latinam interpretationem : Hannibal quarto die, postquam a Rhodano erat profectus, ad insulam quam vocant, pervenit, regionem, & cultoribus frequentem, & frumenti feracem, e re ipsa ita nominatam, siquidem hinc Rhodanus, inde Arar, latera duo illius præterfluens, qua in unum confluunt, fastigiatam ejus figuram reddunt. Est autem similis regio ista, tum magnitudine, tum figura illi, quod in Ægypto Delta nuncupant. Quem Polybii locum ita, verbum fere verbo Livius *lib.* 21. *c.* 31. reddit. Quartis castris ad insulam pervenit. Ibi Arar, Rhodanusque omnes, diversis ex Alpibus confluentes, agri aliquantulum amplexi, confluunt in unum : mediis campis Insulæ nomen inditum. Hæc quidem Livius. Verba autem hæc in Lugdunum cadere palam est. Neque enim alibi, ut oculis hodieque cernitur, Rhodano Arar miscetur : & hodiernus urbis situs vetusto hac in re congruit. Testis locuples Strabo *lib.* 4. *p.* 283. Πλησίον ὑπέρκειται τῆς Οὐιέννης τὸ Λούγδουνον, ἀφ᾽ οὗ συμμίσγουσιν ἀλλήλοις ὅ, τε Ἄραρ, καὶ ὁ Ῥοδανός. Paullo supra Viennam est Lugdunum, ubi Arar & Rhodanus confluunt Ptolemæus *lib.* 2. *cap. de Gallia Celtica Narbonensi*, de Rhodano agens : *Inter flumina* (ait, ex versione latina) *hæc una ruentia Arar & Dubis septentrionalem Lugduni partem influunt, invicem*

con-

confluentes, ac commixti. Verum in Polybii Græco exemplari Arar, (de quo sensisse eum Livius evincit) perperam Σκώρας vocatur, nisi quis Σκώνας Σαυκώνας emendandum esse dicat, quo quidem vernaculo nomine a quibusdam Latinis auctoribus, maximeque ab Ammiano Marcellino adpellatur fluvius ille, quem Cæsar *de bell. Gall. lib.* I. *c.* 12. tradit *per fines Heduorum & Sequanorum in Rhodanum influere incredibili levitate, ita, ut oculis, utram in partem fluat, judicari non possit.* Sed quum a Græcis auctoribus Strabone & Ptolemæo Ἄραρ adpelletur, religio esset, Gallicam Polybio vocem inserere. Enim vero ad has nostras litterarias epulas minorum gentium auctorem Erricum, Monachum, qui Caroli Calvi, Imperatoris temporibus floruit, invitare non pigebit. Nec enim ἀσύμβολος veniet: sed imi lecti conviva, non modo in aliorum sententiam lingua ibit, verum etiam originem Gallicæ Lugduni vocis, vulgo incognitam patefaciet. Ex ejus ergo vita *B. Germani*, Antissiodorensis Episcopi *lib.* 4. excerptos quatuor versus lectorem plausu excipere jubeo. Sic autem habent: *In Lugdunenses æquis processibus arces Vexit, Arar Rhodano sese sub mœnibus abdens Lugduno celebrant Gallorum famine nomen Impositum quondam, quod sit mons lucidus idem.*

Lugdunensis colonia apud Senecam *Epist.* 91. ex qua discimus, Neronianis temporibus eam urbem totam, quod vix post hominum memoriam oppido cuiquam accidebat, incendio ita absumtam, ut ad aream redigeretur: atque eo casu, eleganter, inter *urbem magnam & nullam* unius tantum noctis intervallum intercessisse ait. Eadem Epistola de eadem urbe agens Seneca: Civitas, ait, arsit opulenta, ornamentumque provincialium, quibus & inserta erat, & excepta: uni tamen imposita, & huic non altissimo monti. Deinde aliquot interjectis: Huic coloniæ ab origine centesimus annus est, ætas ne homini quidem extrema. Deducta, in hanc frequentiam loci oportunitate convaluit. Eusebius in Chronico interprete D. Hieronymo *Olympiade* 188. Munacius Plancus, Ciceronis discipulus, orator insignis habetur: qui quum Galliam Romanam regeret, Lugdunum condidit.

Lugdunenses Galli: *l. ult. D. de censib. Lugdunensis* legatus: *l.* 15. §. *ult.* D. *de excusat.* provincia: Ulpianus apud *Auctorem Collationis Legum Mos. & Rom. tit.* 15. §. 2.

LUGERE, non est simpliciter amissos maritos, parentes, liberos, propinquos deflere, mortuosque lacrymis, ploratu & questu prosequi, sed hoc amplius eo nomine lugubria, seu luctus insignia sumere, gestare, aliaque mœroris indicia recepta dare, Paull. *Sent. lib.* I. *tit.* 21. §. 14. Qui *luget*, abstinere debet a conviviis, ornamentis, purpura, & alba veste. Liv. *lib.* 34. *c.* 7. Quid aliud in *luctu* mulieres, quam purpuram atque aurum deponunt? Quid, quum *eluxerunt* sumunt? Si quis in bello occiderit, etsi corpus non compareat, lugebitur: *l. ult.* D. *de his qui not. infam. Lugeri* more majorum non solebant hostes, perduellionis damnati, suspendiosi, nec qui manus sibi attulerant, non tædio vitæ, sed mala conscientia: *l.* 11. §. 1. D. *de his qui not. infam.* Add. *l.* 35. D. *de relig. & sumt. fun.* Inprimis per annum, & olim per decem menses lugendus erat maritus, adeo, ut eum, qui absentem accepit uxorem, deinde rediens a cœna juxta Tiberim periit, ab

ab uxore *lugendum* responsum sit: *l. 6. D. de rit. nupt.* Plane si mulier post legitimum tempus virum mortuum rescisset, ipsa die & sumebat lugubria, & deponebat: *l. 8. D. de his, qui not. infam.* Parentes & liberi utriusque sexus, nec non & ceteri adgnati, vel cognati, secundum pietatis rationem, & animi patientiam, prout quisque voluerit, *lugendi* sunt: *l. 23. D. de his, qui not. infam.* Parentes & filii majores sex annis, anno *lugeri* possunt, minores mense, mariti decem mensibus, & cognati proximioris gradus octo. Paull. *lib.* 1. *Sent. tit.* 21. §. 13. Sponsæ nulla erat sponsi mortui lugendi necessitas imposita: *l. 9. D. de his, qui not. infam.* Viris quoque nullum legitimum tempus est, quia, ut Paullus ait, viri uxores lugere non compellebantur: *d. l. 9. eod. tit.*

LUGUBRIS vestis: *l.* 15. §. 27. D. *de injur.* pro quo usurpatur neutrum plurale *lugubria*, in *l.* 8. *D. de his, qui not. infam. l.* 15. *C. ex quib. causs. infam. irrog.* & apud Ovid. *lib.* 11. *metam. v.* 669. *lib.* 4. *trist. eleg.* 2. *Propert. lib.* 4. *eleg. ult. v.* 96. Lucan. *lib.* 2. *v.* 365. Lugubria autem Tacit. *lib.* 2. *Annal. c.* 8. insignia lugentium vocat. Πένθημα vocant Appian. *in par.* περὶ πρεσβειῶν. c. 2. & Maximus *in Schol. Epist. Dionys. ad Demophilum.* Sumere *lugubria*, & contra *deponere*: *l.* 8. *D. de his, qui not. infam.*

LUITIO, solutio, liberatio: *l.* 14. C. *Theod. de navicul.* Luitio pignoris: *rubr. C. de luit. pign.* Vid. supra *luere.*

LUMEN, quo cœlum & aër adspicitur, solisque ac diei claritas, fulgor in ædes cœnaculave admittitur. *Lumen*, ait Paullus, id est, ut cœlum videretur: & interest inter *lumen*, & *prospectum.* Nam *prospectus* etiam ex inferioribus locis est, lumen ex inferiore loco esse non potest: *l.* 16. *D. de serv. urb. præd.* Hinc *lumina* excipere & minuere: *l.* 4. D. *eod. tit.* Lumina immittere: *l.* 13. §. 7. D. *de usufr.* id est, aperto pariete fenestras immittere. Eos, qui jus *luminis* immittendi non habent, aperto pariete communi, nullo jure fenestras immisisse: *l.* 40. D. *de servit. præd. urb.* Officere luminibus, & obscurare ædes: *l.* 10. *D. eod. tit.* Jura altius tollendi & officiendi luminibus vicini: *l.* 2. *D. eod. tit.* Servitus *luminum*, & ne luminibus officiatur: *l.* 4. *l.* 15. *l.* 25. D. *eod. tit.* Alia autem est *luminum* servitus, alia, ne *luminibus* officiatur. Etenim *luminum* in servitute constituta, id adquisitum videtur, ut vicinus lumina nostra excipiat: Quum autem servitus imponitur, ne *luminibus* officiatur, hoc maxime adepti videmur, ne jus sit vicino, invitis nobis altius ædificare, atque ita minuere lumina ædificiorum nostrorum: *l.* 4. *D. de servit. præd. urb.* Præterea inter servitutes, ne *luminibus* officiatur, & ne *prospectus* offendatur aliud & aliud observatur: quod in *prospectu* plus quis habet, ne quid ei officiatur ad gratiorem prospectum & liberum: in *luminibus* autem non officere, ne lumina cujusquam obscuriora fiant. Quodcumque igitur faciat *luminis* impedimentum, prohiberi potest, si servitus debeatur: *l.* 15. *D. eod. tit.* Si servitus imposita fuerit: *lumina* quæ nunc sunt, ut ita sint: *l.* 23. *D. de servit. præd. urb.* Lumine unico, *l.* 6. §. 5. D. *de offic. præf.* id est, cœnaculo vel cubiculo unico, quod modico *lumine* lucem e cœlo accipit. Cujusmodi cœnaculum seu fuscam cellam *tenebras*, propter obscuritatem, vocat Juvenalis *Sat.* 3. *v.*225.

In *lumen* pervenire dicuntur metal-

talla eruta Forte enim arbitramur, ut etiam complures saxorum nitentium venæ in lumen usumque perveniant: *l.* 2. *C. Th. de metall.*

Lumen pro lucerna. *Lumina* accendere Diis: *l.* 12. *C. Theod. de pagan.* Lumine adhibito: *l.* 10. §. 3. D. *de Ædil. edict.* Edicto *de inspiciendo ventre custodiendoque partu*, de conclavi, in quo mulier paritura erit, ita cavetur: *Tria lumina, nec minus, ibi sint*: scilicet, quia tenebræ aptiores ad subjiciendum sunt: *l.* 1. §. 10. D. *de inspic. ventr.*

Lumen cælestis lavacri, pro baptismo: *l. ult. C. Theod. de spectac.* Lumen de lumine, Christus filius Dei: *l. 6. C. Theod. de hæret.*

Lumina pro oculis. Et ita luminibus captus dicitur cæcus: *l.* 17. D. *ad municipal.* utrisque luminibus orbatus: *l.* 1. §. 1. *D. de postul.*

LUNATICUM mancipium: *l.* 43. *D. de Ædil. edict.* Lunaticum vero morbum quidam explicant insaniæ genus, quo ægri per intervalla divexantur. Alii hoc nomine epilepsiam significari censent, vel quod lunæ incremento invalescat, vel quod interlunio nati ei morbo obnoxii sint. Cui sententiæ suffragatur D. Matthæus *Evang. c.* 4. *v.* 24. Lunaticos σεληνιαζομένους vocans. Apud eumdem quoque *c.* 17. *v.* 15. σεληνιάζεσθαι dicitur, qui morbo comitiali laborat, ut verba ipsa indicant, quæ ita habent: ὅτι σεληνιάζεται, καὶ κακῶς πάσχει πολλάκις γὰρ πίπτει εἰς τὸ πῦρ, καὶ πολλάκις εἰς τὸ ὕδωρ. *Lunaticus* est, & dira patitur. Sæpe enim in ignem, sæpe in aquam incidit. Aret. *diuturn. morb. lib.* 1. scribit, quosdam existimasse caducum morbum a luna immitti flagitiosis hominibus, unde σεληνιακῶν nomen ipsis tributum. Idemque sensit Seren. Sammon. quum de morbo comitiali tractans *c.* 25. ait: *Ipse Deus memorat dubiæ per tempora lunæ Conceptum, talis quem sæpe ruina profudit.* Ubi ruinæ adpellatione casum & prolapsum caducorum accipe. Firmicus tamen Maternus *lib.* 4. *lunaticos* a caducis distinguit. Ac plane Ulpianus *furioso lunaticum*, licet sub disjunctione adjungens, satis aperte significat, in animo habuisse se de insaniæ magis specie, quam de comitiali morbo loqui.

LUPANARIUM jurisconsulti dicunt, quod alii *lupanar*: *l.* 21. §. 11. *D. de recept. arbitr.* ubi inter inhonesti loci exempla Ulpianus & *lupanarium* ponit. Quæ in *lupanario* perceptæ pensiones: *l.* 27. §. 1. D. *de hered. pet.* Quo loco Ulpianus *inter multorum honestorum virorum prædiis lupanaria exerceri*, ait. De his in prædiis quædam etiam observavit Merill. *lib.* 2. *obs. c.* 12. Habebant venalia hujusmodi mancipia domini, quorum ex lascivia quæstum facerent, eoque etiam pertinet *l.* 38. *D. de oper. libert.* ubi Jurisconsultus: Nec enim si meretrix manumissa fuerit, easdem operas patrono præstare debet, quamvis adhuc corpore quæstum faciat. *Hein.* Porro D. Hieronymus *in Chron.* Arcam Laurentiam propter rapacitatem corporis quæstuosi a vicinis lupam adpellatam, indeque meretricum cellulas *lupanaria* dici scribit. Lactant. *lib.* 1. *divin. instit. c.* 20. de eadem Laurentia: Fuit enim Faustuli uxor, & propter vulgati corporis utilitatem *lupa* inter pastores, id est, meretrix nuncupata est. Unde etiam *lupanar* dicitur. Vid. & Serv. in *Æn.* 1. *v.* 277. Isidorus *lib.* 19. *c.* 42. Idem & *lupanar* vocatum ab iisdem meretricibus, quas propter vulgati corporis utilitatem *lupæ* nuncupantur. Nam lupæ me-

retrices ſunt vocatæ, a rapacitate, quod ad ſe miſeros rapiant, & adprehendant.

Lupinus, aliis *lupinum* inter fruges numeratur a Juliano: *l.* 77. D. *de verb. ſignif.* Virgil. *Georg.* 1. Triſtiſque *lupini* Suſtuleris fragiles calamos, ſylvamque ſonantem. Unde probabile eſt dictos *lupinos* ἀπὸ τῆς λύπης, *a triſtitia*, quia vultum guſtantis amaritudine contriſtat, dicente Iſidoro *lib.* 17. *c.* 4. Lupini autem non in comœdiis tantum, ſed extra eas etiam, nummorum vice erant, ut Marcilius Torrentiuſque docent ad iſtud Horatii 1. *epiſt.* 7. 23. *Nec tamen ignorat, quid diſtent æra lupinis.* Hinc Juriſconſultus in *l.* 2. *C. de aleat.* Sed & ſi quis ſub ſpecie alearum victus ſit lupinis, vel alia materia, ceſſat adverſus eum omnis exactio. Ubi legi merentur, quæ de lupinis adnotavit Turneb. *lib.* 1. *adverſar.*

Luscitio, ubi homo, lumine adhibito, nihil videt: *l.* 10. §. 3. *D. de Ædil. edict.* Quibus Nonius conſentiens: *Luſcitioſi*, inquit, qui ad lucernam non vident, & μύωπες a Græcis vocantur. Varro *lib.* 8. *diſciplinar.* Veſperi non videre, quos adpellant *Luſcitioſos.* Idem *in Andabatis:* Ædepol, idem cæcus, non luſcitioſus eſt. Iſidor. *lib.* 9. Luſcus, inquit, quod lucem ex parte ſciat: ſicut *luſcitioſus*, qui veſpere nihil videt. Non abſve autem Ulpianus in *d.* §. 3. de myope ait: *Quidam putant.* Nec enim inter omnes conſtat. Quin immo ſunt, qui *luſcitioſos* dictos cenſent eos, qui plus veſpertino, quam matutino aut meridiano tempore, videant. A quorum partibus ſtant Feſtus Pompeius & Fulgentius. Ille enim *lib.* 20. *Luſcitionem* vitium eſſe oculorum, definit, quum quis clarius veſpertino tempore, quam meridie, cernit. Hic vero *in libello de priſco ſermone: Luſcitioſos*, inquit, dici voluerunt, interdiu parum videntes, quos Græci μύωπας vocant. Plaut. *in milit. glorioſ.* mirum eſt, lolio victitare, tam vili tritico. Quod jam *luſcitioſus.* Dicunt enim, quod lolium comedentibus oculi obſcurentur. Seneca *lib.* 3. *de benef.* Luſcitioſi oculi ſunt, qui lucem reformidant, cæci qui non vident. Dio Caſſius *lib.* 17. vitio hoc laboraſſe Tiberium ita ſcribit: πλεῖστον γὰρ τοῦ σκότους βλέπων ἐλάχιστα τῆς ἡμέρας ἑώρα. Plurimum enim noctu, minimum interdiu videbat. Quod & Suetonius confirmans, eumdem principem *etiam noctu in tenebris vidiſſe* ſcribit.

Lusitania, Hiſpaniæ regio, quam a Luſo, Liberi patris comite, nomen inveniſſe, Plin. *lib.* 3. *c.* 1. tradit, cujus deſcriptionem vide apud eum *lib.* 4. *c.* 21. In *Luſitania* vel *Lyſitania* Pacenſes, ſed & Emeritenſes, juris Italici ſunt: *l. ult.* D. *de cenſib.* A *Luſitanis* capti: *l.* 21. *D. de negot. geſt.* Seneca in *verſib. ad Cordubam.* Non *Luſitanus*, quateret quum mœnia latro.

Lusor: *l.* 1. §. 1. *D. de aleat.* Seneca *lib.* 2. *de benef. c.* 17. Neceſſe eſt, *luſor* bonus aliter illam colluſori, aliter brevi mittat. Et mox: Ubi malignis *luſoribus* propoſitum eſt, colluſorem traducere.

Lusorie agere dicitur, qui cum adverſario colludit: *l.* 50. §. 1. D. *de legat.* 1.

Lusoriæ naves, amnicæ, ad impediendos barbarorum excurſiones in fluminibus ultro citroque diſcurrentes. Quod *ludere* dixit Senec. *Epiſt.* 4. his verbis: Momento mare vertitur eadem die, ubi luſerunt navigia ſorbentur. Tales *Luſoriæ* Danubii: *rubr. C. Theod. de luſor. Danub.* Sane *in No-*

Novellæ Theod. & Valentin. de ambit. & loc. limitan. ubi vulgo: *Castrorum quin etiam ipsis luxuriarumque, pro antiqua dispositione curam refectionemque mandamus*, quidam *Lusoriarum* emendandum existimant: alii *clausurarum*, quorum utrumque ferri potest. Simile vitium invasit *l. 4. C. de offic. milit. judic. & l. 4. C. de offic. magistr. offic.* ubi pro *clausurarum, luxuriarum*, *lustrationum* legendum, *Lusoriarum*, ceu luculenter probat Salmas. *ad script. hist. Aug. p. 475.* *Lusorias* porro limiti Mysiaco deputant Imperatores *l. un. C. Theod. de lusor. Danub.* Lusorias marinas quoque naves facere videtur Seneca his verbis: Cui triremes, & cerastas, non mitterem *lusorias*, & cubiculatas, & alia ludibria regum, in mari lascivientium. Vid. art. *navis.*

Lusorium, derisorium, inane & sine effectu. Sic: *Lusoria* erunt hujusmodi edicta: *l. 75. D. de judic.* Alioquin inane & *lusorium* prætoris imperium erit: *l. ult. D. ne quid in loc. publ.* *Lusoriæ* minæ: *l. 4. pr. D. si cui plus quam per Leg. Falcid.*

Lusorium ii, locus ubi se Principes privatim conficiendis feris oblectabant. Seneca *Epist.* 80. Lactant. *de mort. persequut. c.* 21. Scholiast. Juvenal. *Sat. 4. v.* 100. Hein.

LUSTRALE aurum, quod a negotiatoribus & mercatoribus uno quoque lustro pendebatur: *rubr. C. de lustral. aur. collat.* cujusmodi collatio χρυσαργύρου συντέλεια vocatur, *l. 1. l. 2. C. eod. tit.* Atque hoc tributum, ab Anastasio sublatum narrat Evagr. *lib. 3. hist. eccles.*

Auri hujus *lustralis* inventor Constantinus Magnus, de quo Zosim. *lib. 2. hist.* cujus verba sic latine reddita: Idem & auri argentique collationem imposuit omnibus ubique terrarum negotiationes exercentibus, & dardanariis oppidorum, ad vilissimos usque, ne miseris quidem meretriculis hac collatione exemtis. Idem Zosimus exactorum hujus auri acerbitatem ac truculentiam multis exagerat verbis, ostenditque, eo adactos hac exactione esse homines, ut patres liberos vendiderint, filiasque prostituerint. Attamen jam ante Constantinum M. tale ab Imperatoribus exactum esse tributum, auctor est Lampridius *in Alex. c.* 22. & 32. A meretricibus vero id tributum magis veterum injuria, quam Constantini M. jussu exactum esse, patet ex Theodosii junioris Novella 18. *de lenonibus.* Addatur Jac. Gothofred. *Comment. ad Cod. Theod. Tom. 5. p. 3. seq.* Hein.

Lustralis census apud Ulpian. *tit.* 1. §. 8. dictus est a lustro, quod censum semper sequebatur, de quo Livius *lib. 1. c.* 44. Ad lustrum hoc inprimis respiciebant Jurisconsulti, quoties de effectu professionis censualis quæstio incidebat: adeo, ut, si servus per censum esset manumissus, libertatem non prius consequeretur, quam condito lustro, ac interim pœnitere liceret domino. Cic. *de Orat. lib. 1. c.* 40. *Fragm. vet. Jurisc.* apud Pithoeum §. 17. Vid. Cujac. *lib. 3. obs. c.* 22. & Schulting. *jurispr. antejust. p.* 564. Hein.

Lustralis possessio: id est quinquennalis: *l. un. C. Theod. de quinquenn. præscr. Novell. Theod. & Valent. de lenonibus.*

LUSTRAMENTUM, in *l. 3. §. 3. D. ad Leg. Cornel. de sicar.* ex quorumdam sententia, nihil aliud est, quam ἀσέλγεια, ἀφροδισιασμός, a *lustris* id est, lupanaribus dictum.

LUSTRUM, quemadmodum Varro *lib. 5. de ling. lat.* scribit, nominatum tempus quinquennale, a luendo, hoc est, solvendo, quod

quod quinto quoque anno vectigalia & tributa per censores persolvebantur. Festus Pompeius: *Lustrum* quum prima syllaba producitur, significat nunc tempus quinquennale, nunc populi lustrationem. Serv. *in Æn.* 1. *v.* 287. *Lustris*, inquit, *quinquenniis*. Lustrum autem dictum, quod post quinquennium una quæque civitas lustraretur. Isidor. *lib.* 5. *c.* 37. Lustrum est πεντετηρὶς, id est, quinquennium, quod quinto anno dicitur condi propter Olympiadas a Romanis. Adhuc enim consules, adhuc eræ nondum erant. Est enim quinquennale tempus. Ideo vero sic vocatur, quod censu per quinquennium in republica peracto, urbs Roma lustrabatur. Ovid. *lib* 4. *ex Ponto eleg.* 6. In Scythia nobis quinquennii Olympias acta est: Jam tempus lustri transit in alterius. Apuleius *in Apolog.* 7. *p.* 330. Annos computat, quod sexaginta mulieri adsignabat: probet quinque & quinquaginta: Lustro mentitus est. In *lustrum* utique, id est, in quinquennium tam privatorum prædia, quam publica, & vectigalia olim locari consuevisse, adparet ex *l.* 9. §. 1. *l.* 13. §. 11. *l.* 24. §. 2. & §. 4. *D. locat. l.* 3. §. 1. D. *de administr. rer. ad civit. pert. l.* 25. §. *ult. D. solut. matrim. l.* 18. §. *ult. D. de stipul. serv. l.* 3. §. 6. D. *de jur. fisc. l.* 48. *D. de act. emt. l.* 17. *D. de liberat. leg. l.* 4. §. *ult.* D. *de reb. cred. l.* 89. *D. de verb. oblig.* Ovid. *lib.* 4. *ex Ponto eleg.* 9. Nunc longi reditus hastæ supponere lustri. Hygin. *de limitib. p.* 206. Solent vero & hi agri accipere per singula lustra mancipes.

Lustrorum sacrificia, quæ votis publicis, diebus festis, conviviisque sollemnibus, vel pro frugibus & fœcunditate agrorum, vel pro tutandis finibus, aliisve ex caussis fiebant: *l.* 5. *C. Th. de Episcop.* & ibi Jac. Gothofr. *Lustralis* sacrificii etiam meminit Livius *lib.* 1. *c.* 28. his verbis: Sacrificium *lustrale* in diem posterum parat.

LUSUS aleæ: *l.* 2. D. *de aleat.* Lusus gratia: *l.* 3. D. *de serv. corrupt.*

LUTULENTULUM prodigium in *l.* 17. *C. Theod. de pœn.* vocatur Eutropius, sacri cubiculi quondam præpositus.

LUX baptismalis: *l. ult C. Theod. de spectac.* dignitatis: *l.* 1. §. 1. *D. de offic. præf. præt.* instructionis: *l.* 26. C. *Theod. de petit.* probationum: *l. ult. C. si min. se major.* veritatis: *l.* 21. D. *de testib.* Lucis munere excedere, id est, mori: *l. un. C. Theod. de hered. pet.*

LUXURIA, (vel ut in *l.* 11. *D. de incend. ruin. naufr.* ἀρχαϊκῶς legitur, *luxoria*, vid. Auson. Pomp. *de usu antiq. loquut. c.* 1.) teste Nonio Marcello, est contra pudorem, & supra modum profusio. Cic. *lib.* 1. *de offic.* Intelligimus, quam sit turpe diffluere *luxuria*, delicate ac molliter vivere. Idem Non. alibi: *Luxum*, id est, vulsum, & loco motum, quod nunc luxari ignari Latine dicimus. Inde *Luxuria*, quia a recta vivendi via sit exclusa & ejecta. Ex damni infecti æstimatione ob tectoria & picturas moderata æstimatio facienda, quia honestus modus servandus est, non immoderata cujusque luxuria subsequenda: *l.* 40. *pr.* D. *de damn. infect.* Per *luxuriam* id factum, id est, per lasciviam, petulantiam, insolentiam: *l.* 1. §. 10. *D. de Ædil. edict.* Tam lata culpa, ut *luxuria* sit: *l. pen. D. de incend. ruin.* id est, deperditi, & nimis securi hominis, ut in *l.* 3. D. *de jur. & fact. ignor.*

LUXURIOSE vivere: *l.* 15. *pr.*

pr. D. de curat. furiof. §. 23. *Inft. de action.*

LUXURIOSUS adolefcens: *l.* 8. *D. pro emt.* qui luxu lafcivia & mollitia diffluit. *Luxuriofa* uxor dicitur, quæ commune lavacrum cum viris, libidinis cauffa habere audet: *l.* 11. §. 2. *C. de repud. Novell.* 22. *c.* 16.

LYCIA, minoris Afiæ regio, cujus fit mentio *l.* 77. §. 20. D. *de legat.* 2.

LYNPHARII pro linifarii, in *l.* 13. *C. de murileg.*

LYNTRARII immo potius Lintrarii, *l.* 1. §. 4. D. *naut. caup. & ftab.* qui lintres agunt, feu lintrium exercitores, quod navis fluviatilis genus effe indicat. Jul. Cæf. *lib.* 1. *de bell. gell. c.* 12. his verbis: Id flumen Helvetii ratibus ac lintribus junctis tranfibant. Nec vero *lintres* in navium generibus nominibufque recenfitis prætermifit Gellius *lib.* 10. *c.* 25. Græcis dicuntur κάραβοι & inter armamenta nonnumquam numerantur. Qui vero illis præeft καραβίτης adpellatur. Dan. Heinf. *Exercit. ad Nov. Teft. lib.* 5. *c.* 15.

LYTAS olim Græco vocabulo adpellatos quarti anni ftudiofos Juftinianus tradit in prooem. Digeftorum, feu *Conft. Omnem reip.* §. 1. & 2. Ubi Turneb. *lib.* 8. *Adverfar. c.* 19. *Lytas* magno fine flagitio *folutos* quofdam interpretari fcribit, quum *folutores* potius dici debebant, qui jam tantos in jure progreffus fecerint, ut de eo refpondere prope poffint, & quæftiones folvere. Hos enim effe, qui refponfis prudentum, & quæftionibus operam dederint. Unde eo trahit verfum Juvenal. fat. 8. *Qui juris nodos, legumque ænigmata folvit.* De *prolytis* infra fuo loco.

In Accurfiano exemplari pro *Lytæ* abfurde legitur *Hirci*, & pro *prolytæ*, *loritæ*, pro quo alii æque inepte *coloritæ*, alii *colobitæ* legunt, ubi Conftant. Landus in *Exercit. p.* 1391. *Tom.* 3. *Thæfaur. jur.* cui viro, non indocto, has nugas placere potuiffe, miror. *Hein.*

M

MACEDO fuit quidam filius familias *qui*, juxta SCi cui occafionem dedit Macedoniani verba, *inter cæteras fceleris cauffas, quas illi natura adminiftravit, etiam æs alienum adhibuerit*, *l.* 1. *D. de SC. Maced.* Theoph. *in paraphr.* §. 7. *Inft. quod cum eo qui in alien. pot.* Etfi autem reliqua SCi verba, *qui pecuniam incertis nominibus credant*, foeneratori conveniant: non tamen ex iis fœneratorem, fed filium familias, qui fœnori fumpferit pecuniam, *Macedonem* ibi adpellari exiftimandum eft.

MACEDONIA. hujus provinciæ inter inclytas relatæ fit mentio *in l. ult. C. de diverf. offic. l.* 8. *C. Theod. de metall. & metall.*

MACEDONIANI, hæretici, *l.* 5. *C. de hær. l.* 11. *l.* 13. *l.* 59. *C. Theod. eod.* ita vocabantur πνευματομάχοι, qui fpiritus S. divinitatem negabant, nomen fortiti a Macedonio Conftantinop. Epifcopo, hujus hærefeos auctore. Epiphan. *hæref.* 74. Auguft. *hæref.* 52. Hinc macedonia inftitutio: *l.* 12. *C. Theod. de hæret.* Negant Deum effe fpiritum fanctum. *Cauf.* 24. *qu.* 3. *c.* 39. §. 43.

MACEDONIANUM SCum, utrum Claudii Imp. an Vefpafiani temporibus factum fit, non adeo expeditum eft, ob loca Tacit. *Annal.* 11. *c.* 13. & Suet. *Vefp. c.* 11. Probabilior videtur P. Fabri conjectura *femeftr. l.* 25. Vefpafianum nimirum Cof. fuffectum

tum sub Claudio retulisse ad Senatum, & hinc SC. modo Claudio, modo Vespasiano tribui. Eo autem cautum est, ne cui, qui filio famil. mutuam pecuniam dedisset, etiam post mortem ejus, cujus in potestate fuisset, actio petitiove daretur, *l.* 1. *pr. D. de SC. M.* hinc exceptio SC. Macedoniani: *l.* 19. *D. eod.* Illud & absolute SCum vocatur *l.* 10. §. *ult.* D. *de minor.*

MACELLARIUS, seu lanio vendens carnes: *in Clem.* 1. *de vit. & hon. cler.* item qui opsonia lautiora vendit, ferinam, aves &c. vid. Varr. R. R. 3. 2. 11. *it.* 3. 4. 2. Suet. *Cæs. c.* 26.

MACER. Aemilius Macer. Vid. *Aemilius.*

MACERIA, idem est Menagio *amœn. jur. civ. c.* 32. ac quam dicit αἱμασιὰν *l. ult. D. fin. de V. S.* & *sepem* vertit vet. Gloss. ut & Burgundio alias Berguntio, *parietem* vero idem Menag. Et est quidem Maceria saxorum sicca quædam constructio sine ligamine. Cassiodor. *in psalm.* 61. *item* 89. & 143. Terent. *Adelph.* 5. 8. & *ibi* Donat. Confer & Sicul. Flacc. *de cond. agror.* Maceriarum Varro R. R. 1. 14. 4. quatuor genera ponit. Quasdam enim fieri lapide: quasdam e lateribus coctilibus; quasdam e lateribus rudibus; quasdam & ex terra & lapillis compositis. Maceriam ducere *l. pen.* D. *comm. præd.* Maceria sepulchrorum *l.* 73. *de contr. empt.* de qua agit Brisson. *Antiqu. Select.* 2. *c.* 6.

MACHINA. *l.* 1. §. 8. D. *de mort. inf. l.* 5. §. 7. *commod.* est instrumentum oneribus agendis, pellendis, in altum tollendis aut demittendis inserviens. Videntur & machinæ fuisse carceres quidam, in quibus servi aut etiam liberi includebantur. Hinc: Servum in machina ponere. *d. l.* 5. §. 7. vel in quibus quis volens operis quid agebat, veluti picturam; de qua Plinius his verbis: paucis diei horis pingebat, id quoque cum gravitate, quod semper togatus, quanquam in machinis. Carcer ejus artis domus aurea fuit. *Machina* frumentaria *l.* 12. §. 10. D. *de instruct. vel instrum. leg. Machina* translate, pro quavis fraude, dolo malo & machinatione, *l.* 4. *l.* 5. *C. Theod. de famos. libel. l. ult. C. Theod. fin. regund. l. ult.* C. *eod. tit.*

MACHINAMENTUM callidum, *l.* 6. *C. Theod. de curios.* Sunt & machinamenta veluti organa apud Apul. *de doctr. plat.* 1. *p.* 9.

MACHINARI adversus hostem latronemve: *l.* 1. §. 3. *D. de dolo.*

MACHINARIUS. *l.* 31. D. *ad leg. Aquil.* qui machinas conficit, aut, juxta Gothofr. *ad d. l. litt. K.* est qui in machina operatur; vel est qui machinis supra dictis agendis, ut *in d. l.* 31. item aquis ad libellam exigendis, & per canales dispensandis adhiberi solet. Idem Tacito *annal.* 15. *c.* 42. *machinator* adpellatur. *Machinarius asinus. l.* 60. *fin.* D. *de legat.* 3. *l.* 12. §. 10. *de instruct. & instrum. leg.* An animal machinarum gerulus, seu machinis movendis transportandisve deserviens, quale Apul. *de asino aur.* 8. *p.* 194. describit? An machina ipsa quædam græcis ὄνος, animalis nomine dicta, ut aliæ aliorum animalium nominibus designantur, qualia sunt aries, testudo, grus? posterius adversus Turneb. *adversar.* 8. *c.* 9. adserit Brissonius *de V. S.* ex Suid. *Tom.* 2. *p.* 757. *edit. Kusteri*, & ex Athen. 14. *c.* 3. *p.* 634. Machinarius mensor, *l. ult.* D. *si mens. fals. mens.* est qui norma artificiosa, nempe a decempedali

distincta, in metiendo utitur, ut ii qui probant opera a fabris mercenariis facta.

MACHINATIO, dolus, techna, *l.* 1. §. 2. D. *de dol. l.* 36. *de V. O.* Et ita in numero plurali machinationes, *l.* 7. C. *de natur. lib. l.* 28. C. *de inoff. test.*

MACHINATOR qui dolos nectit. *l.* 53. C. *Theod. de hæret.* machinator scelerum *l. un. C. de satur.* accusationis Apul. *in apolog. p.* 274.

MACTARE (seu afficere) animadversione. *l.* 7. *C. Theod. de malef. & mathem.* ultimo supplicio *l.* 9. §. 1. *D. de Leg. pomp. de parricid.* æternis suppliciis vivos mortuosque. Cic. *in Catil.* 1. *c.* 13.

MACULA Sordes qua quid inficitur. Translate, maculam religioni infligere. *l.* 19. *C. Theod. de hæret.* macula scenicarum mulierum *l.* 23. §. 1. *C. de nupt.* turpitudinis vel levis notæ macula. *l.* 27. *C. de inoff. test.* macula violati pudoris. *l.* 11. *C. de quæst.* servilis *l.* 9. *C. de liberal. caus.* servitutis macula *l. ult.* D. *de natal. rest.*

Macula pro stigmate. Corporales maculas exsequutoribus imponere *l.* 3. *C. de sport. & sumt.*

MACULARE. Maculati absolute, pro criminis alicujus macula adsperis, *l.* 41. *C. Theod. de Episc.* hominis cæde maculatus *l.* 6. *C. Theod. de indulg. crim.* Maculari nota: *l.* 2. §. 2. D. *de decur.* maculata opinio *l.* 3. *C. de injur.*

MACULOSÆ (seu turpes) interversorum fraudes, *l.* 10. *C. Theod. de jur. fisci.*

MADEFACERE. Madefacta humore ædificia. *l.* 57. D. *locati.*

MADERE. Madente adhuc filiæ cruore. *l.* 2. §. 24. D. *de O. J.*

MÆCENAS vid. inf. *Mecaenas.*

MAECIANUS. vid. inf. *Volusius.*

MAENIANA sunt e genere projectorum, ut pote quæ ita provehantur ut nusquam in alieno requiescant *l.* 242. *D. de V. S.* Plin. *lib.* 35. *c.* 10. & Valer. Max. *lib.* 9. 1. Sic autem adpellata fuisse ædificia a Maenio Festus *lib.* 11. scribit, quod in primus in foro ultra columnas ligna (seu provolantia tabulata) projecit quo ampliarentur superiora spectacula. De eo vide Ascon. *in Divinat. c.* 16. Græci ἐξώςας adpellant auctorib. Honor, & *Theod. in l. pen. C. de ædif. priv.* itemque ξύλων ἐξοχὰς, ἐξωςάρια, nec non παραπετάσια. Vide Herodian. *lib.* 8. *extr.* Etiam solaria dicta fuisse, quod soli pateant, Scribit Isidor. *lib.* 15. atque ita a Zenone non semel vocantur in *Const.* περὶ καινοτομιῶν. i. e. de novi operis nuntiat. quæ est *l.* 12. §. 1. C. *de ædiv. priv.*

MAGI apud Persas dicebantur, quos græci philosophos adpellant: Sicut in Evangelio Magi illi quoque accipiuntur. Alio plane sensu Magi dicuntur, qui vulgo malefici, ob facinorum multitudinem nuncupantur. Hi sunt qui permissu Dei, turbant mentes hominum minus confidentium in Deo, ac sine ullo veneni haustu violentia tantum carminis interimunt. Dæmonibus autem accitis, audent ventilare, ut quoscunque suos perimant malis artibus inimicos. ii & sanguine utuntur & victimis, & sæpe contingunt mortuorum corpora. His verbis de magis *in c. nec mirum. caus.* 26. *quæst.* 5. quæ ex Augustini libro 21. *c.* 6. *de civit. Dei* petita sunt.

MAGICI adparatus: *l.* 7. *C. Theod. de malef. & mathem.* magica ars. *Plin.* 11. *c.* 37. & 30. *c.* 1. 2. *Paull. rec. sent.* 5. 23.

23. §. 16. Magicæ artes : *l. 6. C. Theod. d. tit. Magicæ* carmina : *l. 7. C. de malef. & mathem.* cantamina. Apul. *metamorph.* 2. *p.* 111. & 114. incantamenta carminum. Plin. 22. *c.* 11. magici libri improbati *in l.* 4. §. 1. *D. famil. ercisc.* magici susurri. §. 5. *Inst. de publ. jud.*

MAGIS. Magidis fit mentio *l.* 36. D. *de cond. indeb.* Eam inter escaria Vasa Varro de *ling. lat.* 4. ponit, & a magnitudine ita adpellatam dicit. Græcum tamen hoc verbum esse (μαγὶς) & significare vas in quo τα ἄλφιζα μάττεται *farina pinsitur*, quod & μάκτρα adpellatur, Jul. Pollux *Onomast.* 6. *c.* 10. *segm.* 64. *item* 7. *c.* 5. *segm.* 22. scribit. Idem *lib.* 6. *c.* 12. *segm.* 83. μαγίδας suo tempore adpellatas, mensas quæ adponi tollique potuerint, reperique apud Sophoclem hoc verbum notat, cujus verba emendatius apud eundem auctorem referuntur, *libro* 10. *c.* 23. ubi memorat eas tabulas quoque sacrificiis inserviisse. Ex hoc autem loco superius ille emendari potest. Plinius *lib.* 33. *c.* 11. refert lances ab antiquis *magidas* adpellatas esse.

Magis adverbium quo frequenter utuntur Icti cum significare volunt duarum sententiarum alteri esse præferendam : ut : *magis* accipiendum est, *l.* 10. §. 1. D. *de usufr.* dicendum est, *l.* 24. *de instr. vel instrum. legat.* Et Sic passim *magis* eo sensu cum variis sententiam proponendi, agnoscendi, vel adprobandi verbis jungitur. Quemadmodum & *magis est* particulis *ut* vel *ne* frequenter eo sensu construitur, pro *verius est*, aut *potius est*; ut in *l.* 27. §. 8. D. *ad Leg. jul. de adult. l.* 38. *pr. l.* 72. §. 4. *de solut.* Sic quoque significat præstat, ut apud Paul. *rec. sent.* uxores eorum qui operantur, magis est ut instrumento cedant. Sæpe autem in tali comparatione, particula *magis* per ellipsin subintelligitur, ut *in l.* 7. D. *depos.* Quum posset non suscipere talem caussam quam decipere; & in *l.* 2. §. 6. D. *de jud.* Alioquin compellitur judicium accipere, quam invenire eos qui satis pro eo dent. Similis occurrit locutio passim in Legibus nostris, & in Cod. Theod. ut *l.* 9. *de suscept. l.* 8. *de pagan.* & apud Plaut. *Rudent.* 4. *v.* 70. Tacit. *annal.* 4. 61. Curt. 7. *c.* 7. Nec igitur est quod illam tamquam hebraïsmum cum Ant. Augustin. *emendat.* 4. 8. *p.* 293. maxime tribuamus Ulpiano utpote syrophoenici ac paene semi judæo homini. Eam enim græcismum quoque esse observarunt Lam. Bos in *ellips. græc. p.* 327. Lips. *Epist.* 5. *quæst.* 23. Jo. Gottl. Heinecc. *de Ulpiani Icti hebraismis*, *in Syllog. diss. p.* 699. *sequ.* Hæc de verbo eo comparative sumpto.

Magis porro sumitur non semel positive seu elective, ita ut alterum rejiciat & removeat : sive ea vox subintelligatur, ut *in l.* 2. §. 1. D. *de R. C.* & ibi Gothofr. *in not. n.* 23. contra Zasii opinionem : sive *magis* exprimatur ut in *l.* 1. D. *comm. divid. l.* 6. §. 11. D. *de inst. act.* Plaut. *in persa.* Magis lubet (vendere) quam perdere. Unde *in l.* 22. *D. de heredit. petit.* particula negativa τῷ magis opponitur, his verbis : an hic magis possessor audiendus sit ----- non petitor.

MAGISTER. Ita adpellari Paullus scribit, eum cui præcipua cura incumbit, & qui magis quam cæteri diligentiam & sollicitudinem rebus quibus præest, debet : ac proinde & cujus libet artis ac disciplinæ præceptores, a monendo, vel monstrando, *magistros*, & ipsos magistratus per deri-

derivationem a magiſtris cognominatos ſcribit *l. 57. pr. D. de V. S.* Feſtus vero *lib.* 11. magiſtrare ait regere vel temperare. Magiſtrare eſt moderari. Unde magiſtri non ſolum doctores artium, ſed etiam pagorum, ſocietatum, vicorum, collegiorum, equitum dicuntur: quia omnes hi magis ceteris poſſunt. Quidam derivant a voce Magorum, qui apud Perſas populo præfuerunt doctrina, & ſimul aſtrologi fuerunt, de anni vicibus, & tempeſtatibus homines commonefacientes, ut ſcribit Laërt. Addatur *Menag. amœn. jur. civ. c. 39.*

Latiſſime ergo patet hoc vocabulum, quippe quod pleriſque, qui vel publico officio, vel privato miniſterio fungebantur tribui ſolebat. Erant enim *Magiſtri* admiſſionum *l. un. C. Theod. qui a præbit. tiron.* de quorum officio vide ſupr. voc. *Admiſſio. Magiſter* æris, *l. un. C. de annon. & capitat. adminiſtr.* idem eſt cum Rationali ſummarum. *Magiſter* agentium in rebus *l. 4. C. de agent. in reb.* qui & magiſtri inter agentes. Conſt. Juſtin. *de Juſtin. Cod. confirm.*

Magiſter armorum. Marcellin. *lib.* 25. *c.* 8. *lib.* 26. *c.* 5. idem cum magiſtro militum.

Magiſter bonorum, ſeu auctionis, qui a creditoribus electus erat, per quem bona debitoris diſtraherentur, *l. ult. D. de curat. bon. dand.* Theophilus *ad pr. Inſt. de ſucceſ. ſubl.* Cic. *lib.* 1. *ad Attic. Epiſt.* 1. *lib.* 12. *ad fam. epiſt. ult.* Huc pertinet jocus ejuſdem apud Quint. 3. 6. De meretrice cujus bona poſt mortem auctione veniere; Eam dum vixiſſet ludum, poſtquam mortua eſſet, magiſtros habuiſſe.

Magiſter cenſus *l. 23. C. de teſtam. l. 30. de donat.* qui & vir clariſſimus dicitur in *l. 32. C. de donat.* Ita dicti apud quos profeſſiones edebantur, teſtamenta ceteraque inſtrumenta publicabantur non aliter quam hodie apud graphiarios inſinuationum, ut & *Nov.* 44. *c.* 1. §. 4. probat. Quod ipſum in municipiis apud defenſores fiebat, id ipſum teſtante *Nov.* 16. *Magiſter* convivii Apuleio & aliis dicitur qui græcis συμποσίαρχος, βασιλεύς. quo ſenſu Cic. dicit magiſterium convivii *in Catone c.* 14.

Magiſtri curiæ. Plaut. *Aulul.* 1. 4. videtur eſſe qui Græcis τριττυάρχης qui præeſt tertiæ parti tribus. Ut enim curia pars eſt tribus Romanis, Sic τριττὺς tribus tertia pars. Pollux *lib.* 8. & ut pagorum erant magiſtri, ſic curiarum. Magiſtri ſeu Comites diſpoſitionum, *l. 2. C. Theod. de proxim. comit. diſpoſ.* qui diſpoſitionum ſcriniis præerant, de quib. Gothofr. *ad Tit. C. Theod. de Magiſtr. ſcrin.* Magiſtri epiſtolarum *l. 14. C. Theod. de extraord. & ſord. mun.* Symmach. *lib.* 7. *ep.* 60. Spartian. in Hadr. & Sidon. Apoll. *lib.* 9. *Ep.* hi erant qui Epiſtolarum ſcrinia curabant, qui civitatum legationibus, poſtulatis ac precibus audiendis, & ad principem referendis præerant. Eratque alius epiſtolarum latinarum, alius græcarum magiſter, ceu docet Notitia Imp. & Eunap. in *Nymphidiano p.* 177.

Magiſter equitum, ait Varro de *ling. lat.* 4. dicebatur, quod ſumma poteſtas hujus in equites, & accenſos, ut eſt ſumma in populum Dictatoris, a quo is quoque Magiſter populi eſt adpellatus. Porro Pomponius in *l. 2. §. 19. D. de O. J.* Dictatoribus magiſtri equitum jungebantur, quomodo regibus tribuni celerum, quod officium fere tale erat, quale hodie præfectorum Prætorio. Denique Aurel. Arcad. in *l. 1. D. de off.*

off. præf. præt. Quum apud veteres Dictatoribus ad tempus summa poteſtas crederetur, & Magiſtros equitum ſibi eligerent, qui adſociati participales curæ militiæ gratia, ſecundam poſt eos poteſtatem gererent. Sed & inſequentibus temporibus, qui exercitum ducebant, dicebantur magiſtri equitum & peditum. *l. 38. C. Theod. de decur. l. 7. C. Theod. de re milit.* & viri illuſtres dicuntur in *l. 30. C. Theod. de curſ. publ. & l. 44. eod. tit.* Magiſtri equitum ſpeciatim fit mentio *l. 1. C. Theod. de bon. mil. l. un. de præf. urb.*

Magiſtri libellorum, in inſcriptione *l. un. D. de off. præf. præt. l. un. C. Theod. de curſ. publ.* erant qui ſupplices libellos a privatis oblatos tractabant. Vocantur etiam Carthophylaces & libellarii.

Magiſtri ludi litterarii: *l. 1. §. 6. D. de extraord. cogn.* Aſcon. Pæd. in Divinat. magiſtri ludi dicuntur, qui primas litteras docent. *Magiſtri* memoriæ: in *l. 11. C. de excuſ. munerum*, qui memoriæ præerant, quemadmodum alii, vel epiſtolis vel libellis vel reſponſionibus præfecti erant magiſtri. Sane magiſter memoriæ, ut Marianus *in Notitia* tradit, adnotationes omnes dictabat, emittebat, atque reſpondebat tamen precibus. Eſtque ἀντιγραφεὺς τῆς μνήμης Petro Patricio *in Ecloga legationum. pag. 21. Tom. 1. Script. rer. Byzant. edit. venet.* Nec confundendi ſunt magiſtri memoriæ cum iis qui memoriales dicebantur, de quibus infra.

Magiſter militiæ utriuſque *l. un. C. Theod. de off. jud. milit. l. 24. C. Theod. de erog. milit. annon.* Iidem ſunt *magiſtri militum*, qui & ϛρατηλάται in Novellis, quorum crebra in noviſſimis conſtitutionibus fit mentio, in quibus eminentiſſimi, & magnifici, excelſi & illuſtres adpellantur. *l. 8. C. de defenſ. civit. l. 2. §. 20. & 24. de off. præf. præt.* Eodem illo nomine græco deſignantur apud Socrat. *hiſt. Eccleſ. 2. c. 13.* & ϛρατηλάτην vertit *Magiſtrum militum*. Caſſiodor. *Hiſt. tripart. 4. c. 13.* Eos in locum legatorum, qui & conſularibus ad exercitus mittebantur, ſubſtitutos, Veget. 2. c. 9. ſcribit. Erant autem magiſtri tam equitum quam peditum, quorum quatuor erant præſentales, ſeu in re præſenti, duo in occidente, totidem in oriente: His adjuncti erant alii: equitum & peditum per Illyricum; equitum & peditum per Gallias: quæ omnia ex Notitia liquent. Iiſdem etiam Honorius & Theodoſ. Impp. inter militares viros, vel privatum actorem, & reum militarem, atque etiam civilium actionum audiendi facultatem conceſſerunt. *l. 6. C. de Juriſd.* Hinc ad magiſtros militum militaris perſona referenda. *l. 2. C. Theod. de exhib. & transf. reis.*

Magiſter navis accipitur, cui totius navis cura mandata eſt: qui navi ab exercitore eſt præpoſitus, navemque exercet. *l. 1. §. 2. D. naut. caup. ſtab. l. 1. §. 1. de exercit. act. l. 2. pr. §. pen. ad L. Rhod.*

Magiſter officiorum: *l. 1. C. Theod. de quæſt. & magiſtr. offic. l. 6. de proxim. com. diſpoſ. l. 3. l. 4. l. 5. C. Theod. de fabric.* Ævo Conſtantini M. Tribunus idem & Magiſter officiorum dictus fuit, ceu ex *l. 1. C. Theod. de diſtrah. pign. & l. 1. de paganis* oſtendit Gothofr. *ad d. l.* adverſus Guthier. *lib. 3. de offic. dom. Aug.* Eodem ſæculo ad Magiſtrum officiorum litteræ a Magiſtratibus cum urbanis tum provincialibus mitti ſolebant, de præcipuis quibuſque, quæ ad ſcientiam principis perferenda eſſent.

Idem

Idem deinceps factitatum ostendunt duæ Symmachi epistolæ *lib.* 10. *ep.* 37. *&* 57. Et sub ejus dispositione erant epistolarum, memoriæ, libellorum & dispositionum scrinia: *l.* 6. 11. 17. *C. Th. de proxim. Comit. l.* 2. *de commeat. l.* 29. *de hæret. l.* 7. *& seq. C. eod. tit.* Porro erant sub Magistro officiorum constantinopoli *officia* palatina scilicet, (non magistratuum officiales, ut putavit Baronius & post eum alii) id est Scholæ scutariorum, Clibanariorum, gentilium armaturarum &c. *l.* 4. *C. Theod. de his qui super relig. contend.* & ibi Gothofr. Ideo Magister officiorum apud Græcos τῶν ἐν τῇ ἀυλῇ τάξεων ἡγεμῶν seu μάγιςρος dictus, ut ex Zosimo pluribus locis aliisque patet. Item ἡγεμῶν τῶν βασιλείων apud Theodorit. 5. *c.* 10. Denique ad eum cursus publici potestas spectabat, ut adparet ex *l.* 9. *C. de curs. publ.* Vocatur etiam simpliciter *Magister* in *l. ult.* §. *ult. C. de delator. l.* 4. *C. Theod. de primicer. & notar.*

Magistri pagorum, ita dicti a Siculo Flacco *de conditionib. agror. pag.* 9. inter scriptores rei agrar. παγάρχοι apud Isidor. Peleusitam *lib.* 2. *ep.* 91. in Justiniani Novellis & in Edicto 13. *in præf. & c.* 24. Magistratus vocantur in *l.* 2. *Cod. Th. de Salgamo.* Hi per pagos singulos, inter cætera, operas exigere solebant ab agrorum possessoribus ad tuendas vias ad alteras publicas pervenientes. Etiam annonæ militaris exigendæ, suscipiendæ & vicissim erogandæ curam præstabant.

Magister populi olim dictus Dictator. Cic. *de finib.* 3. *c.* 22. Senec. *Epist.* 108. *Magister* rei privatæ erat veluti procurator fisci; de eo *l.* 2. *C. Theod. de jure fisci*, *l.* 26. D. *de decur. l.* 5. *C. ubi caus. stat.* quem distinguit. Gothofr. *ad d. l.* 2. ab eo qui in *l.* 1. *C. de annonis & capit.* a Theodosio juniore magister æris, sive privatæ rei Rationalis per Ponticam atque Asianam Diœcesin nominatur, idem cum Rationali summarum a quo ille differt.

Magistri Scriniorum omnium. i. e. quorumcumque & singuli singulorum, de quibus intelligenda *l. un. C. de magistr. scrinior*, ceu ostendit Gothofr. ad *l. un. C. Th. eod. tit.* Alias magister scriniorum dictus fuit qui catholicus magister erat scriniorum, vel saltem trium, nempe memoriæ, epistolarum & libellorum, cui singuli horum magistri suberant; non tamen quarti ordinis nempe dispositionum magistri. Guther. *de off. dom. aug.* 3. *c.* 3. *&* 2. *c.* 10. Gothofred. *ad Rubr. tit. C. Th. de proxim. Comit.*

Magister scrinii libellorum. Const. de Justin. C. confirm. §. 2. *Nov. Valent. tit.* 3. idem est qui supra magister libellorum.

Magistri scripturæ dicebantur, qui ejus vectigalis societati præerant. Cic. *Epist. famil.* 63. *lib.* 13. *& ad Attic. lib.* 5. *Ep.* 15. *in Verr.* 2. *c.* 74. *orat.* 2. *c.* 70.

Magister societatis, Cic. *ad famil. ep.* 19 *lib.* 13. *Pro Planc. c.* 13. Unus aliquis e sociis dicebatur qui Romæ societati alicui, id est, aut scripturæ, aut portorii, aut vectigalium, ita præerat, ut & decumanos quasi Senatum cogendi, & ad eos de societatis negotiis referendi potestatem haberet, curamque omnem gereret tabularum, & rationum, quæ undique ab iis, qui operas dabant, Romam mitterentur: denique is est, cui earum rerum, quæ ad societatem pertinent præcipua cura incumbit. Hic promagistrum in provincia habebat, sui quasi muneris vicarium, & societati præfectum, qui etiam Magister interdum adpellatur, *l.* 14. *D. de pact.*

Magister studiorum: *l. 7. C. de profess. & med.* studiorum liberalium: *l. 37. pr. C. de inoff. test.* magistri qui civilium munerum vacationem habent, *l. ult. §. ult. de mun. & honor.*

Magistri vestium, item privatæ vel lintearîæ vestis: *l. 14. C. de murileg:*

Magistri vicorum. Suet. *Aug. c. 30. & ult.* quos uno vocabulo Vicomagistros Pub. Victor adpellat. Dicti etiam στενοπάρχοι quales singulis urbis vicis præerant. Magister universitatis *l. 9. D. rat. rem. hab. Magistri* etiam accipiuntur pro custodibus ut in Terent. *phorm. act. 1. sc. 22. v. 2.* Mefiliis relinquunt quasi magistrum.

Magister sacri palatii S. Pontificis, consuevit esse ex ordine prædicatorum; & ordinarie quando fit consistorium, legit in palatio publice aliquid in theologia. Ad hunc spectat ordinare, qui debeat facere sermones in capella Apostolica & eorum sermones prævidere curareque, ut nihil dicatur puritati fidei & gravitati illius loci contrarium.

MAGISTERIA dignitas Cassiod. *Var. 6. c. 6.* potestas: *l. 6. C. de jurisd. l. 3. ubi Senat.* quam Suidas μαγιστερίαν ἀρχὴν magisterialem magistratum vocat.

MAGISTERIANI sunt agentes in rebus, sic dicti, quod ex eorum schola executores litis magistro officiorum attribuerentur, ut Martianus Scotus testatur. De his *Nov. 17. & 124.* Itaque Julianus, *Nov. 86.* docte agentes in rebus vertit.

MAGISTERIUM, pro dignitate Magistri qualicunque, vel magisteria potestate, *l. 2. C. Th. de quæst. magistr. off.* Magisteria, inquit Festus, dicuntur in omnibus rebus, quæ magis ceteris possunt.

Magisterium equitum peditumque, *l. 2. C. Theod. de præf. præt. sive urb.* militare, *l. un. C. Th. de præf. sacr. cubic.* municipale, Suet. *in oct. 3.* palatii, Eumen. *orat. pro schol. instaur. c. 11.*

MAGISTERIUS, *a, um*, adj. construitur cum voce dignitas, Cassiod. *lib. 6. Var. c. 6.* & potestas, *l. 6. C. de jurisd. omn. jud.* & passim.

MAGISTRATUS a Magistro dictus, Varr. *lib. 4. de ling. lat.* Paull. *l. 57. pr. D. de V. S.* Festus ait, a magistrando dictum, & ejus vocis duos notat significatus, quorum unus personam demonstrat, ut quum dicimus, magistratus jussit; alter honorem, ut quum dicimus, Titio magistratus datus est; & eo sensu usurpatur in *l. 57. D. de re judicat.* ubi: princeps qui ei magistratum dedit; similiter, in magistratu esse, *l. 12. judic. solv.* magistratu abire *l. 32. D. de injur.* item, magistratum gerere, *l. 13. §. ult. ad SC. Trebell.* in magistratu positus, *l. 3. §. ult de recept. arbitr.*

Magistratum ait Festus eum fuisse qui judicium auspiciumque haberet: quemadmodum Cicero in LL. scribit, Magistratus omnes judicium auspiciumque habento. Horum vero auspicia in diversas potestates divisa sunt: maxima sunt Prætorum, Consulum, Censorum, quorum tamen omnium non inter se eadem, aut ejusdem potestatis sunt. Reliquorum vero Magistratuum minora sunt auspicia; ideo illi majores, hi minores magistratus adpellantur: de quibus vide fusius dicentem Aul. Gell. *lib. 13. c. 14.* In Jure nostro autem *l. 2. D. de in jus voc. l. 12. §. 1. D. de judic l. 26. §. 2. ex quib. caus. maj. l. 32. de injur. l. 18. pr. de minor.* Majores dicuntur Magistratus, qui imperium potestatemque aliquam habent, quippe coërcere aliquem possunt, &

& jubere in carcerem duci: minores vero, qui fine imperio & poteftate funt: *Magiftratus* apud Pompon. *l.* 2. D. *de orig. jur.* fignificat omnes quibus judicandi functio commiffa fuerat: non ut jus conftitueretur, fed ut id quod conftitutum effet dicerent, quafi viva vox juris civilis. Tales autem Romæ habitos fuiffe idem tradit Dictatores, Confules, Cenfores, Prætores, Ædiles, Tribunos plebis, Quæftores, Decemviros, Præfectum urbi, Tribunos militum: alios autem fuiffe, qui etfi Magiftratus non effent, extraordinem tamen, utilitatis caufa conftituti jus dicebant, ut Præfectum annonæ & Præfectum vigilum, de quibus accipiendum eft quod in *l.* 7. *in fin. D. de off. proconf.* fcriptum eft. Ulpianus Magiftratum generaliter eum interpretatur, qui in poteftate aliqua fit: Dicendum tamen eum a propria fignificatione paululum recedere; quod nec omnes magiftratus poteftate fint prædití, ut dictum eft fupra, nec omnes publica poteftate præditi magiftratuum nomen obtineant: & ob eam caufam Magiftratum poteftatemque, ut diverfa disjungi videmus in *l.* 1. D. *quod quifq. jur. l.* 3. *in fin. D. de arbitr. l.* 8. *D. de accuf.* Sic *l.* 13. D. *de jurifd.* Magiftratus vel is, qui in poteftate aliqua fit, ut puta proconful, vel prætor vel alii qui provincias regunt.

Magiftratus populi Romani dicebantur non modo ut ab aliis diftinguerentur ii qui in urbe jus dicebant; fed, poft divifionem provinciarum ab Augufto factam, ii etiam qui in provincias miffi effent proconfules fecernerentur a Præfidibus feu Rectoribus provinciarum. Quorfum fpectare videtur *l.* 4. §. 1. *D. de inter. in jur.* his verbis: Quod ait Prætor *in jure*, fic accipiendum eft, apud *Magiftratus* populi Romani (qui nempe jus in urbe dicebant, vel in provincia erant a Præfidib. diverfi) vel præfides provinciarum, vel alios judices. Ex quo cernitur quam late pateat quod dicitur *in jure.* Initio quidem in provincias mittebantur Prætores, ut & jus redderent, & fi res cogeret, bellum adminiftrarent. Ex eaque ratione & numerus Prætorum cum ipfo Provinciarum numero crevit, ut recte obfervavit Pomponius, *l.* 2. §. 32. D. *de or. jur.* Poftea exortis in una alterave provincia bellis ac tumultibus paulo gravioribus, provinciæ quædam ipfis etiam Confulibus decerni cœperunt. Ex eo ergo tempore aliæ erant provinciæ Confulares, aliæ prætoriæ. Si vero aliquando vifum effet Senatui, prorogare his imperium, ut exacto etiam anno magiftratus in provinciis manerent (quod poftremis liberæ reipublicæ temporibus frequentius, quam reipublicæ expediret, contigiffe novimus:) tunc demum *pro confule* vel *pro prætore* provinciam regere dicebantur. Eaque nomina & tunc manferunt, quum exacto confulatu, vel exeunte præturæ anno, certæ provinciæ ex confulibus, vel ex prætoribus, decerni cœpiffent. Car. Sigon. *de jure antiqu. provinc. lib.* 2. *c.* 1. & Heinec. *ad Briffon.*

Alii erant *Magiftratus* municipales *l.* 3. *l.* 19. §. 1. D. *de tut. & cur. dat.* feu municipii, *l.* 38. D. *de negot. geft.* quales magiftratuum generali nomine defignantur & intelligendi funt in *rubr. De magiftrat. conveniend. & l.* 27. *l.* 3. *D. de negot. geft. l.* 11. *l.* 13. *ad municip.* Municipalium autem nomine Coloniarum quoque magiftratus intelligendi; & tales fuerunt in plerifque Duumviri de quibus *l.* 3. D. *qui pet. tut. vel cur. l.* 1. §. 9. D. *de magiftr.* con-

conven. l. 2. C. eod. tit. in aliis quatuor viri, ut apud Cic. *lib. famil.* 13. *l. un.* C. *de ſolut. & lib. debitor. civit.* in aliis, ut Arpini, Ædiles erant. Cic. *lib. famil.* 13. *& in l.* 30. §. 1. D. *locat. cond.* In aliis veluti Lanuvii Dictator. Cic. *pro Milon.* Capuæ autem quo primum tempore colonia facta eſt, Prætores vocati ſunt Cic. 2. *in Rull.* De hiſce autem ſummis coloniarum municipiorumque magiſtratibus illud ſingulare ac notatu dignum eſt, prætextis eis uti jus fuiſſe, quemadmodum ex Livii locis intelligitur. Ad magiſtratus municipales pertinent hæ phraſes in jure noſtro. Magiſtratus cenſus Antiochenæ per Syriam civitatis *l.* 169. *C. Theod. de decurion.* item magiſtratus civitatis, *l.* 3. *C. Theod. de ſuperexact.* magiſtratus & ordines civitatis, *l.* 5. *C. Th. de exhib. & tranſmitt.* magiſtratum petere in municipio: *l. un.* §. 1. *D. de leg. jul. de ambit.*

MAGNIFICERE pro magnifacere, in Florentin. legitur *l.* 2. §. *pen. D. quod vi aut clam.* ita Briſſon. *in parerg.* §. 55. Sed, ne hæc forma librariis potius, quam Ictis, debeatur, veretur Heinecc. Eſt autem magnifacere in pretio habere, eoque ſenſu legitur in *l.* 4. §. 5. *de off. proconſ.* magni æſtimare dicit Paul. *in l.*26. D. *ad L. Aquil.*

MAGNIFICENTIA eſt rerum magnarum & excelſarum cum animi ampla quadam & ſplendida propoſitione agitatio atque demonſtratio. Cic. *lib.* 2. *de invent. c.*54. magnificentia mea, *l.* 1. *C. de veteran.* veſtra, *l.* 2. *C. de off. ejus. qu. vic. alt. jud.*

MAGNIFICUS, *a, um.* Hoc titulo ornantur Præfecti prætorio, magiſtri militum, magiſtri officiorum, magiſtri inter agentes, quæſtores, Comites domeſticorum, *l.* 16. *C. de teſtam. milit. l.* 33. *de adpell. l.* 8. *de defenſ. civit. l.* 8. *de mod. mulct. l.* 6. *l. ult. de adv. div. jud.* Hinc magnifici judices *l* 32. *C. in fin. de adpell. & magnifici viri l.* 34. *C. eod.*

MAGNITUDO æris alieni *l.* 36. D. *de bon. libert.* facinorum *l.* 5. *C. de malef. & math.* patrimoniorum *l.* 17. *pr.* D. *de excuſ.* vel rerum aliarum paſſim in LL.

MAGNUS, *a, um,* conſanguineorum & adfinium quorumdam gradum removet; ut amita magna, i. e. avi ſoror, *l.* 1. §. 6. *& l. ult.* §. 15. *D. de grad. & adfin.* magna amita & matertera *l.* 17. §. *ult. D. de admin. & peric. tut.* Avunculus magnus, aviæ frater; patruus magnus, avi frater *d. l.* 1. §. 6. *D. de grad. & adfin.* Socer magnus, uxoris avus, vel mariti avus: Socrus magna, avia uxoris meæ, *l.* 4. §. 6. *eod.* Feſtus, ait: magnum ſocerum adpellat vir uxoris ſuæ avum: magnam ſocrum vir uxoris ſuæ aviam adpellat. Magnus dicitur Imp. Antoninus *in l.* 1. D. *de requir. reiſ.* De rebus quoque dicitur, ut de cauſſa *l.* 10. D. *de mun. & honor.* de damno: *l.* 21. *D. de judic.* de machinatione, *l* 14. D. *de dolo malo,* & de rebus aliis paſſim in jure noſtro.

MAGUS, ſortilegus, quam male audiat vide in *l.* 4. *l.* 7. *C. de malef. & mathem.* ut vivus exuratur juxta Paull. *Sent. v.* 23. §. 17. De magis vide ſupra in voce magia.

MAJESTAS dicitur a magnitudine, auctore Feſto; Eam ut Deam honoris & reverentiæ filiam fabulatur Ovidius *Faſt.* 5. *v.* 23. Tribuitur illa Deo, *l.* 32. §. 4. D. *de recept. arb.* Cic. *de divin. l.* 38. *& de nat. Deor.* 2. 30. Sumitur quoque pro ſumma poteſtate, dignitate ſummove in civitate imperio; eaque tribuitur populo Romano, *l.* 7. §. 1. D. *de capt.*

capt. & postlim. rev. Cic. *partit. orat.* 30. *& de orat.* 2. 9. *& de invent.* 2. 17. majestas publica: *l.* 3. D. *ad Leg. jul. maj.* majestas imperii populique Romani Quinctil. *Inst. or.* 4. 4.

Majestas & Imperatoribus vel principibus tribuitur. Sic majestas augusta: *l.* 4. *C. de jur. fisci.* imperatoria: *l.* 1. *C. de thesaur.* regia *l.* 1. *C. ut nemo priv.*

Sed & *majestas* dicitur Magistratuum, veluti Consulis Cic. *philip.* 13. 9. *& in pison.* 11. prætoris: *l.* 9. D. *de jurisd. l.* 33. D. *de injur. l.* 11. *in fine de just. & jur.*

Item legum seu *sanctionis majestas*, in *l.* 80. *C. Th. de decurion.*

Denique, patrum tanquam familiarum principum, uti vocat Ulp. *fragm.* 4. 1. patria majestas dicitur variis locis quos collegit Theod. Marcil. *in interpret. XII. Tab. c.* 24.

Majestatis crimen definitur in *l.* 1. D. *ad L. jul. majest.* quod adversus populum (Rom. qui libera Republica pro summo imperante erat) vel adversus securitatem ejus committitur: & Cicero monet, in hoc quoque crimen cadere, quod adversus principem, in quem populus omne suum imperium transtulit, committitur. Olim autem, ut Tacit. *lib.* 1. scribit, in judicium majestatis hæc tantum crimina veniebant, si quis proditione exercitum, aut plebem seditionibus, denique male gesta Repub. majestatem populi Rom. minuisset Nec apud veteres majestatis crimen diversum fuisse videtur a crimine perduellionis, quod hodie ab illo subtilius secernitur, ut hoc sit, cum quis animo hostili in principem vel populum fertur, & statum seu summam Reipublicæ labefactare conatur; ut est in *l. ult.* D. *ad L. jul. maj.* Illud vero quod crimen majestatis tantum adpellant, perduellione est levius, ut quo non summa Reip. labefactatur: sed ejus pars quædam dumtaxat. Diversa itaque crimini utrique statuta est pœna. Perduellionis pœnam vide in *l.* 5. *C. ad L. jul. maj.* majestatis criminis in specie sic dicti pœna variat, cum ratione ipsorum delictorum, tum etiam circumstanciarum, id crimen limitantium, ut cernere est ex *l. fin. in fin.* D. *eod. tit. & l.* 24. *l.* 40. *de pœn.* Ziegl. *de jur. maj. lib.* 1. *c.* 2. §. *fin.*

Sub malis principibus semper acerrime vindicatum, quidquid principibus displicebat. Qui eorum imaginem non habebat, aut ei non divinos habebat honores, qui nummum eorum vultu notatum in latrinam secum tulerat, qui non juraverat per genium & salutem principis, majestatis fiebat reus. Plura ejus lanienæ exempla prodit Tacitus: plurima verum Christianarum scriptores, nam & Christiani ejus criminis insimulabantur Sed hos vel Plin. *in paneg. cap.* 42. absolvit, dum ait: Locupletabant & fiscum, & ærarium, non tam Voconiæ & Juliæ leges, quam majestatis singulare & unicum crimen eorum, qui crimine vacarent. *Hein.*

MAJOR, *us.* De eo dicitur quod antecellit & eminet: Unde major & æqualis separantur, *l.* 14. *D. de jurisd.* sic & *major* minori oppositus intelligitur, qui viginti quinque annos implevit; *l.* 3. §. *ult. l.* 24. *pr. D. de min.* major quam viginti annis: *l.* 14. *pr. D. de bon. libert.* qui & *majoris* ætatis esse dicitur *l.* 23. *de min.*

Major natu filia *l.* 77. §. 21. D. *de legat.* 2. Et hoc sensu dicitur major filius & frater: *l.* 21. §. *ult. D. de ann. legat.* Promovet quoque gradus: ut, *Major* avunculus, proaviæ frater, patris

tris vel matris avunculus magnus: patruus *major* eſt proavi frater, patris vel matris proavus magnus: amita *major*, proavi ſoror, patris vel matris amita magna: matertera *major*, ſoror proaviæ patris vel matris matertera magna *l.* 1. §. 7. *l.* 10. §. 16. *D. de grad. & adf.* patruus *major*: *l.* 93. *D. de legat.* 3. Feſtus: major patruus eſt aviæ patruus, *major* amita, avi & aviæ amita: maior avunculus avi & aviæ avunculus: *major* ſocer, uxoris meæ proavus: *major* ſocrus uxoris meæ proavia.

Major caſus: §. 2. *Inſt. quib. mod. re contrah. oblig.* cauſſa: *l.* 53. §. 2. D. *de re judic.* cautio: *l.* 2. *C. de non num. pec.* quæſtio: *l.* 54. D. *de judic.*

Major centenario, in Lege Papia dicebatur libertus, qui ſuper ſeſtertium centum millium rem ſeu patrimonium reliquerat, (quam ſummam tamen Juſtinianus, ceu ſupra ſub articulo *Centenarius* oſtenſum eſt, in centum aureos commutavit:) *l.* 16. §. 1. *D. de jur. patron. junct.* §. 1. *Inſt. de ſucceſſ. libert.*

Majores domus: *l.* 38. §. 4. D. *de legat.* 3. *l.* 38. §. 1. D. *de damn. infect.* ubi utrobique domus ſunt habitacula: Unde diverſa ſignificatio eſt illa, apud Francos recepta, quibus ſummi rerum adminiſtri, penes quos palatii, & aulæ regiæ, & totius regni cura erat, *Majores domus* dicebantur. De iis Car. du Freſne *Gloſſar. Lat.* ſub ea voce, ut Petr. Faber. *lib.* 1. *Semeſtr. cap.* 1.

Majus delictum: *l.* 5. §. 2. *D. de pœn.* facinus: *l.* 3. §. 6. *D. de tabul. exhib.*

Majores honores: *l.* 2. *C. quemadm. civ.*

Major judex: *l.* 1. §. 3. *D. de adpell. l.* 32. §. 7. D. *de recept. arb.*

Major magiſtratus. Vid. ſupra *magiſtratus.* Feſtus major magiſtratus Conſul dicitur. Majorem Conſulem L. Cæſar putat dici, vel eum, penes quem faſces ſunt, vel eum, qui prior factus ſit: Prætorem autem majorem urbanum, minores ceteros.

Major pars, ubi de votis agitur ea eſt quæ prævalet. Sic major pars arbitrorum *l.* 17. §. 6. *l.* 27. §. 3. *D. de recept. arb.* Si in tres fuerit compromiſſum, ſufficit duorum conſenſus, ſi præſens ſit & tertius. Eo enim modo invenitur *major pars* cujus arbitrio ſtabitur: *l.* 17. §. 6 D. *eod* Similiter de judicibus in *l.* 18. *eod. & l.* 39. D. *de re judic.* & de decurionibus *l.* 45. *C. de decur.* juncta *l.* 3. *D. de decret. ab ord. fac. l.* 3. *quod cujuſq. univ. nom.* Ita quod major pars curiæ effecit, pro eo habetur, ac ſi omnes egerint: *l.* 19. D. *ad municipal.* Refertur enim ad univerſos, quod publice fit per majorem partem. In diſceſſionibus quoque Senatus hæc formula uſurpata: hæc pars major eſſe videtur ceu ex Senec. *de vita beata. lib.* 2. oſtendit Briſſon. *de formul.* Quæ pars major erit, ejus ſtabitur conſilio. Liv. 29. *c.* 22. Major pars creditorum in ſpecie, *l.* 7. *D. de pactis* pro modo & cumulo debiti, non pro numero perſonarum accipitur, *l.* 8. D. *eod.* Quod ſi æquales ſint in cumulo debiti, tunc plurium creditorum numerus præferendus eſt: in quo ineundo plures ejuſdem pecuniæ reos ſtipulandi pro uno computamus, *l.* 8. *l.* 9. D. *eod.*

Majores etiam dicti Judæorum Antiſtites. Nam majores judæorum & Patriarchæ occurrunt in *l.* 1. *C. Theod. de Jud.* Eorum etiam fit mentio *in Nov.* 146. & *l.* 23. *C. Theod. eod.* ubi Didaſcalis junguntur. Quemadmodum ergo Didaſcalus eſt rabbinus vel magiſter ſynagogæ: ita per *majores* intelligendi laici ſynagogarum recto-

rectores & consules quos *Parnosim* vocant, quique & synagogarum patres adpellantur in Constitutione Constantini, *l.* 4. *C. Theod. eod.* De quibus vide plura apud Vitringam *de synagog. vet. jud. lib.* 2. *c.* 11.

Majores apud Romanos nominabantur parentes supra Tritavum, qui speciale nomen non haberent, *l.* 4. §. 2. *D. de in jus voc. l. ult.* §. 7. *D. de grad. & adf.* Servius *in* 8. *Æneid. ad vers. lætique minores.* Minores, ait, non dicimus, nisi quotiens deficit graduum nomen, ut filius, nepos, pronepos, abnepos, trinepos: ubi isti gradus defecerunt, merito jam dicimus minores, hic majores dicimus post patris, proavi, abavi, atavi vocabulum. Quanquam majoribus crebrius latini posteros opponunt. Atque hæc est vocis *majores* proprietas, quam tamen non usque adeo stricte rigideque servamus. Nam ex ascendentibus, supra patrem & avum quoslibet, a quibus genus gentemque ducimus, *majores* vulgo adpellamus, ut in *l.* 3. *D. de interdict. relegat.* Non enim hæc patrem sed majores ei dedisse. Et *l. un. C. Theod. de his qui ven. ætat.* quæ est *l.* 2. *pr. C. eod. tit.* ubi pro *majorum* vocabulo, *avorum* reposuit Tribonianus.

Majores alias generaliter adpellantur omnes, qui ante nos fuerunt vel ante aliquot secula: licet nullo nobis sanguinis vinculo sint devincti. Sic in *l.* 20. *D. de legib.* Non omnium quæ a majoribus constituta sunt ratio reddi potest, & alibi passim. Cic. *Philip.* 9. *c.* 2. His enim majores nostri, qui ob rempublicam mortem obierant, pro brevi vita diuturnam memoriam reddiderunt. Idem alibi passim. Hisque opponuntur posteri: ut Senec. *lib.* 1. *de benef.* Hoc majores nostri questi sunt: hoc nos querimur, hoc posteri nostri querentur, eversos esse mores, regnare nequitiam. *More majorum* puniri *l.* 9. *pr. D. ad L. pomp. de parricid.* Sueton. *in Neron. c.* 49. Se hostem a senatu judicatum, & quæri ut puniatur more majorum: interrogavitque, quale id esset genus pœnæ? Et cum comperisset, nudi hominis cervicem inseri furcæ, corpus virgis ad necem cædi. *cæt.*

MAJORINA pecunia de qua *l.* 6. *C. Theod. de fals. mon. l.* 1. *si quis pecun. conflav. l. ult.* D. *eod. tit.* Qualis ea sit disquirunt Jac. Gothofr. in *d. l.* 6. & Jac. Guther. *de off. dom. Aug. lib.* 3. *c.* 19.

MAJORITAS vox a Pontificibus & interpretibus usu recepta a majori ducta græco more. *Rubr. de majoritate & obedientia in Decretal. lib.* 1. *tit.* 33. In Sexto *tit.* 17. in Extra Jo. XXII. *tit* 2. & extra. *Com. tit.* 8. *c.* 3. Eam in pluribus consistere scribit Andr. *c. si pluribus*, *de præbend.* In quibus spectetur, indicat latius Albericus *in alphabeto.*

MAJUMA ludi genus fuisse quoddam satis patet ex *l.* 1. *C. de majum. l.* 2. *C. Theod. eod. tit.* Suidas scribit a maio mense fictum vocabulum, quod cives Rom. certo ejus mensis die Ostiam, maritimam urbem se conferentes ludibundi oppugnarent, seseque in aquas marinas dejicerent. Mirum equidem nullam ejus ludi in Ovidii fastis mentionem, & Arcadium Honoriumque Impp. non se civibus Rom. sed provincialibus, ejus ludi licentiam reddere scripsisse. Jac. Gothofr. *Comm. in Cod. Th. ad dict. tit.* Libanii & Juliani apostatæ testimoniis recte demonstrat, ipsos paganos hanc sollennitatem tanquam pessimam damnasse. Intermixtæ enim maribus feminæ promiscue natabant in aquis, nihilque flagitii prætermitte-

tebant. Majumam vero nobilem Gazæorum portum dici apud Nicephorum *lib.* 3. *c.* 33. *lib.* 10. *c.* 4. *lib.* 12. *c.* 47. obſervavit Hottom. ſed cum Chriſtianam religionem recepiſſet, Conſtantiam ab Imp. Conſtantino ex filii ipſius nomine adpellatum eſſe. Enimundus Bonæfidius majumam ſyriacum vocabulum eſſe credidit à *Majim*, quod aquam ſignificat: Gazeos enim in Syria collocari, & portum illum Majumam apud *Sozomen. lib.* 2. *c.* 5. adpellari. De ea feſtivitate, quam a Syris ad alios provinciales tranſiiſſe ſuſpicari licet, vide Bart. Barrienti *Silv. adnot. c.* 17. Andr. Rivin. *Diatribam de Majumis*, *maicampis & Roncaliis* a Jo. Ge. Grævio *in Syntagm. Diſſ. rarior. p.* 537. recuſam.

MALA, in *l.* 11. *pr. D. de injur. & Collat. leg. Moſ. & Rom. tit.* 2. §. 6. eſt gena, vel maxilla; ab hac voce dictam, fuga ſyllabæ, quam conſuetudo elegans latini ſermonis ſubmovit, auctor eſt Cicero *in oratore c.* 45. Plin. *lib.* 11. *c.* 37. Infra oculos, ait, malæ, homini tantum, quos priſci genas vocabant.

MALABATHRUM vel *Malobathrum* quod inter ſpecies, ad vectigal pertinentes numeratur in *l. ult.* §. 7. D. *de public. & vectigal.* quod & folium Indum vocatur. Dioſcorid. *lib.* 1. *c.* 11. folium id eſſe ſui generis ſcribit, quod Indicæ gignunt paludes &c. vide Plin. *lib.* 12. *c.* 26. *lib.* 14. *c.* 26. & *lib.* 23. *c.* 4. Horatius *lib.* 2. *od.* 7. nitentes, ait, malabathro ſyrio capillos. Inde malabathrati qui malabathri oleo delibuti ſunt apud Sidon. Apollin. *lib.* 8. *epiſt.* 3. Guarchias ab Orto *malabathrum* in procera arbore procul ab aquis naſci ſcribit mali medicæ folio ſimile, anguſtius tamen, per extremum colore viridi, tribus per longitudinem excurrentibus coſtis (qua nota facile dignoſcitur) odoratum cariophyllos redolens, quodam modo, non tam vehementis odoris ut nardus & macis, neque tam ſubtilis aut acuti ut eſt canella: De malabathro accuratiſſime egit Iſaac. Voſſius *ad Pompon. Mel lib.* 3. *c.* 7. erudite quoque Claud. Salmaſ. *ad Solin. p.* 755.

MALE adverbium denotat quid perperam fieri. Sic minor male conſumpſit pecuniam, *l.* 32. D. *de minor.* Prodigi qui male diſſipant bona. Ulp. *fragm.* 12. §. 3. Filium quem male pater contra pietatem adficiebat: *l. ult. D. ſi quis a par. manum.* Niſi me Fronto, pater veſter, male accepiſſet *l. ult.* §. 1. *de doli except.* Judex ſi male abſolvit, i. e. inique vel non ex jure, *l.* 28. D. *de condict. indeb.* Male conceptum inſtrumentum: *l.* 8. *D. de ſtatu hom.* male dicetur, i. e. non ex ratione: *l.* 1. §. *ult. D. ubi pupil. educ.* Si deguſtando male probavit vinum: *l.* 15. D. *de peric. & com. rei vend.* Hoc adverbium, jungitur aliquando nomini, ut vileſcat res aut perſona tanquam nomine eo indigna. Sic *male homines*, *male matrem* veteres dixere; de quorum verborum ſignificatione Caſp. Barth. *ad ſcript. rer. venatic. p.* 163. *Male contractus* heic a Briſſonio notatus non legitur *in l.* 52. D. *de re jud.* ſed *ex malo contractu & delicto oritur.*

Male in ſpecie eſt, non ex fide vel officio. Ut, cum tutores male gerere vel verſari dicuntur in *l.* 3. §. 1. & §. 7. *D. de ſuſpect. tut. l.* 1. §. 7. *de off. præf. urb.*

Male parum caute, non tuto: quo ſenſu male accipere venit in *l.* 20. D. *ſolut. matrim.* Non male contrahitur, quum contrahitus

tur cum tutoribus, *l.* 4. *D. de evict.* male contracta nomina: *l.* 6. D. *de admin. & peric. tut.* male credita pecunia *l.* 10. §. 7. D. *mandat.*

Male agere: Male petere *l.* 1. *in fin.* D. *quando dies ususf. leg. ced. l.* 4. §. 2. *de pactis.* ubi juxta Cujac. *lib.* 3 *quæst. papin. in l.* 26. D. *de compens.* & Langebeccium, *adnotat. c.* 17. *Tom.* 1. *Thesaur. jur.* male agere vel male petere ita est accipiendum, ut eo quis incideret in poenam plus petitionis remque consumeret, juxta formam veterum judiciorum; a quo differebat *nihil* agere, quod alias extra id periculum erat.

Male pro non bonis conditionibus. Sic si male emptæ ædes. plaut. Mustell. *act.* 3. *sc.* 2. male conciliate in Ter. Eunuch. *act.* 4. *sc.* 4. Donatus interpretatur male emite, additque, *male*, magno significat. Sic etiam male vendere est vili prætio vendere *l.* 3. D. *ad L. falcid.*

MALEDICERE *l.* 9. *D. de his quæ ut indign. l.* 15. §. 44. *D. de injur.* Aliud esse accusare Cicero *pro M. Coelio c.* 3. tradit, additque: accusatio crimen desiderat, rem ut definiat, hominem ut notet, argumento probet, teste confirmet. Maledictio autem nihil habet propositi, præter contumeliam: quæ si petulantius jactatur, convicium, Si facetius, urbanitas nominatur: vide Sylvium *in or. pro Front.* & Franc. Balduin. *in cathech. jurisf. civ. c.* 4.

MALEDICTUM est infamandi causa dictum: quod tum demum in convicium transit, cum in coetu & cum vociferatione dictum est: *l.* 15. §. 11. D. *de de injur.* Institutio heredis cum maledicto valet: *l.* 48. §. 1. D. *de hered. inst.* non autem, si quis heredem non designet nisi eo quod contumeliæ causa solet addi, *l.* 9. §. 8. *eod. tit.*

MALEFICIATUS, quis sit, disces *ex tit. de frigid. & maleficiat. extra.* & ex *summa Hostiens. eo. tit.*

MALEFICIUM dicitur, quidquid improbe admissum est; alias delictum. Ita ex maleficio obligari, & quasi ex maleficio teneri, *l.* 5. §. 1. 2. 4. 5. *& ult. D. de O. & A. pr. Inst. de oblig. quæ quasi ex delicto.* Si res non ex maleficio veniat, sed ex contractu, *l.* 58. *pr. D. de jud.* In maleficio ratihabitio mandato æquiparatur. *c. sicut. tit. de Simon. & cap. sicut dignum de homicid.*

Maleficium, pro magicis aliisque illicitis artibus. Ita: maleficiorum labe pollutus. *l. ult. C. de malef. & mathem.* Eodem modo maleficii crimen accipiendum in *l.* 4. *C. Theod. de indulg. crim.* Et ita haruspicinam nullum cum maleficiorum causis consortium habere censent Imperatores Valentinianus Valens & Gratianus in *l.* 9. *C. Theod. de malef. & mathem.* de qua constitutione vide in verbo *haruspicina.*

MALEFICUS in genere qui damnum infert & nocet. Sed maleficorum nomen jam inde a Constantini M. temporibus, ob facinorum magnitudinem, illis a vulgo impositum, qui magicis artibus exitium hominibus inferrent, ceu adparet ex *l.* 5. *C. de malef. & mathem.* & *l.* 7. *eod.* item *l.* 6. *C. Theod. eod. tit.* Lactantius *lib.* 2. *divin. inst. c.* 17. de dæmonibus agens: Ut eos, ait magi, & ii, quos maleficos vulgus adpellat, quum artes suas exsecrabiles exercerent. B. Hieronymus *ad Dan.* 2. Maleficos ait esse, qui sanguine utuntur & victimis, & sæpe corpora mortuorum contingunt. vide Gratia-

 num

num in *can. nec mirum 26. quæst.* 5. qui verba refert Augustini *de Civit. Dei.* Huc pertinent sequentia: In mortuos veneficus, sive maleficus: *l.* 8. C. *Theod. eod. tit.* & verba hæc Impp. Gratiani, Valentiniani & Theodosii *in l. 6. C. Theod. de in dulg. crim.* Qui noxiis quæsita graminibus, & diris immurmurata secretis, mentis & corporis venena composuit. Et ita maleficos accipe in Edicto Athalarici Regis, apud Cassiodor. *Var. lib.* 9. *c.* 18.

MALEVOLUS, *a, um*, ita: malevolum præpositum. *l. 6.* D. *de suspect. tut.*

MALIGNE seu mala mente. Non maligne accipiendum *l.* 126. §. 2. D. *de V. O.* Si maligne hoc fecit, *l.* 43. *D. de recept. arb.* maligne circa sanguinem suum inferentes judicium, *l.* 4. D. *de inoff. test.* Si quid maligne interrogasse compererit, *l. 6.* §. *ult. D. de custod. & exhib. reor.*

MALIGNITAS, *l.* 5. §. *ult.* C. *de pact. conv.* Sine aliqua malignitatis interpretatione *l.* 8. *C. Theod. de bon. præscr.*

MALIGNUS. maligno animo, *l.* 7. §. 8. *D. de aquir. v. omitt. her.* maligna suspicio, *l.* 1. D. *ubi pupill. educar. v. mor.*

ΜΑΛΙΣΤΑ. i. e. maxime: adsentientis est, *l.* 8. *D. de legat.* 3.

MALITAS. i. e. malum. *l.* 5. *D. quod met. causs.* eodem modo ut bonitas discimus. Excerpta e vetere glossario: *malitas κακία.* Nihil ergo, ait Heinecc. heic mutandum videtur, nec audiendi qui in dicta lege, rescribendum pro *malitatis* existimant *mali calamitatis*, vel *malignitatis*. Vid. Car. Labbei *Observ. & emend. in Synops. Basilic. p.* 59.

MALITIA. Cic. *de nat. Deor.* 3. *c.* 30. versuta ac fallax nocendi ratio est. cui simplicitas opponitur, *l.* 1. D. *de dol. mal.* Inde Cicero *ibid.* formulam de dolo malo a C. Aquillio repertam everriculum omnium *malitiarum* adpellat, Illam græci *κακίαν* adpellant Cic. 4. *Tusc. c.* 15. Malitia fidejussoris: *l.* 11. D. *quod met. caus.*

MALITIOSE, i. e. dolose, callide, insidiose, fraudulenter, apud Cic: *off.* 3 30. Malitiose edere, & dolo malo idem valent, *l.* 8. *D. de edend.* Malitiose in pignore versatus: *l. 9. D. de pignor. act.*

MALITIOSUS, *a, um*, fallax Calumniosa est malitiosa interpretatio juris, ait Cic. *off.* 1. 10. Malitiosa litium semina comprimere, *l.* 1. *C. Theod. de Episc. judic.*

MALLEATUS, *a, um*, malleo tusum. Malleati libri: *l.* 52. §. 5. *D. de legat.* 3. Sic & crudum sed non malleatum spartum dixit Columell. 2. *c.* 19.

MALLEUS fabri: *l.* 2. §. 1. *D. ad L. Rhod. de jact.*

MALO; magis volo: verbum de iis, quorum electio libera est, usurpari solitum, *l. ult.* §. *fin. D. de novi oper. nunt. l. pen. de pollicit.* Et ei aliquando intendendi adverbia adduntur, ut magis malle, *l.* 52. §. 10. *D. pro soc.* Maluit potius, *l.* 35. D. *de mort. caus. don.*

MALOBATHRUM. v. *Malabathrum.*

MALUM substantive sumitur pro damno, incommodo detrimento. Ita: de duobus malis, minus eligi oportet. *Rubr. c. 7. non solum. Caus.* 22. *qu.* 4. Malo alicui esse, seu nocere: apud Nepot. 7. 7. 3. & Cic. *Att.* 14. 22. omne malum nascens facile opprimitur: inveteratum fit plerumque robustius. Cic. *in philip.*

MALUS, est arbor navis fixa, in altum directo porrecta cui an-

annectuntur vela & funes cum rotulis, inde dictus quod sit instar mali (fructus) summitate, vel quod cingatur quasi quibusdam malis: quorum volubilitate levantur vela. De eo fit mentio in *l.* 5. §. *ult. l.* 6. *D. de L. Rhod. de jact.* & in *l.* 242. *D. de V. S.* ubi pro navis parte habetur malus, quia plerumque naves sine malo inutiles essent; cum contra sine artemone esse possunt, hic pro navis parte non habetur.

MALUS, *a*, *um*, est improbus. Sic malo animo: *l.* 3. §. 1. D. *ad L. Corn. de sicar.* Mala conscientia, *l.* 11. §. 1. D. *de his qui not. infam.* Mala fides *l.* 1. §. 3. D. *de tut. & rat. distr. l.* 1. *C. de fide instrum.* Mali homines, *l.* 3. *l.* 19. *D. de off. præsid.* Malam litem persequi *l.* 6. *C. de adpell.* Mali mores, *l.* 43. §. 4. *de ædilit. edict.* Mala ratione, *l.* 3. *C. de re jud.* In eo malus est servus, quod de conditione sua dissimulat, *l.* 4. D. *quib. ad libert. proclam.*

Malus pro damnoso: sic *malum* consilium *l.* 26. *D. de injur. l.* 96. D. *de solut. Mala* emtio, apud Plin. *lib.* 1. *Epist.* 24. i. e. iniquo & immenso prætio facta. *Malus* emtor Cic. *lib. V. ad Attic. Epist.* 8. est non idoneus. Malum meritum: *l.* 2. D. *de his quæ in testam del.*

Malum pro gravi; Sic: malo letho periturus: *l.* 9. D. *de extra. crim.* quemadmodum male mori Plin. dixit 3. *Epist.* 16. Mala mansio, ad quam servi quæstionis habendæ caussa adligari & extendi solebant, de qua Ulpianus, *l.* 7. *D. de depos. & l.* 15. §. 42. D. *de injur.* & Guil. Forner. *select. lib.* 2. *c.* 1. qui *malam* mensionem *lautumias* interpretatur: quod Heineccio non arridet, ob formam loquendi *ad malam mansionem extendi* in *d. l.* 7. usurpatam.

Malum etiam dicitur magicum sive quicquid aptum ad artes magicas. Sic malæ artes in *l.* 6. *C. de malef. de mathem. & l.* 5. *C. Theod. eod. tit.* Et in XII Tab. malum carmen est incantatio. Latiori tamen sensu malæ artes sumuntur *in l.* 1. §. *ult. de serv. corrupt.* & pro mala seu præpostera ratione, apud Ammian. Marcell. *lib.* 28. *in libello rei bellicæ*, qui Mariani Notitiæ subjicitur.

MAMMILLARUM ornamentum ex cylindris triginta quatuor & tympanis margaritis triginta quatuor; *l.* 38. §. *ult.* D. *de aur. arg. legat.* Id genus ornamenti *mammillare* vocat Martial. 14. *epigr.* 46.

MANARE. *l.* 11. D. *de aquæ & aqu. pluv. arc.* Aqua sudoribus manando. *l.* 1. §. 8. *D. de aqua quotid. & æst.* Hinc *manalis* fons, i. e. perennis apud Fest.

MANCEPS, ait Festus, dicitur qui quid a populo emit, conducitve, quia manu sublata significat, se auctorem emtionis esse, qui idem Præs dicitur, quia tam debet præstare populo, quod promisit, quam is qui pro eo Præs factus est. At Ascon. Pæd. *in Divinat.* ait: Mancipes sunt publicanorum principes, Romani homines, qui quæstus sui caussa si decumas redimunt, decumani adpellantur, si portum, aut pascua publica, portitores aut pascuarii, quorum ratio scriptura dicitur. Hi omnes exigenda a sociis suo periculo exigunt, & reipublicæ repræsentant, providentes etiam in illa redemptione commodis suis. Dicuntur & hi qui quinto quoque anno a Censoribus publica, i. e. populi vectigalia redimebant: hi vero si vectigales agros, ut decumani redimebant, eos postea colonis & aratoribus elocabant. Papinianus *l.* 53. *D. locati*, ait: Qui fidejussor

juſſor extiterit apud Mancipem pro Colono publicorum prædiorum, quæ manceps ei colono locavit, Reipublicæ non tenetur. Ciceroni, *Verrin.* 3. publicanorum *principes* ſimiliter dicuntur Mancipes.

Mancipes etiam conductores aliarum rerum eſſe notat Heinecc. ut: Mancipes balnearum, in marmore apud Reineſ. *Claſſ.* 1. *Inſcrip.* 120. officinarum ærariarum *Claſſ.* 11. *inſcr.* 30. *Mancipes* porro curſus clabularii, *l.* 26. *C. Theod. de curſ. publ.* curſus publici, *l.* 24. *l.* 34. *l.* 36. *C. Theod. eod. tit.* hos per quinquennium eo munere functos oſtendunt *l.* 36. *l.* 42. C. *Theod. eod.* *Mancipes* mutationum, apud Caſſiod. *Var.* 4. *c.* 47. qui veredorum equorumque ad celeritatem commutari ſolitorum curam gerebant: de quibus Zeno ſentire videtur in *l.* 18. *C. de curſ. publ.* *Mancipes* etiam conductores ſalinarum interpretantur Imperatores *l.* 11. *C. de vectig.* Mancipes, qui thermarum exhibitionem Romæ curabant, etiam ſalinas conductas habuiſſe, indicat *l. un. C. Theod. de mancip. term.* Mancipes ſalinarum pro *municipes* apud Symmach. *lib.* 1. *epiſt.* 85. legendum obſervat Briſſon.

Mancipes viarum, Tacit. *annal.* 3. *c.* 32. quos Siculus Flacc. *de cond. agr.* redemptores dicit. Præterea, Mancipes (μάγκιπες) Romæ adpellatos, qui præerant domibus, in quibus panis civibus diſtribuendus pinſebatur, ait Socrat. *hiſt. eccl.* 5. *c.* 8. adde Henr. Valeſ. *in adnot. ad hunc locum.* Eoque ſenſu verbum hoc accipitur *in l.* 1. *C. de frum. urb. Conſt. l.* 2. *l. ult. C. Theod. eod. tit. l. un. de piſtorib.* in qua tamen mancipiis vulgo vitioſe pro mancipibus legitur.

MANCIPARE, vel ut ait, Cicero *in top.* mancipio dare: eſt mancipationis adhibita ſolennitate rei dominium transferre. Ita: familiam mancipare. Ulp. *regul. tit.* 20. §. 13. Res mobiles non niſi præſentes mancipari poſſunt Ulp. *reg. tit.* 19. §. 6. Si proprium eſt quod quis libra mercatur & ære: Quædam, ſi credis conſultis, mancipat uſus. Hor. 2. *Epiſt.* 2. Etenim jure civili uſu, i. e. poſſeſſione, res capi, i. e. earum dominium adquiri conſtat. Deinde, ſignificatu translato verbum illud aliis applicatur negotiis in quibus mancipationis ritus non adhibetur, qui ſenſim exolevit. Sic: Clericorum conſortio ſe mancipare, *l.* 163. C. *Theod. de decurion.* Curiæ mancipatus *l.* 35. 39. 124. *eod.* curiarum functionibus, *l.* 125. *eod.* honoribus *l.* 46. *eod.* obſequio. *l.* 26. *C. Theod. de epiſc.* otio, *l.* 4. *C. Theod. de re milit.* Tandem *mancipari* pro adfici; ut: mancipari præmio, *l. un. C. Theod. de his qui ſe defer.* capitali ſupplicio, *l.* 8. *C. Theod. de deſertor.*

MANCIPATIO, inquit Ulpianus, *reg. tit.* 19. §. 3. 4. propria ſpecies alienationis eſt, & rerum mancipi, eaque fit certis verbis, libripende & quinque teſtibus præſentibus. Mancipatio locum habet inter cives Romanos, & Latinos colonarios, Latinoſque Junianos, eoſque peregrinos, quibus commercium datum eſt. Ter illa intercedebat in emancipationibus liberorum, de quibus vide in verbo *emancipatio.* Erat quoque familiæ *mancipatio* in teſtamento, quod per æs & libram fit. Ulpian. *Reg. tit.* 20. §. 2. ait: Hodie ſolum in uſu eſt teſtamentum, quod per æs & libram fit, i. e. per mancipationem imaginariam, in quo teſtamento libripens adhibetur, & familiæ emtor, & non minus quam quin-

quinque teſtes, cum quibus teſtamenti factio eſt. Idem memorat Juſtinianus Imp. §. 1. *Inſt. de teſtam.* & Gell. *lib.* 15. *c.* 27. Adhibitus quoque fuit ritus mancipationis in donationibus, quo ſpectat mancipationis ſolemnitas quam dicit *l.* 4. & *l.* 5. C. *Theod. de donat.* ubi confirmat Conſtantinus conſtitutionem Antonini Pii, qua in donationibus inter parentes & liberos, neque mancipatione neque traditione opus eſſet. Erat autem hæc mancipatio, quam donationibus rerum mancipi accedere oportebat, ex capite tertio Legis Cinciæ de donis & muneribus: ceu hic obſervat Heinecc. poſt Frid. Brummer *Comment. ad leg. Cinc. c.* 13. *p.* 191. & *ſeq. edit. Paris.* & *c.* 14. *p.* 207. *ſequ.* ubi hic ritus eleganter illuſtratur ex veteribus inſcript. Vide & Cujac. *lib.* 10. *obſerv. c.* 37. & Ob. Giphan: *ad l. ult. C. de donation.* Plura vide in voce *mancipium*, verbis *Mancipio dare.*

MANCIPATUS, *us*, ſubſtantive, pro functione & munere, quo mancipes fungebantur, *l. un. C. Theod. de mancip. l.* 18. *C. Theod. de piſtor. & catabol.* Ita: mancipatui ſociari, *l.* 23. *C. Theod. de cohort. princip.*

MANCIPI res, definit Boeth. *ad Cic. Top. c.* 5. Omnes, inquit ille, res, quæ abalienari poſſunt, i. e. quæ a noſtro ad alterius tranſire dominium poſſunt, mancipi dictæ ſunt. Mancipi res veteres adpellabant, quæ ita abalienabantur, ut ea abalienatio per quamdam nexus fieret ſollemnitatem. Sed addendum fuit, vel in jure ceſſione. Cicero enim dicto loco ait; Abalienatio eſt ejus rei, quæ mancipi eſt, aut traditio alteri nexu, aut in jure ceſſio. In univerſum rerum mancipi & nec mancipi diſcrimen tantis tenebris, obvolutum eſt, ut in eo eruendo multum relictum videatur eruditorum induſtriæ, quamvis jam pleraque expenderit Corn. van Bynkersh. opuſculo de reb. mancipi & nec mancipi. *Mancipi* res enumerat Ulp. *tit.* 19. §. 1. prædia ſc. in Italico ſolo, tam ruſtica, qualis eſt fundus, quam urbana, qualis eſt domus: item jura prædiorum ruſticorum, velut via, iter actus & aquæductus. Item ſervi & quadrupedes, quæ dorſo & collo domantur, velut boves, muli, equi, aſini: cæteræ *nec mancipi* ſunt. Elephanti & Cameli, quamvis collo dorſove domentur, nec mancipi ſunt, quia beſtiarum numero ſunt. Ceterum uti prædia in Italico ſolo *mancipi* res erant: ita provincialia ante Juſtinianum, nec mancipi habebantur. Nam cum tributaria ea eſſent, vel ſtipendiaria, non poterant mancipio a provincialibus dari. Uſus duntaxat & fructus ſeu χρῆσις eorum ad provinciales pertinebat: mancipium & proprietas populi Romani erat.

MANCIPIUM interdum pro abalienatione, dominiique ex jure Quiritario per mancipationis ſollemnitatem facta translatione uſurpatur. Paull. *in collat. leg. Moſaic. & R. tit.* 16. §. 3. Poſt mortem patris, ait, natus, vel ab hoſtibus reverſus, aut ex primo ſecundove *mancipio* manumiſſus. Cic. *de haruſp. reſponſ. c.* 7. Multæ ſunt, ait, domus jure *mancipii*, & jure nexus. Hinc *mancipii* lex apud Cic. *de orat.* 1. *c.* 39. & Varron. *de ling. lat.* 5. Et *mancipio* dare & accipere Cic. *Top.* Finge mancipio aliquem dediſſe id, quo mancipio dari non poteſt. Tacit. *annal. lib.* 3. *c.* 67. Servos quoque Silani actor publicus *mancipio* acceperat. Plaut. *Curc.* 4. 2. 9. & in *Perſa.* 4. 3. 55.

55. At suo periculo is emat, qui eam mercabitur, *Mancipio* neque promittet, neque quisquam dabit. Nimirum in iis, quæ mancipio emuntur, præstatur evictio; & quidem ita, ut venditor auctoritatis nomine duplo tenus obligetur. Paul. *sent.* 2. *c.* 16. quod secus, cum res mancipio non dabatur; periculo enim emtoris ea erat, neque evictio a venditore præstari Solebat; nisi stipulatio duplæ interponeretur, quod fiebat si pretii alicujus res, esset, vel simplæ, *l.* 37. *D. de evict.* quæ quidem consuetudo ex alienatione mancipio facta fluxit, atque, ut ait Ulpianus, assidua facta fuit, ut etiam si forte ea stipulatio omissa fuisset, nihilominus in actionem ex empto, propter bonæ fidei naturam, tacite veniret. Ea enim quæ sunt moris & consuetudinis, in bonæ fidei judiciis debent venire *l.* 31. §. 20. D. *de ædilit. edict. l.* 2. *de evict. l.* 11. §. 14. *de act. empt.*

Mancipium porro est ipsa proprietas quam ab usu & fructu separant veteres, ut Græci χρῆσιν & κτῆσιν Cic. *lib.* 4. *ad famil. Epist.* 29. 30. Et Lucret. 3. *v.* 985. Vitaque mancipio nulli datur, omnibus usu. In mancipio alicujus esse, i. e. in ejus dominio & potestate, in manu Ulp. *tit.* 9. & 10. *regul.* Adquiritur autem nobis, ait, etiam per eas personas, quas in potestate, manu, mancipiove habemus. De Uxore etiam Gellius *lib.* 4. *c.* 3. ait: Quæ juncta, consuetaque esset cum eo, in cujus manu mancipioque alia matrimonii caussa foret. Nec esse ea effectu diversa, & uxorem, quæ in manum convenisset, non minus quam liberos & servos tum in manu, tum in potestate & mancipio fuisse ostendit Heineccius ex eo Gellii loco, & ex Catonis Uticensis viri recti exempli facto, qui uxorem Marciam remancipavit Hortensio teste Plutarcho *in Cat. p.* 770. Neronem vero, Liviam uxorem, etiam prægnantem cessisse Octavio Augusto, Tacit. *annal.* 5. *c.* 1. & Dio Cass. *lib.* 48. *p.* 384. memoriæ prodiderunt. Ex quibus testimoniis patet, quod inter manum & mancipium sibi deprehendere visus est Brissonius discrimen, puta jus alienandi, solido fundamento niti.

Mancipium, inquit Isidorus, est quicquid manu capi subdique potest, ut homo, equus, ovis, hæc enim animalia statim ut nata sunt, mancipium esse putantur: nam & ea quæ in bestiarum numero sunt, nunc videntur mancipium esse, quando domari sive capi coeperint.

In specie *mancipia* dicuntur servi, quod ab hostibus manu capiuntur §. 1. *Inst. de jur. pers. l.* 4. *D. de statio hom.* Donat. *in Ter. adelph. act.* 2. *scen.* 1. mancipia dicuntur, quod manu capta sunt: servi, quia servati sunt, quum eos occidi oporteret jure belli, *l.* 3. D. *de div. temp. præscr.* Longæ possessionis præscriptionem tam in prædiis, quam in mancipiis (rusticis) locum habere manifestum est.

MANCUS, quasi manu carens: &, ut Non. interpretatur, debilis. At Jurisconsultis, *in l.* 12. §. *pen. de ædilit. edict.* est qui imbecillitate dextræ sinistra utitur. Qua imbecillitate distinguitur ab eo qui scæva est.

MANDARE est gerendum quid alicui committere: quos his verbis explicari solet: mando, rogo, volo, peto. *l.* 12. §. 12. *l.* 59. §. 5. D. *mand.* Id verbum à manus datione natum esse censet Isidorus *orig.* 4. *c.* 24. Qui enim mandabant, id faciebant prehensa alterius dextra, quippe fide

dei consecrata. Terent. *Heautont.* 3. *scen.* 1. *v.* 82. Plaut. *Act.* 2. *scen.* 3. *v.* 82. Sic mandare administrationem, *l.* 60 §. 2. D. *mand.* & mandata administratis, *l.* 6. §. *ult.* D. *de procur. l.* 35. §. 1. *ex quib. caus. maj.*

Mandare quid, pro fieri jubere. Sic: si servo suo fugam mandavit, *l.* 24. D. *de noxal. act.* Quod patrem suum mandasset interficiendum, *l.* 31. §. 2. D. *de adim. legat.* Si parentis voluntas, vel testatoris, aliquid super alienando eo mandasse deprehendatur, *l.* 3. *C. quando decret. op. non est.*

Mandare pro decernere. Sic: mandare magistratum: *l.* 6. *D. de munerib. & honor.* munus, *l.* 17. §. 7. *ad municip.*

Mandare est quoque delegare, ad alium transferre, ut loquitur *l.* 1. D. *de off. procons.* Sic mandare actiones, i. e. cedere & præstare, *l.* 51. D. *de pecul. l.* 23. *pro soc. l.* 24. §. 2. *de pignerat. act.* ubi mandare & suscipere opponuntur. Mandare cognitionem, *l.* 1. *D. de off. ej. cui mand. jurisd.* jurisdictionem *l.* 5. *l.* 6. *D. de jurisd.* & passim in LL. nostris; ut & mandata jurisdictio, *l.* 12. §. 1. *D. de judic.*

MANDATARIUS qui mandatum suscipit. Ducker. *de latin. vet. jurisc. p.* 446.

MANDATIO. *l.* 37. D. *de aquir. rer. dom.* nec stipulatione nec mandatione.

MANDATOR in genere est qui aliquid mandat, *l.* 22. §. *ult. l.* 46. *l.* 49. *l.* 58. D. *mand.* Sic mandator cædis, *l.* 6. D. *ad SC. Sil.* & Paul. *rec. sent. tit.* 23. §. 11.

Mandator qui alicui auctor est, mandatque, ut pecuniam det mutuo, *l.* 41. §. *un. l.* 71. *& rubr. tit.* D. *de fidejus. & mand. l.* 28. *l.* 59. *l.* 60. *mand. l.* 1. §. 19. *si quid in fraud. patroni.*

Mandator verbis quibuscunque & absens litterisve mandare potest, fidejussor non nisi præsens verbisque solennibus stipulandi. Mandatoris & fidejussoris præter illam differentiam Brissonius hunc ponit, quod hic contractæ jam obligationi accedat, ille contrahendi negotii auctor sit. Mandatorem ait, tanquam auctorem præcedere, fidejussorem vero alienam obligationem in se suscipere. Ista non nihil obscuri habent; siquidem & mandator is quoque dicitur, qui alicui auctor est mandatque ut tempus solutionis proroget, *l.* 12. §. 14. *D. mand.* & adhiberi fidejussor tam futuræ quam præcedenti obligationi potest, dum modo sit aliqua, vel naturalis futura obligatio, *l.* 6. §. *un.* D. *de fidej. & mand.* seu, ut ait Justinian. §. 3. *Inst. eod.* fidejussor præcedere obligationem & sequi potest. Igitur magis dicendum videtur hanc esse differentiam, quod fidejussor ita accedit alienæ obligationi, ut alieno nomine obligetur, *l.* 1. §. 8. *de oblig. & act.* mandator contra proprio nomine nec per modum accessionis. Deinde, mandator prorogandi a creditore tempore solutionis, ab eo qui se pro alio soluturum constituit, ita differt, ut ad mandatorem periculum nominis pertineat, *d. l.* 12. §. 14. D. *mand.* contra, adversus constituentem cesset actio, si die constituto, vel etiam antea per actorem steterit, quominus debitum acciperet, etsi per casum fortuitum sit impeditus, modo reus in mora non fuerit; amittitur inquam hæc actio, re quamlibet exstante *l.* 16. §. *ult. l.* 18. *pr.* D. *pecun. constit.* Huber *præl. ad pandect. h. t.* §. *ult.* quæ a mandati negotio sunt aliena. Ceterum, mandator non est, qui faciendi nominis causa, quasi

ſi proxeneta intervenit. Hic enim monſtrat magis nomen, quam mandat: tametſi laudet, *l.* 2. D. *de proxenet.*

Mandator quoque cauſſæ, ſeu delationis, dicitur, qui mandat alicui & inſtruit delatorem, ſubornatque ad accuſationem, dando probationes, adlegando accuſationes, *l.* 1. §. 1. *cum ſeq. l.* 21. *in fin. D. l.* 23. *l.* 24. *de jur. fiſc.* Suet. *in Tito c.* 8. Inter adverſa temporum delatores, mandatoreſque erant ex licentia veteri.

Mandatores denique in re militari dicebantur mandata ducum ad milites celeriter perferentes, ex græco vertit Imp. Leo. Sic Suidas: mandator, εἶδος ἀξιώματος, ſpecies dignitatis militaris.

MANDATORIUS, *a*, *um*, mandatorio nomine, *l.* 15. C. *ad SC. Vellei. l.* 19. *l.* 22. *C. de fidejuſ.*

MANDATUM contractus bonæ fidei conſenſualis, quo alteri negotium gratis gerendum, committitur & ab altero ſuſcipitur: vide *l.* 1. *D. mand.* Aliud eſt generale, i. e. de univerſis negotiis, *l.* 23. §. *ult.* D. *de min.* quo non continetur tranſactio decidendi cauſa interpoſita, *l.* 60. D. *de procur.* aliud ſpeciale. Quæ autem ſpeciale mandatum deſiderent vide, *l.* 26. D. *de min. l.* 63. *de procur.* Ex eo contractu naſcitur utrinque actio cognomina. Alia quidem *mandati directa* mandanti competens; quo judicio ob dolum vel culpam latam damnatus mandatarius fit infamis, *l.* 6. §. 5. D. *de his qui not. infam.* juxta id quod ait Cicero *pro Roſc. c.* 38. In privatis rebus, ſi quis rem mandatam non modo malitioſus geſſiſſet, ſui quæſtus aut commodi cauſſa, verum etiam negligentius: eum majores ſummum admiſiſſe dedecus exiſtimabant. Itaque *mandati* conſtitutum eſt judicium, non minus turpe quam furti: credo, propterea, quod, quibus in rebus ipſi intereſſe non poſſumus, in his operæ noſtræ vicaria fides amicorum ſupponitur, quam qui lædit, oppugnat omnium commune præſidium, &, quantum in ipſo eſt, diſturbat vitæ ſocietatem. *Mandati contraria* actio, *l.* 54. §. *ult. D. mand.* competit mandatario, qui mandatum perfecit, ejuſve heredi, contra mandatorem, ejuſve heredem, ad indemnitatem. Eam quoque habet fidejuſſor ſi ſolvit, *l.* 10. §. 11. D. *mandati.* Hinc vetus gloſſarium: *mandati* actio, ἀγωγὴ, ὅταν ἐγγυητὴς ἀποδῷ τὸ τοῦ πρωτοτύπου, κινήσας ἀγωγὴν κατὰ τούτου ἐπὶ ἀναλήψει, ὧν ἀπώλεσεν ὑπὲρ αὐτοῦ. eſt actio, quam fidejuſſor, qui expunxit debitum principale, inſtituit adverſus eum, cujus ipſe debitum ſuſcepit.

Mandata ſeu præcepta principum, quæ præſidibus in provincias proficiſcentibus dabantur, quibus omnia, quæ eorum muneri & officio incumbebant, continebantur, *l.* 3. D. *de colleg. l.* 3. §. 1. *D. de don. int. vir. & ux.* Atque interdum horum mandatorum capita quædam a præſidibus in provinciis ſub edicto proponebantur, ut adparet ex *l.* 6. §. 1. D. *de cuſtod. & exhib. reis.* At erant etiam arcana principum mandata, κρυπτὰ ἀγγέλματα, & non publicanda, quæ incidentibus potiſſimum rebus novis extraordinem mittebantur. Ea κατασεσημασμένα γράμματα ἐν τοῖς πτυκτοῖς πίναξι, litteras obſignatas in duplicibus tabellis, vocat Herodianus, *Hiſt. lib.* 7. *c.* 6. ceu obſervat Heinecc. *Mandata* principis Lucianus ἐντολάς adpellat, in libello pro eo, qui lapſus inter ſalutandum fuerat. Sic & *mandata* Reipublicæ reperimus in

l. 36.

l. 36. D. *ad municip. & de incol.* Denique & *Mandata* morientium dicuntur apud Tacit. *in vit. Agricolæ c.* 45. Et talia ſunt mandata de funere apud Suet. *in Aug. c. ult.* & ſuprema mandata apud Senec. *in Medea Act.* 3. *ſc.* 2.

MANDATUS, *us.* Sæpe enim in LL. *mandatu* pro *mandato* legimus, *l.* 35. *D. de procur. l.* 3. D. *de off. ejus cui mand. juriſd. l.* 26. *D. de minorib.* Mandatu creditorum, *l.* 32. §. *ult. D. mand.* mandatu meo, tuo, *l.* 26. §. 2. & §. 5. D. *eod.*

MANDRAGORA herba ſoporifera & venenata. Plin. *lib.* 25. *c.* 13. Ea Annibal rebellantes Aphros vino permixta ſopore obrutos cepit, ut refert Jul. Frontin. *Stratagem. lib.* 2. Itaque eam inter venena adnumerat Marcian. *l.* 3. §. 1. *D. ad L. Corn. de ſicar.*

MANERE eſt conſiſtere in loco vel ſtatu, vel cauſſa. Ut manet ædificium : *l.* 6. *D. de rer. diviſ.* manet arbor in ſuo ſtatu, *l.* 7. D. *de ſerv. præd. urb.* Manere in civitate, *l.* 17. *D. de procur.* in familia *l.* 5. *D. de his qui ſui vel al jur.* in matrimonio, *l.* 41. §. 4. D. *de legat.* 3. Si in eadem cauſſa maneat : *l.* 38. *D. de ſolut.*

Manere, pro pernoctare, Hor. 1. *od.* 1. 25. Manet ſub jove frigido venator, teneræ conjugis immemor. Sic : manere in caupona viatores dicuntur, *l.* 5. *pr. D. naut. caup. & ſtab.* Unde ipſæ cauponæ, uti paullo poſt adparebit, manſiones dictæ ſunt.

Manere dicuntur res incorporales, veluti actiones, obligationes & jura, aliæque, quæ non tolluntur, non diſſolvuntur, non infirmantur, non mutantur : ita paſſim in LL.

Manere quoque eſt expectare, ut : quos neceſſitas obſequendi manet, non auctoritas imperandi, *c. cum laicis, ult. de reb. Eccl. alien. vel non.*

MANES, hæreticus, qui Manichæis nomen dedit, ſervilis conditionis homo, antea ſive Scythianus, ut Theodoritus ſcribit, ſive Curbicus. Verum & *Manetis* nomine ob invidiam ejus offenſi ejus ſectatores, cum Manichæum dixiſſe feruntur. Omnia hæc ſatis nota pervulgataque ſunt ex ſcriptoribus de hæreſibus, Epiphanio, Auguſtino, Philaſtrio, ſimilibuſque. *Hein.*

MANES, *ium.* Animæ corpore exutæ, ab antiquo manis vel manus, quod bonum ſignificabat, auctore Feſto in *manare*, & Non. Marcell. 1. 337. Sunt autem animæ melioris notæ, ut ait Apuleius *de dæmon.* Socrat. *p.* 50. *Manes* defunctorum propinquorum numina vocabant, ut adparet ex Ovid. *Hero.* 3. 105. ubi : perque trium fortes animas, mea numina fratrum. Cic. *de LL.* 2. 9. Deorum manium jura ſancta ſancto. Iis nempe ſepulchra erant conſecrata. Unde formula : *Dis manibus ſacrum.*

Manes defunctorum colebat antiquitas ſub *Deorum Manium* nomine, quare eorum jura ſancta eſſe voluerunt, & ab hominum injuria munita. Lex vetus erat : *Deorum Manium jura ſancta ſunto.* Manium ædificia Imperator Julianus, *l.* 4. *C. Theod. de ſepulcr. viol.* ſepulcra vocat. Quis ſit eorum favor propter publicam utilitatem, *l. ſunt perſonæ* D. *de religioſ.* Ibi requieſcere mortuos crediderunt, & eorum ſepulcra domum æternam, perpetuam ſecuritatem, & quietem æternam nuncupabant : Gutherus *lib.* 2. *c.* 20. Manes adorari dicebantur, cum quis illos alloqueretur, illiſque bene precaretur : Senec. *epiſt.* 86. Manes aut boni, aut mali ſunt. S. Auguſtin. *lib.* 9. *de civit. Dei cap.* 11. Quos vero neque precabantur neque imprecabantur manes contemtos nominabant. Pro-

pertius *eleg.* 8. *lib.* 2. Et tua contemnens transibit ossa viator. Tibullus *lib.* 2. *eleg.* 6. Ne tibi neglecti mittant mala somnia manes. Ex Numæ instituto placandos manes Pontifex edocebat. Liv. *lib.* 1. Manes cum præfati essent, animam quasi ad vitam revocabant. Propertius *lib.* 1. *eleg.* 10. Sed frustra mutos revocabis Cinthia manes. Manium expiatio propitiationem respicit, quæ Diis aut hominibus violatis debebatur: Cicero *de Arusp. resp.* & etiam homicidæ expiabantur; Budæus *ad l. aut. facta* §. *eventus* D. *de pœn.* Manes suos unusquisque patitur: Virgil. *lib.* 6. Diis Manibus plures inscriptiones Romani fecerunt. Dn. *Giron.*

MANGO, *nis.* Ita in *l.* 207. D. *de V. S.* appellantur, quos Venalitiarios vocat Suet. *in Domit. c.* 7. qui mancipia venalia habet; tametsi mango non modo servorum venditor sit, sed aliarum quoque rerum. Senec. *de benef.* 4. *c.* 13. Mercator urbibus prodest; medicus ægris: mango venalibus. Idem *Epist.* 80. Mangones quidquid est, quod displiceat, aliquo lenocinio abscundunt. Et plane, id genus hominum ad lucrum potius vel turpiter faciendum pronius esse ait Paullus, *l.* 44. §. 5. *D. de ædilit. edict.* Græcis autem est ἀνδραποδοκάπηλος: Harpocration in Lexico. Plin. *lib.* 37. gemmarum politores, mangones vocantur. vide Gœdd. *ad l.* 66. *de V. S. n.* 2.

MANICA ferrea pro catena, qua manus reorum vincitur, *l.* 1. *C. de custod. reor.* Non. Marcell. manicæ, quibus manus vinciuntur.

MANICHÆUS, hæreticus, a persa quodam Manete, de quo supra, dictus, *tit.* C. *de hæret. & manich.* Hæc secta præter alia deliria, duo principia coæterna, bonum alterum, alterum malum statuit. Et matrimonium detestabatur. *Dist.* 30. *in pr. vers. causa* fuit. Philosophiam persicam Zoroastris miscuit doctrinæ Christianæ, & id somnium postea eo majore plausu auditum est, quod illud & in plerisque philosophorum sectis occurrere, viderent homines. Rem egregie demonstravit Jo. Christph. Wolff. diatriba singulari de manichæismo ante manichæos.

MANIFESTARE est apertum facere. Sic opinionem suam per relationem manifestare, *l.* 9. *D. de adpell. recip.* Quæ manifestabunt tot possessores, *l.* 7. §. 3. *D. de bon. damnat.* Usucapionem processisse manifestatur, *l.* 17. D. *ex quib. caus. major.*

MANIFESTARIUS, *a*, *um.* pro manifesto. Sic manifestarii pignoris caussa, *in l.* 9. *D. in quib. causs. pign.* ita enim, non *manifestari* legendum esse probat Car. Hann. Fabrott. *in enarrat. ad Cujac. paratitl. C. quando fisc. vel privat. debit.* Pignus autem manifestarium interpretatur Cujacius expressum & diserte obligatum; quo differt ab eo quod propter pensionem tacite obligatur. Gothofredus tamen *in not. ad d. l.* 9. *tit.* 6. speciale potius pignus ea voce indicari existimat. Cæterum dicitur maxime hoc vocabulum, quando de sceleratis hominibus, in ipso crimine oppressis, vel certe criminis convictis agitur. Ita *manifestarius* homicida, apud Lactant. *de mortib. persequ. c.* 30. Quin furem, vel expilatorem ædium absolute, & sine addito *manifestarium* vocat Plaut. *in Aulul.* 3. *sc.* 4. *v.* 10. ubi: teneo hunc manifestarium. Vid. *manifestus.*

MANIFESTE, aperte. Sic manifeste adparere, *l.* 32. D. *de recept. arb.* Nisi testatorem manifeste probetur voluisse, *l.* 19. *D. de ann. leg.*

MA-

MANIFESTO idem sonat, *l.* 3. §. 1. D. *de capt. minut.*

MANIFESTUS, *a*, *um.* apertum, certum, indubitatum. Sic manifestum est, testatorem voluisse, *l.* 40. §. 11. D. *de fideic. lib.* manifestius est, *l.* 10. *C. famil. ercisc.* manifestissimum est, *l.* 48. D. *de pact.* Manifesta calumnia, *l.* 1. §. 14. D. *de ventr. in poss. mitt.* manifesta caussa, *c. de manifesta* 17. *Caus.* 2. *quæst.* 1. offensa manifesta *cap. cum olim*, *de verb. signif. extr.*

Manifestum furtum cui opponitur *nec manifestum.* Illud autem intelligitur, quandiu fur rem furtivam tenens visus, vel deprehensus fuerit, sive in publico, sive in privato, vel a domino vel ab alio, antequam eo pervenerit, quo perferre ac deponere rem destinaverit, §. 3. *Inst. de obl. quæ ex delict.*

Manifestus fur est qui cum furto deprehenditur, & ut Græci dicunt ἐπ' αὐτοφώρῳ, *l.* 3. *l.* 4. *l.* 5. D. *de furt.* vel, qui in faciendo deprehensus est, & qui intra terminos ejus loci, unde quid sustulerat, deprehensus est, vel antequam ad eum locum, quo destinaverat, perveniret. *Nec manifestus* fur est, qui in faciendo quidem deprehensus non est, sed eum furtum fecisse, negari non potest. Plautus *manifestarium* furem adpellat *Aulul. Act.* 3. *sc.* 4. 10. Moechum manifestarium eadem loquendi figura idem in *Bacchid. Act.* 4. *sc.* 8. *v.* 77. *Trinum. Act.* 4. *sc.* 2. *v.* 50. vocat. *Manifestus* enim & *manifestarius* utrobique dicitur, qui in flagranti delicto deprehensus ac veluti oppressus est. Moschopulus περὶ σχεδῶν· φωρῶ, τὸ κλέπτοντα καταλαμβάνω· ἀφ' οὗ τὸ, ἐπ' αὐτοφώρῳ· ἤγουν ἐπ αὐτῇ τῇ κλεψίᾳ. Φωρῶ idem est ac furantem deprehendo. Inde est ἐπ' αὐτοφώρῳ, quasi in ipso furandi actu. Suidas: Ἐπ' αὐτόπτῳ, ἐπ' αὐτοφώρῳ. Idem: ἐπ αὐτοφώρῳ ἐπ' ὀφθαλμοῖς, ἐπ' αὐτῷ τῷ κλέμματι ἁλούς, Ἐπ' αὐτοφώρῳ idem est, ac sub oculis: in ipso furandi actu captus.

Manifestus est, hoc facere, pro manifestum est, eum id facere. Ulpianus: Nullamque competentem ei curam inferre, manifestissimus est. Item: Sin vêro dotem ita dissipaturus, ita manifestus est, dotem quoque relegasse: *l.* 22. §. 8. D. *solut. matrim.* Julianus: manifestus est dotem quoque relegasse, *l.* 3. D. *de dote præleg.* Paullus: Nisi ipse testator ex scriptura manifestissimus est, utrumque eorum accipere voluisse: *l.* 33. *D. de legat.* 1. Similis hellenismus occurrit in *l.* 11. *D. de rit. nupt.* Postquam apertissime fuerit pater ignotus, ubi degat, & an superstes sit: quod ita exprimunt Basilici, *lib.* 28. *tit.* 4. *l.* 7. ἄγνωστος ὁ πατὴρ, ὅπου τέ ἐστι καὶ εἰ περίεστι. vide & Tacit. *annal.* 2. *c.* 57. & 15. *c.* 54. 60. 66. Bynkersh. *obs.* 7. *c.* 24. Ducker *de latin. vet. Ictorum. p.* 347.

MANILIUS. vide *Marcus Manilius.*

MANIPULARIUS, *l.* 3. *C. Theod. ad L. jul. repetund.* fuit miles, qui in manipuli numeris erat. Apud Senecam 3. *de ira c.* 22. est manipularis, ut & apud Varronem, *lib.* 5. ubi: Quum jungit plures manus manipulus. Unde *manipularis* miles.

MANIPULUS Varro, *lib.* 4. manipulos adpellabant exercitus minimas manus, quæ unum sequuntur signum. Ita autem dictum Donatus *ad Terent. Eunuch.* 4. *sc.* 7. ad verba *manipulus furum*, ait, a serto & corona ex manipulo herbæ confecta, quem pro signo sequebantur milites. Veget. *lib.* 2. *c.* 14. inter pedites

manipulum & Centuriam adpellari ait, uti inter equites turmam.

Manipulus etiam fuit sacrum indumentum subdiaconi. Antiquitus erat linteum, seu sudariolum, ad extergendum sudorem vel lacrymas, & subdiaconus illum ferebat præcipue ad polienda sacra vasa; quare diversa nomina sortitus fuerat. Alludit ad funem, quo Christus in passione ligatus fuit. Indui debet ita, ut non excurrat brachii cubitum. Græci & Maronitæ duos manipulos pro unoquoque brachio gestant.

MANSER, is. *c. nisi cum pridem* 10. §. *6. in fin. X. de renunciat.* Ibi opponuntur Manseres nothis, ut naturales spuriis. Unde secundum Abbat.

Manseribus scortum, sed mœcha nothis dedit ortum,
Ut seges a spica, sic spurius est ab amica.
Dant naturales, quæ nobis sunt speciales.

Capitular. Caroli M. & Ludov. Pii: *lib. 6. c.* 49. Nec ingrediatur eam (Ecclesiam) manser, hoc est, de scorto natus. Unde, non perpetuum est quod ait Isidorus, manseres eos dici, qui nascuntur ex virgine vel vidua nobili, patre vero ignobili. Manzeris nomen barbarum est; nec aliis notum esse potest, quam quorum ex lingua desumptum est. Suspicor autem esse germanicæ originis vocem compositam ex *Mann*, quod homo est, & *Zerre*, quo nomine venit meretricula, a verbo *Zerren* trahere, quia juvenes in rete trahit, & ab illis vicissim attrahitur. Vide Jo. Georg. Wachteri *glossar. germanic.* in verbo *Zerren.*

MANSIO & in plur. mansiones. Græcis ἀλλαγαὶ; sunt diversoria in quæ se recipiebant milites expeditionis tempore; eræntque stationes ad iter metiendum, tam militum officialiumque, quam animalium, cursui publico deputatorum, dispositæ, quæ annonis & pabulis, ex collatione vicinorum instruebantur, *l. ult.* §. 10. D. *de muner. & honor. l.* 8. *C. de annon. & trib. l.* 2. *C. de lucr. advoc. l.* 2. *C. de cond. in publ. horr. l.* 9. *C. de susceptor. l.* 2. *C. Theod. de concuss. advoc. l.* 9. C. *Theod. de annon. & trib.* Sueton. *in Tito Vespas. c.* 10. Spectaculis absolutis, Sabinos petiit: deinde ad primam statim mansionem febrim nactus. Lamprid. *in Alex.* Ita, ut edictum penderet ante menses duos, in quo scriptum esset: Illa die, illa hora, ab urbe sum exiturus, & si Dii voluerint. Deinde per ordinem mansiones, per ordinem stativæ &c. Mansiones quomodo differant a mutationibus seu stationibus, vide in *mutationibus.* Sed in *lib. feud.* mansio pro Domo seu ædibus sumitur; ut & apud Gregor. Turon. *hist. lib.* 3. his verbis: Ille ingressus mansionem Domini sui, apprehendit scutum ejus & frameam. Helmoldus in *hist. Slavor.* 5. Occupavit montem qui antiquitus alberg dicitur, imposuitque illic mansiunculas, intendens ibidem communire castellum.

Mala *mansio* quid sit, dictum est supra in articulo *malus.*

MANSUEFACTUS, *a, um.* idem ac cicuratus. Mansuefacta animalia, emitti ac reverti solita; *l.* 4. D. *de A. R. D.*

MANSUETUDO. Mansuetudinem suam adpellare solent Imperatores; ut in *l.* 3. *C. de off. præf. præt. l.* 6. *C. Th. de diversf. reor.* & alias non raro.

MANSUETUS, *a, um.* quasi ad manum venire suetus, Fest. Cervos ita quidem mansuetos habent, ut in Silvas eant & redeant, quo-

quorum feram esse naturam nemo ambigit. E fero fit mansuetus facile, & e mansueto ferus nunquam, ait Varro *lib.* 2. *de re rust. c.* 6. de onagro.

MANUALIS, *e*. Manualium libros scripsit Paullus tres, quibus, ceu ex fragmentis patet, differentias juris exsequutus est, eandemque perpolivit materiam, quam postea & Modestinus, scriptis libris *differentiarum* tractavit. Em. Merill. libello singulari differentiar. juris, restituto ex libello manual. Julii Paulli. *par.* 1638. ubi & *cap.* 7. ostendit, Paullum libros suos *Manuales* inscripsisse, non ob brevitatem, quo vola manus, tanquam enchiridium, seu pugio, comprehendi posset; sed quod isti libri semper præ manibus haberi debeant. De his enim Sex. Pompeius: Manticularia dicuntur ea, quæ frequenter in usu habentur, & quasi manu tractantur. *Hein.*

MANUBIÆ adpellatæ sunt pecuniæ a quæstore ex *prædæ*, id est ex corporum ipsorum captarum rerum, venditione redactæ. Gell. *lib.* 13. *Noct. Att. c.* 23. Tamen tropica quadam figura *prædam* pro *manubiis* sumi a quibusdam non ignobilibus ipse fatetur. Quin; non prædam, sed ipsam deprædationem, seu expoliationem, *manubias* vocant Arcad. & Honor. Impp. *in l. ult.* §. 5. *C. de modo mulct.*

MANUMISSIO est de manu datio. Nam quam diu quis in servitute est, manui & potestati suppositus est. Manumissus liberatur potestate, *pr. Inst. de libertin.*

Manumissio per Censum fiebat: Si servus nomen suum in Censum, jussu Domini conferebat. Ulp. *fragm. tit.* 1. §. 8. qui deinde intererat lustro. Cic. *de or. lib.* 1. *c.* 40. qui modus jam Justiniani tempore pridem ab usu recesserat.

Manumissio per Testamentum directe fit vel indirecte. Directe, cum Dominus jubet servum liberum esse, vel diserte, aut saltem tacite, veluti eum heredem vel tutorem instituendo: §. 1. *Inst. qui & ex quib. caus. manum. l. pen. C. de necess. serv. hered. inst.* §. 1. *Inst. qui testam. fac. poss. l.* 32. §. 2. *D. de testam. tut.* Indirecte, i. e. per modum fideicommissi, cum testator vel heredi vel legatario injungit ut servum manumittat, §. 2. *Inst. de reb. sing. per fideic. relict.* Circa manumissionem Testamentariam, notanda venit ea quæ in fraudem legis Fusiæ Caniniæ, numerum manumittendorum testamento limitantis, fiebat, servorum nomina in circulo, seu in orbe tereti ita adscribendo, ut qui prior, qui posterior, non posset agnosci. De qua fraude meminit Caius *lib.* 1. *Inst. tit.* 4. §. 2. quem describendi modum egregie exponit Merill. *obs.* 7. 40.

Manumissio per vindictam, qua manumitti dicebatur qui, vindicta imposita, apud Magistratum populi Romani potestatemve, apud quem legis actio esset, pro tribunali, vel in transitu manumittebatur, *l.* 15. §. 2. *l.* 17. *D. de manum. vind. l.* 15. §. *ult. D. qui & a quib. manum.* Ulp. *tit.* 1. §. 7. Imperator utique quum manumittebat, vindictam non imponebat, sed quum vellet, liber fiebat is, qui manumittebatur, ex lege Augusti, *l.* 14 D. *de manumiss.* Quin etiam apud Consulem in villa, recte manumissum servum, etiam si lictoris præsentia non esset, Ulpianus testatur, *l.* 8. D. *de manumiss. vind.* Hermogenianus vero suis temporibus manumissionem per lictores, domino tacente, expediri consuevisse, verbaque solemnia, quæ a Festo perstringuntur, licet non diceren-

 tur,

tur, pro dictis accepta tradit, in *l.* 23. *D. eod.* vide amplius in voce *vindicta.*

Manumissio novis minusque solemnibus modis fiebat per epistolam, vel inter amicos, vel per convivium, vel per nominationem filii. Per epistolam & absens manumittebatur, *l.* 38. *pr. D. de aquir. vel amitt. poss.* sed Justiniani constitutione non nisi subscribentibus quinque testibus, *l. un.* §. 1. C. *de lat. lib. toll.* Inter amicos, quando Dominus servum, quinque convocatis testibus liberum esse jubebat, *l. un.* §. 2. *C. eod.* Per *convivium*, si Dominus servum adhiberet mensæ, Caius *lib.* 1. *Inst. tit.* 1. §. 11. Vid. supra art. convivium. Per *nominationem filii*, quæ ex constitutione Justiniani actis intervenientibus fieri debuit; nec tamen amplius ad adoptionem sed ad libertatem sufficiebat: §. 12. *Inst. de adopt.* Alios modos minus solemnes omittimus fere innumerabiles, *d. l. un. C.*

Manumissio in SS. Ecclesiis, quam loco manumissionis per censum Constantinus M. introduxit, *l.* 1. *&* 2. *C. de his qui in Eccl. manum.* Conf. Sozom. *Hist. eccl. l.* 9. In Ecclesiis nempe, recitatis jussu domini tabulis, a clero signatis, servus libertatem consequebatur. Augustin. *Serm.* 5. a Sirmond. edit. Papinian. *in respons.* 13. *p.* 829. Videtur quidem Constantinus exemplum gentilium sequutus, qui & ipsi subinde vel in templis ad aras Deorum, vel in publicis populi cœtibus manumittebant, ceu observat Jac. Gothofred. *ad l. un. C. Th. de manum. in SS. eccles.*

Ante Justinianum, ex Lege Junia Norbana, qui modis minus solemnibus erant manumissi non fiebant Cives Romani, ut mos fuerat antiquissimis temporibus; sed Latinorum tantum jura consequebantur. Ulp. *fragm.* 1. 19. Cai *Inst. lib.* 1. *tit.* 2. Ex Lege porro Ælia Sentia non quivis servus vindicta aut testamento manumitti poterat. Quin ex capite legis ejusdem, erant qui manumissione non aliam obtinebant conditionem ac dedititiorum. Hanc legem totam, una cum probationibus egregie exhibitam vide apud Heinecc. *in antiquit. Rom. ad Inst. lib.* 1. *tit.* 6.

MANUMISSOR, *l.* 22. *l.* 28. D. *de bon. libert. l.* 3. D. *de obsequ. parent. & patron.*

MANUMITTERE est de manu, i. e. de potestate dimittere, seu potestate liberare & dimittere, ut loquitur Caius *in l.* 28. *D. de adopt.* Manumissus vero liberatur potestate ait, *l.* 4. *D. de just. & jure.* Eo tenore manumissi & obligati ordini clericali, quod manumittendi Ecclesiæ, dum vixerint, deberent impendere famulatum in obsequiis divinorum, *c. eo libentius 6. de servis non ordin.*

Manumitti dicuntur non solum servi, sed & liberi, *l.* 2. *D. de off. proconf. l.* 28. *D. de adopt. l.* 107. D. *de verb. oblig. l.* 1. §. 1. *si a parente quis manum.* Ulp. *frag. tit.* 10. §. 1. Filius quidem ter mancipatus, ter manumissus sui juris fit. Id autem propterea quod dicis causa ter a patre liberi venduntur, & in imaginariam quandam servitutis conditionem rediguntur priusquam exeant patria potestate, *l.* 3. §. *ult.* D. *de capit. minut.* Crebrius tamen manumissio de servis, emancipatio de liberis usurpatur, *l.* 1. §. 4. *D. quand. act. de pecul. ann.*

MANUPRETIUM quod pro artificis opera datur, *l.* 30. §. 3. *D. locat.* his verbis: Qui ædem faciendam locaverat, in lege dixerat. Quod in opus lapidis opus erit, pro lapide & manupretio domi-

mintus redemptori in pedes singulos septem dabit. Ulp. *l.* 13. §. 1. *D. de V. S.* Quoniam plerumque plus est in manus pretio quam in re: ibi Gœdd. n. 5. Ascon. Pædian. *in Verr.* 3. Manupretium dicitur, ubi non tam materiæ ratio, quam manus atque artis, ducitur. Tertullian. *de idolatr.* c. 3. sed de mercedibus & manupretiis interest.

MANUS. Hujus vocis usus multiplex admodum est, cujus præcipuæ partes ex LL. nostris hic notandæ. *Manus* abstinere a patrimoniis, *l.* 5. *C. Theod. ad L. Jul. repet.* *Manu* adscribere *l.* 2. *l.* 4. *C. de his qui sibi adscr.* *Manus* collatione adstruitur scriptura *l. un. C. Theod. si cert. pet. de chirogr.* Ad *manus* & præ manu quid habere, *l.* 19. §. 5. D. *ad SC. Vell.* *l.* 27. *de act. pign.*

Manu captus ager, *l.* 16. D. *de aquir. rer. dom.* est ager quem quis sublata manu a publico emit, de quo vide in verbo *manceps*.

Manus pro eo quod manu scriptum est. Sic: manum suam fateri; manum defuncti probare, *l. un. C. Th. si cert. pet. de chirogr.*

Manum injicere in rem dicitur qui eam nulla judicis auctoritate expectata pro sua vindicat, *l.* 20. *D. de manumiss.* *l.* 9. D. *de serv. export.* Ovid. *amor.* 1. *eleg.* 4. *v.* 40. Et dicam: mea sunt injiciamque manus. Id. *lib.* 4. *fastor.* *v.* 90. Quem Venus injecta vindicat alma manu. Liv. *lib.* 3. *c.* 43. Virgini venienti in forum, minister decemviri libidinis manum injicit, serva sua natam esse. Augustinus *lib.* 1. *contra academ.* Jam tibi profecto injecisset manum, suique juris te esse proclamans, & in bonorum possessionem traducens. Imperatores in *l.* 15. *C. Theod. de bon. proscript.* Uxor proprias res, velut manu injecta mox vindicet, *l.* 3. C. *Theod.* Ad pristinam sortem, velut manu injecta mox revocentur, & passim in dicto Codice. In LL. XII Tab. Manum endo jacito. Hinc in iisdem LL. Post deinde manus injectio esto. Hæc est rei ut juris nostri adprehendendæ abducendæque facultas, *l.* 9. D. *de serv. export.* Manus injectionem excepisse dicebatur, qui jus sibi prehendendi abducendique mancipii retinuerat, *l.* 1. §. 4. *C. de lat. libert. toll.* Vid. supra art. *injectio manus*.

Manu factum opus opponitur naturali, *l.* 2. §. 5. 6. D. *de aqua & aqu. pluv.* *l.* 1. C. *de alluv.* *l.* 20. §. 1. *D. de serv. præd. rust.* Ita: *manu* nocens aqua pluvia apud Cic. *in Top. c.* 9. quæ, Boethio interprete, est aqua, quæ ita aliquo loco excipitur, ut inde profluens vicino noceat, si locus is non sit naturaliter talis, sed manu hominis excipiendæ aquæ fuerit adparatus.

Manu sata dicuntur quæ singulis annis seri solent, ut fructus eorum tollantur; & opponuntur eis quæ in perpetuum sata sunt, quæve ex stipulis nascuntur, *l.* 80. *pr. D. de contrah. empt.* *Cæs. de bello civil. lib.* 2. *c.* 44. Multaque erant intra eum locum manu sata, quibus interdum jumenta pascerentur.

Manu pungere. Vide in verbo *pungere*.

Manum mittere pro capere, ut: Ad eas quoque (res legatas) manum mittere oportet, *l.* 14. §. 1. *D. de relig. & sumpt. fun.*

Manum porrigere ad aliquem, pro, actum conveniendi aut excutiendi ad eum extendere, *l.* 14. §. 7. *l.* 13. §. 4. D. *de hered. pet.* *l.* 2. *C. quod quisque ordine conven.* *l. ult. C. de peric. nominat.*

Manus pro vi. Ita: Si filius patri aut matri impias manus infert: *l.* 1. D. *de obsequ. par.* Re

fit injuria quoties manus inferuntur, *l.* 1. §. 1. D. *de injur.* Manus sibi inferre, i. e. mortem sibi conciscere, *l. ult.* D. *l.* 1. *C. de bon. eor. l.* 38. §. *ult. D. de pœn.* Quum per ebrietatem ad manus aut ad ferrum venitur, *l.* 11. §. 2. *D. de pœn.* Objicere manus his, qui ad rapienda bona alicujus venient: *l.* 5. *C. de jure fisci.* Si audaces exsequutoribus objecerint manus, *l. ult. C. de his qui latron. Manum* opponere, *l.* 20. D. *quod vi aut cl.* Manu eripere, *l.* 31. *C. de operib. publ.* Manu prohibere, *l.* 50. D. *de aquir. rer. dom.* Manu committere, pro delinquere violenter, *l.* 3. D. *de off. præsid.*

Manu brevi, *manu* longa. Priori modo quid fieri dicitur, quoties celeritate actionum conjungendarum, unus actus occultatur, & intercessisse jure civili fingitur, *l.* 43. §. 1. D. *de jur. dot. l.* 3. §. 12. *D. de don. inter vir. & ux.* ut accidit in specie *l.* 15. D. *de reb. cred.* Nam si tibi debitorem meum jussero dare pecuniam, obligaris mihi, quamvis meos nummos non acceperis. Quod igitur in duabus personis recipitur, hoc & in eadem persona recipiendum est: ut, cum ex causa mandati pecuniam mihi debeas, & convenerit, ut crediti nomine eam retineas, videatur mihi data pecunia, & a me ad te profecta. *Manu* longa, i. e. flexuose & adhibito circuitu. Javolenus in *l.* 79. D. *de solut.* Pecuniam, inquit, quam mihi debes, aut aliam rem si in conspectu meo ponere te jubeam: efficitur ut & tu statim librereris, & mea esse incipiat, nam tum quod a nullo corporaliter ejus possessio detineretur, adquisita mihi & quodammodo manu longa tradita existimanda est.

Manus præterea pro turba & collectis hominibus accipitur, *l.* 9. *pr. D. quod met. caus.* Manufacta, i. e. multitudine collecta: *l.* 6. D. *ad L. jul. peculat. Tertull. ad Scapul. c.* 4. Omnes illius civitatis Christiani ante tribunalia ejus se, manu facta obtulerunt. *Manu* militari officio judicis possessio transfertur, *l.* 68. *D. de rei vind.* id est cohorte civili seu ministrorum judicis, seu adparitorum & exsequutorum litium: Nam post *manum militarem*, interpretationis loco additur, *officio judicis*, i. e. officialibus judicis, ejusmodi puta manu militari. Etenim officia pro officialibus dici certum est ex *l.* 6. §. 5. *D. de off. præsid. rubr. C. de lucr. advocat. & concuss. officiorum seu adparitor.* Bynkershoek. *obs. jur. Rom. lib.* 3. *c.* 14. Græcis eodem sensu χεὶρ usurpatur. Appian. *de bello civili lib.* 2. χεῖρά τε πολλὸν ἀφανῶς ἡτοιμάζετο. Et manum magnam occulte paratam habuit. Socrat. *hist. Eccl.* 2. c. 13. Ὡς δὲ ἐπέκειτο Ἑρμογένης διὰ στρατιωτικῆς χειρὸς ἀπελάσει τὸν Παῦλον. Quumque instaret Hermogenes, ut Paullum militari manu expelleret.

Manus pro potestate, *l.* 4. *D. de just. & jur.* Ulp. *reg. tit.* 19. §. 18. Adquiritur nobis etiam per eas personas quas in potestate, manu, mancipiove habemus. Vide supra in voce *manumittere.* In manu quoque mariti uxores dicebantur esse eo sensu. Gell. *lib.* 4. *c.* 3. Quæ juncta consuetaque esset cum eo, in cujus manu mancipioque alia matrimonii caussa esset. Idem *lib.* 18. *c.* 6. Matrem familias adpellatam esse, ait, eam solam quæ in mariti manu mancipioque esset. Item uxor dicitur in manum convenire. Cic. *Top. c.* 3. Si ita Fabiæ pecunia legata est a viro, si ei viro materfamilias esset: si ea in manum non convenerat, nihil debetur. Ibid: Genus est, inquit, uxor: ejus duæ formæ, una matrum familias: hæ

hæ sunt quæ in manum convenerunt. Donat. in Andr. Ter. Act. 1. *sc.* 5. *v.* 62. ad hæc verba *: hanc mihi in manum dat :* Confirmatæ, inquit, sunt legitimæ nuptiæ per *in manum conventionem* Manus de regia quoque potestate dicitur. Ita Pomponius in *l.* 2. *pr.* D. *de orig. jur.* Omnia manu a Regibus gubernabantur.

Manus impositio, est positio manus super caput alterius. Ordinaria est, qua diaconi presbyteri Episcopi ordinantur : *Act.* 6. 1. *Tim.* 4. 2. *Tim.* 1. Alia Reconciliatoria fit per quam poenitentes, hæretici, sive excommunicati, ecclesiæ reconciliantur. Triplex hæc fuit in poenitentia publica : Sirmond. *hist. pœnit. publ. c.* 7. prima per quam publicorum criminum rei ad poenitentiam agendam admittebantur ab episcopo : altera, quæ non una, sed multiplex fuit in ipso poenitentiæ decursu : tertia, in qua poenitentes omnibus rite peractis ecclesiæ reconciliabantur, & hæc dicitur manus impositio reconciliatoria. Fuit etiam manus impositio in confirmatione catechumenorum & recens baptizatorum : *Concil. Eliber. c.* 38. *seq.* in baptismo : *Concil. Carth.* IV. *c.* 3. 85. super infirmos : *Matth.* 28. & energumenos. Per manus impositionem ab hæreticis baptisatos in nomine Patris, & filii, & spiritus S. purgari debere, observat Zacharias P. *in P. Epist. ad Bonifac. Mog.*

MANZER Vid. *Manser.*

MAPPA *in Novell. Justiniani* 105. *de Consulibus. cap.* 1. Spectaculum certantium equorum, quam mappam vocant. Fuit igitur ludus Circensis. Juvenal. *Satyr.* 21. Interea Megalesiacæ spectacula mappæ. Quia mappa dicebatur panniculus candidatus, quem prætor sive ludorum editor mittebat, sive attollebat, daturus signum committendis ludis : inde & Quintil. 1. 5. usurpatum Circo nomen ait. Imaginem prætoris seu editoris mittentis mappam ex marmore antiquo Phil. Rubenius exhibuit, *Elector.* 1. 30. Sueton. *in Neron. c.* 22. Universorum se oculis in circo maximo præbuit, aliquo liberto mittente mappam unde magistratus solent. Et inde mappam mittere, pro signum quodlibet dare, proverbialiter dixerunt. Tertullian. *adv. Valentinian. c.* 16. Quanto meliores, qui totum hoc tædium de medio amoliti, nullum æonem voluerunt alium ex alio per gradus revera gemonios structum, sed mappa, quod aiunt, missa, semel octojugem istam ex patre & Ennææ ejus exclusum.

Mappæ etiam dicti libri lintei veterum. Sic in *l.* 1. *C. Theod. de alim. quæ imper.* Mappis linteis scripta lex. Vide ibi Gothofr. *in Commentariis.*

Mappa, mappula, baldachinum, umbraculum, quod defertur super episcopi caput, dum procedit ad altare sacra facturus, seu stationes facit, diversis imaginibus adornatum, quatuorque baculis innixum, quod a quatuor ministris tenetur, qui inde *mappularii* dicuntur. Significat etiam *mappula* instratum equi candidum, clericis proprium, quod Paullus II. cardinalibus mutavit in rubrum. Apud scriptores ecclesiasticos præterea mappula est sudarium, quod in sinistro brachio sacerdos defert, quod interdum *manipulus* dicitur, de quo supra.

MARCELLUS, Ulpius, juris consultus. Fuit vir toga sagoque celeberrimus, quem in consilio Antonini Pii fuisse testatur Jul. Capitolin. *in Antonino Pio. c.* 12. Floruit sub Marco, ut patet ex *l.* 19. D. *de testam.*

tut. sub quo non præfectus quidem prætorio, quod Jo. Bertrando *Jurisperit.* I. *c.* 17. visum est, sed legatus pro Prætore Pannoniæ inferioris fuit. Ita enim intelligendus vetus titulus apud Gruter *Inscript. p. C.* 4. Sub Commodo in Italiam missus cum imperio, non modo incredibilia continentiæ, frugalitatis, & vigilantiæ specimina edidit, sed & rempublicam ibi præclare gessit, ut parum abesset, quin a sævissimo principe, cui omnis eminentior virtus suspecta erat, occideretur. Quas ejus res gestas accurate refert Dio Cassius, *lib.* 22. *p.* 820. & *in Excerpt. Peiresc. p.* 724. Mireris homini negotioso, & sæpius in castris, quam in musæo, morato, tantum ocii superfuisse, ut vel commentariolum de jure scriberet. Et tamen præter notas ad Julianum & Pomponium, reliquit Digestorum libros 31. Ad Leges, puta Juliam & Papiam libros 6. De officio præsidis librum singularem. De officio consulis libros saltim 5. Publicorum libros 2. & librum singularem responsorum. Addit Jac. Curtius *lib.* I. εἰχασῶν, *c.* 36. Notas ad Papinianum, quarum mentionem fieri ait *l.* 7. D. *ad L. jul. de adult.* Marcellum saltim laudasse ait Papinianum *l.* I. D. *ad SC. Turpillian.* Quum vero multo antiquiorem Papiniano Scevolam ad Marcellum notasse constet: *l.* II. §. 6. *D. de donat. inter vir. & ux.* laudatus Curtius duos floruisse Marcellos jurisconsultos, existimat: *Ulpium* alterum, de quo hic agitur, alterum C. *Quinctilium.* Sed potuisset Curtius non errare. Qui enim ad Papinianum scripsit, eumque laudavit, non est Marcellus, sed Ael. Marcianus Ulpiani æqualis. Adeoque ad illorum temporum jurisconsultos non pertinet ille *Caius Quinctilius.* Heinecc. *Hist. jur. civ. lib.* I. *c.* 4. §. 319.

MARCIANISTÆ *l.* 65. *C. Theod. de hæret.* a Marcione stoico philosopho adpellati: qui Cerdonis dogma secutus, alterum bonum, alterum justum Deum affinxit, tanquam duo principia creationis & bonitatis. *caus.* 24. *quæst.* 3. *c.* 39. §. 20.

MARCUS aliquando nomen, quod exempli caussa usurpatur, quemadmodum Caius & Lucius. Sic apud Persium *sat.* 5. *v.* 78. Verterit hunc Dominus: momento turbinis exit Marcus Dama.

MARCUS Aurelius Antoninus Imperator: *l.* 56. D. *de manumiss. testam. l.* 67. §. *ult.* D. *de legat.* 2. in qua a Papiniano princeps providentissimus & juris religiosissimus adpellatur, ut & a Justiniano prudentissimus princeps & philosophiæ plenus in *l.* II. *C. ad SC. Silanian.* Hic passim & *Divus Marcus* dicitur, & *Divus Augustus Marcus* ab Ulp. *regul. tit.* 20. §. 10. Eum interdum cum fratre Lucio Vero, quem initio imperii consortem habuit, interdum cum filio suo Commodo, quorum itidem imperium senex communicavit, interdum per se, i. e. solum, non adhibito, nec adjuncto fratris filiive nomine rescripsisse constituisseve, patet ex §. 6. *Inst. de excusat.* Enim vero, post excessum D. Pii Marcus hic Antoninus, ut *in ejus vita* Capitolinus *c.* 7. a senatu coactus regimen publicum capere, fratrem sibi participem in imperio designavit, quem Lucium Aurelium Verum Commodum adpellavit, Cæsarem atque Augustum dixit. Atque ex eo pariter cœperunt rempublicam regere: tuncque primum Romanum Imperium duos Augustos habere coepit. Antonini mox nomen recepit, & quasi pater Lucii Commodi esset, & Ve-

rum

rum eum adpellavit, addito Antonini nomine, filiamque suam Lucillam fratri despondit. Idem Capitolin. *in vita Veri c. 3.* Defuncto Pio, Marcus in eum omnia contulit, principatu etiam imperatoriæ potestatis indulto, sibique consortem fecit, quum illi soli Senatus detulisset imperium. Dato igitur imperio, & indulta tribunitia potestate, proconsulatus etiam honore delato, Verum vocari præcepit, suum in eum transferens nomen, quum ante Commodus vocaretur. Marco itaque frater Lucius Ceionius Commodus Verus Antoninus a Scævola a Papirio Justo additur hunc in modum; Imperatores Antoninus & Verus Augusti, *l. 29. D. de prob. l. 71. de contrah. emt.* Divus Marcus & Lucius Imperatores rescripserunt, *l. 57. §. 1. D. de ritu nupt.* Divi Marcus & Verus, *l. 24. D. de tut. & cur. dat.* Divus Marcus & Lucius Verus rescripserunt: *l. 11. §. 23. D. de legat. 3.* Idem sunt, qui Divi fratres toties in libris nostris, interdum & fratres Imperatores vocantur. At post Lucii obitum solus ipse Marcus rescripsisse memoratur, ut: Divus Marcus constituit: *l. 2. D. de collus. deteg. l. 2. C. de impub. & al. substit. l. 4. C. de re milit.* & passim. Item ejusdem Semestria memorantur de quibus infra. Nec vero post Lucii fratris mortem solus Marcus imperavit, verum etiam in societatem imperii Commodum, filium adhibuit. Sic enim de eo Capitolinus *in ejus vita, c. 16.* scribit. In filium Commodum, & quidem scelestum atque impurum, cito nomen Cæsaris, & mox sacerdotium, statimque nomen Imperatoris, ac triumphi participationem & consulatum contulit. Inde hæc: Oratio Imperatorum Antonini & Commodi, *l. 16. D. de sponsal.* Illic enim Divi Antonini divum Marcum intelligi, adparet ex *L. 67. §. 3. de rit. nupt.* Divi Marcus & Commodus Imperatores rescripserunt, *l. 64. D. de legat. 2. l. 7. de leg. Corn. de fals.* Divus Marcus cum filio suo rescripsit, *l. 3. D. qui sine manumiss.*

MARCUS *Brutus*, vir Prætorius eorum numero, qui jus civile fundaverunt, ponitur a Pomponio in *l 2. §. 39. D. de orig. jur.* eumque septem de jure civili libros reliquisse, ibidem scriptum est. At Ciceronis temporibus tres tantum genuini habiti videntur, ceu patet ex libro *2. de oratore c. 55.* nisi apud Pomponium legere malis: Brutus tres, Manilius septem, cum Corn. van Bynkershœk. *in prætermiss. p. 67.* Videtur porro ad Brutum vel notasse, vel ei aliquid nuncupasse Sulpitius, ut colligere licet ex *l. 2. §. 44. D. de orig. jur.* Vide Cicer. *in Brut. c. 35. & 47. Lib. 1. de finib. c. 7. & lib. 7. ad famil. Epist. 22.* & Gell. *Noct. att. 7. c. 15. l. 17. §. 22. D. ad Leg. Aquil.* ubi Bruti libri citantur.

MARCUS *Cato* Vid. supra voce *Cato.*

MARCUS *Manilius* vel potius *Manius Manilius* ceu Heineccius legendum esse ostendit ex Fastis Consularibus: explodens quoque Forsteri nomenclaturum, qui illum *lib. 2. Hist. jur. c. 21.* Marcum Manlium adpellat: quod quidem nec stare potest cum eo quod constat, Marci prænomen in gente Manlia ob Marci Manlii supplicium communi familiæ lege quasi proscriptum esse. Liv. *6. c. 20. Manilius* autem noster inter eos numeratur, qui fundaverunt jus civile, eumque tres vel potius septem libros scripsisse refert Pomponius, *l. 2. §. 39. D. de*

de orig. jur. si juxta Bynkershoeki conjecturam paulo ante sub articulo *Marcus Brutus* propositam, verba Pomponii legere volumus. Extare scripta Manilii monimenta, consulatum quoque gessisse eum, ibidem indicat Pomponius. Ac plane Censorino & Manilio Coss. primum L. Pisonem, de pecuniis repetundis legem tulisse Cicero *in Verr.* 4. *c.* 56. narrat. Valde quoque prudentem Manilium & acute dixisse idem Cic. *in Bruto c.* 15. scribit. De jure unus omnium maxime consultus est, immo non modo de jure, sed & de filiabus elocandis, fundis emendis, colendis agris, de que omni officio & negotio. Cic. *de orat.* 3. *c.* 33. Ac proinde raræ continentiæ argumentum est honesta hujus viri negotiosissimi paupertas, de qua idem Cic. *paradox.* 6. *c.* 3. Citatur & cum Bruto a Paullo idem Manilius, qui & leges, quæ in rerum venditionibus dicerentur, composuerat, ut ex Varrone *lib.* 2. *de re rust. c.* 7. colligitur, apud quem tamen *Mamilii* vitiose pro *Manilii* legitur. Hinc apud eundem Varronem *lib.* 2. *de re rust. c.* 5. dicuntur Manilii actiones, quas Cicero Manilianas venalium vendendorum leges dixit *lib.* 1. *de orat. c.* 58.

MARCUS *Tullius Cicero* sive eloquentiæ, sive variæ diffusissimæque doctrinæ habeas rationem, inter sæculi sui portenta numerandus, aliquoties laudatur in libris nostris. Papianus: Conjurationem, inquit, Catilinæ mulier detexit: & M. Tullium consulem indicium ejus instruxit. *l.* 8. *D. ad L. jul. majest.* M. Tullium aiunt, quum arbiter esset, primum constituisse, littus esse, quousque maximus fluctus a mari pervenit, *l.* 96. *p. D. de verb. signif.* Post M. Tullium in caussis orandis primum locum Servius obtinebat, *l.* 2. §. 43. D. *de Orig. jur.* Cicero in oratione pro Cluentio Avito scripsit, *l.* 39. D. *de poen.*

MARE, in eorum numero est, quæ naturali jure omnium sunt communia, *l.* 2. *D. de rer. divis.* commune omnium est, & littora, sicut aer. *l.* 13. §. 7. *D. de injur. l.* 3. §. *ult. D. ne quid in loc. publ.* Notatu dignum est, casum etiam sextum hujus nominis sæpe formari in E. De mare pro de mari, *l.* 6. *D. de incend. ruin. naufr.* Ex mare extracta: *l.* 58. *D. de adquir. rer. dom.* In mare enata insula, *l.* 17. *D. de legat.* 3. in mare piscantibus: *l.* 3. §. *ult.* D. *de divis. rer.* Ex mare deducere, *l.* 5. *D. de damn. infect.*

Rubrum Mare, *l.* 19. §. 17. *D. de aur. arg. leg.* vel rubens fretum, ut vocat Seneca in Troad. *act.* 1. *Scen.* 1. quod & persicum mare vocari Herodot. *lib.* 4. tradit: libro vero 2. idem esse cum mari australi statuit. Dionysius autem *Perieg. v.* 853. Indico oceano adsignat. Plane hoc mare geminum terras irrumpens, quod in duos dividatur sinus, quorum is, qui ab oriente est, Persicus; alter Arabicus nominatur, a Græcis ἐρυθρὰ θάλασσα vocatur. Quod autem a Curtio *lib.* 8. *c.* 9. *lib.* 10. *c.* 1. a Strabone *lib.* 16. Philostrato *lib.* 3. *de vita Apollon. Tyran. c.* 35. & 50. suida *Tom.* 1. *p.* 864. statuitur; non a colore undarum, sed ab Erythra Rege adpellari ἐρύθραν θάλασσαν: Quod porro ab ea sententia diversum adfertur ex Plinio *lib.* 6. *c.* 23. & Pompon. Mela *lib.* 3. *c.* 8. ex Stephano *de urbibus. p.* 272. ita mare illud dictum esse, quod solis repercussu rubeus color in unda referatur: alias quoque diversas ita adpel-

pellandi rationes e natura ductas, quæ omnia magno adparatu exponit Briffonius, miffa merito facit Heineccius poft Bochartum aliofque, qui hanc unam ejus adpellationis cauffam admittunt, quod mare illud dictum fit Idumæum, ab *Edom* vel Efauo, ejufque pofteris Idumæis. Quum enim *Edom* hebraico fit *ruber*; Græci mare *Idumæum* vocarunt *rubrum*, & ex Edom vel Efauo finxerunt 'Ερύθραν qui olim iis locis regnaverit. Vide Bocharti *phaleg. lib.* 4. *c.* 24.

MARGARITA fæminino genere in *l.* 32. §. *ult.* D. *de aur. arg. legat.* Inaures in quibus duæ *margaritæ* elenchi, *l.* 27. §. 30. *D. ad L. aquil.* Quum maritus uxori *margaritas* extricatas (i. e. purgatas) dediffet in ufu, *l.* 1. D. *de aquir. rer. dom.* margaritæ in littoribus inventæ. Ammian. Marcellin. *lib.* 23. *c.* 32. Apud Indos & Perfas *margaritæ* reperiuntur in teftis marinis, robuftis & candidis, permixtione roris anni tempore præftituto *conceptæ*. Græcis vero dicitur μαργάριτης, ut: apud Athenæum *lib.* 3. *deipnos. c.* 13. & Clem. Alex. *lib.* 2. *pædag. c.* 12. *p.* 206. ubi quoque μαργαρίτις λίθος legitur. At, μαργαρὶς λιθος apud Philoftrat. *lib.* 3. *de vita Apollon. Tyan. c.* 13. *Margaritum* etiam dicitur, ut in *l.* 26. D. *ad Leg. Falcid.* Linea margaritorum triginta quinque: *l.* 108. §. 13. D. *de legat.* 1. qui margarita Titio pignori dederat: *l.* 44. D. *pro focio*: fi margarita tibi vendenda dedero: *l.* 37. §. 1. *D. de evict.* fi margarita forte venierint. Tertullian. *ad martyr. c.* 4. Si tam vitrum quanti margaritum. Idem *de cultu fœmin. c.* 5. Sed fi quid, ait de mari Britannico, aut Indico ambitio pifcatur, conchæ genus eft, non dico conchylio, aut oftres, fed nec peloride gratius de fapore: ad hoc enim conchas noverim, maris poma. Quid fi concha illa aliquid intrinfecus puftulat, vitium ejus magis debet effe, quam gloria. Et licet *margaritum* vocetur, non aliud tamen intelligendum, quam conchæ illius aliqua dura & rotunda verruca. Sofipat. *lib.* 1. Non enim ipfa caro, qua concha prægnans eft, *margaritum* eft, fed dicitur illi ineffe calculus hic, quem nos *margaritum* vocamus. B. Ambrof. *lib.* 7. *Hexæm. c.* 11. Unde etiam oftreis pretiofiffimum *margaritum* natura infixerit: quomodo eam maris aqua in tam molli carne folidaverit. *Margaritæ* a gemmis & lapillis feparantur, *l.* 25. §. *ult. D. de aur. arg. legat. l.* 2. §. 2. D. *ad L. Rhod. de jact. l. ult.* §. 7. *de publican.* Illas fane nec lapillis nec gemmis contineri, fatis conftitiffe, Sabinus ait, quia concha apud rubrum mare & crefcit & coalefcit: *l.* 19. §. 18. *D. de aur. arg. legat.* At Servius in *Aen.* 1. *v.* 659. gemmas a margaritis eo feparari, ait, quod illæ diverfi coloris, hæ albæ: vel quod illæ integræ, hæ pertufæ fint. Eædem *uniones* dicebantur, ut apud Tertull. *dicto c.* 4. *ad martyr.* Conchas, ait, etiam captas, multo obrutas fale in vafis fictilibus, erofa carne omni, nucleos quofdam corporum, hoc eft, *uniones*, decidere in ima. Dos omnis in candore, magnitudine, orbe, lævore, pondere, haud promptis rebus, in tantum, ut nulli duo reperiantur indifcreti. Unde nomen *unionem* Romanæ fcilicet impofuere deliciæ. Nam id apud Græcos non eft, ne apud barbaros quidem, inventores ejus, aliud quam margaritæ. Solinus *in polyhiftor. c.* 54. de *Margaritio* loquens: Nunquam duo fimul reperiuntur, unde & *unionibus* nomen. Ifidor. *lib.* 16. *c.* 10.

c. 10. Ex quibus margaritis quædam uniones vocantur, aptum nomen habentes, quod tantum unus, numquam duo, vel plures simul reperiantur. Plin. *lib.* 9. *c.* 38. Procerioribus sua gratia est. Elenchos adpellant fustigiata longitudine, alabastrorum figura, in pleniorem orbem desinentes. De hoc plura dicere eorum est officium qui naturam describunt, quorum hodierni utiliorem operam præstitere quam veteres quod erudite suo more Brissonius recenset. Hi enim, rei genesin perscribere volentes, a vulgo sparsa magis quam comperta tradidisse videntur.

MARIA B. Virgo, ex qua natus est Jesus hominum salvator, filius Dei unigenitus. De ea ut senserit Justinianus Imp. vide in *l.* 6. §. 1. *l. ult.* §. 2. *C. de summa trinit.* & in formula juramenti subjecta Novellæ octavæ. Pro illius conceptu immaculato edixit Sixtus IV. *in c. grave* 2. *de reliqu. & vener. sanct.* extra.

MARINUS, *a*, *um.* marinæ bestiæ, quibus terrestres opponuntur. *l.* 44. D. *de adquir. rer. dom.* Marinæ naves, separandæ a fluviatilibus, *l.* 3. *D. de vacat. & excus. mun.* marina tempestas, *l.* 3. *C. de naut. fœn.*

MARITALIS *e.* maritalis adfectio, *l.* 3. *D. de donat.* dolor, *l.* 15. *C. ad leg. jul. de adulter.* honor, *l.* 5. *D. de donat.* obitus, *l.* 3. C. *Theod. de dot.* sermo, *l. ult. D. si quis aliqu. test. probib.*

MARITIMUS, *a*, *um*, aliquando idem ac *marinus.* Sic maritimæ naves, *l.* 5. §. 5. *D. de jur. immun.* tempestas maritima, *l.* 2. §. 6. D. *si quis caut.*

MARITUS, *a*, *um*, Ita vir maritus, & uxor marita, Hor. *epod.* 8. Ovid. *lib.* 2. *de art. am. v.* 381. Arbores maritæ, Columel. *lib.* 11. *c.* 2. *comm.* 32. domus maritæ, Liv. 32. *c.* 51. fœdus maritum, Ovid. *lib.* 3. *ex ponto eleg.* 1. Lex marita, i. e. Julia & Papia, seu de maritandis ordininibus, Hor. *carm. sæcul.* Pecuniæ maritæ, pro dote uxoris, Plaut. *in Epidic. act.* 2. *sc.* 1. *v.* 11. *Maritus* alias substantive sumitur, ut: Secundus maritus, in *l.* 47. §. 7. D. *de legat.* 3.

Mariti pro conjuges, *l.* 52. §. *ult. D. de donat. int. vir. & ux.* quemadmodum dicuntur Soceri, pro socero & socru, Virgil. 2. *Æneid. v.* 447. filii, pro filio & filia, Calpurn. *declam.* 12. fratres pro fratre & uxore, *declam.* 43. pueri, pro puero & puella, Valer. Max. 2. *c.* 4. & 5. ceu observat Heinecc. *Maritus* alias est vir, & quidem talis dicitur qui uxorem jam domum duxerit, in capite Legis juliæ de adulteriis quod est in *l.* 11. §. 7. *D. ad Leg. jul. de adult.* quæ dum jure mariti adulterii accusandi potestatem *marito* dedit, idem sponso concessisse non intelligitur; atque idem maritus a sponso separatur: Verum, in alio capite ejusdem legis, quod est in *l.* 3. *D. de fundo dotali*, & *l.* 2. *C. de bon. matern.* mariti adpellatione, sponsus quoque continetur. Sic Servius Sulpicius, Ictus, adprobante Pomponio, in *l.* 8. D. *de gradib. & adfin.* dicebant, Soceri, & socrus, & generi, & nurus, adpellationem ex sponsalibus adquiri. Hebræis quoque aliisque Gentibus, maritus & uxor, sæpe sunt sponsus & sponsa, ceu exemplis docuit Grot. *adnot. ad matth. l.* 26. *ad verbum* τὸν ἄνδρα.

MARMOR, *oris*, aliquando pro elaborata materia ejus generis sumitur, ut: si quis Domum, deductis marmoribus legaverit, *l.* 42. §. 4. D. *de legat.* 1. quandoque pro rudi materia, ut: Marmore

more legato, nihil præter rudem materiam demonstratam videri potest, *l.* 78. §. 4. *D. de legat.* 3.

MARMORARIUS, qui marmorum in crustas secandorum artem exercet. *l.* 1. C. *de excus. artif.* Marmorarium fabrum dixit Seneca *Epist.* 90.

MARMOREUS, *a*, *um*. Marmoreæ lapicidinæ, *l.* 7. §. 13. D. *solut. matrim. l. ult. de fund. dotali.* Marmoreum metallum, idem quod lapicidina marmorea, *l.* 13. *C. Theod. de metall.*

MAROCI. *Marocorum* lana inter species vectigales recensetur, & succo & capillis Indicis jungitur, *l.* 16. §. 7. *D. de public. & vectigal.* De ea omnia incerta & ambigua esse docuit Bynkersh. *observ. jur. lib.* 4. *c.* 5. ubi postremo verosimillimum putat; Marocorum vero intelligi populum vel regionem, cujus memoria exciderit. Inter Indiæ populos Plinius *lib.* 6. *c.* 20. numerat, & Marohas vel Maroas, eosque, liberos & rerum expertes, montium tractus juxta oceanum occolere scribit. Potuerunt ibi vel oves molliore lana præditæ vel arbores lanigeneræ, quarum India teste Strabone, *lib.* 15. fuit feracissima, nasci, unde desumpta lanugo lanæ *Maroharum*, *Marocharum* vel *Marocarum* obtinuere. *Hein.*

MARS in Gallia, inter Deos, quos senatus consulto constitutionibusque principum heredes instituere permissum erat, ponit *Ulp. regul. tit.* 23. §. 6. Martem etiam, quem bella gerere credebant Druidas coluisse, Cæsar *lib.* 6. *de bell. gall.* c. 17. scribit.

Mars pro eventu litis forensis. Hinc marte suo lis currere dicitur, *l.* 1. *C. ne lic. pot. l.* 13. §. 9. C. *de judic. l.* 12. *C. de reb. cred.* Et fora marte suo litigiose vacent, ait Ovid. *lib.* 4. *fastor. v.* 188. quæ metaphora apud alios occurrit. At marte suo apud Cicer. *lib.* 3. *de off. c.* 7. *& philip.* 2. *c.* 37. est suopte ingenio, & propriis viribus.

MARTIUS, *a*, *um*. Martius campus §. 4. *Inst. de legat.* Martis campum vocat Tacit. *annal.* 1. *c.* 15. Martio ære in hostem incalescere, *l. un. C. Theod. qui a præbit. tiron.*

MARTIUS mensis Martiæ calendæ. Festus: Martias calendas matronæ celebrabant: quod ea dies Junonis Lucinæ ædes coli cæpta sit. Sueton. *in Vespas. cap.* 19. Sicut Saturnalibus dabat viris apophoreta, ita & calendis *martiis* feminis. Calendas hasce credit Brisson. *matronalia* adpellari apud Tertullianum *de idolatr. cap.* 14. cum ait: Saturnalia & Jannariæ, & Brumæ, & Matronalia frequentantur, munera commeant, strenæ consonant, lusus, convivia, constrepunt. Alii vero ad *Matralia* referunt, id est, Matris maturæ festos dies, ut Festus explicat: Quibus in testa calida cibos coxisse matronas, Varro *lib.* 4. *de ling. lat.* scribit. Vid. *Calendæ.*

MARTYR, *l.* 3. C. *de sacros. eccles.* qui mortem pro Christo & pro fide Christiana oppetiit: Isidor. *lib.* 7. *cap.* 11. Ita ecclesia hoc nomen usurpat. Olim vero tempore Cypriani martyres etiam vocabantur, qui usque ad effusionem sanguinis pro Christo passi erant, licet superstites, nec consummato martyrio, cum *confessores* dicerentur qui sola voce constanter Christum confessi essent. Vid. Cypr. *epist.* 22. 25. 30. Interdum tamen utrumque nomen confunditur ab antiquis, & *confessores* adpellantur, quamvis tormenta passi. Etiam illi dicti martyres, qui ob nomen Christi in carcere moriuntur, vel in fuga aut solitudine a latronibus, aut

a bestiis interimuntur, vel præneceffariarum rerum inopia exstinguntur, vel quacumque correpti ægritudine intereunt: Idem Cypr. *ep.* 37.

MARTYRIUM *l.* 16. *C. de sacrof. eccles.* quod & martyrum sedes adpellatur, *l.* 2. *C. eod. tit.* ædes sacra, locus martyrum, eo quod in memoriam martyris sit constructum, vel quod sepulcra sanctorum ibi sint martyrum: Isidor. *lib.* 15. *c.* 9. Martyria proprie etiam ipsa martyrum sepulcra, memoriæ, confessiones, quibus superædificantur altaria: Augustin. *de civit. Dei lib.* 22. *c.* 10.

MAS & fœmina separantur in *l.* 1. §. 10. *D. ad SC. Turpill. l.* 38. §. 1. D. *ad Leg. jul. de adulter.* & alibi passim. Masculino tamen sermone sexus fœmininus non modo extensivæ significationis beneficio, sed maxime sermonis proprietate comprehenditur per *l.* 195. *D. de verb. signif. l.* 16. *D. de jure fisci l.* 20. *D. de adopt. l.* 1. §. 3. *de pecul. l.* 1. *pr. de constit. pec. l.* 3. §. 1. D. *de negot. gest.* quod etiam in delictis & pœnis obtinet, *l.* 7. *D. de jurisd. l.* 8. *junct. l.* 10. §. 1. *D. ad Leg. jul. de adult.*

Masculinus, a, um. Masculinus sexus, *l.* 8. C. *ad SC. Velleian. l.* 1. D. *de testam. tut.*

MASCULUS, mas, *l.* 10. §. 13. D. *de gradib. & adfin.* Masculorum munus, *l. ult.* D. *de tutel.*

MASSA, rudis auri, argenti, æris, vel cujuslibet metalli materia, *l.* 7. §. 7. D. *de adquir. rer. dom.* Massa argentea, *l.* 19. 52. §. 4. *D. de furt.* argentum in massa, *l.* 27. §. *ult.* D. *de aur. arg. legat.* Si pocula quis legavit, & massa facta est, massa legata scyphi ex ea facti exigi possunt, *l.* 32. *D. de legat.* 3.

Massa pro complexione vel universitate plurium rerum. In massam compleri omnium debitum, *l.* 12. *C. Th. de suscept.*

MASSURIUS *Sabinus* qui Sabini nomine designatur in legibus nostris, *l.* 59. D. *locat. l.* 80. D. *de legat.* 1. ita *Massurii* apud Plin. *lib.* 28. *c.* 9. *lib.* 16. *c.* 18. & *Massuri* apud Pers. *Sat.* 5. *v.* 90. Huic jurisconsultorum suæ ætatis facile principi, qui Ateio Capitoni successit, beneficium publice respondendi concessit Tiberius Cæsar. *l.* 2. §. *ult. D. de orig. jur.* Scripsit autem libros *responsorum* duos, *ad edictum prætoris* libros quinque, ad *Vitellium* libros aliquot: item libros *juris civilis* tres, qui illi ipsi, ut putat Heineccius, videntur, quos Arrianus *lib.* 4. *Dissert. Epictet. c.* 3. Μασσȣρίȣ νόμȣς, *leges Massurii*, Persius *Sat.* 5. *v.* 90. *rubricam Massurii* vocat. Singuli enim libri varios titulos, quorum species a Jac. Gothofredo in quatuor juris civilis fontibus ostensa est, complexi sunt. Hi cum more veterum minio fuerint distincti: rubricæ nomine veniebant. Cornutus in Persium: Massurius Sabinus legis consultus fuit: cujus rubricam vocat minium, quo tituli legum adnotabantur. Ad libros hos notas tam Pomponius, quam Ulpianus & Paulus scripserunt, ceu testatur inscriptio *l.* 1. D. *de legation.* cum Justiniano in *l. ult. C. de hered. inst. & princ. Inst. eod. tit.* & præter eos Aristo, ceu ex *l.* 6. *D. de usu & habit.* ostendit Heineccius, qui horum juris civilis librorum partem fuisse putat de *furtis* tractatum quem citat Gellius *lib.* 11. *c.* 18. nec omittit ipse Heinecc. librum adsessorium cujus fit mentio, *l.* 5. §. 8. *D. de injur.* Massurii ejusdem esse idem putat quos Massurii Fastorum libros semel atque iterum laudat Macrobius *lib.* 1. *Saturn. c.* 12. Sane ex Indice Pisano constat eum scripsisse *Memoralium* vel *Memorabilium* libros, qui

qui historici videntur fuisse argumenti Gell. *noct. lib.* 4. *c.* 20. *lib.* 5. *c.* 6. *lib.* 6. *c.* 7. Macrob. Saturn. *lib.* 3. *c.* 6. *l.* 144. *D. de verb. sign.* An qui Sabiniani adpellantur: *l.* 11. §. 3. D. *de donat. int. vir. & ux. l.* 11. D. *de adquir. rer. dom. l.* 3. *C. de lib. & post.* §. 25. *Inst. de rer. divis.* intelligendi sint hujus Massurii, an vero Cælii Sabini auditores, disquirit Heinecc. supra in voce *Cælius*.

MASTIGOPHORUS. Mastigophori qui agonothetas in certaminibus comitantur, ait Arcadius Charisius, *l. ult.* §. 17. *D. de muner. & hon.* ut virgis insolentiam certatorum spectatorumque coercerent. Iidem apud Xiphilin. in Heliogabalo μαςιγονόμοι, & ῥαβδῦχοι. Suidas scribi fuisse ἐπι θυμέλης ῥαβδοφόρους τινὰς προς εὐλαξίαν τῶν θεατῶν, super orchestra *flagelliferos* quosdam ad continendos spectatores in ordine designatores adpellat Plaut. *in Pœnul. prol. v.* 8. Horat. *lib.* 1. *epist.* 7. *v.* 5. Vid. Lips. *Saturnal. lib.* 2. *cap.* 5.

MATER, genitrix. Ea semper certa licet vulgo conceperit, *l.* 5. *D. de in jus voc.* Ejus loco sunt socrus & noverca: §. 7. *Inst. de nupt.* Mater ex alio matrimonio facta, *l.* 62. §. *ult.* D. *de rit. nupt.* Mater adoptiva, *l.* 29. §. 3. D. *de inoff. test.*

MATERFAMILIAS pro femina sui juris, quemadmodum paterfamilias is dicitur, qui sui juris est, *l.* 1. *l.* 4. *l.* 139. *D. de verb. signif.* & opponitur filiæ familias, *l.* 1. §. 1. *D. ad SC. Tertull.* & sic materfamilias adpellatur, sive sit pubes, sive impubes, *l.* 4. *D. de his qui sui vel alien. jur.* Tertullian. *de virgin. veland. c.* 11. Mater familiæ, inquit, vocatur licet virgo, & paterfamiliæ, licet investis.

Materfamilias pro femina honesta in *l.* 46. *D. de verb. signif. l.* 15. §. 15. D. *de injur.* etsi ea sit liberta, *per dictam legem & l* 41. D. *de ritu nupt.* quanquam alias materfamilias ponatur pro ingenua honestæ conditionis separatim a liberta in *l.* 1. *l.* 3. *D. de concub.* Et in interdicto de liberis exhibendis, quo, donec res judicetur, feminam, prætextatum, eumque qui proxime ad prætextati ætatem accedit, interim apud matremfamilias deponi prætor jubet, quum audis matremfamilias, accipe notæ auctoritatis feminam, *l.* 3. §. *ult.* D. *de liber. exhib.*

Materfamilias pro femina maritata, etiam vidua *l.* 10. D *ad Leg. Jul. de adulter.* Alio respiciens Festus *lib.* 10. ait: Materfamiliæ non ante dicebatur, quam vir ejus paterfamiliæ dictus esset: Nec possunt hoc nomine plures in una familia præter unam adpellari. Sed nec vidua hoc nomine, nec quæ sine filiis est, appellari potest. Cicero porro Top. respiciens ad diversitatem uxorii nexus; Genus, inquit, est *uxor*; ejus duæ formæ: una *matrum familias*; hæ sunt, quæ in manum convenerant; altera earum, quæ tantum modo *uxores* habentur. Eodem respexisse videtur Gell. *lib.* 18. *c.* 6. aiens: Matremfamilias adpellatam esse eam solam, quæ esset in mariti manu mancipioque, aut in ejus, cujus maritus manu mancipioque esset: quoniam non in matrimonium tantum, sed in familiam quoque & in sui heredis locum venisset. Quod turbare videtur Nonius Marcellus, ubi ait: *Matremfamilias, quæ in familia mancipioque sit patris, etsi in mariti matrimonio esset*; nisi intelligas familiam mancipiumque patris ipsius mariti; verum, ea quoque materfamilias audit, quæ in ipsius mariti mancipio est, juxta

Gellium jam citatum. Praeterea negat Festus supra allegatus, matremfamilias ante dici, quam vir ejus pater familiae dictus esset, & posse hoc nomine plures in una familia praeter unam adpellari. Aliena *materfamilias* *l.* 8. D. *ad L. jul. de adulter.*

MATERIA pro qualitate, genere, usu alicujus rei. Sic: urbanum praedium non locus facit, sed materia, *l.* 198. *D. de verb. signif. junct. l.* 166. D. *eod. & l.* 16. *C. de praed. minor.*

Materia pro subjecto & causa: Sic: materia communionis, *l.* 77. §. 20. D. *de legat.* 2. litis instaurandae, *l.* 20. D. *de tutel. & rat. distr.* materiam seditionis praebere, *l.* 3. *D. de oper. publ.*

Materia pro re corporali qualibet & qua quidvis conficitur. Si gemma insculpenda, aut includenda data, vitio materiae fracta sit: *l.* 13. §. 5. D. *de locat. Materia* adscribendum, *l.* 52. §. 4. *D. de legat.* 3. Si aes pro auro, vel plumbum pro argento veneat, in corpus quidem consensum est, sed in materia erratur, *l.* 9. §. *ult.* D. *de contrah. emt.* id est, in substantia, ut *ibidem.* Et ita, in materia errari, & minus peritum discernendarum materiarum esse, accipe *l.* 11. *D. eod. tit.*

Materia dicitur relate ad speciem. Ita: Quum ex aliena materia species aliqua facta sit ab aliquo: ut ecce, si quis ex alienis uvis aut olivis, aut spicis, vinum aut oleum, aut frumentum fecerit: aut ex alieno auro, vel argento, vel aere, vas aliquod fecerit, §. 25. *Inst. de rer. divis. l.* 7. §. 7. *D. de adquir. rer. dom.* Si materia manente, species mutata sit, *l.* 24. D. *eod.* Si aurum sit conflatum materia tamen manet, *l.* 49. §. *ult.* D. *de legat.* 3. Materia, *infecta*, *facta*, *signata*, *l.* 6. D. *de rei vind.* item rudis, *l.* 78. §. 4. D. *de legat.* 3.

Materia porro Ictis dicitur speciatim quae aedificationi est necessaria, sive lignea sive alia. Sic: Qui ex incendio aliquid rapuerit praeter materiam: *l.* 3. §. *ult.* D. *ad Leg. jul. de vi publ.* Si domus particulatim ita exstructa sit, ut nihil ex pristina materia supersit: *l.* 65. §. *ult. D. de legat.* 1. Si quis in alieno solo sua materia aedificaverit, *l.* 7. §. 12. *D. de adqu. rer. dom.* Plin. *lib.* 10. *Epist.* 50. *de lacu Nicomedens.* Per hunc marmora, fructus, materiae, vehiculis ad mare devehuntur. Est quoque plurali numero, in *l.* 47. D. *de act. emt.* Accepta pecunia ad materias vendendas.

Materia qua aedificatur specialius lignea materiae nomine venit, & separatur *a ligno*, eo scilicet, quo non ad aedificandum, sed ad comburendum utimur *l.* 55. *D. de legat.* 3. Alias *lignum*, quatenus ad aedificandum prodest, materiae accensetur. Sic *in l.* 15. *C. Th. de extraord. & sord. mun.* materia, lignum & tabulata junguntur, pro quo Justinianus, *l.* 12. *C. de excus. mun.* rescripsit materiam lignorum atque tabulata. Sed & materia ligno accensetur, si comburitur. Sic: materiam pro ligno usurum esse, *l.* 12. *D. de usufr.*

Materia tandem magis adhuc speciatim de trabibus seu de arboribus fabricae aptis dicitur, in *l.* 14. §. *ult.* D. *de peric. & commod. rei vend.* Pallad. *lib.* 2. *de re rust. c.* 33. Hoc etiam mense caedenda materia est ad fabricam. Cornel. Fronto *de differ. voc. Materies* animi est, *materia* arboris. *Materies* qualitas ingenii: materia fabris apta. Quae tamen confundit auctoritas. Cato *de re rust. c.* 17. Caetera *materies*, quae semen habet, quum semen materies habet, non tempestiva est. Vitruv. *lib.* 2. *archit. c.* 9. materies caedenda est a primo autumno. Ve-

Veget. *de re milit.* 4. c. 35. His enim tantum octo diebus cæsa *materies* immunis servatur a carie.

MATERNUS, quod matris est, ut: maternus affectus, *l.* 5. §. 4. *D. de agnosc.* & *al. lib.* materna civitas, *l.* 3. *C. de muner.* Item quod a matre proficiscitur, ut: materna bona *l.* 144. §. 12. D. *de legat.* Dicuntur & sine substantivo materna, apud Plin. *lib.* 7. *Epist.* 2.

MATERTERA est matris soror, ait Paul. *l.* 10. §. 14. *D. de gradib.* & *adf.* quasi *mater altera*, ut Fest. *lib.* 11. scribit.

Matertera magna, aviæ soror est, *l.* 10. §. 15. D. *de gradib.* & *adfin.* Festus: Matertera patris & matris mihi *magna matertera* est; ita enim legendum, pro *mater est*, recte monet Brissonius.

Matertera major proaviæ soror est, patris vel matris matertera magna, *d. l.* 10. §. 16. D. *eod. tit.* quam Caius promaterteram vocat, *l.* 1. §. 7. *eod.* Justin. §. 5. *Inst. de grad. cognat.*

Matertera maxima, abaviæ soror, patris vel matris matertera major, *l.* 10. §. 17. *D. de grad.* & *adf.* quam Caius vocat abmaterteram, *l.* 3. *D. eod.* & *Just.* §. 6. *Inst. de grad. cogn.*

MATHEMATICUS. Honestum hoc nomen primum fuisse discimus ex Gellio *lib.* 1. *c.* 9. Hi, inquit, dicebantur eo tempore μαθηματικοὶ, id est disciplinis vacantes, scilicet ab iis artibus, quas jam discere & meditari inceptaverunt, quoniam geometriam & gnomonicam, musicam, ceterasque item disciplinas altiores μαθήματα veteres Græci adpellabant: Vulgus autem, quos gentilitio vocabulo Chaldæos dicere oportet, Mathematicos dixit. Igitur nomen hoc male audire cœpit, scilicet infamatum fallaciis mendaciisque eorum, qui se ex motu posituque siderum, aut aliis illicitis improbatisque artibus, eventus & futura prænoscere ac prædicere, hominumque fata ex eorum genesi prænunciare posse profitebantur. Hi sunt de quibus Valer. Max. *lib.* 1. *c.* 3. quos ἀςρολόγυς κ̀ γόητας Dio *lib.* 49. adpellat, & Mathematicorum nomine accipiendi sunt in jure nostro *tit. C. de malef.* & *mathem.* Tacit. *lib.* 1. *hist. c.* 22. D. Augustin. *lib.* 4. *confess. c.* 43. Tertul. *apolog. c.* 43. Juvenal. *Sat.* 14. *v.* 248. Nota mathematicis genesis tua. Similiter in jure Canonico, ubi legimus: Hi sunt, qui vulgo mathematici vocantur, cujus superstitionis genus Constellationes Latini vocant, id est, notationes syderum, quomodo se habeant, cum quisque nascitur: *Caus.* 26. *quæst.* 3. *c.* 1. §. 6. Eosdem Roma sæpius pulsos legimus apud Tacit. *annal.* 2. *c.* 32. & *lib.* 12. *c.* 52. Sueton. *in Vitell. c.* 14. Tertullian. *lib.* 1. *de Idol. c.* 9. & quidem omnibus Romani Imperii civitatibus, *l. ult. C. Th. de mathem.* Diocletianus & Maximianus Augg. *l.* 2. *C. de malef.* & *mathem.* Artem geometriæ discere atque exercere publice interest. Ars autem *mathematica* damnabilis est, & interdicta omnibus.

MATRICARIUS, *in Novella* 13. *c.* 5. Hoc verbum in quibusdam vetustis ad Juliani, patricii, Epitomen sic expositum est: Matricarii dicuntur illi, quos videmus ad incendia currentes, & portantes spongias cum ferramentis, & alia, per quæ possunt de pariete in parietem transire, & ita incendium exstinguere. Sic dicti quod in matriculam Prætoris plæbi relati erant. Add. Cujac. *ad d. Novell.* 13.

MATRICULA, catalogus, descriptio, index, *l.* 3. *C. de agent. in reb. l. pen.* & *fin. C. de* com-

commeat. Sic matricula fori, *l.* 12. *l.* 15. *C. de advoc. div. jud.* Matriculæ militares pro numeris, *l.* 16. *C. de teſt. milit.* Veget. *lib.* 2. *c.* 6. Nam puncturis in cute punctis, milites ſcripti, & matriculis inſerti, jurare ſolent. Pro matricula uſurpatur *μάτριξ in c.* 120. Carthaginenſi concilii, his verbis, *μὴ προκριματισθῇ τῇ μάτρικι*, quæ Zonaras ita interpretatur, *ὃ βλαβήσεται ἐκ τοῦ καταγραφῆναί ἐν τῇ ἀπογραφῇ τῶν διαφερόντων τῇ ἐκκλησίᾳ.*

MATRICULARIUS. Hoc nomine deſignantur œconomi Eccleſiarum, quos Marguilliers Galli adpellant. Aimonus Monachus, *lib.* 4. *de geſt. Francor. c.* 33. Prædia vero tam innumera fratribus in eodem loco Deo famulantibus, ſive matriculariis eccleſiæ contulit. Et in libro veteri formularum: Nos in Dei nomine matricularii S. Martini. Apud Gregor. Turon. *lib.* 1. *de mirac. c.* 37. Matricularii erant pauperes in matriculam relati, qui eccleſiaſticis ſtipendiis alebantur. Ex his quidam ſeligebantur ad viliora eccleſiarum adjacentium munia v. g. qui campanas pulſarent, eccleſiarum cuſtodiæ invigilarent, eas mundarent: ita ut deinceps in alimoniæ mercedem eccleſiarum, obſequiis totos ſe darent: *Geſta Dagoberti regis c.* 30. Atque inde matriculariorum in eccleſiis parochialibus origo, quorum ſedes ideo ad eccleſiæ fores adſignabantur, quo eas obſervarent: vel, ut alii putant, quod matricularum, quæ ad oſtia eccleſiæ erant, cuſtodes eſſent, pauperumque alimoniis invigilarent: quod quidem munus, ſeu onus ipſis parochianis poſtea attributum. *Matricularii* in eccleſiis cathedralibus & collegialibus ex ordine clericorum & laicorum erant: *Hiſt. Epiſc. Antiſiodor. c.* 59. *Matriculariæ*, diaconiſſæ, preſbyteræ, viduæ, quæ in matriculum eccleſiæ relatæ, beneficiis & reditibus eccleſiaſticis alebantur: Iſidor. Mercat. *in Concil. Laodic. c.* 11. In Gloſſ. Iſidori etiam *matricularius* eſt pauper, inops.

MATRIMONIUM adpellamus maris & feminæ conjunctionem, ait Ulpian. *l.* 1. §. 3. *D. de juſt. & jur.* ſeu, Divini & humani juris communicatio inter virum & feminam, individuam vitæ conſuetudinem continens, §. 1. *Inſt. de patr. pot.* Hujus definitionis poſteriorem partem cum Ulpiani definitione conjunctam legimus apud Gregor. Papam *cap. illud* 11. *de præſumpt.* Per divinum jus accipiuntur ſacra, quæ cujuſlibet familiæ olim propria fuerant. Sed in orbe Chriſtiano, veram pietatem & jus naturæ per ſacra intelligere poſſumus. Quin, ſub ratione ſacramenti matrimonium explicatur in Eccleſia Romana, ubi qui negat eſſe ſacramentum hæreticus audit *cap.* 9. 10. *de hæret.* Quapropter vitæ conſuetudinem individuam ita intelligunt ut matrimonii diſſolutio quoad thorum & menſam tantum admittatur, non autem quoad vinculum ipſum *can. de voto in* 6. *c.* 7. 10. *de divort.* niſi in caſu, ſi conjux infidelis fidelem deſerat, *c.* 7. & 8. 10. *eod. tit.* Jure vero civili intelligimus, non aptam quidem dividi conſuetudinem, quantum ad adfectionem attinet, licet quandoque actu dividatur, jure permittente, puta per divortium, *l.* 1. D. *de divort. & repud.* Matrimonii autem definitioni ſupra datæ haud incommode addideris finem ſobolis non modo procreandæ, & per eam propagandi generis humani, ut eſt in 31. *quæſt.* 1. *c. Deut.* 32. *qu.* 2. *in princ.* ſed & educandæ

Matrimonium dictum eſſe a *matris* nomine ſeu adepto ſeu adipiſcen-

cendo Gellius docet *lib.* 18. *c.* 6. Div. quoque Augustinus *lib.* 1. *contra Faust.* ex eo dictum scribit, quod non ob aliud debeat femina nubere, quam ut mater fiat. Gregorius *de convers. infidel. cap.* 2. §. *ad quod illa.* datum hoc laboribus, quos in partu mulieres sufferunt, tradit, ut ab ipsis potiusquam a viris eorum conjunctio nomen accipiat. Cæterum, quod Abbas Panormitan. quasi *matris munium*, i. e. officium dici putavit, non magis apte ponitur ac si quis patrimonium quasi patris *munium* dici velit.

Matrimonium, conjugium, connubium & nuptiæ, sæpe promiscue usurpantur, ut apud Ulpian. *tit.* 5. §. 2. Justum ait, matrimonium est, si inter eos, qui nuptias contrahunt, connubium sit, & tam masculus pubes quam femina viripotens sit, & utrique consentiant, si sui juris sint, aut parentes eorum, si in potestate sint. Julianus in *l.* 11. D. *de ritu nupt.* Puto recte matrimonium vel nuptias contrahi. Idem Ulpian. in *l.* 32. §. 13. *D. de donat. int. vir. & ux.* Puto, donationes non valere, quasi duraverint nuptiæ: non enim coitus matrimonium facit, sed maritalis affectio. Proprie tamen differentia reperitur inter matrimonium & nuptias, ut in *l. pen. D. eod. tit.* Ubi Scævola matrimonium esse ostendit, conventionem inter virum & uxorem: eamque conventionem solo consensu contrahi, hoc est, neque rei interventum, neque certa & concepta verba, neque literas, *l.* 8. *C. de incest. nupt.* Nuptias autem ibidem Scævola esse ostendit, ritum illum qui pro cujusque gentis institutis palam & publice adhiberi solet; veluti apud Romanos, deductionem in mariti domum; item aquæ & ignis interventum. Aliam differentiam vide infra in verbo *Nuptiæ.*

Matrimonium impar justum. Vid. his locis.

Matrimonium quandoque pro ipsa uxore, non aliter, ac clientela sæpe pro clientibus, servitia pro servis ponuntur. Ita Sueton. in *Calig. c.* 24. edixisse Caligulam, matrimonium sibi repertum exemplo Romuli & Augusti. Et Justinus *lib.* 3. *c.* 3. de Lycurgo: Ut severius matrimonia sua viri coercerent. Livius *lib.* 23. matrimoniis convocatis.

Matrimonium pro re a matre relicta, falso apud Sueton. *in Aug. c.* 40. Valer. Max. & Senec. legi a Cujacio aliisque, Casaubonus *ad Suet.* monuit. Adde Christoph. Coler. *parerg. c.* 6. Vid. infra sub *art. patrimonium.*

MATRIMUS; vide in voce *patrimus.*

MATRIX fistula aquarum quasi promordialis vel originalis ex quibus aliæ quodammodo prodeunt, in *l.* 3. C. *de aquæduct. quæ est l.* 3. *C. Theod. eod. tit.* Matrices pecudes Varro & Columella eas adpellant, ex quarum fœtu reliquæ propagantur; & matricem arborem Sueton. *in Aug. c.* 94. ex qua soboles enata. Tertullianus *de virgin. veland. c.* 5. Evam *matricem* generis humani vocat. Similiter libro *adversus Judæos c.* 2. Primordialis lex est data Adæ & Evæ in paradiso, quasi *matrix* omnium præceptorum Dei. Et *de præscript. adv. hæret. c.* 21. Ecclesias apostolicas *matrices* & originales fidei dicit. Ita Cyprianus *Epist.* 45. Romanam Ecclesiam catholicam *matricem* esse ait. Verum, cum Ecclesia subjecta Episcopo unitur alteri, vel gubernanda committitur salvo jure *Matricis Ecclesiæ*, per matricem Ecclesiam intelligitur cathedralis & non Romana, ait Innocent. III. *cap.* 22. *de verbor. signif.* Cum cathedralem vel matricem, seu pa-

rochialem loci Ecclesiam illa viderint, aut sciverint observare nonobstantibus quibuscunque adpellationibus: *cap.* 1. *Clementin. de sentent. excomm.* & ibi glossa: matrix ecclesia ponitur pro majori baptismali, quæ generat baptismum sicuti mater.

MATRONA. Ita fere adpellatas ait Festus *lib.* 11. quibus stolas habendi jus esset. Marcellus in *l.* 41. *D. de ritu nupt.* Matronæ nomen ponit pro matrisfamilias honestate, additque eam non retineri ab ea, quæ se in concubitum alterius, quam patroni tradit. Sic etiam matronarum nomen accipe apud Plin. *lib.* 7. *Epist.* 18. At Gellius, *lib.* 48. *c.* 6. cui & Nonius Marcellus accedit, *matronam* dictam esse proprie, tradit, quæ in matrimonium cum viro convenisset, quoad in eo matrimonio maneret, etiam si liberi nondum nati forent, dictamque esse ita, a matris nomine, non adepto jam, sed cum spe & omine mox adipiscendi.

MATRONALIS, quod matronæ est; ut: matronalis habitus, *l.* 15. §. 14. *D. de injur.* ornatus, *Novell. Theodos. & Valent. de fructib.*

MATRUELIS *l.* 1. *D. ad Leg. pomp. de parricid.* Matrueles ait Cujac. *ad d. l. & Inst. de gradib.* sunt, qui ex eadem matre nati, seu uterini, quemadmodum patrueles qui ex eodem patre. Ita Hotom. 5. *observ.* 31. qui tamen *in comment. verbor.* matruelem interpretatur eum qui ex matris meæ fratre natus sit. Brissonius patrueles, ait, qui ex fratribus, matrueles qui ex fratre & sorore nati sunt. Sed hæc satis turbata videntur. Vero simile quidem est, patruelis verbum designare eum qui mihi e latere patris mei cognatus est, matrueles vero mihi cognatos esse, qui mihi a latere matris meæ juncti sunt, sive proximo, sive ulteriori gradu. Et dicendum videtur, quod, sicuti qui ex matris meæ fratre nati sunt, mihi sunt *matrueles*, ego ipsis sum patruelis. Plane qui ex sororibus duabus nati sunt, *consobrini*, qui ex fratribus duobus *patrueles* inter se dicuntur vicissim.

MATULA vasis genus est lotio accipiendo accommodatum; & in mundo muliebri continetur ut scripsit Ulp. *in l.* 25. §. 10. D. *de aur. arg. legat.* Cujac. 10. *obs.* 17.

MATURE, cito. Sic maturius, pro citius, in *l.* 3. §. 14. *l.* 51. D. *ad Leg. Aquil.* Maturissime i. e. citissime, *l.* 5. *D. de offic. proconf.*

MATURITAS fructuum i. e. perfectio, *l.* 42. *D. de usu & usufr. leg.* Accipitur etiam de rebus aliis, in quibus nihil desideratur. Sic, *in l.* 3. *C. Theod. de relation.* Tunc demum relationibus plena maturitas est.

MATURUS, *a*, *um.* Sic: maturi fructus & immaturi, ac speciatim matura olea in *l.* 42. *D. de usufr. leg.* matura silva, *l.* 12. D. *quod vi aut clam.* Translate autem matura ætas, *l.* 50. §. *ult.* D. *de legat.* 3. maturus finis, *l. un. C. Th. de Episc. jud.* Maturior partus, i. e. citius editius, Paull. 4. *Sent. tit.* 9. §. 5. maturior solutio, *l.* 4. §. 6. *D. de in diem addict.*

MATUTINO tempore & vespertino opponuntur, *l.* 10. §. 24. D. *de ædilit. edict.*

Matutinum, officii septem horarum canonicarum prima pars, a voce *matuta*, quæ auroram significat. Dicitur etiam nocturnum, vigiliæ nocturna. Ordinem *matutini* dabit Gavantus *T.* 1. *p.* 132. *seq.*

MAURICIANUS Ictus. Vid. supra art. *Junius.*

MAURITANIA, quam *l.* 1. §. 2. C. *de off. præf. urb.* Justinia-

nianus separat a Tingitana, Carthagine, Tripoli ac Numidia cum qua quodammodo coniungitur ab Arcadio & Honorio Impp. in *l.* 28. *C. Theod. de suscept. præpos.* Et videtur esse Mauritania Cæsariensis, cujus provinciæ majorem partem erat Numidia Massæsylorum, excepto non longo tractu, qui inter Malucham est & Malvam fluvios, quorum illum terminum fuisse constat Massæsylorum Numidarum & Jugurthæ regni, quod erat Mauritania propria.

MAURUS. Mauri Sitifenses memorantur in *Novella Theod. & Valentin. de tribut. fiscal.* Sitipha colonia in Mauritania Cæsariensi; medio ævo fuit illustrior, & provinciæ, quam denominat, Mauritaniæ Sitifensis, metropolis facta fuit.

MAXILLA, mala; in *l.* 12. *D. de ædilit. edict.*

MAXIME, id est, præcipue, præsertim, principaliter, in *l.*90. *l.* 96. *D. de reg. jur.* & aliis fere innumeris locis. Sed hæc vox interdum pro *ita demum* est accipienda. Veluti, cum in *l.* 9. D. *de usurpat. & usucap.* usucapi res *maxime* corporales legitur; non admittitur eo rerum quoque in corporalium usucapio; sed sola corporalium. Sic in *l.* 3. D. *de concub.* ingenuam in concubinatu esse posse, traditur, *maxime* eam, quæ obscuro loco nata est: id est. eam demum, ut sequentia verba declarant. Similiter in *l.* 2. C. *an serv. ex suo fact. Maxime*, quum tibi peculium non esse legatum, proponas. Aliud enim esset dicendum per *l.* 1. §. 10. D. *de dot. prael.* si peculium legatum, proponeretur. Eademque vocis hujus interpretatio facienda est in *l.* 12. §. 12. *D. de instr. vel instrum. leg.* uti apparet ex conjunctione *l.* 22. D. *eod. tit.* Tandem in *l.* 21. §. 1. D. *de pecul.* Maxime si quid ad eum pervenit, interpretor *in quantum quid.* Vide quoque *l.* 3. *D. quando ex fact.* *l.* 2. *D. de arbor. furt. cæs.*

Maxime pro valde; ut: maxime necessarium, *l.* 4. *D. de admin. & per. tut.*

Nota porro elegantes phrases. Etiam si *maxime* creditor non fuerit, *l.* 2. §. 7. D. *de hered. vel act. vend.* Sed si *maxime* repromitterent; *l.* 43. §. *ult. D. de damn. inf.* Etsi maxime velit, *l.* 12. §. 3. D. *de capt. & postl.* Vel maxime autem, *l.* 2. §. 6. D. *de collat.* Ut maxime quis existimet, *l.* 63. *D. de furt.* Ut maxime usus sit, *l.* 7. D. *de suppell. leg.*

MAXIMUS tyrannus, qui se in Gallia pro Imperatore gessit. Hujus fit mentio in *l.* 10. *C. Th. de infirm. his quæ sub Tyrann.*

Maximus comes & exquæstor Palatii, principatu Theodosii & Valentiniani, qui Vir *Illustris* vocatur in *Novell. de Cod. Theod. auct.* item *laudabilis* in Novella eorumdem Impp. *de tribut. fiscal.*

Maximus, a, um. De rebus variis dicitur passim in legibus. Sed hoc epitheton principibus dari heic notandum est, quod ab Hadriani temporibus invaluit. Ita: Maximus Princeps Hadrianus in *l.* 20. §. 6. *D. de hered. pet.* Severus quoque maximus princeps dicitur in *l.* 17. *D. de quæst. l.*8. *pr. D. de vacat. & excus. mun.* in cujus §. *ult.* Maximi principes Imperatores in genere audiunt, qua in re Romanos Persis æmulatos esse suspicatur Heineccius; horum enim Reges μεγάλως βασιλεῖς apud Aristoph. *in Pluto v.* 170. & Julian. *orat.* 6. dictos esse observat.

Maximus avunculus, frater abaviæ, *l.* 10. §. 15. 16. 17. *D. de gradib.*

Maxima matertera. Vide in voce matertera.

Maximus patruus: vide *patruus.*

MEATUS aquarum *l. 6. l. 7. l. 8. C. Theod. de aquæd. & l. 4. C. Just. eod.* formarum, vide sub voce *forma.*

MECÆNAS. C. Cilnius, Cæsaris Augusti amicus, cujus ejusque uxoris, antea Ciceroni nuptæ, mentio fit in *l. 64.* D. *de donat. int. vir. & ux.*

MECHANICI, machinarum structores & inventores, aut quorum opera machinarum usus exhibetur, *l. ult. C. de excus. artif.* Suet. *in Vespas. c.* 18.

MEDELA juris, seu remedium in *l. 17. C. de eviction.*

MEDERI alicui, i. e. succurrere, in *l. 6. pr. C. de Inst. & subst. l.* 57. D. *de hered. pet.* Mederi desiderio, *l. ult.* D. *de mort. infer. l. 5. C. de adpell.* rei, *l. 26. C. de minor.*

MEDIACUS, *i. Mediacos* pro *medicos* legendum observat Jacob. Gothofr. *in l. 2. C. Theod. de excus. artif.* Mediaci enim sunt qui circa mediale versantur fabri lignarii. Nam mediale in re lignaria proprie loquentibus est pars intima arboris, quæ ad intestina opera & minutiaria facienda sumuntur: de quo Salmas. in Solin. *p. 166.* Et sic *mediani* tignariis & intestinariis proximi recensentur, *in dicta lege.*

MEDIANUS, *a, um.* Medianum Cœnaculi in *l. 5. §. 2.* D. *de his qui effud.* Medianæ Columnæ, mediana acroateria opponuntur angularibus apud Vitruv. *lib. 3. c. 1. & ult.*

MEDIASTINUS servus dicitur qui in magna familia, sive in Caupona, sive in balneo, domove privata, præsto est ad facienda quæcunque imperantur; nec certo officio, artificio ministerioque addictus adscriptusve est. Non. Marcell. 2. 253. Priscianus in libro *de 12. Carmin.* Ulpianus in *l. 1. §. 5. D. naut. caup. & stab.* Unde, opponitur servo ordinario in *l. 15. §. 44.* D. *de injur.* & artifici in *l. ult.* D. *de oper. serv.* & habetur inter viliores; vide Torrent. *ad Hor. lib. 1. epist.* 14. *v.* 24. Tu mediastinus tacita prece rura petebas. Vetus Glossarium: Mediastinus servus est, qui medium actum gerit, nec inter ordinarios, nec vicarios servos sed medius inter hos & illos connumeratur.

MEDICAMEN, quod ad salutem hominis, vel ut remedium datum erat. Paul. *lib. 5. Sent. tit.* 23. §. 19.

MEDICAMENTARIUS, *l. 1. C. Theod. de repud.* est maleficus, ut interpres hic explicat, i. e. veneficus, ut est in *l. 8. Cod. Justin. eod. tit.* Eodem sensu & medicamentaria *in dicta l. 1.* occurrit.

MEDICAMENTUM. Hujus verbi duplicem significatum notat Nonius Marcell. inquiens, esse quo homines vel animalia cætera curantur, citatque Tulli verba *off. lib. 2.* Si quis medicamentum cuipiam dederit ad aquam intercutem. Ita in *l. 7. §. 6.* D. *ad L. Aquil.* Qui venenum pro medicamento dedit. Item in *l. 5. D. de pen. legat.* Theriaca & cetera medicamenta quæ secessus caussa dominus ibi habuit. Senec. *Epist.* 64. Puta, relicta nobis medicamenta quibus sanarentur oculi.

Medicamentum rursus est venenum græce φάρμακος, apud eundem Non. qui ridiculam hujus vocis notationem affert, quasi a *Medis*, apud quos Venefici fuerint plurimi, *medicamentum* prima verbi syllaba producta dicatur. Idem adfert ex Varrone verba hæc: Quærit ab Annibale, cur biberit medicamentum; quia Romanis, inquit, me Prusiades tradere volebat. Sic: in *l. 15.* D. *de injur.* medicamento mentem alienare. Item:

Item: mala medicamenta, *l.* 3. D. *ad leg. Corn. de Sicar.* & §. 5. *Inst. de publ. jud.* quæ venenis junguntur, *l.* 4. §. 1. D. *famil. ercisc.*

Medicamentum tandem, pro tinctura purpuræ aut succo, quem bibit purpura, Seneca dixit, *lib.* 1. *natur. quæst. c.* 3.

MEDICINA, ars medica. Sic medicinam exercere, *l.* 27. D. *de oper. libert.* facere *l.* 26. D. *eod. tit.*

Medicina pro remedio, ut: medicina competens adhibenda, *l.* 18. *C. Theod. de agent.* medicinæ caussa parata, *l.* 70. §. 1. *D. de legat.* 3.

Medicina translate, ut: medicina correctionis, *l. un. C. Theod. de emendand. propinq.*

MEDICUS, qui salutis hominum curam agit, *l.* 1. §. 1. *D. de extraord. cogn.* Medicorum autem nomine veniebant apud Ictos quicunque humano corpori medebantur, quoquo sanandi genere id fieret, & in quibusvis morbis. Etenim medicos videmus quoque adpellari qui alias *chirurgi*, ut apud Paull. *lib.* 3. *sent. tit.* 6. §. 62. his verbis: Instrumento *medici* legato, collyria & emplastra, & apparatus omnis conficiendorum medicamentorum, itemque ferramenta legato cedunt. Item, Ulpianus *in l.* 4. *in fin. D. ad Leg. Cornel. de sicar.* Medico, inquit, qui virilia exciderit, & in *l.* 7. §. *ult.* D. *ad Leg. aquil.* Si medicus servum imperite secuerit. Seneca *lib.* 1. *de ira*, *c.* 5. de medico agens: si frustra molliora cesserunt, ferit venam, membrisque si adhærentia nocent, & morbum diffundunt, manus adfert.

Medici varii generis passim memorantur, veluti circulatores, vel περιοδευταὶ, *l.* 6. §. 1. D. *de excus. tut.* Medici *Clinici* apud Gruter, *p.* 581. 1. *p.* 335. 1. Medici *ocularii* vel *ophthalmici* apud Reines *Class.* 11. 8. qui & medici ab oculis, Grut. *p.* 635. 3. Si medicus cui curandos suos oculos, quibus laborabat, commiserit, *l.* 3. D. *de extraord. cogn.* Idem de Ægyptiis memoriæ prodidisse observat Heinecc.

Eos quoque, qui medicinam factitarent, servos vel libertos fuisse adparet ex *l.* 10. §. *ult. D. de ann. legat. l.* 14. §. 7. D. *de bon. libert. l.* 40. §. 6. *de bon. libert. l.* 25. §. 1. *de oper. libert.*

Quin erant & *medicæ* mulieres, seu, ut est in Basilicis *ad l. pen. C. de posthum. hered.* ἰατρειναῖ, assæ, vel obstetrices. Unde & medicamentum dare dicitur obstetrix, *l.* 9. *pr. D. ad Leg. aquil.* & medicinam exhibere, *l.* 1. §. 1. *D. de extraord. cognit.* Immo & sæculo, quo Codex Alaricianus compilatus est, obstetrices omnes videntur adpellatæ: sane enim interpres Paulli *ad lib.* 2. *sent. tit.* 24. §. 8. ita scribit: Quoties de mulieris prægnatione dubitatur, quinque obstetrices, id est *medicæ* ventrem jubentur inspicere.

De *Medicorum* numero in qualibet Civitate definito vide *l.* 1. *D. de decret. ad ord. fac.* & §. 15. *Inst. de excus. tut.*

Erant & *medici* militum, *l.* 33. §. *ult.* D. *ex quib. caus. maj.* uti: *medicus* secundæ Legionis, *l.* 1. *C. de profess. & medic.* Huc etiam pertinet *l. ult. D. de jur. immun.*

Sed & in ludis gladiatoris artem fecisse *medicos*, qui luxata vulnerataque gladiatorum membra curabant observat Heinecc. post Laurent. *var. antiq. erud. lib.* 2. *Diss.* 21. *p.* 128. Gruter. *inscript. p.* 335. 2. 3. & Reines. *ad Inscript. p.* 181.

MEDIE, pro mediocriter, vel modice, Ulpianus *l.* 25. D. *de*

de pign. act. Ita Lactant. *Inst.* 6. *c.* 15. Ut vitia, quoniam tolli non possunt, medie temperanda sunt.

MEDIETAS dimidium. Medietas debiti, *l.* 1. *C. Theod. de usur. rei jud.* Item est media via. Medietatem quandam secuti *l.* 3. D. *si pars hered. pet.* Cicero *de univers. c.* 7. scripsit, se vix audere dicere medietates; ipse vero citato loco habet: in singulis esse bina media &c. Usi tamen hac voce sunt Palladius, Apuleius, & his inferiores Ammianus, Eutropius, ut monstravit Cellarius *cur. secund. p.* 222.

MEDIOCRITAS pro eo quod modicum est; sic: mediocritate non genere differt scapha a nave, *l. ult. D. de instr. vel instrum. leg.* Est quoque paupertas: *l.* 6. §. *ult.* D. *de excus. l.* 27. *C. Theod. de annon.*

MEDITATIO longa ac diuturna, *l.* 41. *C. Theod. de haeret.* saeva & pugnatrix, *l.* 11. *C. Theod. de poen.*

MEDIUS, *a*, *um*, pro mediocris. *Medii actus* homo ab Imperatore adpellatus servus, neque magnae alicui curationi praepositus; qualis est dispensator, vel atriensis: neque vilissimo muneri destinatus, qualis est mediastinus, aut scoparius: sed mediae inter illas functiones curationi alicui praefectus, *in* §. 6. *Inst. de injur.* Mediae dignitatis judex, *l.* 5. *pr. C. Theod. de iis qui administr.*

Medium pro moderato: Sic, media ratio, *l.* 6. D. *de poen.* media sententia *l.* 7. §. 7. *D. de aquir. rer. dom.* via, §. *ult. Inst. de rer. divis.* Quinctilian. *lib.* 4. *c.* 2. Medium decretum Liv. 3. *c.* 13. & 31. *c.* 21.

Medius qui inter postremum & primum, ut: medius aliquis ex auctoribus, *l.* 15. §. 1. *D. de divers. temp. praescr.* Medius dominus, *l.* 17. D. *de aqua & aqu. pluv.*

Medium quod inter extrema: Mediae aedes, *l.* 24. *D. de serv. praed. urb.* In *medio* alveo, *l.* 1. §. 7. D. *de flumin.*

Medium tempus, i. e. interfluens: Sic medio tempore, *l.* 11 §. 4. *D. de except. rei jud.* quae phrasis in legibus passim variis adplicatur negotiis, quae colligit Brissonius sub hac voce.

Medius, i. e. medii aevi. Ita: *Media* Jurisprudentia §. 3. *Inst. de legit. agn. succ.* Sunt qui illam ab Hadriano ad Constantinum magnum porrigunt, uti Perizon. *ad leg. Vocon. p.* 198. Alii a Cicerone ad Augustum ut Jan. Vinc. Gravina *lib.* 1. §. 46. Alii a Trajano ad Justinianum usque, veluti Zas. *Tom.* 2. *op. p.* 126. Sed Heineccius post Galvanum *de usufr. c.* 6. §. 7. *p.* 50. simplicius esse judicat intelligere per mediam jurisprudentiam illud jus, quod sine scripto interpretationibus disputationibusque prudentum inductum est, alias κατ᾽ ἐξοχὴν jus civile dictum, de quo *l.* 2. §. 5. *D. de orig. jur.* Unde Theophilus vertit: οἱ μετὰ τῶν δυοδεκαδέλτων σοφοὶ, νεώτεροι μὲν ὄντες τῆς ἐκείνου νομοθεσίας, πρεσβύτεροι δὲ τῶν διατάξεων. i. e. jurisconsulti, lege XII. Tabularum juniores, sed anteriores Principum constitutionibus.

Medius, praesens, ut: Nobis mediis, i. e. praesentibus *l.* 19. *C. de testam.* In medium vel in medio, pro in re praesenti, *l. ult. C. quib. ad lib. procl.* De medio vel e medio discedere *l.* 8. *C. de condit. & demonstr.* ducere, *l.* 9. *D. de legat.* 2. praecipere, *l.* 88. §. 1. *D. de legat.* 2. recipere *l.* 18. §. *ult.* D. *de ann. legat.* sumere *l.* 41. §. 3. *l.* 91. §. *ult. D. de legat.* 3. tollere, *l.* 37. *D. de injur.*

Medium, indifferens, nec bonum

num per ſe nec malum, quales eſſe honores, divitias, formam ex principiis Stoicorum Seneca ait *Epiſt.* 82. Medius Princeps, qui neque bonus neque prorſus malus, apud Ammian. Marcell. *lib.* 14. *p.* 24. Medium virum Vopiſcus *in Caro*, *c.* 14. Medium Ducem Spartianus *in Ælio Vero. c.* 3. Medie moratos Apulei. *de habit. doctr. platon. lib.* 2.

Medium nomen, *l.* 3. §. 1. *D. ad Leg. Corn. de ſicar.* i. e. τῶν μέσων, ut loquitur *l.* 1. §. 3. D. *de ſerv. corrupt.* Μέσα autem adpellantur vocabula quæ in bonam & malam partem accipiuntur: qualia ſunt dolus, valetudo: venenum; quæ *boni* vel *mali* adjectione diſtingui & diſcerni ſolent. De veneno bono vel malo vide *l.* 236. D. *de verb. ſignif.* Sic Serv. *in* 1. *Æneid. ad v.* 661. notat dici artes bonas, vel malas. Eoque ſenſu & *mediam* vocem dixit Gell. 12. *c.* 9.

Medium pro dimidio, Sic: in bonorum media portio fiſcalibus compendiis addicta cedat, *l.* 1. *C. Theod. de off. præf. præt.* media pars domus, *l.* 5. *C. Theod. de metat.* vide Capitolin. *in pio. c.* 4.

MEDOGRAMMATEI in *l.* 4. *C. de tabul. ſcrib. & logograph.* corrupta legitur pro *Demogrammatei.* Hinc vanum eſt quod de *Medographo*, medicinæ ſcriptore, in dicta lege intelligendum eſſe vult Calvinus *in Lexico ſub voce Medographia*, cujus uſus nullus eſt.

MEL, notæ ſignificationis in jure. Mella eſculenta penui ſemper cedunt, *l.* 3. §. 3. D. *de pen. leg.* Ex melle autem mulſum, hydromeli & œnomeli, de quibus ſuis locis.

MELA: Vid. ſupra *Flavius Mela.*

MELANCHOLICUS, atra bile laborans, & ad triſtitiam & auſteritatem proclivis, *l.* 2. *ſequ.* D. *de ædilit. edict.*

MELANTIA, locus in Thracia ſollennis fuit XVIII. lapide a Conſtantinopoli. Melantiæ pro Valentiæ reponit Jac. Gothofr. in ſubſcriptione Legis 22. *Cod. Theod. de convect. annon.* & *l.* 113. *ejuſd. Cod de decurion.* quæ eadem die datæ ſunt a Theodoſio M.

MELCHISEDECHIANI vocati pro eo, quod Melchiſedech ſacerdotem Dei non hominem fuiſſe ſed virtutem Dei eſſe arbitrantur. *cauſ.* 24. *quæſt.* 3. *c.* 39. §. 16.

MELINUM, genus coloris quem alii gilvum, alii album alii luteum exponunt. De eo Plin. *hiſt. nat. lib.* 35. *c.* 6. Suidæ μέλινον χρῶμα; Iſgino & cocco jungitur *l.* 78. §. 5. *D. de legat.* 3. Ita dictum a Melo inſula ubi optimum reperitur.

MELIOR pro utilior & potior. Ita: melior cauſſa paſſim in legibus; ac ſpeciatim; *melior* cauſſa poſſidentis, *l.* 26. §. *ult. l.* 126 §. *ult.* D. *de reg. jur.* Item: *melior* conditio, *l.* 133. D. *eod. tit. l.* 17. *D. de fund. dot. pr. Inſt. de auct. tut.* & innumeris fere locis. Seneca *de benef.* 3. *c.* 7. Melior, ait, videtur conditio cauſſæ bonæ, ſi ad judicium, quam ſi ad arbitrum mittatur.

Melior pro locupletior. Ita: *melior* factus adoleſcens, *l.* 32. §. 4. D. *de admin. & peric. tut.* Si ad meliorem fortunam pervenerit, *l.* 1. §. 7. *C. de rei ux. act.*

Melior qui magis eſt frugi. Sic: Me eloquentia & diligentia tua meliorem reddidiſti; *l.* 2. D. *de donat.*

Meliores, pro fortioribus & potentioribus, Tacit. *annal.* 13. *c.* 56. Patienda, ait Avitus, meliorum imperia.

Melius eſt, i. e. utilius, commodius, *l.* 57. *D. de hered. pet. l.* 17. *quod met. cauſ.*

Melius pro tutius & potius, ut: melius eſt agere vel agi, *l.* 18. D. *de præſcript. verb.* Melius eſt

eſt ut dicamus, *l.* 1. §. 5. *D. de poſtul.*

Melius pro æquius, Sic: Melius eſt in re dubia favere repetitioni, quam adventitio lucro, *l.* 41. *D. de regul. jur.* Melius eſt legatarium non lucrari, quam venditorum damno affici, *l.* 14. §. 1. D. *de relig. & ſumpt. fun. Melius æquius* quandoque conjunguntur, ut in *l. 66.* §. *ult. D. ſolut. matrim. l.* 82. D. *de ſolut. æquius melius* apud Ciceronem *de offic.* 3. *c.* 15.

MELIORARE eſt melius quid reddere, ut in *l.* 13. §. 5. *D. de uſufr.* Uſufructuario permittitur meliorare proprietatem; i. e. eam meliorem & fructuoſiorem facere.

MELIORATIONES Græcis ἐμποιήματα dicuntur, *l. ult. C. de jur. emphyt.* Pro faciendis meliorationibus, *l. ult. C. de negot. geſt.*

MELLOPROXIMATUS in Conſtitut. Juſtiniani *de adjutorib.*

MELLOPROXIMUS autem eſt qui inſequente anno Proximatus honorem μέλλει adipiſci ſeu adepturus eſt: *l.* 5. *l.* 7. *l.* 14. *C. de proxim. ſacr. ſcrin. l.* 17. *C. Theod. de proxim. comit. diſpoſ.* De ſimilibus vocabulis e Græco & Latino compoſitis, quæ apud veteres occurrunt, videndus eſt Radulph. Forner. *lib.* 5. *rer. quotid. c.* 2. Sic Mellephebum pubertati proximum Cenſorinus vocat; quem admodum μελλόπαις puer qui ætatis progreſſu annum decimum attigit, & μελλόποσις, futurus ſponſus. Pollux & Heſych.

MELUS. *i.* μῆλος in *Nov.* 105. *c.* 2. §. 5. genus nummorum minutorum; ſic dictus a forma rotunda; μῆλον autem græcis eſt malum. Vide Cujac. ad dict. Nov.

MEMBRANA tenuior animalium pellis, ita parata ut ſit ad ſcribendum apta. A chartis membranæ ſeparantur in *l.* 52. *l.* 102. D. *de legat.* 3. *l.* 1. D. *de bon. poſſ. ſec. tab.* §. 33. *Inſt. de rer. diviſ.* Plin. *Hiſt. nat. lib.* 13. *c.* 11. Varro membranas Pergami tradidit repertas: poſtea promiſcue patuit uſus rei, qua conſtat immortalitas hominum.

Membranarum libros ſeptem Priſcus Neratius ſcripſerat, de quibus quædam notavit Hannib. Fabrot. *in Cujacii paratitl. C. in proœm.*

MEMBRANEORUM codicum ſit mentio in *l* 52. *D. de legat.* 3.

Quæ *membranulis* manu mea ſcriptis continentur, ait, *l.* 102. *D. de legat.* 3.

MEMBRUM (*in LL. XII. Tabul.*) ſi rupit, ni pacit, talio eſto. Vide §. 7. *Inſt. de injur.* Dominus membrorum ſuorum nemo videtur, *l.* 13. *D. ad L. Aquil.*

Membrum pro parte ædium & cubiculo, *l.* 52. §. *6. D. de legat.* 3. *l.* 13. D. *de manumiſſ. teſtam.* Columella membra villæ in tres partes, urbanam ruſticam & fructuariam dividit. Vide quoque *Plin. lib.* 2. *Epiſt.* 17. *& lib.* 5. *Epiſt.* 6. Apulei. *de aſin. aur. lib.* 3. *&* 7. Vitruv. *Architect. lib.* 3. *c. ult.* Gell. *lib.* 17. *c.* 9.

MEMINISSE, ait Senecca *Epiſt.* 33. eſt rem commiſſam memoriæ cuſtodire. Et ita accipitur in *l.* 1. *v. ult.* D. *de aqua quotid. Memineris* eſt formula in reſcriptis uſitata, veluti apud Plin. *lib.* 10. *Epiſt.* 42. *&* 43.

MEMOR eſſe, idem eſt, *l.* 31. *D. de adim. leg. l.* 20. *D. de fideic. libert.*

MEMORATUS, *a*, *um*, de quo mentio facta eſt, *l.* 5. *D. de lib. cauſ.*

MEMORIA pro recordatione, *l.* 27. D. *de condit. inſtit. l.* 2. *D.* §. 8. *de aqua & aqua pluv. l.* 32. *D. de furt.*

Me-

Memoria pro honore nominis exiſtimationeque, & pia recordatione defunctorum uſurpatur. Sic: memoriæ conſervandæ defuncti gratia, *l.* 16. D. *de uſu & uſufr.* Hinc deceſſores ſuos, vita functos, auguſtæ & divæ memoriæ poſterioris ſæculi Imperatores adpellant *l.* 11. *C. de proxim. ſacr. ſcrin. l.* 7. *l.* 12. *C. Theod. de agent. in reb.*

Memoria vero *damnari* dicitur eorum qui majeſtatis & perduellionis criminibus poſt mortem rei agebantur; *l.* 32. §. 7. D. *de don. inter vir. & ux.* §. 3. *Inſt. de publ. jud.* Nam quamvis cetera crimina morte reorum extinguantur: hoc tamen etiam adverſus mortuos exercetur; ceu docet Theophil. *ad* §. 5. *Inſt. de hered. quæ ab inteſt.*

Memoria quoque malorum Principum damnata dicitur: ut apud Lamprid. in *Commod. c.* 20. ubi Severus, pontifex, hæc pro ſententia de Commodi memoria damnanda dicit: Cenſeo abolendas ſtatuas, quæ undique ſunt abolendæ, nomenque ex omnibus privatis, publiciſque monimentis eradendum. Apud *eund. Lamprid. in Domitian. c. ult.* Parricidæ gladiatoris *memoria* aboleatur. De ea memoriæ damnatione diſſerunt Lipſ. *excurſ. ad Tacit. annal. lib.* 6. & Rad. Forner. *rer. quotid. lib.* 2. *c.* 17. & 18.

Memoria contra reſtitui dicitur, quorum illicite damnata erat, quorumque innocentia poſt mortem purgabatur. Sic: Capitolinus *de Pertinace c.* 6. ait: Revocavit etiam eos qui deportati fuerant crimine majeſtatis, eorum memoria reſtituta, qui occiſi fuerant.

Memoria, pro Commentariis, in quos referebant ea, quæ ad perennem memoriam pertinebant, aut quæ memoriæ ergo litteris mandata obſervari principes curabant, proprio ac ſpeciali ſcrinio, quod ejus rei ergo comparatum erat, *memoriæque* ſeu *ſacræ memoriæ* dicebatur: quod inter quatuor ſacra ſeu palatia ſcrinia primum locum obtinebat. Atque hoc *memoriæ* ſcrinium Magiſtrum habebat, de quo ſupra ſub voce *Magiſter.*

MEMORIALIS. *Memoriales*, non hi modo, qui in ſcrinio memoriæ, ſed & qui in tribus aliis ſcriniis militabant, adpellabantur, *l.* 7. *l.* 10. *l.* 11. *C. de proxim. ſacr. ſcrin. Memoriales* qui in ſcriniis, memoriæ, epiſtolarum, libellorum, ſacrarumque diſpoſitionum referuntur, *l.* 2. *C. de privil. eor. qui in ſacr. pal. mil.* Vide & *l.* 2. *C. de petit. bon. ſubl. l. ult.* C. *de diverſ. reſcript.* Hi Leges, reſcripta, conſtitutiones, excipiebant, perſcribebant, implebant, exſequebantur. Sacris ſcriniis peragendiſque reſponſis Principum obſecundabant, ut loquitur *l.* 11. *C. de excuſ. mun.* Adjutores quoque fuiſſe Quæſtoris, quorum obſequio res agebatur quæſtoria, docet *l. ult. pr. C. de proxim. ſacr. ſcrin.*

Memorialia ſcripta dixit Arnobius *lib.* 6. *adv. gent.* antiquas lectionum memorias. Jul. Firm. Matern. *lib.* 6 *Matheſ. c.* 26.

MENANDRINI a Menandro Mago diſcipulo Simonis nuncupati, qui mundum non a Deo, ſed ab angelis factum effinxit. *Cauſ.* 24. *quæſt.* 3. *c.* 39. §. 2.

MENDACIUM, ait. D. Auguſtin. *de conſcient. c.* 12. eſt falſa ſignificatio vocis, cum intentione fallendi. Quæ verba ex eo referuntur a Gratiano *in can.* 22. *Cauſſ.* 5. *quæſt.* 2. Ea vox occurrit in *l.* 18. §. 3. D. *de quæſt. l.* 11. §. 3. *D. de interrog. in jur. fac.* & *l.* 2. *C. ſi contra jus*: ubi: Sive in juris narratione mendacium, reperiatur, ſive in facti, ſive in tacendi fraude.

MENDAX precator, i. e. frau-

fraudulentus careat impetratis *l.* 5. *C. si contra jus.* Serv. *in Æneid.* 2. *v.* 80. Vanus est, ait, qui etiam sine utilitate mentitur: mendax qui etiam ad decipiendum.

MENDICANS. *Rubr. Tit. C. de Mendicantibus validis. Mendicantium* ordinum religiosorum fit mentio *in c. un. de relig. domib. in* 6. *cap. un. de excess. prælat. in* 6. *Clement.* 1. *de regular. Clement. cupientes* 3. *de pœn. extrav. comm. unica, de offic. custod. eod. cum vices* 2. *de treuga pace. extrav. eum* 1. *de regul.*

MENDICITAS *incerta*, in *l. un. C. Just. de mendic. valid.* Nec perperam *incepta* legitur in *C. Theod. eod. tit.* dicique inceptam mendicitatem eam putat Jac. Gothofr. quam cujusdam professionis genere quidam accipiunt, adfectant & sequuntur.

MENIANA vide supra *Mæniana.*

MENS pro intellectu & animi judicio. Quo pertinent loquutiones sequentes. *Mente* agitare seu volvere *l.* 7. D. *de supell. leg. Mentem* alienare *l.* 17. *D. de injur.* mentis alienatio, *l.* 14. *D. de off. præsid. Mente* captus, cui sana & integra mens non est, quod etiam morbi vi quandoque accidit, ceu docet *l. ult.* D. *de injust. rupt. irrit.* his verbis: Quum in valetudinem adversam incidisset, *Mente* captus tabulas incidit. Festo mente captus dicitur, quum mens ex hominis potestate abiit. Et idem *demens* qui de mente sua decesserit, & *amens*, qui a mente abierit. Mente capti a furiosis separantur in §. 3. & 4. *Inst. de Curator.* Eo autem differre videntur, quod *mente capti* non agant cum impetu sicut *furiosi*; hi enim rabie animi agitantur, sæpe cum intervallis: *mente capti* autem cæcitate quieta sed continua laborant. vide *furiosus.* Contra *mentis* compos dicitur in genere qui non est mente captus, ceu in *l.* 16. *D. qui testam. facere poss.* & qui furere desiit, ut in *l.* 2. §. 11. *D. ad SC. Trebell.* Si furiosus, priusquam *mentis* compos factus fuerit, decesserit. Eandem habent significationem loquutiones sequentes. Integra *mente*, *l. ult. D. de injust. rupt. irrit.* Sanum mente, *l.* 27. *C. de transact. l.* 43. D. *de vulg. & pupill. subst. l.* 7. §. 1. *D. ad. L. jul. maj. l.* 5. *D. de inoff. test.* Item suæ *mentis*, Cic. *in Pison. c.* 21. suæ *mentis* effectus *l.* 39. *D. de jud.*

Mens alias pro voluntate, intentione, animo, adfectu, cogitatione ponitur, ut: Mens dicentis prior, atque potentior est. *l.* 7. D. *de supell. leg. Ex mente* legis, i. e. ex sententia, *l.* 12. §. 8. D. *de capt. & postlim. l.* 90. D. *de verb. signif.*

MENSA. Mensarum non unius materiæ, luxuria in suppellectilem Romanam invexit: ut colligitur ex libris multis, in quibus mensæ argenteæ memorantur, item citreæ, eboreæ. Delphicæ mensæ in *l.* 12. §. 28. §. 43. *D. de instr. vel instr. leg.* & mensæ trapezophoræ in *l.* 3. *D. de suppell. leg.* occurrunt. Quem sui sæculi luxum carpere in animo habuit Juvenal. *sat.* 1. *v* 138. quum ait: Una comedunt patrimonia *mensa*; quæ verba vetus interpres recte sic explicat: *Mensa*, i. e. mensis citreis, quas antiquitus magno in prætio habebant, aut de ebore.

Mensa pro convivio, ut cum Theophilus *ad* §. *ult. Inst.* per *mensam* manumissum esse servum ait, quod apud Caii *Inst.* 1. *tit.* 1. §. 2. convivii adhibitione significatur. Sic mensæ honore a patronis manumissos adfectos esse, Tertullianus *de carn. resurr. c.* 57. tradit.

Men-

Mensa pro tabula qua argentarii utuntur. *l.* 4. *D. de edend. l.* 7. §. 16. D. *de legat.* 2.

Mensa canonica, ad quem una convivabantur ecclesiarum clerici: Gregor. M. *lib.* 3. *Epist.* 37. Gregor. Turon. *lib.* 10. *hist. c.* 31. A mensa separari, excommunicationis species apud clericos & Monachos, qua qui damnabantur, ἀπευλογίος dicebatur, quod Abbatis benedictione privaretur: *Reg. S. Benedicti c.* 3. *S. Cæsarii c.* 11.

Mensa olearia. De *mensis* oleariis est *Tit. C. Theod. lib.* 14. *tit.* 24. quarum LXXIV alias XXIV. millia fuisse ait Pub. Victor *libro. de regionib. urb. Romæ.* Quod ita forte non est accipiendum ac si totidem mensæ seu tabulæ positæ fuerint ad ditibendum oleum quod populo gratis distribuebatur. Sed potius totidem fuisse dimensa quæ quidem ad mensas publice positas populo erogabantur. Certe enim *mensa* dicta videtur pro dimensa: quomodo missa, pro missione. Ut ut sit, non est hoc accipiendum de mensis oleariorum ἐλαιοπώλων, qui in velabro mensas suas habebant: de quib. Plaut. *in Captivis Act.* 3. *Sc.* 1. *v.* 29. omnes compacto rem agunt, quasi in velabro olearii. Jac. Gothofr. *in Comm. ad dict. tit. C. Theod.*

MENSARIUS, numularius, collectarius, in Palæmoniis Glossis, qui nummos nummis vendunt: Nummos autem vendere, cum de collybistis agitur, est pro nummis, quos quis dat alios permutanti, lucelli aliquid accipere, quod dicitur collybum accipere. Jul. Capitolin. *in M. Anton. c.* 9. *Leges de mensariis & auctionibus tulit.* Vide Jac. Gothofr. *ad Cod. Theod. l.* 1. *Tit. si quis solid. circul.* Livius *lib.* 7. *c.* 21. Solutionem; ait, æris alieni in publicam curam converterunt, quinque viris creatis, quos *Mensarios*, a dispensatione publicæ pecuniæ adpellarunt. Idem *lib.* 23. *c.* 21. Triumviri *mensarii*, rogatione Minucii Tribuni pleb. facti. Cicero *pro Flacco*: Cum civitate mihi res & acerrima & conficientissima litterarum, in qua nummus moveri nullus potest, sine quinque Prætoribus, tribus Quæstoribus, quatuor *Mensariis*, qui apud illos a populo creantur.

MENSIA lex quam *Messiam* adpellandam ideo existimavit Ant. Augustinus, quod familia Mensia inter veteres non celebretur, cum contra non ignoti sint *Messii*. Lex naturæ hæc est, ut qui nascitur sine legitimo matrimonio, matrem sequatur, nisi lex specialis aliud inducit, ait Ulp. *l.* 24. D. *de statu hom.* quod quidem fecit Lex illa *Mensia* quatenus ex alterutro parente peregrino natum deterioris conditionem sequi jussit, ut est apud Ulp. *reg. tit.* 5. §. 8. Huic tamen legi seu SCo, eatenus fuit deinceps derogatum Lege Pap. Popp. ut si civis Romana Latino nupserit, liberi qui ex ea nascantur, matris sequantur conditionem, & jura Quiritium consequerentur. De origine legis Mensiæ tanta obscuritas est, ut ne familia quidem *Mensia* apud veteres celebretur. Non ignoti sunt *Mettii*, *Mestrii*, quos & *Menstrios* dictos esse Reines. *Class.* 15. *Inscript.* 24. observat, ac denique *Messii*. Sed Mensiæ familiæ vix vola unquam occurrit, idque permovit forte Ant. Augustinum, ut in libello *de LL. & SC. p.* 1239. *Tom.* 2. *Thesaur. Græv.* hanc legem non *Mensiam*, sed *Messiam* adpellandam existimarit. Rem tamen utpote incertam aliorum indagini remittimus: *Hein.*

MENSIS. *Mensium* duo sunt genera: nam alii naturales sunt, alii civiles: naturalium species duæ

duæ, quod partim ſolis, partim lunæ eſſe dicuntur. Secundum ſolem fit menſis, dum ſol unum quodque in Zodiaco orbe ſignum percurrit. Lunaris autem, eſt temporis quoddam ſpatium a nova luna. *Civiles menſes* ſunt numeri quidam dierum, quos unaquæque civitas ſuo inſtituto obſervat: ut nunc Roma a Calendis in Calendas. *Naturales* & antiquiores, & omnium gentium ſunt: *Civiles* & poſterius inſtituti & ad unamquamque civitatem. Hæc Cenſorinus *libro de die nat. c.* 10. Menſem in *l.* 12. D. *de ſtatu hom.* accipe 30 dies, ceu patet ex *l.* 3. §. *ult. D. de ſuis & legit. her.* de partu edito ſub ſeptimi menſis initium, centeſimo nempe octogeſimo ſecundo die. Item: in ſpatio trium menſium ad deliberandum conceſſo *in l. fin.* §. 1. *C. de jur. de liber.* pro ſingulis menſibus dies triginta computantur in §. 2. *dictæ legis.* Sicubi tamen lex duorum *menſum* facit mentionem, etiam qui ſexageſimo & primo die venerit, audiendus eſt, *l.* 12. *D. de reg. jur.* Duorum *menſum* i. e. *menſium* etiam *l.* 7. §. 11. *D. de admin. & peric. tut.* Ovid. *metamorph. v.* 550. Et quos ſuſtinuit bis *menſum* quinque labores. Et *lib.* 1. *faſtor. v.* 187. Cetera pars *menſum* quartis eſt edita nonis. Et *v.* 424. Nec tu dux *menſum*, Jane biformis, eras. Senec. *tragœd. in pheniſſ. v.* 535. Per decem *menſum* uteri labores. *Menſes* ante anni a Jul. Cæſare porrectionem, fuere tantummodo 29 dierum. Vide Macrob. *lib.* 1. *c.* 4.

MENSOR agri qui terminos per menſuram declarat, de quo *tit.* D. *ſi menſ. falſ. mod. l.* 4. §. 1. *l.* 8. *in pr.* & §. *ult.* D. *fin. regund.* Vid. art. *agrimenſores.* Tales præter agrimenſores, erant *menſores* operum ſeu ædificiorum. Plin. *lib.* 10. *Epiſt. ad Trajan.* Gruter. *inſcript. p.* 623. *n.* 8. Erant & *menſores* frumentarii, qui vel frumenta modis metiebantur, vel juſtis æſtimationibus colligebant, quanta haberentur in condito: *l.* 1. *C. de condit. in publ. horr.* Cujuſmodi menſorum olim certum fuiſſe corpus adparet ex *l.* 10. §. 1. D. *de vacat. & excuſ. mun.* & inſcriptionibus antiquis, veluti apud Gruter. *p.* 464. 2.

Menſores portuenſes de quibus *l.* 9. *C. Theod. de ſuar. pecuar. & ſuſcept.* erant menſores qui in portu Romæ XVIII. millib. a Roma diſtante conſtituti, qui ſcilicet & advectum illuc frumentum admetirentur in horreis condendum, & rurſum, cum inde promeretur Romam per caudicarios ſubvehendum. Jac. Gothofr. *Comm. ad dictam legem.*

Menſor machinarius quis ſit, vide ſub voce *Machinarius.*

Menſores quoque ſunt militares, qui caſtris ad podiſmum dimetiuntur loca. Veget. *lib.* 2. *c.* 7.

Menſores denique alii erant, qui in Palatio principis militabant. Horum munus erat, hoſpitia principi præparata, palatinis principem comitantibus ſingulis deputatas domus enotare, & poſtibus hoſpitaturi nomen adſcribere, *l.* 1. *C. de menſor. l. ult. C. de div. off.* quo nomine utrobique *metatores.* Eos ſub diſpoſitione Magiſtri officiorum fuiſſe docet inſcriptio *l.* 1. *Cod. Theod. de menſorib. Foderrios* vocamus & *hoſpitiorum Mareſcallos.*

MENSTRUUS, *a*, *um*, quod ſingulis menſibus fit, vel præſtatur. Sic menſtrua merces, *l.* 20. §. *ult.* D. *de manum.* menſtrui nummi, *l.* 40. §. 2. *D. de ſtatulib.* menſtrua onera, *l.* 8. *D. de alim. & cib. leg.* & ſic de rebus aliis paſſim.

Menſtruum ponitur aliquando ſimpliciter pro eo, quod per ſingu-

gulos menses præstatur, ut loquitur *l.* 8. §. 6. D. *de transact.* seu *quot mensibus*, *ut ead. l.* §. 24. *& l.* 12. §. 6. D. *quand. dies leg. ced.* Vide *& l.* 6. *D. de cess. bon.* Libertis alimentorum nomine menstrua decem legaverat, *l.* 18. *pr. D. de alim. vel cib. leg. Menstruos* decim dari voluit; *ibid.* §. 1. Liv. 44. 2. Consul menstruum jusso milite secum ferre, profectus est, i. e. annonam mensis unius.

Menstrua etiam *sacra* sunt. Sic: menstrua solvere apud *Sallust. hist.* 4. i. e. sacra solvere, quæ quot mensibus pro exercitus incolumitate, & maxime salute suorum, persolvi, forte & Romani, barbari certe moris antiquitus fuisse videtur.

MENSULARIUS, *l.* 47. §. 1. *D. de pact. l.* 24. §. 2. D. *de reb. auct. jud. poss.* est numularius, ut colligitur ex conjunctione *l.* 24. §. 2. cum *l.* 7. §. 2. D. *depos.* Nam qui illic *mensularii* hic *numularii* adpellantur. Utroque autem nomine significantur, qui mensam numulariam exercent, ut loquitur *l. ult. D. de instit. act.*

MENSURA, modus rei quatenus exigitur ad quantitatem extensivam. Ut: mensura agri *l. ult.* §. 25. D. *de muner. & honor. l.* 2. D. *si mens. fals. mod.* Si res mensura valent: *l.* 1. §. 7. *D. ad Leg. Falcid.* Cujus generis sunt frumentum, vinum oleum. Mensuram autem olei, *metretis*, vini *amphoris*, frumenti *modiis*, factam, Caius docet in *l.* 34. §. 5. D. *de contr. empt.*

Mensurarum & ponderum publice in stationibus, i. e. ubi tributa solvebantur, collocatorum mentio est in *l.* 19. *C. Theod. de suscept. præpos.* Sed etiam Romæ in Capitolio servabantur, ad quorum modum privatorum mensuræ, si quando controversia esset, exigerentur. Hinc inscriptio illa veteris mensuræ, seu congii ænei apud Gruter. 223. 3. *Cæs. Vesp. VI. Cos. T. Cæs. Aug. p.* IIII. *mensuræ exactæ in Capitolio.* Item: amphora Capitolina apud Capitolinum *Maximin. c.* 4. *init.* Vide Gothofr. *Comm. ad. d. l. C. Th.*

Mensura translate apud Plin. *lib.* 2. *c.* 1. Quasi vero mensuram ullius rei possit agere, qui sui nesciat.

MENTIO. Mentionem facere, vel habere, pro commemorare *l.* 25. *D. de liber. leg. l.* 7. *D. de inoff. test.* Si ab altera duntaxat parte heredis mentio comprehensa fuerit, *l.* 49. §. *ult.* D. *de recept. arb.*

MENTIRI. Inter mendacium dicere & mentiri distat. Qui mentitur ipse non fallitur, sed alterum fallere conatur: qui mendacium dicit, ipse fallitur. Item qui mentitur, fallit, quantum in se est; at qui mendacium dicit, ipse non fallit, quantum in se est. Ita Gell. *lib.* 11. *c.* 21. Add. Cujac. *in Papinian. ad l. ult.* D. *de publ. judic.* Mentiri se liberum: *l.* 17. §. 16. *D. de ædilit. edict.* Ut quovis mentiri, quam pati tormenta malit: *l.* 1. §. 23. D. *de quæst.*

Mentiri passive usurpavit Modestinus: *l.* 28. D. *de leg. Corn. de fals.* Si a debitore, prælato die, pignoris obligatio mentiatur: falsi crimini locus est: quam dicendi formam alias exemplo carere videre observat Heinecc. & ab ipso citatus Ducker. *de latin. vet. jurisc.*

MERCALIS, *e.* Mercalem te habuisse uxorem proponis: *l.* 5. *C. de condict. ob turp. caus.* Mercalis autem uxor est quæ scortatur. Author *Synops. Basil.* ita legem dictam reddit: Qui scit uxorem suam scortari & tacet, lenocinium facit. Columel. 7. 6. Cetera mercalibus traduntur; ut legit Calepinus; sed exemplaria impressa: *mercantibus.*

MERCARI pro emere, ut: mercari honores per suffragia *l.* 2. *C. Theod. de honorar. codicill.* Cic. *in Verr.* c. 2. 49. Prætio magistratum mercari. Idem, *off.* 1. 42. Qui mercantur a mercatoribus, quæ statim vendant.

MERCATIO. Seu mercatus: *tit. C. de nund. & mercationibus.* Gell. *lib.* 3. *cap.* 3. pecuniæ in mercationibus perditæ. Avien. Astron. *v.* 250 Hæc concessa etenim curvis mercatio velis.

MERCATOR dicitur qui mercibus negotiatur, ut adparet ex *l.* 207. D. *de verb. signif.* Mercatores qui de fundis fiscalibus mercari consueverunt: *l.* 9. §. *ult.* D. *de publican.* Mercatores olearii: *l.* 5. *D. de mun. & honor.* Mercatores a negotiatoribus ita differre tradit Hottomannus *in Verrin.* 4. ut illi sint, qui cum Romæ domicilium familiamque suam habeant, interdum ad aliquot menses in provincias excurrunt, mercium exportandarum, aut importandarum gratia. Negotiores contra, ait dici cives Romanos, qui in provinciis sedem ac domicilium fortunarum suarum habent, neque Romam fere, nisi census tempore, hoc est quinto quoque anno veniunt. At sicuti & hodie difficile est genuinam horum vocabulorum differentiam ostendere: ita & auctores nostros ea fere promiscue usurpare observat Hein. sub voce *negotiator.*

Mercatores metaphorice vocantur judices, qui venales habent sententias, seu qui, ut *l.* 3. *C. ad leg. jul. repetund.* loquitur, alienum jurgium suam prædam habent. Sic ea in lege; privatarum quoque litium cognitor, idemque *mercator* statutam legibus cogetur subire pœnam. Eodem fere sensu apud Lamprid. *in Alex. c.* 49. *potestatum*, apud Cic. *post redit. ad Quirit. c.* 9. *provinciarum* mercatores, de quibus lectu dignissima adnotavit Jac. Goth. in *Comm. ad l.* 5. *C. Th. eod. tit.*

MERCATUS, in *l. un. C. de nundin. & mercat.* Qui exercendorum mercatuum, aut nundinarum licentiam meruerunt. Cujac. *ad dict. tit. Cod.* ait mercatus esse parvas nundinas. Mercatus unius civitatis aut vici. Nundinas unius provinciæ vel imperii. Vide sub voce *Nundinæ.* Mercatum diebus dominicis fieri jam olim prohibitum fuerat: Cap. Car. M. *lib.* 1. *c.* 145. *in cap.* 1. *an.* 809. *c.* 18. hinc ut plurimum sabbato fiebat.

MERCEDULA, deminutivum a merces, *l.* 6. *C. de navicul. l.* 32. *C. Theod. eod. tit.* Cic. *de orat.* 1. 45. Infimi homines mercedula adducti præbent se ministros.

MERCENARIUS, *a*, *um*, quod pro mercede præstatur. Sic: *mercenaria* opera. *l.* 1. §. 4. D. *de extraord. cognit.*

Mercenarius qui operas suas mercede locat, *l.* 1. §. 18. D. *de vi & vi arm. l.* 20. D. *quemadm. servit. amit.* & ita, opponitur gratuito, *l.* 11. §. 1. *D. de pœn.* ubi Marcellus tradit, domestica furta vocari, quæ servi dominis, vel liberti patronis, vel *mercenarii* his, apud quos degunt, surripiunt. His autem mercenaria intelligi possunt sive liberi homines, quemadmodum Varro *lib.* 1. D. *de re rust. c.* 7. mercenarios vocat liberos homines, quorum conductitiis operis res rusticas administrabant. Vel intelligi possunt servi alieni, quorum Dominus alteri locaverat operas, quales memorat Valer. Max. *lib.* 5. *c.* 4. & Seneca *lib.* 6. *de benef. c.* 5. his verbis: Nec conductum meum, quanquam iis dominus, intrabis: nec servum tuum mercenarium meum, abduces. Cic. *pro Cæcina c.* 20. Si tuus servus nullus fuerit, sed omnes alieni ac mercenarii.

MER-

MERCES, *edis*, prætium operæ & quod artifici pro opera præstatur: Veluti, fulloni, farcinatori, cauponi, *l.* 5. D. *naut. caup. stab.* fabro, *l.* 7. § 2. *D de aquir. rer. dom.* menſori, *l.* 3. §. 1. *D. fin. regund.* nautæ, *l.* 5. D. *naut. caup. & stab.* stabulariis, ut patiantur jumenta apud ſe ſtabulari: *d. l.* 5. Contrarium eſt officio merces: *l.* 1. §. *ult.* D. *mand.* officium enim gratuitum eſſe debet. Hinc mercede conſtituta vel data, & *gratis* opponuntur: *l.* 5. §. 1. D. *naut. caup. stab.* Nec obſtat *l.* 19. §. 1. D. *de donat.* ubi Labeo ſcripſiſſe dicitur: extra cauſam donationum eſſe talium *officiorum mercedes*: ut puta ſi tibi adfuero; ſi ſatis pro te dedero; ſi qualibet in re opera vel gratia mea uſus fueris. Ibi enim officii verbum latius uſurpatur pro eo quod in alterius gratiam fit. Cujus alia proponuntur exempla in *l.* 15. D. *de præſcr. verb. l.* 34. §. *ult.* D. *de donat.* ubi ejuſmodi quoque officiorum *merces* memoratur, quemadmodum & cuſtodiæ rei, *l.* 3. §. *ult. D. de off. præf. vigil.* Quin & liberalium artium profeſſoribus & magiſtris *merces* ſolvi præſtarique dicitur. Sic: penſio *mercedis diſciplinarum*: *l.* 12. §. 1. *D. quand. dies leg. ced.* Si mercedes pro privignis aliquas expendiſti: *l.* 15. *C. de neg. geſt.* Mercedes quoque medicis, *l. ult.* D. *de his qui effud. vel dejec.* Cic. *lib.* 16. *epiſt.* 14. Archiatris, grammaticis & profeſſoribus diſciplinarum & doctoribus, mercedes & ſalaria reddi dicuntur: *l.* 6. *C. de prof. & medic.* de fiſco in urbe præſtita fuiſſe patet ex Suet. *in Veſpaſ. c.* 18. & *l* 4. D. *de decret. ab ord. fac.* Ipſam autem primi novi diſcipuli ſtipem minervæ & honori & nomine conſecraſſe gentiles, Tertullian. *de idol. c.* 10. tradit. Unde & Minervalis ei nomen impoſitum. Idem *ibid.* Tam minervalia Minervæ quam Saturnalia ſaturni.

Merces pro prætio conductionis rei, *l.* 28. §. *ult. D. locat. l.* 32. D. *de adquir. vel omitt. poſſ.* veluti agri: *l.* 7. §. 8. D. *ſolut. matrim.* balnei: *l.* 9. *qui potior in pign.* doliorum, *l.* 1. §. 3. D. *de peric. & com. rei vend.* fundi: §. 3. *Inſt. de interd.* habitationis: *l.* 1. *D. de migrand* Græci ἐνοίκιον vocant. Item horreorum: *l.* 6. *D. qui pot. in pign.* hortorum: *l.* 30. §. 1. D. *de legat.* 3. inſularum: *l.* 53. D. *de act. emt. vend.* Penſiones urbanorum prædiorum vel mercedes: Paul. *lib.* 5. *Sent. tit.* 36. §. 1.

Merces quandoque ſumitur pro gratuita indulgentia: Cap. Car. M. *an.* 813. Car. Calv. *tit.* 16. *c.* 1. *tit.* 30. Alio ſenſu *in mercede, vel ad mercedem ſuam ſe facere* dicebant, crebra in chartis & tabulis formula, quod ſpe fiebat divinæ remunerationis, & ad conſequendam divinam miſericordiam.

MERCIMONIUM pro merce. Plaut. *prolog. amph. pr.* emere, vendere mercimonia. Uſus eſt & in *Moſt.* 3. 3. 12. Et Tacit. *ann.* 15. 18. 2. Ubi per tabernas, quibus id mercimonium inerat, quo flamma alitur, ſimul cœptus ignis &c. *l.* 3. *l.* 10. *l.* 19. *C. Theod. de luſtral. conlat.* Mercimoniis ſtudere *l.* 7. *C. Theod. eod. tit.* Operam in mercimoniis habere *l.* 14. *C. Theod. eod. tit.* Exiguis mercimoniis tenuem ſibi victum veſtitumque conquirere: *l.* 15. C. *Theod. de Epiſc.* ubi mercimonium pro mercium negotiatione etiam accipi videri poſſit.

MERERI & *merere* pro dignum eſſe ſive præmio aut mercede; ſive pœna. Ad prius pertinent loquutiones: Bene merentibus amicis: *l.* 9. *D. ſi quid in*

fraud. patron. servus necem domini detexit & meruit libertatem: *l.* 23. D. *de jur. patron. l.* 90. D. *de hered. inst.* Donatus in Adelph. *act.* 2. *sc.* 2. Mereri & promereri, ait, est præstare beneficium. Et ita: Ut quisque de te meruerit, *l.* 77. §. 25. D. *de legat.* 2. Si te meruerit, *l.* 11. §. 8. D. *l.* 46. §. 3. D. *de fideic. libert.* quemadmodum: Si te promeruerunt in *l.* 20. *D. de manumiss. testam.*

Contrario utique sensu verbum *merere* usurpatur in his exemplis: Amplius quam fures, minus quam sacrilegi merentur: *l.* 9. *D. de pœn.* Si crimen meruit capitis pœnam: *l.* 15. D. *de bon. libert.*

Merere vel *mereri* aliquando simpliciter est adipisci. Sic: ambitione merere (i. e. consequi) immunitates: *l. un. C. Theod. si per obrept.* Amittere id quod testamento meruit: *l.* 5. §. 2. *D. de his quæ ut indign.* Libertini, qui a Dominis aliquid testamento vel donatione meruerunt: *l.* 10. *C. Th. de pistor.* Dracontius *Hexæmetr. v.* 125. Exsilit inde volans, gens plumea, læta per auras, Aera concutiens pennis, crepitante volatu: Ac varias fundit blando modulamine voces: Ac, puto, collaudant Dominum meruisse creari: Plura ejus generis exempla, maxime ex cadentis latinitatis scriptoribus collegerunt Jo. Frid. Gronov. *observ. eccl. c.* 7. 76. Joan. Vorstius *ad Sulpit. Sever. hist. sacr. lib.* 1. *c.* 24. Jo. Columb. ad Lactant. *de mort. persecut. c.* 1. *p.*80. Ger. Titius. *diss de phrasib. & loquutionib. veteris Ecclesiæ doctor. Hein.* Qui *meruerit* preces offerre, i. e. cui contigerit preces offerre: in *l.* 8. *C. Theod.* quæ est, *l.* 1. *C. Justin. quand. libell. princ. dat.* vide infra sub voce *Mærere.*

Merere, non autem *mereri*, usurpatur pro militare stipendiis publicis, vel in sagata militia, ut: Miles ibi domicilium habere videtur ubi meret: *l.* 23. §. *ult.* D. *ad municipal.* Miles, qui sub armata militia stipendia meruit, *l.* 6. *l.* 18. *D. de re jud.* Vel etiam in militia palatina, i. e. in officiis palatinis aliisque: Sic: qui in provincia meret, i. e. qui in provincia officium administrat, *l.* 38. *l.* 65. D. *de ritu nupt. l.* 2. *D. de his qui ut indign.*

MERETRICIUS, *a*, *um.* Meretricio quodam genere adulterari *l.* 29. §. 4. D. *ad Leg. jul. de adult.* Si meretricia veste femina, non matrum familiarum vestitæ fuissent, *l.* 15. §. 15. D. *de injur.*

MERETRIX prostituta, quæ palam quæstum corpore facit, *l.* 43. D. *de rit. nupt.* Quæ multorum libidini paret *c. Vidua.* 16. *dist.* 34. ex Hieronymo *Epist.*128. *ad Fabiolam*, *de veste sacerdotali.* Cujus publice venalis est turpitudo: *c. meretrices*, 11. *Caus.* 32. *quæst.* 5. ex D. Augustino, *quæst. in Deuteron.* 37. *ad cap.* 23. Isidor. *lib.* 19. *orig.* Meretrix, ait, dicta eo, quod prætium libidinis mereatur. Non. Marcellus quoque a merendo dictam esse ait; & quomodo differat a *prostibulo* vide apud eandem. Inter turpes personas numeratur, *l.* 43. *D. si a par. quis manum.*

MERGERE. Mergitur navis: *l.* 6. *D. de incend. ruin. naufr. Mergi* metaphorice est opprimi, ut in *l.* 3. *D. de contrar. tutel. & util. act.* Neque in hoc administrantur tutelæ, ut mergantur pupilli.

MERIDIANUS, *a*, *um.* Nec *Meridianis* horis a litigatoribus judices videantur ait, *l.* 1. *C. Theod. de off. jud. civ.* hoc est, postmeridiano tempore, ut loquitur *l.*6. *C. Th. de off. rector. provinc.* cujus legis rationem ex Libanio adfert Goth. *in Comm. ad dict. leg.*

ME-

MERITO, justa ex caussa, *l.* 1. §. *ult. D. si pars hered. pet.* Jure meritoque, *l.* 14. §. 4. D. *quod met. caus.* & passim.

MERITORIUS, *a, um.* Meritoria absolute dicuntur, ædificia quæ pro mercede publice præbentur, ut diversoria, stabula, fullonica, balnea, *l.* 13. §. 8. *D. de usufr. & quemadm.* Si domus ususfructus legatus sit, meritoria illic facere fructuarius non debet.. atquin locare potest, sed oportebit, quasi domum, locare: nec balneum ibi faciendum est. Quod autem dicit, meritoria non facturum, ita accipe, quæ vulgo diversoria, vel fullonica adpellant. Ego quidem & si balneum sit in domo usibus dominicis solitum vacare in intima parte domus, vel inter diætas amœnas, non recte nec ex boni viri arbitratu facturum, si id locare cœperit, ut publice lavet: non magis quam si domum ad stationem jumentorum locaverit: aut si stabulum, quod erat domus jumentis & carruchis vacans, pistrino locaverit. Juvenal. Nam quæ meritoria somnos admittunt. Vetus Glossarium: Meritorium ξενοδοχεῖον—

Sumitur & *Meritorium* pro lupanari. Ambros. *in Psalm.* 118. An putas, tunc primum te intrare meritorium, quum fornicem meretricis ingredieris? Firmicus 6. 31. Mulier de meritorio detracta. Item: in publicis meritoriis prostituta. Vopisc. *in Tacit. c.* 10. Meritoria intra urbem stare vetuit.

Adjective etiam eo vocabulo utuntur veteres. Sic *meritoria* balnea: Plin. *lib.* 2. *epist.* 17. cœnacula: Suet. *in Vitell. c.* 7. vehicula: Suet. *in Calig. c.* 39. Meritoria rheda idem *in Jul. c.* 57. Meritorium stabulum diversoriumve: Paul. *Sent. lib.* 2. *tit.* 32. Meritorius puer. Cic. *Philip.* 2.

MERITUM dicitur id boni malive quod congruum & conveniens esse censetur alicui personæ. Priori sensu, ut: Sanguinis ratio meritum hereditatis accipiendæ præbuerat: *l.* 16. §. *ult.* D. *de castr. pecul.* Nihil ex officio patris, sed totum de filii meritis agitur *l.* 22. *D. de inoff. test.* Quinctilian. *Declam.* 329. Quo merito tuo te scripsit heredem? Posteriori sensu subjicit idem Quinctil. Quoties audivimus filium: Quo meo merito pater me exheredavit? Ita: Si ex *meritis* filiæ turpiter & cum flagitiosa fœditate viventis ad id odium incitatus est, *l.* 19. *C. de inoff. test.* Si putaverit totum testamentum delendum ob unius malum meritum, *l.* 3. D. *de his quæ in test. del.*

Merita militiæ, sunt commoda præmiorum quæ emeritis & impletis stipendiis veteranis dantur: *l.* 18. §. 5. D. *de jur. fisci. l.* 11. *de vacat. & excus. mun.*

Merita pro fastigiis honorum & dignitatum; sic: Id ab omnibus discretim meritis atque personis jubemus impleri. Neque sane deest, ubi vel meritorum privilegia, vel dignitatum a communione vindicemus: *l.* 18. *C. Theod. de aquæd.* Vet. Gloss. ἀξία, meritum, dignitas.

Meritum pro pretio. Meriti majoris ædificia: *l.* 30. *C. Theod. de oper. publ.* pro quo *majoris pretii* uti maluit Justinian. *l.* 9. *C. eod. tit.* Palladius de insititione, de pistaceis: Quin & Amygdaleos subeunt pistacea ramos. Et meritum majus de brevitate petunt.

Meritum pro jure. In synagogas Judaicæ legis veluti hospitii merito irruentes milites jubeas emigrare, *l.* 4. *C. de judæis & cœlic.*

Meritum pro momento caussæ. Merita adpellationis: Paul. *lib.* 5. *Sent. tit.* 55. §. 8. *l.* 27. D. *de adpell.* Sic & caussæ merita: *l.* 13. *C. Theod. de jur. fisc. l.* 2. *C. Th.* de

de exhib. reiſ. l. un. C. Theod. de off. jud. civ.

MERUS, *a, um.* Merum, ait Feſtus, antiqui dicebant *ſolum.* Varro de *lingua lat. lib.* 4. Merula quod mera, id eſt, ſola volitat. Conſentit idem Feſt. quod tamen mordet Quinctil. *lib.* 2. *c.* 1. Merum utique in jure noſtro ponitur pro puro & ſolo, ac proinde mixto opponitur: *l.* 82. D. *de cond. & demonſtr.* Martial. *lib.* 3. *epigr.* 57. *v.* 2. Cum peterem mixtum: vendidit ille merum. Sic: *mera* actio negotiorum geſtorum: *l.* 14. §. 13. D. *de religioſ.* In meram æſtimationem prædii condemnandi ſunt: *l.* 62. D. *de jur. dot.* Nos neque conditionem *meram* putamus eſſe, quæ in datione exſiſtit, neque meram conditionem quæ in facto ſit; ſed eam conditionem, quæ ex mixtura quadam conſiſtit: *l.* 82. D. *de cond. & demonſtr.* hoc eſt: propoſitam *in dicta lege* conditionem non talem eſſe quæ unice in datione *reliquorum*, vel unice in facto *reddendarum rationum* conſiſtat. *Mera* donatio: *l.* 28. D. *de pact. l.* 27. *de donat. Merum* factum, quod donationem mixtam non habet: *l.* 98. §. 6. *D. de ſolut. Mera* fide & integra veritate: *l.* 11. *C. Theod. de Cenſitor.* Mera fide accepta pecunia apud Apulei. *in apolog.* eſt quam quis ſola fide ſine chirographo, & tabulis accepit. *Merum* imperium cui opponitur mixtum. Vide ſub voce *Imperium. Mera* interpretatio: *l. ult.* §. 1. *C. de legib.*

Merum jus gentium, apud Tryphonium, purum ſolum & ſimplex, ſeparatumque a civilibus præceptis, accipimus *l.* 31. D. *depoſ.*

Mero jure, i. e. ſtricto ſubtilique: *l.* 4. §. 27. D. *de uſurp. & uſucap.*

Merum judicis officium, *l.* 5. *D. de verb. obl. &* §. 1. *&* 2. *Inſt. de diviſ. ſtipul. Mera* voluntate: *l.* 18. *D. de adim. leg.* id eſt, nuda voluntate, non propter neceſſitatem rei familiaris, ut ibidem Modeſtinus loquitur.

Merum abſolute pro vino: *l.* 12. *C. Theod. de pagan.* ubi Imp. Larem igne, mero genium, Penates nidore veneratur. Mero enim genios ſuos colere, & illud in ſacrificiis ſuis adhibere conſueviſſe, vel ex illo Perſii *Satyr.* 2. *v.* 9. patet: Funde merum genio. Quo ritu veteres mentis integritatem, ab omni dolo mendacioque alienam ſignificaſſe ſuſpicatur Cælius Rhodigin. *lib.* 12. *lect. antiqu. c.* 1.

MERX, *cis*, eſt res mobilis quæ venum proſtat, *l.* 66. *D. de verb. ſignif.* Eo autem vocabulo homines non continentur; & ob eam rem *mangones* non *mercatores*, ſed venalitiarii adpellantur: *l.* 207. D. *eod. tit.* Verum tamen, in cauſa tributoria *mercis* nomine homines quoque quos venales habet ſervus venalitiarius, contineri docet, Ulpianus in *l.* 1. §. 1. *D. de tribut. act.* his verbis: Licet *mercis* adpellatio anguſtior ſit, ut neque ad ſervos fullones, vel ſarcinatores, vel textores, vel *venalitiarios* pertineat: tamen ad omnes negotiationes porrigendum eſt edictum. Porro ſervos quos quis ideo comparavit, ut illico diſtraheret, *mercis* magis loco quam *ſuorum* habuiſſe teſtator credendus eſt, ut tradit Ulpianus *l.* 73. § *ult. D. de legat.* 3. Quemadmodum legato rerum certo loco exiſtentium non continentur venales per *l.* 32. §. 2. *D. de uſu & uſufr. leg.* Nec penu legata continentur res quas paterfamilias, vel non ſeparavit ſibi in penum, vel de penu vendere ſolitus erat: *l.* 4. §. 2. D. *de penu leg. l.* 60 §. 2. *de legat.* 3.

Multo minus pecunia, qua *merx* æſti-

æstimatur mercis nomine venit. Non enim ut æstimatio rerum, quæ mercis numero habentur, in pecunia numerata fieri potest, ita pecunia quoque merce æstimanda est, *l.* 42. *D. de fidejuss.* Olim quidem non aliud *merx*, aliud pretium vocabatur, at nunc non merx utrumque, sed alterum *pretium* vocatur. Nam ut aliud est vendere, aliud emere, alius emtor alius venditor, sic aliud est pretium aliud *merx*, *l.* 1. *pr.* & §. *ult. D. de contrah. empt.*

MESONAUTA. De eo mentio est in *l.* 1. §. 2. *D. naut. caup. & stab* his verbis: Nec enim debet per remigem aut *Mesonautam* obligari, sed per se, vel per navis magistrum &c Est autem juxta Alciatum & alios Mesonauta qui partim nautæ ministerio fungitur, partim vectoris locum obtinens, operas pro vectura præstat. Ulpianus tamen *l. ult.* §. 2. *D. eod. tit.* hoc vulgo ναυτεπιβάτας dici ait qui remum pro naulo & vecturæ prætio solvunt. Aliis Mesonauta est in navi servus qualis Mediastinus domi. Turneb. *lib.* 28. *c.* 31. *adversar.*

MESSALÆ Consulis, qui collegam habuit in consulatu Cottam, sit mentio in *l.* 4. §. 1. D. *de off. procons.* M. Valerii Messalæ & M. Aurelii Cottæ, Coss. sit mentio *l.* 12. §. 3. D. *de accus.* nec non apud Pariatorem *LL. Mos. & Rom. tit.* 8. Dion. Cass. *lib.* 58. ex quo patet, consulatum illorum incidere in annum 772. *Hein.*

MESSALIANORUM hæreticorum mentio est in *l* 65. *C. Theod. de hæret. v.* Epiphanium *hæres.* 80. vid. apud Photium, *Cod.* 52. synodum Sideranam, aliaque contra Messalianos.

MESSIS a metendo, pro metendi opera & tempore ut *in l.* 1. *D. de fer.* Alias pro segete ipsa jam matura. Ita: si messes ejus anni, quo divortium factum est, colonum sequantur: *l.* 7. §. 3. D. *solut. matrim.* Messem inspiciente colono sustulisti: *l.* 60. §. 5. *D. locat.*

MESSIUS. Jurisconsultus, cujus mentionem facit Tryphoninus *l. ult.* D. *de jur. fisc.*

MESSORIUS, *a*, *um*, quod ad messem tempusve metendi pertinet. Ut: messoriæ falces in *l.* 8. *pr.* D. *de instr. vel instrum. leg.* Apulei. *lib.* 6. *metamorph.* Erant & falces & operæ messoriæ, mundus omnis.

META est terminus quo agrimensores utuntur, a metiendo dicta. Sed translate de tempore dicitur. Ut: metæ præstituti temporis, *l.* 23. *C. Justin.* & *l.* 22. *C. Theod. de pæn.* Anni metas habeat litigator; *l.* 31. *C. Just.* & *l.* 67. *C. Theod. de adpell.*

Meta alias dicitur pars molæ inferior, & catillus superior, *l.* 18. §. 5. *de instr. vel instrum. leg.*

METALLARIUS. Metallarius vel metallicus canon, *l.* 4. *l.* 6. *l.* 9. *C. Theod. de metall.* pro auri canone, est pensitatio quæ a quibuscumque aurilegulis fisco infertur, de quo vid. Gothofr. *Comm. ad. l.* 3. & 4. *Cod. Theod. dicto tit.*

Metallarii rubr. C. just. Just. & *C. Theod. de metallar.* qui & *metallici* dicuntur *l. ult. C. Theod. eod. tit.* Et quidem hic in specie qui auri metallum sectabantur *l.* 7. *C. Theod. eod. tit.* proprie Aurileguli dicebantur, *l.* 9. *C. Theod. eod. tit.* Hi originis ratione, ei conditioni soloque genitali adstricti erant: *l.* 7. *l. ult. C. Theod eod. tit.* ut & eorum loca simul & proles, *d. l. ult.* Erant alii qui pro criminum qualitate *l.* 2. *C. Th. de pœnis.* metallis publicis addicebantur: *l.* 2. *C. Theod. de lenonib.* in metallum damnati datique erant, *l.* 8. §. 8. *l.* 10. §. 1. *l.* 36. D. *de pœn. l.* 9. *C. eod. tit.*

METALLICUM opus, *l.* 28. §. 6. D. *de pœn.* vide Gothofr. *Comm.* *ad* C. *Th. tit. de metallar.*

METALLUM, Græca vox eſt, cujus originem Plinius *lib.* 38. *c.* 6. tradit. Ubicunque ait, una invenitur (vena) invenitur alia. Hoc quidem & in omni fere materia, unde metalla Græci dixiſſe videntur; quod videtur protuliſſe: quia μετ' ἄλλων, vel μετὰ τὰ ἄλλα inveniantur, ideo ſic eſſe nuncupata. Cui in vocis etymo, ſed non plane in etymi ratione conſentit Euſtathius *in Iliad.* I. τὰ ὑπὸ γῆν ἀνορυττόμενα, μέταλλα λέγονται. κληθέντα φασὶν οὕτω, διὰ τὸ μετὰ τὰ ἄλλα πάντα ἐπινοηθῆναι. i. e. Quæ ex terra effodiuntur, *metalla* vocantur. Dicta vero ita eſſe, aiunt, quod poſt alia omnia cognita ſunt. Moſcophulus περὶ σχεδῶν: μέταλλα τὰ απο τῆς γῆς γινόμενα, οἷν χρυσὸς, ἄργυρος, θεῖον, καὶ ὅσα τοιαῦτα. ἀπὸ τούτων μεταλλᾶν. ποιητικῶς τὸ ζητεῖν. Metalla quæ ſub terra naſcuntur, veluti aurum, argentum, ſulphur, & quæ ſunt ejus generis alia. Ab his μεταλλᾶν poetice pro quærere.

Sæpe *Metalla* accipere debemus non ipſam materiam, ſed materiæ venas; ſeu ut loquitur Ulpianus *l.* 13. §. 5. D. *de uſufr.* æris, argenti, auri, ferri, ſulphuris & ceterorum id genus fodinas. Herod. μέταλλα των αργυρίων, argenti fodinæ. Quin apud Polyb. pro cuniculis hæc vox uſurpatur; ἤρξατο πολιορκῶν διὰ τῶν μετάλλων, actis cuniculis cœpit obſidere: quod Diodor. dixit δια μεταλλείας. Si lapicidinas, vel quæ alia metalla pupillus habuit, ſtypteriæ, vel cujus alterius materiæ. Vet. Gloſſar. In metallum ἐστὶ τὸ καταδικασθῆναί τινα ἄσβεστον ποιεῖν καὶ θεῖον ὀρύττειν. In metallum eſt condemnari ad calcem faciendam, vel ſulphur effodiendum.

In *metallum* damnatio paululum diſcrepat a damnatione in opus *metalli*, quæ differentia in vinculis tantum eſt, quod, qui in metallum damnantur, gravioribus vinculis premuntur, qui in opus metalli levioribus; quodque refugæ ex opere metalli in metallum dantur, ex metallo gravius coërcentur: *l.* 8. §. 6. *D. de pœn.* *l.* 5. *D. de extraord. cognit.*

Metalli pœnæ *d. l.* 5. Metallo plecti *l.* 10. *eod. tit.* puniri: *l.* 6. §. *ult.* D. *ad leg. jul. de peculat.* Metalli ſupplicium *l.* 11. *C. de pœn.*

METANGISMONITÆ, hæretici qui ideo tale nomen acceperunt quia ἄγγος græce vas dicitur. Aſſerunt enim ſic eſſe in Patre filium, tanquam vas minus intra vas majus. *Cauſ.* 24. *quæſt.* 3. *c.* 39. §. 46.

METARI eſt futurum hoſpitium, nota poſtibus januiſque adſcripta deſignare.

METATOR in *l.* 3. *l.* 5. *C. de adv. div. jud. l.* 9. *C. de proxim. ſacr. ſcrin.* Iidem ſunt qui ſupra *menſores* deſcribuntur. Iſidor. *lib.* 10. *originum.* Metatores, ait, adpellantur qui caſtra deſignant, a metiendo ſcilicet. Cyprian. *lib.* 4. *epiſt.* 1. Primum hoſpitium vobis in carcere præparavit: & metator quodammodo veſter nunc quoque vos antecedit, vide *l.* 1. *l.* 9. *C. de metat.*

METATUM. Metata ſunt hoſpitia, quæ militibus præbentur a provincialibus, *l.* 26. §. 8. *C. de Epiſc. aud. d. l.* 9. C. *de metat. & epidem.* Manſiones & paratas vocabant ſcriptores Francici. Vid. Cangium ſub his vocibus.

METAXA eſt ſericum rude & αὐτοφυὲς nondum neque tinctum, neque in fila deductum; ideo ſeparatur a nemate ſerico, *l. ult.* §. 7. D. *de publ. & vectig.* & *l.* 10. C. *de murileg.* Hujus verbi meminit Moſcophulus libro

περὶ

περὶ σχεδῶν : ubi ait: Σὴρ ὁ σκώληξ, ὁ τὴν μέταξαν ἐργαζόμενος, ἀφ' ἧ σηρικὰ ἱμάτια τα μεταξωτά. Σὴρ eſt vermis qui ſericum conficit, a quo veſtimenta metaxica ſerica adpellantur. Iſidorus. *lib.* 20. *Etymolog. c.* 29. metaxam dici vult a circuitu filorum, aut quod transferatur, ἀπὸ τῦ μετάγεσθαι. Juſtiniani temporibus primum ex India invecta eſt metaxa ut Nicephorus ſcribit & Zonar. *in Juſtinian.* Verbum autem ipſum ſub Imperatoribus tandem irrepſiſſe in Latium, Lucillii auctoritate refellitur, ex quo Feſtus in voce Rhodus hæc verba citat: *Linique metaxam.* Hinc

METAXARIUS, qui metaxam negotiatur: *l. ult. C. de pignor.* Medii ævi ſcriptores, detorta in alium ſenſum notione hujus vocabuli, æſtimatores, qui rebus venalibus in forro certum pretium ſtatuunt, metaxarios vocarunt, ceu oſtendit Car. Du Freſne ſeu Cang. *in gloſſ.* ſub hac voce.

METICULOSUS, qui metu levi de cauſa capitui. *l.* 7. D. *quod met. cauſ.*

METIRI, menſuram agere, & admetiri; de fundo, opere & rebus aliis quæ menſura conſtant, veluti frumento dicitur, *l.* 40. *D. de contrah. emt. l.* 6. D. *ſi menſ. fals. menſ. l.* 1. *C. de cond. in publ. hor.* Dicitur quoque metaphorice: Filii ſui contumeliam ad ſuam utilitatem metiri: *l.* 17. §. 13. *D. de injur.*

ΜΕΤΟΙΚΟΣ, Metoeci ſunt qui ex una civitate in aliam migrant, *l.* 4. *C. de jur. fiſc.* quod non fit niſi ex reſcripto principis, *l.* 12. §. 1. *D. de excuſ. tut.* Eumen. *Panegyric. Flavienſium ad Conſtantin. Imp. c.* 4. Divus pater tuus Flaviam civitatem Heduorum voluit erigere metoecis undique transferendis. Iidem reſpectu civitatis in quam migravefunt ibi ſedem habituri, & cujus cives originarii non ſunt, dicuntur πάροικοί in *l.* 239. §. 2. *D. de verb. ſignif.* Quo reſpiciens Apol. Tyaneus in Epiſt. ait ἅπαντες ἀςυκοὶ ϗ οἱ μέτοικοι, Alii enim ſunt in eadem civitate originarii, alii μέτοικοι, qui & incolæ dicuntur. Poſterior ætas eos advenas adpellaſſe videtur. Sed non ita latini, quibus advena is eſt, qui in aliena civitate moratur ad tempus, *l.* 19. §. 2. *D. de judiciis.*

METRETA, ΜΕΤΡΗΤΗΣ. Si oleum ita venierit, ut in ſingulos *metretas* certum pretium dicitur, *l.* 35. §. 5. *D. de contr. empt.* Si ex doliario pars vini venierit, veluti metretæ centum. Columell. *lib.* 12. *c.* 2. picis liquidæ nemeturicæ metretam adde in labrum. Iſidor. *lib.* 16. *orig. c.* 25. Metreta eſt menſura liquidorum. Hæc a menſura accipit nomen. Μέτρον enim menſuram dicunt Græci: Licet & urna & amphora, & reliqua hujuſmodi nomina menſurarum ſunt, tamen iſta hoc nomen a denarii numeri perfectione accipit. Eo videtur Iſidorus reſpexiſſe quod decim congiis conſtans Metreta κατ' ἐξοχὴν dicitur, quem cadum alias adpellant. Interpres Nicandri εἰς ἀλεξιφάρμακα ait; Μετρήτης ἔχει ξεςὰς ἑβδομήκοντα δύο. Metreta conſtat xeſtis 72. Ariſtotel. 2. *oeconom.* Ἀπηγόρευσε τῶν ὑγρῶν μέτρον ἔλαττον εἶναι ἢ μετρητὴν. Vetuit ne liquidorum menſura ulla minor eſſet quam metreta. Gaza *amphoram* vertit *libro* 8. *animal. c.* 9. Phillyl. Σοὶ μὲν ὖν τὸν δ' ἀμφορέα δίδωμι τιμὴν πρῶτα μὲν τῦ τ' αυτὸ ἔχον ὄνομα μετριτὴν, μετριότητος ἕνεκα: ubi amphoram metretam vocat.

METROCOMIA, quaſi mater vicorum: *l.* 1. *C. non licere habitator. metrocom. l. ult. C. de exact.*

exact. tribut. l. ult. C. Theod. de patrocin. vicor. ubi Jac. Gothofr. *in Commentariis* : Metrocomia erat mater pagorum, seu caput inter omnes vicos, qui uni civitati subjecti erant: haud aliter quam Metropolis mater civitatum ejusdem provinciæ. Ita fere Alciatus qui Metrocomias intelligit pagos majores villis nobiliores, qui paulum infra urbis dignitatem sunt, eosdemque quos D. Marcus *in Evang.* comopoles Accursius Metrocomias dictas ἀπὸ τῦ μέτρυ ϰ̀ κώμη, a mensura & villa, quod qui ruri & extra civitates agerent nisi in Metrocomiis, non eximerentur capitationibus. Prius tamen etymon probabilius esse colliges ex articulo sequenti.

Metropolis, *l.* 4. §. 5. *D. de off. proconf. l. 6.* §. 2. *D. de excus. tut. l.* 11. *C. Theod. de medic. & professor.* quasi matres provinciæ, ut loquuntur Imperatores. *l. un. C. de metrop.* non igitur ita dictæ a mensura ut visum est Isidoro *lib.* 7. *orig. c.* 12. quem sequutus est Gratianus *in can. cleros* 1. *distinct.* 21. Metropolis autem caput provinciæ adpellatur. *l.* 7. *pr.* D. *de off. proconf.* Aliquando tamen plures unius provinciæ erant *Metropoles*, quia jus metropolitanum nonnunquam & alteri civitati, non imminuto prioris metropoleos jure, datum: quemadmodum Berytus salvo jure Tyri, Phœniciæ facta est Metropolis. *l. un. C. de metrop. Beryt.* Hinc ratio redditur, cur *l.* 4. §. 4. *D. de off. proconf.* Proconsuli necessitas sit imposita τέν μητροπολέῶν ἔφεσον primam attingere. Nam & Smyrnam in Asia jus metropolitanum habuisse ex numis constat, ceu ostendit Bynkerh. *Heinecc.*

Primario vero significatu *Metropolis* dicitur ea Civitas unde colonia deducta est. Thucydid. *lib.* 1. Ἀποιϰία ἓυ μὲν πάσχυσα τιμᾶ τὴν μητρόπολιν. Omnis colonia beneficiis adfecta honore prosequitur suam Metropolim. Ac plane coloniæ eas civitates, ex quibus deductæ erant, matrum loco colebant, observabantque, ut Dionys. Halicarn. *lib.* 4 tradit.

Metropolitanus is est inquit, Gothofr. *ad l.* 29. §. 5. *C. de episcop. aud.* qui potestatem habet in minorum civitatum Episcopos: cui definitioni convenit *c. cleros* §. 4. *distinct.* 21. his verbis: Metropolitani a mensura civitatum vocantur: Singulis enim provinciis præeminent, quorum auctoritati & doctrinæ cæteri sacerdotes subjecti sunt, sine quibus nihil reliquos agere licet Episcopos: sollicitudo enim totius provinciæ est commissa. Gerebant igitur Metropolitani Episcopatum in Metropolibus: Ut autem Metropolis caput erat provinciæ: Ita in una provincia duo Metropolitani esse non debent: sicut in Chalcedonensi Concilio *c.* 12. statutum est, *can. un. distinct.* 101. vide sub voce *provincia.*

Metuere. Inprimis observanda est lectio Florentina, *l.* 26. §. 1. D. *de pignor.* Nec *metui* ex hoc solo: ubi pro metuiri metui ponit Ant. August. *lib.* 2. *emendat.* Alii volunt recte dici pro *metutum iri*, quemadmodum datuiri, pro datum iri, restituiri pro restitutum iri. Et sane vetus & bonum est illud *metutum*, quo & Lucretius usus est, *lib.* 5.*v.* 1139. Nam cupide conculcatur nimis ante metutum.

Metus est instantis vel futuri periculi caussa mentis trepidatio, *l.* 1. §. 1. D. *quod met. caus.* Cic. *lib.* 4. *Tusculan. c.* 3, metum definit opinionem impendentis mali, quod intolerabile esse videatur Aristoteles *lib.* 3. & *hic*

hic κακοῦ προσδοκίαν definit, i. e. mali expectationem; & paulo post φρικτὴν τοῦ μέλλοντος κακοῦ προσδοκίαν, horrorem ex mali futuri expectatione. *Metum* autem in edicto Prætoris *quod metus caussa*, accipere debemus non quemvis timorem, sed majoris malitatis: nec vani hominis, sed qui merito in homine constantissimo cadat: *l.* 5. *l.* 6. *D. quod met. causs.* veluti qui salutis periculum, vel corporis cruciatum contineat, *l.* 13. C. *de transact.* Metum etiam præsentem accipimus, non suspicionem inferendi: *l.* 9. D. *quod met. caus.* Sic: metus caussa abesse videtur, qui justo timore mortis vel cruciatus corporis conterritus abest. *l.* 3. D. *eod. tit.* Proinde illis Edicti verbis non adjuvantur, qui supervacuo timore deterriti afuerunt, *l.* 2. D. *eod. tit.* Nota jam loquutiones. Metum adhibere, admittere; metu compellere; *l.* 16. *l.* 8. §. 1. D. *quod met. causs.* Metum facere, inferre, *l.* 14. §. 5. *l.* 8. *l.* 9. *D. eod. tit.* Metum habere, pati, *l.* 43. *D. de mort. caus. donat. l.* 14. §. 5. *D. quod met. caus.* Metu conterritus, perterritus: *l.* 2. *de mort. caus. donat. l. ult.* §. 1. *D. quod metus caus.* Metus est ne: *l.* 49. *D. ad SC. Trebell. l.* 1. §. *ult. D. de carbon. edict.*

Exceptio *de metu*: *l.* 4. §. 33. & §. *ult. D. de dol. mal. & met. except.* competit metu ad promittendum adactis, eorumve heredibus & quorumcumque interest, contra omnes ex eo promisso agentes, *l.* 14. §. 6. D. *quod met. caus. l.* 7. §. 1. D. *de except.* Actio *quod metus caussa* est Prætoria in rem scripta, data ei, cujus per vim compulsivam patrimonium deminutum est, adversus possidentem amissam rem, aut vim inferentem, ad restitutionem rei, & si intra annum moveatur in quadruplum. *tit.* D. *quod met. caus. Metus* justus. Vid. *justus*.

MEUS, *a*, *um*, Meorum, suorum adpellatione (generaliter posita) actiones etiam contineri dicendum est, inquit Marcianus *in l.* 30. §. 1. D. *ad SC. Trebell.*

Sed si adjective *Meum*, *suum* ponitur, cum mentio est de certo rerum genere, veluti de pecunia: quanquam pecunia dicatur mea quam alicui credidi, *l.* 32. D. *de reb. cred.* tamen: argento omni legato (ut ait Ulpianus) quod *suum* esset, sine dubio non debetur, id quod in credito esset: hoc ideo, quia non videtur suum esse, quod vindicari non potest, *l.* 27. §. 2. *l.* 34. D. *de aur. arg. legat.* Similiter quanquam inter mea referri possit jus hypothecæ, non tamen ipsum corpus meum est. Non igitur inter *suos* legasse videbitur creditor servos quos quis ipsi pignori vel hypothecæ dedit: *l.* 73. §. 2. D. *de legat.* 3.

Sed nec *meorum*, *suorum*, adpellatione adjective posita in legato continebuntur res, quas non numero *suarum*, sed potius venales habuit testator, veluti servos; nec servi quæ non sunt pleno jure testatoris, veluti fructuarii *l.* 71. *l.* 72. *l.* 73. *D. de legat.* 3. Continetur contra cujus proprietas ad eum pertinet; etiam quod commune est, *l.* 74. D. *de legat.* 3. *l.* 239. §. *ult. D. de verb. signif. l.* 46. *D. de ritu nupt.* Attamen: cum ita legatur, servus *qui meus erit* cum moriar; si communis sit, partem deberi verius est: *l.* 5. D. *de legat.* 1. Continentur quoque servorum *suorum* adpellatione ii in quos alter habet jus hypothecæ d. *l.* 73. §. 2. *D. de legat.* 3. & in quibus ususfructus alienus fuit *l.* 5. §. 1. *D. de legat.* 1. *l.* 74. D. *de legat.* 3. *l.* 25. D. *de V. S.* Et hoc ita

ita quoque procedit si heres sit institutus servus his verbis: *si meus erit*, aut *qui meus erit* cum moriar. Et si quidem, ait Ulpianus, testator alienaverit in eo usumfructum, nihilo minus *ipsius* est: Si vero partem in eo alienavit, an deficiat conditio institutionis, quæritur? Et verius est non defecisse conditionem, nisi evidentissimis probationibus testatorem voluisse apparuerit, pro hac conditione hæc verba inseruisse, si totus servus in dominio ejus remanserit: tunc enim parte alienata conditio deficit: *l.* 2. *D. de cond. institut.*

Meum, quandoque demonstrandi, quandoque taxandi, quandoque conditionem adjiciendi vim habet: vide *l.* 6. D. *de legat.* 1. *l.* 85. D. *de legat.* 3.

Meum est etiam id quod ex re mea superest, cujus vindicandi jus habeo: *l.* 49. *D. de rei vind.*

Quod *meum* jam, usucapere me, intelligi non potest: *l.* 12. §. 7. D. *de captiv.*

MIGRARE dicitur inquilinus seu conductor, qui e prædio urbano, vel rustico, quod conduxerat, discedit, & alio se confert. *l.* 1. §. 1. §. 4. *D. de migrand. l.* 13. §. 7. *l.* 30. D. *locati.*

Sed & filius a matre migrare dicitur, *l.* 30. §. 5. *D. de legat.* 3. & conjux migrare ad alias nuptias: *l.* 6. D. *de divort.*

De *migrando* interdictum datur adversus locatorem ejusve heredes inquilino, ut ipse libere cum rebus suis possit de habitatione migrare, si tamen locatori satisfaciat de pensione, ut *l.* 1. §. 4. D. *de migrand.* & de damno, si quod in domo conducta dederit. Sed etiam gratuito inquilino datur, colono autem non datur ut *d. l.* 1. §. 1. Sed alias ei officio judicis subvenitur, si velit non dico migrare, sed colonariam post tempus exactum derelinquere. Dicitur enim in textu: Hoc interdictum proponitur inquilino, qui soluta pensione vult migrare. Nam colono non competit, cui extra ordinem subveniri potest officio judicis, ut tanto celerius expediatur caussa migraturi: *d. l.* 1. §. 1.

MILES, ait Ulpianus, adpellatur, vel a militia, i. e, duritia, quam pro nobis substinent, aut a multitudine, aut a malo, quod arcere milites solent: aut a numero mille hominum, ductum a græco verbo, tractum a tagmate; nam græci mille hominum multitudinem τάγμα adpellant, quasi millesimum quemque dictum: *l.* 1. §. *un.* D. *de testam. milit.* Isidorus *lib.* 9. *orig. c.* 3. Miles dictus, quia mille erant ante in numero uno, vel quia unus est ex mille electus. Romulus autem primus mille ex populo milites sumsit, & adpellavit milites. Varro *de lingua lat.* Milites, quod trium millium primo legio fiebat: ac singulæ tribus Tatiensium, Rhamnensium & Lucerum millia singula militum mittebant, adpellatos esse ait; cui consentit Maggius *lib. miscell.* 4. *c.* 1. vide & Menag. *Amoen. jur. civ. c.* 39. *p.* 304. Festus, Militem Ælius a mollitie per antiphrasin dictum putat, eo quod nihic molle, sed potius asperum quid gerat.

Hæc de etymo; jam quoad rem ipsam; *Milites* dicuntur qui ut in bello ministrent sacramento rogati adactique, & in numeros relati sunt: ceu docet Brisson. *in antiquit. select. lib.* 2. *c.* 5. Qui autem nondum in numeris sunt, licet etiam lecti tirones sint, & publicis expensis iter faciant, nondum milites sunt: debent enim in numero referri: *l.* 42. D. *de testam. milit.* Et qui numero

ro exemtus; in alium nondum pervenit in quem transfertur, interea miles est, ceu idem Brissonius intelligit *l.* 1. *in fin. D. de bon. poss. & testam. milit.* ubi scribitur, militem esse quamvis in numeris non sit.

Porro *milites* Justinianus definit tam eos, qui sub magistris militum militiam tolerant, quam qui in undecim scholis taxati sunt, nec non eos, qui sub diversis optionibus fœderatorum nomine decorantur: *l. ult. C. de locat. conduct.* Hinc non modo Navarchi & Trietarchi Classium, sed & omnes remeges & nautæ in Classibus milites sunt: *d. l.* 1. D. *de bon. poss. ex testam. milit.* Contra, *Militis* loco haberi desinit tribunus militum, postquam successor ejus in castra venit: *l.* 20. *D. de testam. milit.*

Milites opponuntur paganis: *l.* 14. *l.* 17. §. 2. *D. de testam. milit.* privatis & barbaris: *l.* 5, *C. ad leg. jul. maj.* ubi vide Jacob. Gothofr. *in discursu ad d. l. c.* 10. denique & tironibus: *l. ult. C. Theod. de milit. vest.*

Milites caligati qui fuerint vide sub voce *caligati.* De *Gregariis* vid. sub hac voce.

Milites ratione receptionis duplicis erant generis, lecti nimirum aut mercenarii. Ad istos pertinebat delectus. Constat autem, omnes cives Romanos bello studere oportuisse. Vide Cicer. *pro Murena. c.* 14. Quod si nunc eorum auxilio indigeret Respublica, aliquis e Magistratibus majoribus edicto proposito jubebat omnes militaris ætatis viros adesse in campo Martio vel Capitolio. Vid. Polyb. *Hist. lib.* 6. *c.* 17. Liv. 26. *c.* 31. Postquam convenerant, Magistratus conscendebat tribunal, singulorumque nomina per præconem recitari jubebat, ad quod quilibet tenebatur respondere: Adsum: præsto sum. Liv. *lib.* 2. *c.* 18. & 30. it. *Lib.* 42. *c.* 32. Delectu ita facto, eorum nomina catalogo inserebantur, unde phrasis: scribere exercitum, vid. Cicer. *lib.* 12. *epist. ad famil.* 15. jurejurandoque demum obstringebantur, id quod primum A. V. C. 349. factum refert Livius *lib.* 22. *c.* 36. Würffel. *Jurispr. civil. definitiva.* §. 761.

Miles, & pro opinatore & compulsore, seu exactore annonæ militaris & tributorum accipitur: *l.* 34. *C. Theod. de annon. & tribut.* & *l.* 16. *ejusd. Cod. de exaction.*

Miles pro officiali judicis apud Paul. *V. Sent. tit.* 31. §. 1. his verbis: Si pecunia accepta miles custodiam dimiserit. Ita intelligi vult Accursius, quemadmodum & Tertulliani *apologet. c.* 2. verba: in reos majestatis & publicos hostes omnis homo miles est: intelligit nempe, quod officialis jure & ministerio fungitur. Dissentit Schulting ad dicta Ulpiani verba. Equidem militaris custodia separatur *in l.* 1. *D. de custod. reor.* Tamen Gothofredus *in Comm. ad l.* 1. *C. Theod. de custod. reor. sub finem.* Milites quibus Proconsul pro stratoribus (vel rectius forte *statoribus*) uti debuit, officiales publice constitutos intelligit. Nam quibusdam interjectis: *quis, ait, milites* (*armatæ scilicet militiæ*) *Proconsulibus apparuisse putabit.*

MILIARENSES, nummorum genus est qui erogabantur militibus Nov. 105. *c.* 2. §. 3. Epiphanius περὶ μέτρων *Tom.* 2. *p.* 184. Τὸ δὲ ἄργυρον τοῦτό ἐστιν, ὃ Ῥωμαῖοι μιλιαρίσιον καλοῦσιν, ὃ ἑρμηνεύεται στρατιωτικὸν δόμα vel δῶρον, ceu ex veteri glossario legit Brisson. Suidas sub ea voce, μιλιαρίσιον, τὸ τοῦ νομίσματος δέκατον, vel, ut Scaliger corrigit δωδέκατον, solidi duodecima pars. Sed

Sed quum admodum obſcura ſit & ſolidi & nummi miliarienſis æſtimatio pro diverſitate temporum: rem multis involutam tenebris, ſingulari exceſſu ad Epiphannium, vel *de folle miliarenſi, ac nummorum minutiis diatriba*, excuſſit Dionys. Petau *p.* 431. *ſequ.* quocum jungendus Jo. Frid. Gronov. *de pecun. vet lib.* 4. *c.* 16. *Hein.*

* Miliarium. vide *Milliarium.*

Militare, vulgo eſt ſub armata militia ſtipendia merere: *l.* 4. *pr.* & §. 6. *D. de re milit. l.* 11. 15. 16. §. *ult. D. de caſtr. pecul.* & ita: opponuntur non militantibus: *l.* 24. D. *de teſtam. milit.* itemque paganis: *l.* 26. D. *de liber.* & *poſth.*

Militare etiam dicuntur, qui circa latus principis agentes, munus aliquod officiumve, in palatio, aut Comitatu Principis, gerunt, & aliqua dignitate, vel adminiſtratione funguntur: *l. un. C. in quib. cauſ. mil. fori præſcr.* Sic: in ſcriniis palatii: *l.* 2. *l.* 3. *l.* 7. *l.* 9. *l.* 12. *C. de proxim. ſacr. ſcrin.* vel in alio quocunque officio *militare*: *l.* 1. *C. de tabular.*

Militaris, e. quicquid ad militiam pertinet. Sic:

Militare delictum quod quis ut miles admittit, quale eſt quod diſciplina militari prohibetur, vel ſeverius vindicatur: *l.* 6. §. 6. *D. de injuſt. irr. rupt. l.* 22. §. *ult.* D. *de legat.* 3. *l.* 11. *D. de teſtam. milit l.* 2. *l.* 6. D. *de re milit. l.* 7. *C. eod. tit.* Unde militare delict. in communi opponitur; *l.* 2. D. *de veteran.* & *milit. ſucceſſ.*

Militaris judex: *l.* 1. *C. ſi non a compet. jud.* & *rubr. tit. C. de offic. milit. jud.* opponitur civili judici, quemadmodum militare judicium ordinario in *l.* 9. *C. Theod. de juriſd.* & *ubi quis conv.* qua lege prohibetur ne civilis cauſa ad militare judicium ſine reſcripto trahatur. Similis prohibitio ne curiales vel privatæ conditionis perſonæ ad militare exhibeantur judicium: *l.* 2. *C. de offic. milit. judic.*

Militare jus (i. e. facultas) quod in teſtamentifactione juri communi opponitur: *l.* 3. *l.* 4. *l.* 7. *l.* 10 *l.* 11. *de teſtam. milit.* vide *Teſtamentum.*

Militari manu; vide ſub voce *Manus.*

Militare ſtipendium vide ſtipendium. *Militaris* veſtis. vide. *Veſtis.*

Militaris via, quæ græcis λεωφόρος, i. e. via publica: *l. ult.* D. *de loc. publ.*

Militares l. 20. *l.* 21. *C. Theod. de erog. milit. annon.* pro militibus, qui *militares* viri appellantur *in l.* 6. §. 3. *D. de off. præſ.*

Militariter pro militari more: *l.* 4. §. 5. *D. de re milit.* Et militariter ornatum dixit Tacit. *lib.* 16. *annal.*

Militia. Ejus non unum genus eſt. Quædam enim *armata* adpellatur, quædam *togata*: quædam *palatina*, quædam *litterata.* Armatæ fit mentio *l.* 6. *l.* 18. *D. de re judic. l.* 1. *C. de juris* & *fact. ignor. l.* 4. *C. qui dare tut.* de qua, ait Ulpianus *tit.* 3. *reg.* §. 5. *Militia* jus Quiritium accipit Latinus, ſi inter vigiles Romæ ſex annis militaverit. Ibi tamen pro *militia jus*, *militiam* vulgo habent codices.

Ad *militiam* togatam pertinet *urbana* illa quam vocat reſpondendi, cavendi, ſcribendi *militiam* Cicero *pro Muræn. c.* 9. quo ſenſu & militare cauſarum patronos aiunt Impp. Leo & Anthem. *in l.* 13. *C. de advoc. div. jud.* Ad Togatam quoque *militiam* partim refertur quæ *palatina* dicitur Symmacho, *lib.* 5. *Epiſt* 74. & Sidon. Apollinar. *lib.* 1. *Epiſt* 6. & *Militia* palatii apud Caſſiod. *lib.* 1.

1. *var. c.* 10. quo pertinent officia in palatio, veluti adjutorum Quæstoris: *Nov.* 35. Silentiariorum, *l.* 30. §. *ult. C. de inoff. test.* Militia litterata eorum qui in sacris scriniis militant, *l.* 8. *C. de proxim. sacr. scrin.* domesticorum, similiumque. Hujus autem generis *militiæ* sive officia cum commodis & salariis quæ horum caussa a principe tribuebantur, ad heredes transmittebantur sub certa pecuniæ definitione: *l. ult. C. de pignor. l.* 5. *C. qui milit. poss.* immo quædam & vendi & pignore obligari poterant: *Nov.* 53. *c.* 5. *l.* 52. §. 2. *D. de act. empt. l. ult. C. de pign. l.* 3. §. 7. D. *de muner.* Si quis ergo ab officio desistens, voluntaria abdicatione in suum locum induceret alium: *militiam* alienare, relinquere alii, & vendere successori; hic autem sibi comparare scriptum prætorium, quæstorium, tribunicium dicebatur. Præterea hæc militia transmittebatur in liberos, quamvis non essent heredes: *Nov.* 35. quin & in heredes extraneos, modo inferrent pro introitu solidos centum. Si vel liberi vel heredes minus idonei essent ad militiam hanc; vel ob quamcumque caussam alii subrogarentur: hi pretium liberis heredibusque defuncti præstabant: *l.* 7. *l.* 11. *C. de proxim. sacr. scrin.* quod fiebat de commilitonum sententia, vel (ut usitatis verbis utamur) ex communi eorum, qui in eadem schola, i. e. ordine statuti erant, placito. Et præstatio illa dicebatur scholæ placitum: *l. ult. C. de pignor.* vel *Casus militiæ. Nov.* 53. *c.* 5. ubi ejusmodi beneficium *militia ex casu* appellatur.

Militiæ nomen videtur etiam pro annonis salariisque sumi, quæ armatam vel inermem militiam exercentibus publice præstabantur: *l.* 22. D. *de legat.* 2. Lucius Titius in testamento suo publico Mævio militiam suam reliquit, sive pecuniam ejus quæcunque redigi ex venditione potuerit. Sic *l.* 49. §. 1. *D. eod. l.* 11. §. 16. *l.* 102. §. *ult.* D. *de legat.* 3. *l.* 18. §. 2. *D. de alim. vel cibar. leg. l.* 3. §. 7. *D. de minor. l.* 30. *C. de inoff. test. l.* 27. *C. de pignor. l.* 6. §. 3. *C. de advoc. div. jud. l.* 20. *C. de collat.*

Uti vero *militiæ* nomen commoda & officium, ita & onus conferendi milites denotat, quemadmodum in *l.* 3. *l.* 10. *l.* 16. C. *Theod. de medic. & prof.* ubi immunes ab hoc onere medici & professores litterarum: una cum uxoribus suis & filiis, pronunciantur.

MILIUM, genus frugis: cujus meminit Ulpianus *l.* 27. §. 19. *D. ad Leg. Aquil.* Nomen a maxima numerorum summa, quæ est mille, cepisse quidam putant, teste Festo. Rectius a Græco μελίνη, quo vocabulo milium non minus, quam panicum legumen derivari ait *Heinecc.*

MILLE passus non a milliario urbis, sed a continentibus ædificiis numerandi sunt, ait Macer in *l.* 154. D. *de verb. signif.*

MILLIARE & *Milliarium* *l.* 42. *D. de excus. tut. l.* 1. §. 4. *D. de off. præf. urb. l.* 4. §. 1. D. *de hered. inst.* est mille passuum spatium seu iter. Isidor. *lib.* 5. *orig. c. ult.* Mensuras ait, viarum nos *Milliaria* dicimus: Et mox: *Milliarium* mille passibus terminatur, habens pedum quinque millia. Quia porro Milliaria lapidibus distingui solebant, hinc lapidum istorum quilibet *Milliarium* dictus, & sæpe dicimus ad vigesimum lapidem, h. e. ad vigesimum milliare. *l.* 154. D. *de verb. signif.* Et ultra centesimum lapidem & centesimum milliarium idem

idem valent: *l.* 21. §. 2. 3. *D. de excuf. tut. l.* 42. D. & §. 18. *Inft. eod. tit.* De *Milliario* urbis, columna aurea in capite Romani fori ftatuta fcribit Plinius *lib.* 3. *c.* 5. his verbis: Roma dividitur in regiones quatuordecim, compitalarium 265. paff. ejufdem fpatii menfura currente a milliario, in capite Romani fori ftatuto ad fingulas portas, quæ funt hodie numero triginta & feptem. Tacit. *hift. lib.* 1. *c.* 27. Otho innixus liberto, per Tiberianam domum in velabrum, inde ad milliarium aureum fub ædem faturni pergit. Vide Pitifc. *in Suet. Oth. VI.* 3. 9. *p.* 372. Bergier *de publ. viis. lib.* 3. *c.* 11. & 12. Ever. Otto *de tutel. viar. lib.* 2. *c.* 4. & *c.* 6. *p.* 389. De Milliario Conftantinopolitano vide Suid. in verbo μίλιον. Codin. *de orig. Conftantinop. p.* 20. & Ever. Ott. *dicto lib.* 2. *c.* 7. *de tutel. viar. p.* 394. & *fequ.* Fit & feptimiliarii vel feptimi milliarii mentio in fubfcriptione *l.* 4. *C. de recept. arb. l. ult. C. de legit. tut. l.* 30. *C. de jure dot. l. ult. C. de bon. libert. l.* 3. *C. de agricol. & cenfit.* Locus fuit feptem millibus paffuum ab urbe Conftantinopolitana diftans, Imperatorum Palatio nobilitatus, qui aliquoties *feptimus*, græcis ἕβδομος vel *hepta* dicitur. Marcellin. Comes *in Chronico*: *Celere & Venantio Coff. Indict.* 7. Procop. *lib.* 1. *de ædific. Juftiniani.* Liberat. *in breviario de cauffa Neftoriana c.* 9.

MILLIARIUM in *l.* 19. §. 12. *D. de aur. arg. leg.* Inftrumento balneatorio legato. Milliaria legato cedere, ait Paullus *Sent. lib.* 3. *tit.* 6. §. 65. Erat igitur vas ad coquendum idoneum, quod non in coquinatorio tantum, fed & in balneatorio ponitur a Palladio, ut & a Seneca *lib.* 3. & 4. *nat. quæft.* Athenæus *lib.* 3. *deipnofoph. c.* 20. Ufurpat hoc verbum & Cato *de re ruft. c.* 20. 22. & 135. Formam accurate defcripfit If. Voffius *ad Catull. p.* 318. *fequ.* ubi obfervat, *Milliarium* dictum effe, vel a pondere mille librarum, vel quod mille caperet menfuras, & perperam quofdam exiftimare, iftud a coquendo milio ita dictum effe. Quare & rectius per duplex, quam per unicum L. fcribitur. Quod autem & miliarium vas & miliarium lapidem hoc modo fcriptum reperias in codicibus, non movet: Nam litteram reliquis majorem in verbo vim habere geminandi nemo nefcit. Propter magnitudinem fummis culinarum tabulatis fufpendi folita milliaria vafa probat idem Voff. *ex Senec. epift.* 57. ubi de crypta Neapolitana ad Paufilypum: Quid enim intereft, ait Sen. utrum fupra aliquem Milliarium ruat an mons? Nihil invenies. Ifta de forma. *Milliarii* ex Voffio attulit prolixe fatis. *Hein.*

MIMUS vox græca a μιμέομαι imitor. De mimis fervis mentio eft, *l.* 37. §. *ult. D. de ædilit. edict.*

MINÆ capitales: *l.* 7. *C. de his, qui vi metufve cauf.* Quibus opponuntur luforiæ: *l.* 4. D. *fi cui plus quam per leg. Falcid.*

MINARI, feu comminari: *l.* 4. D. *ad leg. jul. de adult. l.* 1. §. 26. D. *ad SC. Silanian.* At *minare* verbum frequens apud D. Hieron. & in legibus antiquis Longobard. Burgund. Alemann. & in lege Salica, eft agere vel ante fe pellere. Hinc Anianus. Actus qua pecora minare confuevimus. Apulei. *lib.* 3. Nos duos afinos minantes, baculis exigunt. Sic Aufonius de Myronis bucula: Ageret juvencas cum domum paftor fuas. Suam relinquere me minabat ut fuam. Dicitur & prominare apud Apul. *lib.* 5.

MI-

MINAX favor *l. un. C. Th. si quacumq. præd. potest.* male fervor *in C. Just. eod. tit.*

MINICIUS. Vid. Minucius.

MINICULARIUS. Ex Codice Theod. & quidem ex *l. 3, de indulg. debit.* hoc verbum citant Lexicographi, quasi idem sit ac Miniator seu Miniculator, qui minio inficit, & illinit: Sed perperam: cum ibi legendum sit minuscularius de quo vide infra.

MINICULATOR. In *l. 7. D. de oper. libert.* legit Accursius: Si forte librarius, vel miniculator vel calculator. Sed ibi Nomenclator rectius aut nomenculator legitur, ut in *l. ult. §. ult. D. de liberal. caus.*

MINIME, in notis Jurisconsultorum ad aliorum opera idem est, ac immo vero, *l. 53. §. 1. l. 54. D. de act. emt. & vend.*

MINIMUS, *a, um.* Qui lancem maximam, mediam, minimam relinquebat: *l. 31. D. de aur. arg. legat.* Minimum pro re minima in *l. 153. C. Theod. de decurion. l. 9. D. de regul. jur.*

MINISTER, pro servo; *l. 22. §. 8. D. solut. matrim.* & alius quivis jussa alterius faciens; ut: minister Ducis: *l. 3. C. Th. ad leg. jul. repetund. Ministri* stratorum: *l. 1. C. Theod. & Just. de custod. reor.* i. e. custodes carceris & Clavicularii, qui & *ferales ministri* adpellantur *l. 6. C. Theod.* Est quoque mandatarius; ut: Minister cædis, *l. 14. C. de SC. Silan.* Minister litis, i. e. procurator vel cognitor: *l. ult. C. Theod. de cognitor.*

MINISTRI pro Clericis & Ecclesiæ Pastoribus: *l. 10. l. 31. l. 41. l. ult. Cod. Theod. de Episc. l. 14. ejusd. Cod. de pagan.*

MINISTERIALES, *l. 5. C. Theod. de diverf. off.* qui ministeriales Dominici vocantur in Notit. Imp. erant sub dispositione viri spectabilis Castrensis, & sic Castrensianorum numero de quibus vide sub voce Castrensiani. In gloff. Isidori: Anculus Ministerialis Domus Regiæ: Gothofr.

MINISTERIANI de quibus *rubr. tit. C. Justin.* Apud Suidam, ut reposuit Cujacius μινιστεριανὸς καστρεντιανός Ministerianorum notitia olim legi quartæ *dict. tit.* subjecta fuit, quæ si hodie extaret, facillima hujus rei notitia esset. Dubium est an iidem fuerint ministeriani ac Castrensiani, an vero dicamus, post generalem Castrensianorum adpellationem, specialem Ministerianorum subjici, quippe hi numero illorum fuerunt, ut modo dictum est. Nihil tamen interest, dicamus in dicta rubrica parallelismum esse, ut iidem videlicet sint Castrensiani & ministeriani: qualis parallelismus occurrit Titulo Digestorum de officio procuratoris Cæsaris, vel Rationalis: Iidem enim erant *procuratores Cæsaris & Rationales.* vide Gothofr. *Comm. ad Cod. Theod. tit. de Castrensian. ad l. 1. & tit. de diverf. off. ad l. 5. & 6.*

MINISTERIUM pro ópera quæ interventu personæ præstatur ut in *l. 50. §. 1. D. de furt.* Qui ministerium atque adjutorium ad surripiendas res præbet.

Ministerium publicum: *l. 1. D. ad leg. jul. repetund.* Si quis in honore, ministeriove publico sit: *l. 38. §. ult. D. ad leg. jul. de adult.*

Ministerii aulici meminit Lamprid. in Alex. Sev. *c. 41.* Aulicum inquit ministerium, ut essent tot homines in singulis officiis quot necessitas postularet; ita ut annonas non dignitatem acciperent, fullones & vestitores & pistores, & pincernæ omnes Castrenses ministri. Eo igitur spectat ministerium Castrense de quo vide sub voce *Castrensiani.*

Ministerium sacrum principis eo quoque refertur de quo *l.* 4. *pr. C. de castrens.*

Ministerium judicis, pro officio judicis in *l.* 1. C. *Theod. unde vi*, ubi: judices qui auctoritatis suæ formidabile ministerium objiciant.

Ministerium pro sacerdotio, vel officio sacro: Sic ministerium Diaconi: *l.* 111. *C. Theod. de decur.* ministerium Ecclesiæ: *l.* 39. *C. Th. de episc. & cler.*

Ministerium utique & domini servis exhibere dicuntur. Senec. *lib.* 3. *de benef. c.* 21. Quandiu, ait, præstatur quod a servis exigi solet, ministerium est. In ministerio ergo esse dicuntur servi, sive proprii, sive alieni, aut etiam liberi (homines) nobis bona fide servientes, *l.* 2. §. 14. D. *de vi bonor. rapt.*

Ministeria pro ministris: *l.* 2. C. *Just. l.* 14. C. *Theod. de Episc.* Sic: tutelam corruptis ministeriis prætoris redimere: *l.* 3. §. 15. D. *de susp. tut.* Magistratibus municipalibus traditi, vel publicis ministeriis: *l.* 1. §. 10. *D. de fugitiv.* Apulei. *de asin. aur. lib.* 3. Tum me per proscenium medium veluti quamdam victimam publica ministeria perducunt. Ita etiam pro servis dicuntur ministeria. Sic: ministeria quibus pater familias instructus erat in fundo: *l.* 12. §. 31. D. *de instr. vel instr.* vide & *l.* 21. *D. de donat. int. vir. & ux.* Paull. *lib.* 3. *Sent. tit.* 6. §. 72.

Ministerium non modo personarum, sed & rerum, v. g. vocis uti dicimus, *l.* 7. §. *ult.* D. *de suppell. legat.* & balneorum, ut in *l.* 0. *C. Th. ne comitib. & tribun. lavacr. præstetur.*

Ministeria etiam sunt vasa quibus cibus & potus in conviviis ministratur: ut apud Paull. *lib.* 3. *Sent. tit.* 4. §. 86. & Ulp. *l.* 19. §. 12. *D. de aur. arg. leg.* Lamprid. *in Alex. c.* 34. Ducentarum librarum argenti pondus ejus ministerium nunquam transiit: & *cap.* 41. Quum argentum in ministerio plus ducentis libris non haberet. Græcum διακονία eadem notione occurrit. *I. Macchab.* 10. *v.* 58. de his vide plura apud Claud. Salmas. *ad script. hist. Aug. p.* 30. & *in observ. ad jus Attic. c.* 23. ad quem remittit. *Hein.*

MINISTRARE est ministerium exhibere, *l.* 25. D. *de pecul. l.* 1. §. 4. *D. de publican. & vectigal.*

MINISTRATOR, minister. Sic: ministratores servi: *l.* 203. *D. de verb. signif.*

MINOR aliquando sumitur pro eo quod medium est: Ut *minor* capitis deminutio, i. e. media: §. 2. *Inst. de capit. demin.* minor libertas, quæ est inter justam & dedititiam. Martial. *lib.*4. Cum plebs & minor ordo, maximusque.

Minor ratione ætatis. Ita: minor ætate: *l.* 16. *C. de liberat. caus. l.* 7. *C. de muner. patrimon.* minor ætas: *l. ult. C. si min. fact.* Minor viginti annis: Ulp. *tit.* 1. *Resp.* §. 13. & §. 5. *Inst. qui & ex quib. caus. manum.* Minor quam 20 annis: *l.* 102 *D. de legat.* 1. minor quam 20 annis natu: *l.* 7. *D. si quid. in fraud. patron.* Construitur & cum genitivo, ut: minores annorum: *l.* 13. §. *ult. D. de tut. & cur.* Minor 25 annorum *l.* 6. §. 1. D. *de decur. l.* 57. *D. de re judic.*

Minor 20 annorum cui, præterquam causa cognita, manumittere est prohibitum non intelligitur, qui diem supremum agit anni vicesimi: *l.* 1. *D. de manum.* Sed in lege Julia de adulteriis, quæ *minorem* annis 25 accusare prohibet, *l.* 15. §. 6. *D. ad leg. jul. de adult.* talem accipimus, qui vicesimum quintum annum ætatis

tatis agit: *d. l.* In edicto quoque Prætorio de minoribus, *minorem* 25 annis natum etiam die natalis sui adhuc dicimus ante horam, qua natus est, ut, si captus sit, restituatur, & a momento in momentum spectetur *l. 3. §. 3. D. de minor.* Verum, in honoribus adipiscendis, annus vicesimus quintus cœptus pro pleno habetur, *l. 8. D. de mun. & honor.*

Minor majori oppositus, ut in *l. 21. D. de aquir. vel omitt. hered.* vel absolute positus ut in *l. 1. D. de minor.* minorem 25 annis significat. Quumque & impuberes nondum justæ illius ætatis sint: hi aliquando minores vocantur: *l. 34. §. 1. D. de minor. l. 2. l. 3. l. ult. C. si tut. vel cur. interv. rubr. C. si ex plur. tut. vel cur. omn. vel un.*

Minor ratione facultatum; ut: minor centenario: *l. 16. D. de jur. patron.*

Minores Magistratus qui sint, vide sub voce *Magistratus.*

Minoris, genitivus cum pluribus verbis in jure nostro jungitur, aliquando & omisso per ellipsin verbo nomini adjicitur. Sic: Quanti minoris actio: *l. 47. D. de ædilit. edict.* Minoris condemnare quam juratum est: *l. 4. §. 3. D. de in lit. jur.*

Minores pro posteris usurpari, quando graduum adpellationes deficiunt, Servius ad illa Virgil. *lib. 8. Æneid. v. 268. lætique minores servavere diem*, monuit.

MINTURNÆ oppidum in Campania, cujus fit mentio *l. 13. §. 1. D. locat.* Colonia Liv. *lib. 10. c. 21.* Plin. *lib. 3. c. 3.* De hujus incolis *Minturnensibus* vide *l. 8. §. 5. D. si servit. vind.* Marius apud eos delituit. Cic. *pro Planc. c. 10.* Minturnense flumen memoratur in *d. l. 13. §. 5. D. locat.* Ita adpellatur Liris qui Minturnas præterlabebatur. Liv. *lib. 10. c. 21.* Plin. *lib. 3. c. 5.* & Cic. *de legib. lib. 2. c. 3.* Oppidum illud nunc Trajetum castellum esse dicunt.

MINUCIUS vel Minicius, quem ut Sabino & Cassio posteriorem, ita Juliano & Pomponio antiquiorem fuisse constat ex *l. 6. §. 4. D. de act. emt. vend. & l. 32. D. locat.* Idem ac Minicius Natalis ad quem rescripsisse Trajanum Ulpianus ait in *l. 11. §. 15. D. de act. emt. vend.* In marmoribus Cos. *Augur. procos. Libyæ*, item *Leg. Aug. pro prætore* provinciæ Mœsiæ inferioris vocatur. Grut. *inscript. p. 59. 8. & p. 49. 6.*

MINUERE & augere opponuntur, *l. 19. D. de tritic. vin. ol.* & alibi passim. *Minuere* pro officere, detrahere. Sic: minuendæ opinionis caussa: *l. 24. D. de injur.* Minuere magistratum: Liv. *lib. 4. c. 24.* (de Mamerco, dictatore, qui censuram quinquennalem prius, annuam fecerat) a censoribus, ait, tribu motus & ærarius factus est, quod magistratum populi Romani minuisset. Minuere majestatem populi Romani, Cic. *in Verr. 5 c. 20.* dixit.

Minuere pro alienare: *l. 31. D. de reb. auct. jud. possid. l. ult. §. 2. D. de dol. mal. & met. except.*

Minuere pro mutare. Ita capite minui, sive deportatione, *l. 6. §. 7. D. de injust. rupt. irrit.* sive adrogatione, *l. 3. D. de capit. minut.* vel aliis modis de quibus sub voce *caput*, non est caput amittere, sed mutare; quoniam capitis deminutio est status prioris mutatio *pr. Inst. & l. 1. D. de capit. minut. & l. 17. in fine D. de oper. libert.* Ita existimat Guil. Forner. in *select. jur. lib. 1. c. 26.* huc etiam referens locum Terent. *Hecyr. act. 4. scen. 3. v. 9.* Non minuam meum consilium, i. e. non mutabo: ut & alium ejusdem *in Andr. Act. 2. scen. 3. v. 17.*

Sed constructionem cum ablativo facere, ut deminui vel minui hic potius in vulgari notione, pro privari, vel jacturam facere, sit accipiendum recte sentit Heinecc. Quanquam enim qui capite minuitur statum mutet, non ideo caput mutare quam eo privari dici proprie potest.

MINUS adverb. aliquando pro simplici negatione ponitur. Aliquando tamen & comparative: ut minus commode frui *l.* 3. §. *ult.* D. *de itin. actuq. priv.* & hoc sensu non raro adjicitur *quam*; ut in *l.* 8. §. 1. *D. de bon. libert.* jungitur etiam cum comparativo in casu primo posito, ut: minus utilior, *l.* 5. §. 10. *D. de reb. eor. qui sub tut.*

Non *minus quam*, pro æque, ac, frequentissime accipitur, sed ita ut membra comparata inter se non raro transponant: e. g. ex verbis non minus quam mente; quum dicendum fuisset: non minus ex mente quam verbis, vid. *l.* 7. §. 8. *D. de pact.* §. 3. *Inst. de Leg. Aquil.*

MINUSCULARIUS. Minuscularii in *l.* 3. C. *Theod. de indulg. debit.* Sunt speciales & minimi tributorum exactores, a minusculo. In veteri *glossar.* Vectigal minusculum. Augustin. de civitate Dei *lib.* 7. *c.* 4. Minuscularios vectigalium conductores diserte vocat.

Minuscularius aquæductus, *l.* 10. *C. de aquæd.* i. e. tenuior & deminutus, ut Cujacius interpretatur. Ita & minuscula præmia, Imperatores & Tyranni minusculi apud Historiæ Augustæ scriptores. Item minuscularia & tenuiores res *l.* 1. *C. de defens. civit.*

MINUTATIM, sensim; ut: flumen minutatim recessit: *l.* 39. D. *de adquir. rer. dom.* item, particulatim, ut: minutatim singulos convenire, *l.* 8. §. 5. *D. de transact.*

MINUTIO capitis: *l.* 5. §. *ult. D. de extraord. cognit.* seu deminutio, *l.* 2. *l.* 5. §. *ult.* D. *de capitis minut.* Quid sit, supra dictum est in art. *caput.*

MINUTUS, *a*, *um*, parvum. Minutæ summæ, *l.* 90. §. *ult.* D. *de pact.* Minutula summa: *l.* 192. D. *de verb. signif.*

MIRABILEM partum Imp. adpellat, qui a majore 50 annis editur, *l.* 12. C. *de legit. hered.*

MIRACULUM. *Nov.* 105. *c.* 1. In iis quæ raro fiunt; miraculum est, i. e. ejusmodi res miramur.

MIRARI *l.* 108. §. 13. *D. de legat.* 1. *l.* 13. *pr. D. de in diem addict.*

MIRUS, *a*, *um*: *l.* 63. *D. de ædilit. edict.* *l.* 55. D. *de legat.* 3.

MISCELLUS, *a*, *um*, quod ex variis constat. *Miscella* Lex adpellatur Julia & Papia Poppæa, in *l. ult. C. de ind. viduit.* & quidem non tota, sed caput duntaxat de legatis & libertate sub conditione datis, quod id caput ex lege Julia & Pappia, SCo, cujus meminit Justinianus *l.* 3. *C. de indict. viduit.* & cautione Muciana conflatum est. Ita cum Jac. Gothofr. *ad Leg. Jul. & Pap. Pop.* sentit Heineccius. Non igitur ita dicta a *Julio Miscello* quodam, quod nomen universa ignorat antiquitas; etsi contrariam sententiam tueantur Jo. Robertus & Jan. Vinc. Gravina *de legib. & SC.* §. 16. freti auctoritate Justiniani. *Novell.* 22. *c.* 43. adversus quos etiam Cujac. Briss. & Ant. Augustinus. Adde Menag. *Amœn. jur. civ. c.* 39. *p.* 305. *sequ.*

MISCERE pro conjungere, ut: miscere extraneum heredem liberis, *l.* 3. §. *ult.* D. *de reb. dub.*

Miscere pro se immiscere: idque proprie facere dicuntur sui & necessarii heredes, sicuti extranei pro herede gerere. Ita: ne vel mis-

misenisse necessarii, vel ceteri pro herede gessisse videantur: *l.* 14. §. 8. *D. de religios.* Necessarii heredes si se misceant hereditati: *l.* 5. *D. de SC. Silan.* Miscere se negotiis: *l.* 39. §. 11. *D. de administr. tut.* tutelæ: *l.* 2. §. 42. *ad SC. Tertull.*

Miscere pro implicari, ut: si cum fisco aliquem contractum damnosum miscuissent: *l.* 9. D. *de confirm. tut. vel cur.* miscere se illicitis contractibus: *l.* 3. *C. Th. de contr. empt.*

Miscere pro conferre; ita: miscere dotem paternæ substantiæ: *l. un. C. Theod. unde liberi.* Quo sensu etiam collationes commiscere cum bonis defunctæ personæ, dixit Imp. *l.* 19. *C. in fin. de coll.*

Miscere denique est turbare: *l.* 17. *C. Theod. de pœn.* Phædr. *lib.* 1. *fab.* 2. procax libertas civitatem miscuit.

MISER, *a*, *um*, tribuitur reis criminum qui in carceribus custodiuntur: *l.* 5. *C. Theod. de iis quæ administr.* & parentibus ἀτέκνοις: *l.* 1. *C. Th. de jur. liberor.*

MISERABILIS, *e.* Miserabilis egestas: *l. ult.* C. *Theod. de alim. quæ inop.* Miserabilis injuria: *l.* 50. *C. Theod. de curs. publ.* Miserabiles personæ: *l.* 1. *C. quand. Imp. inter pup. vel vidu.* preces: *l.* 26. *C. de judæis.*

MISERANDA fortuna: *l. un. C. Th. de patr. qui fil. distrax.*

MISERATIO idem quod misericordia. Miseratio precum: *l.* 26. *C. Theod. de cohort.* Miseratio etiam vocatur in *l.* 1. *C. Th. & l.* 2. C. *Justin. de abolit.* tergiversatio, quando quis ab accusatione desistit, & abolitionem postulat.

MISERICORDIA. Eam Cicero *lib.* 4. *Tuscul. c.* 8. definit, ægritudinem ex miseria alterius injuria laborantis. Seneca vero, ex mente stoicorum, misericordiam virtutem esse negantium; vitium pusilli animi ad speciem alienorum malorum succidentis. *Misericordia* sanguinis, i. e. sanguini debita: *l.* 3. *C. Theod. de matern. bon.* Qui misericordiæ caussa, quam ipse non habet, infantem exponit: *l.* 4. D. *de agnosc. & al. liber.*

MISERICORS qui funeravit in hoc, ut mortuum sepeliret: *l.* 14. §. 7. D. *de religios.*

MISSA in *c. Jacobus* 47. *de consecr. dist.* est sacrum piaculare, quod a sacerdote offertur. De hujus vocis origine variant scriptores. Quidam hebræum nomen esse putarunt ex *Deut.* 16. *v.* 10. ubi vox *missah*, quæ oblationem significat, reperitur. Alii illud deducunt ex Græca voce μύησις, a verbo μυέω, quod est doceo, instituo, & spiritualiter instituo, quasi in terminatione duntaxat mutatio sit facta. Alii *missæ* vocabulum a mittendo dictum volunt. *Missa* enim idem est ac missio, sicut *remissam* pro remissione apud Tertullianum & Cyprianum legimus. Missam igitur dictam volunt, vel propter bona ad populum missa, vel propter transmissionem precum ad Deum per ministerium Sacerdotis, vel propter dimissionem, vel catechumenorum duntaxat, vel totius populi, solemni formula factam: *ita, missa* (hoc est, dimissio) *est.* Uti autem communiter vox hæc pro missione sumitur, sic præterea etiam accipitur (1) pro oblationibus & precibus, quæ ab initio liturgiæ usque ad dimissionem catechumenorum expleatur: *Conc. Carthag.* 4. *c.* 84. *Conc. Valent. c.* 1. (2) pro parte liturgiæ, quæ est ab offertorio usque ad finem, & dicitur *missa* fidelium: Cæsar. *Arelat. hom.* 12. (3) pro collectis seu orationibus, quæ in missa stricte dicta legi solent: Concil. *Milevit.* 2.

c. 12. (4) pro nuda lectione cum intermissione psalmorum, (5) pro divino officio, id est, vel matutino vel vespertino: Conc. *Agathens. c.* 30. (6) pro ipsa festivitate a poriori denominata, ut scriptores mediæ ætatis facere solent: Ivo Curnut. *in decreto p.* 15. *c.* 190. (7) pro toto officio quatenus, Catechumenorum & fidelium missam comprehendit.

MISSALE, *lis*, liber ecclesiasticus, in quo continetur missarum officium, a Zacharia P. primum compositus, deinde a Gregorio M. in meliorem formam redactus, cui *sacramentarii*, seu libri sacramentorum titulum imposuit. Jussu Concilii Tridentini liber ille fuit correctus cum aliis. *Missale plenarium*, liber ecclesiasticus, in quo evangelia & epistolæ pleniter continentur.

ΜΙΣΘΩΤΗΣ, qui aliquid conductum habet. Modestin. *in l.* 49. *pr.* D. *locati.* οἱ ἐπίτροποι γενόμενοι μισθωταὶ καίσαρος γένεσθαι κωλύονται, i. e. curatores creati prohibentur aliquid a Cæsare conductum habere. Et paulo post, εἰσὶν κεκολυμένοι μισθοῦσθαι και παρα τοῦ ταμίου χωρία. Sunt prohibiti fisci possessiones conducere.

MISSIBILIS, *e.* Missibilia tela, quæ manu mittuntur, & procul jaciuntur. Justinianus in *Nov.* 85. *c.* 4. τοὺς τε καλουμένους ζιβύννους ἤτοι μισσίλια quique vocantur Zibynni vel missibilia. Sidon. *Apollinar. lib.* 4. *Epist.* 20. *ad Domitian:* lanceis uncatis securibusque missibilibus dextræ refertæ. Sic apud Veget. legendum variis locis.

MISSILIA quæ in vulgus a Magistratibus, principibusve, ludos edentibus, aut alias in publicum prodeuntibus, jactantur. Ita: Prætores & Consules, qui missilia jactant in vulgus, ignorant, quid eorum quisque accepturus sit; §. 46. *Inst. de rer. divis.* vide & ibi Theophilum. De iis quoque *in l.* 9. §. 7. D. *de aquir. rer. dom. l.* 8. D. *de contrah. empt. Nov.* 105. *c.* 1. 2. & ibi Cujac. Huc pertinent hi Martialis versus *Epigr. lib.* 8. Omnis habet sua dona dies nec linea dives. Cessat & in populum multa rapina cadit. Missilia spargere olim tam proprium erat Consulum, ut hanc liberalitatem inde ὑπατείαν adpellaverint Græci, seu Cujacius observavit *ad dict. Nov.*

MISSIO pro immissione; ut missio in bona, *l.* 5. §. 11. *&* §. 12. *D. ut in possess. legat.* & missio legatorum, *l.* 1. §. *ult. D. ne vis fiat ei*, quæ est *missio* in possessionem legatorum caussa, & una est ex sequentibus. Nempe est *missio* in possessionem ex tribus caussis: rei servandæ caussa, item legatorum servandorum gratia, & ventris nomine: *l.* 1. *D. ex quib. causs. in possess.* & quidem ex his caussis olim in possessionem universam missio fiebat, cum *damni infecti* nomine, si non caveretur, non nisi rei de qua damnum timebatur, fieret missio, ut docet *d. l.* At novo jure Novellarum non amplius datur missio in possessionem omnium bonorum, sed pro modo tantum debitæ quantitatis. *Nov.* 53. *c.* 4. *fin.*

Missio in possessionem *ex primo decreto & ex secundo decreto* a prudentibus nostris dicitur *arg. l.* 15. §. 16. *D. damn. infect.* quorum illud solam custodiam; hoc & vendendi potestatem tribuit. In bonorum possessionem ex primo decreto mittimur, si quis judicii mutandi caussa fidejussorem dedit, & tamen neque potestatem sui facit, neque defenditur: *l.* 1. *pr.* D. *quib. ex caus. in possess. eat.* sive sine fraude latitet, *l.* 2. §. 1. *D. eod.* sive apud hostes captivus sit, *l.* 6. §. 2. D. *eod.* sive nullus ejus heres

heres exiſtat, *l.* 8. *D. eod.* vel ſi debitor impubes eſſet, ſed nonniſi ad pubertatem, *l.* 3. §. 1. *l.* 5. §. 2. *D. eod.* Ex *ſecundo decreto* in bona ejus iri jubet Prætor, qui fraudationis, i. e. fraudandorum creditorum cauſſa latitat, nec boni viri arbitratu defenditur; *l.* 7. §. 1. D. *eod.* & tunc in poſſeſſionem miſſis, elapſo tempore conſtituto, jus eſt, bona in quibus jam pignus conſequuti ſunt, vendendi, *l.* 7. §. 1. 2. *ſequ.* D. *l.* 9. *C. eod. tit.*

Miſſio pro dimiſſione, *l.* 17. *l.* 40. *l.* 90. *D. ad Leg. Falcid.* quæ militibus datur, qua & ſacramento ſolvuntur, & ab exercitu dimittuntur. Multiplex autem ea eſt, vel *honeſta*, quæ conceditur ob impletum juſtum militiæ tempus: *l.* 5. *C. de teſt. milit. l.* 7. *C. de fid. inſtrum.* quam Quintil. *Declam.* 13. & Livius paſſim juſtam adpellant. Eſtve *cauſſaria*, quæ ante tempus juſta aliqua de cauſſa datur: veluti ob valetudinem qua qui ſe excuſare vellet, jurejurando id faceret, neceſſe erat. Liv. *lib.* 6. *c.* 6. & *c.* 23. Apulei. *lib.* 4. *de aſin. aur.* Rebar enim, ait, me jam debilem prorſus, & exanimatum mereri cauſſariam miſſionem. Unde cauſſarios milites, quibus morbus cauſſa erat, ne militarent, Livius vocat. Tertia eſt *ignominioſa* quæ ob delictum cum privatione exiſtimationis contingebat; *l.* 1. *pr.* D. *de his qui not. infam.* Ignominioſa autem miſſio toties eſt, quoties is, qui mittit, addit nominatim, ignominiæ cauſſa ſe mittere. Semper enim debet addere, cur miles mittatur: *l.* 2. §. 2. D. *de his qui not. infam.* Itaque *ignominiæ* mentio non abſciſſe neceſſaria eſt, ſed ſufficit narrari factum militis ignominioſa miſſione dignum. Et plerumque quidem tantum adjici ad Principe ſolere, ignominiæ cauſſa ſe mittere, ait Ulp. *l.* 2. *pr.* D. *de his qui not. infam.* at macer Ictus diſerte, etſi ſine ignominiæ mentione miſſi ſunt, nihilominus ignominiæ cauſſa miſſos intelligi, ſcribit: *l.* 13. §. 3. *D. de re milit.* Miſſionis exemplum in qua & delictorum & ignominiæ fit diſerte mentio, exſtat apud Hirt. *de bello African. c.* 54. ubi inter alia Cæſar. e ſuggeſtu ad concionem loquitur: C. Aviene! (erat Tribunus militum) quod in Italia milites pop. Romani contra Rempublicam inſtigaſti, rapinaſque per municipia feciſti: quodque mihi reipublicæque inutilis fuiſti, & pro militibus tuam familiam jumentaque in naves impoſuiſti, tuaque opera militibus tempore neceſſario reſpublica caret: ob eas res *ignominiæ cauſſa* ab exercitu te removeo, hodieque ex Africa abeſſe, & quantum potes, proficiſci jubeo.

Eſt & quartum genus *miſſionis* militum, ſi quis evitandorum munerum cauſſa militiam ſubiiſſet: *l.* 2. §. 2. D. *de his qui not. infam.* quæ miſſio exiſtimationem non lædebat. Quid autem differat a miſſione exauctoratio de qua *d. l.* §. 2. vide ſub voce *exauctoratio.*

Miſſiones honorarias vel quaslibet alias dicuntur quoque obtinere decuriones: *l.* 153. *C. Theod. de decur.*

Sed & gladiatoribus *miſſio* dari dicebatur. Senec. *lib.* 9. *controv.* 6. Abſciſſa miſſione gladiator, quem armatus fugerat, nudus inſequitur.

MITIGARE. Mitigatur ita: *l.* 5. *C. famil. ercifc.*

MITIS, *e*, mitior lex ſequenda: *l.* 15. *D. de bon. libert.* mitius conſtituendum, *l.* 4. §. 1. D. *de incend. ruin. naufr.*

MITRA, in ornamentis muliebribus numeratur: *l.* 25. §. *ult. D. de aur. arg. legat.* Si, ut ait Go-

Gothofred. venustatis causa comparata est; tamen mitras magis capitis tegendi quam ornandi caussa comparatas, ait *l.* 23. §. 2. *verf. muliebria* D. *eod. tit.* Etymologic. μίτρα λέγεται ὁ γυναικεῖος τῆς κεφαλῆς ἀναδέσμος. Mitra vocatur muliebris fascia capitis. Suid. cum Hesychio: μίτρα διάδημα ἢ ζώνη. Mitra fascia vel Zona. Serv. *in lib.* 9. *Æneid. v.* 616. Pilea virorum sunt; mitræ feminarum, quas calanticas dicunt. Vide & Petr. Fabri. *lib.* 1. *semestr. c.* 15. *p.* 89.

Mitra, proprium hodie dicitur summorum Pontificum ornamentum ac tegumentum, & dein Cardinalium, archiepiscoporum & episcoporum; cujus nomen mentionem judice Du Fresne *in Glossario*, apud veteres scriptores de officiis Divinis non observamus, Episcopalis autem *mitra* triplicem speciem statuit ceremoniale episcoporum, *lib.* 1. *c.* 17. unam, quæ pretiosa dicitur, quia gemmis vel laminis aureis vel argenteis contexta esse solet: alteram, auriphrygiatam, sine gemmis & laminis vel ex serico albo, auro intermisto, vel ex tela aurea simplici: tertiam, quæ simplex vocatur, sine auro, & simplici serico damasceno, vel alio, aut etiam linea, ex tela alba contecta, rubeis laciniis & vittis pendentibus. Mitræ privilegium indultum a summis Pontificibus interdum aliis quam episcopis, v. g. Abbatibus, & Canonicis ecclesiarum cathedralium.

MITTENDARII *l.* 3. *l.* 7. *l.* 8. *C. de palatin. sacr. largit.* inter Palatinos fuerunt tam in officio Comitis rerum privatarum, ut docet *l.* 2. *C. Theod. eod. tit.* quam in officio comitis sacrarum largitionum, ut ostendit, *l.* 7. 8. 9. 23. *C. Theod. eod. tit.* Erant autem in scrinio, quod Canonum vocabatur, ut ex *d. l.* 7. discere licet, in quo scrinio canonum, tributorum & functionum publicarum ratiocinia tractabantur: Postea separatum scrinium constituere, *l.* 7. *C. Just. eod. tit.* Ex hoc autem scrinio canonum ad canonis exactionem hi *mittendarii* mittebantur in provincias a Comitibus sacrar. largitionum & rerum privatarum: vide Jac. Gothofred. *Comm. ad d. l.* 2. *Cod. Theod. de palatin. sacr. larg.*

MITTERE in bona, in possessionem: quid sit, dictum est supra sub voce *missio*. Hic vero nota: *Mittere* in consilium, i. e. post caussam peroratam, judicibus in consilium eundi potestatem facere. Cic. *in Verr.* 2. 99. Accusabo: respondebis. Testibus editis, ita mittam in consilium. Idem pro *Cluent. c.* 32. Quum in consilium mitterent Scalenum judicem, cui pecuniam dederant, non requirebant? Simili sensu Seneca *lib.* 2. *de ira c.* 27. In consilium de vita nostra mittimur. Si verum ipsi dicere nobis voluerimus, pluris litem nostram æstimabimus. Si volumus æqui omnium rerum judices esse, hoc primum nobis suadeamus, neminem nostrum esse sine culpa. Vide ad hunc locum Lips.

Mitti in munus dicitur, *l.* 1. *C. Theod. de princ. agent. in reb.* vel, quod idem est, ad necessitates publicas & privatas, *l.* 3. *C. Th. & l.* 1. *C. Just. eod. tit.*

Mittere pro remittere; ut: mitti ad judicem, *l.* 8. *l.* 9. D. *de liberal. caus. l. ult. D. de quib. reb. ad jud. eat. l.* 22. D. *de judic.* ad arbitrum *l.* 1. §. 6. *D. si cui plus quam per Leg. Falcid.* sed & mitti ad actionem dixit Gaius, *l.* 26. *D. de ædilit. edict.* Seneca *lib.* 3. *de benef. c.* 7. Melior est conditio caussæ bonæ, si ad judicem quam si ad arbitrum mittatur.

Mittere pro dimittere. Sic: si mi-

miseratione custodiam quis miserit: *l.* 14. D. *de custod. & exhibit. reor.* Mittere militem *l.* 2. *pr.* & §. 2. D. *de his qui not. infam.* ignominiæ caussa ab Imperatore missus, *l.* 2. §. 0. *D. eod. tit.* & contra: miles missus honeste: *l.* 5. C. *eod. tit.* vide supra *missio.*

MIXTURA in *l.* 82. D. *de cond. & dem. l.* 29. *D. de usurp. & usuc.* tritæ est significationis.

MIXTUS, *a*, *um.* Mixtæ actiones, in quibus uterque actor est, ut puta finium regundorum, familiæ erciscundæ, communi dividundo, interdictum uti possidetis, utrubi: *l.* 37. D. *de oblig. & act.* *Mixtæ* actiones dicuntur ex caussa, quod tam in rem, quam in personam dantur, quales sunt tres illæ priores actiones modo memoratæ, §. 20. *Inst. de act.* Unde Paulus: Finium, ait, regundorum actio in personam est, licet pro rei vindicatione sit; *l.* 1. D. *fin. regund.* Hereditatis etiam petitionem mixtam personalem actionem habere ait *l.* 7. *C. de hered. pet.*

Mixtæ quoque adpellantur actiones ab objecto, quæ tam rei, quam pœnæ persequendæ causa comparatæ sunt; §. 17. §. 18. §. 19. *Inst. de act.*

Mixtum Imperium: vide *Imperium.*

Mixta interdicta: quæ & prohibitoria sunt, & exhibitoria: *l.* 1. §. 1. *D. de interd.*

Mixto jure, nempe lege & more; apud Ulp. *lib.* 5. *resp. tit.* 4. §. 6. & 8.

Mixta munera tam personalia, quam patrimoniorum sunt: corporalique ministerio & sumtibus patrimonii, & damnis administrantis expediuntur: *l. ult. pr.* & §. 26. D. *de muner. & honor.*

MOBILIS, *e.* Mobiles res a rebus soli separantur, *l.* 1. §. 1. D. *usufr. quemadm. cav. l.* 3. §. 1. *D. de vi & vi arm.*

Mobilia, licet passivam significationem respiciant, sicut moventia activam, tamen pro eodem accipiuntur, nisi aliter de mente constet; *l.* 92. D. *de verb. signif.* Adeoque: Mobilium appellatione etiam animalia veniunt, *l.* 1. §. 1. *D. de rei vend. l.* 3. §. 13. *D. de adquirenda possess.* & servi seu mancipia: *l.* 30. §. 4. D. *eod. tit. l.* 4. *C. Theod. de bon. vacant. l.* 6. *pr.* C. *Theod. de decurion.*

Aliquando tamen *mobiles* res a *se moventibus* separantur, ut *l.* 1. *D. de ædil. edict. l.* 30. *C. de jure dot. l. un.* §. 7. *C. de rei uxor. act. l.* 2. *l.* 3. *C. de quadr. præscr. l.* 37. *l.* 49. §. 2. *C. de episc. & cler. l.* 13. *C. de servit. l.* 7. *C. de bon. quæ liber.* sicuti κινητὸν πρᾶγμα, καὶ αὐτοκίνητον separat Justinianus *in Nov.* 112. *c.* 1.

Mobilium quæ ibi mea erunt legato, nummos ibi repositos, ut mutui darentur, comprehendi; at eos quos præsidii caussa repositos habet (ut quidam bellis civilibus factitassent) eos legato contineri docet Proculus, *l.* 79. *D. de legat.* 3.

MODERAMEN, temperamentum. Ita: moderamen invenire: *l.* 64. *pr. C. Theod. de adpell.* *Moderamen* inculpatæ tutelæ: *l.* 1. *C. unde vi.* tunc fieri intelligitur, quando aliter se quis defendere, aut periculum rerum suarum effugere non potest. Quæ defensio usque adeo permissa est, ut is qui vim inferre non veretur, etiam impune occidi possit, si nulla alia ratione fugæ sit locus.

MODERARE active in *l.* 30. *C. Theod. de adpell.* Plaut. *Mil.* 2. 2. *extr.* Ego voci moderabo meæ. Gloss. vet. modero διοικῶ. Exempla alia ex Pacuvio & Accio vide apud Nonium.

Moderari solet active poni eodem significatu: ut *in l.* 6. §. *ult. l.* 3. D. *ubi pupil. educ.* &

apud bonos scriptores passim. Sed & active usurpari ostenderunt Voss. *lib.* 3. *de analog. c.* 6. 7. Scip. Gent. *lib.* I. *parerg. c.* 18. & Ducker. *de latin. veter. jurisc. p.* 388.

MODERATE *l.* I. §. 12. *D. de success. edict. l.* 3. D. *ubi pupil. educ.*

MODERATIO inculpatæ tutelæ de qua modo in verbo moderamen. Cum aliqua moderatione definiri: *l. ult.* D. *de bon. damn.*

MODERATOR i. e. rector. Ita: Moderatores provinciarum: *l.* II. *C. de offic. rect. prov.* quos Græci ἁρμοςὰς vocant. Tribuit autem specialiter hoc nomen Justinianus præsidibus provinciarum Helenoponti & Arabiæ. *Nov.* 28. *&* 102.

MODERATUS, *a*, *um. l.* 40. *D. de damn. infect. l.* I. §. 3. D *de postul. l.* 8. *D. qui satisd. cog.*

MODESTE. *Modestius. adv. l.* 28. *D. de pecun. constit.*

MODESTIA, *l.* 26. *C. de Episcop. & Cler.* virtus docens omnibus in rebus temperamentum modumque servare.

MODESTINUS Vid. *Herennius.*

MODESTUS, Consul. de quo *l.* I. §. 2. *D. de fugitiv.* is forte qui sub Alexandri severi principatu cum Probo consulatum gessit. Fuit ex Almelovenii sententia, Vettius Modestus, cujus mentio fit in lapide apud Gruter. *p.* 169 7.

MODIATIO, *l.* 16. *C. de usur. l.* 7. *C. de rer. permut. l. ult. C. de annon. civil. l.* 32. C. *Theod. de navicul.* & apud Cassiodor. *lib.* 4. *variar. c.* 7. est mensura frumenti & tritici per modios inita. Ant. August. *lib.* 2. *emend.* frumenti pensitationem interpretatur, quod Jac. Cujac. in *l. ult. C. de naufrag.* reprehendit, ubi modiationem modium frumenti esse ait: quam interpretationem probat Simon Schard. *in adnot. ad LL. navales.*

MODICE, i. e. cum modo æquo & pari. Gell. *lib.* 12. *c.* 13. Alias significat leviter; ut: modice interesse: *l.* 2. §. 24. D. *de vi bon. rapt.* modice vindicare, *l.* 28. §. 12. D. *de poen.*

MODICUS, *a*, *um*, est mediocre, leve, ut mediocre æs alienum: *l.* 5. §. 10. *D. de reb. eor.* Modica castigatio seu coërcitio: *l.* 12. *de jurisd. l.* 13. §. 4. *D. locat. l.* 7. §. 2. *l.* 12. §. 7. *D. de injur. l. ult. D. de off. ejus cui mand. est jurisd.* Modicum delictum: *l.* 9. D. *de minor.* Est quoque quod certum modum non excedit; ut: modicum tempus, *l.* 7. *pr.* D. *de hered. pet.*

MODIOLUS, in *l.* 36. D. *de aur. arg. legat.* Modioli inter pocula seu ea quæ potui sunt parata cum truellis, scyphis & phialis numerantur. Sunt autem modioli vasculi ad hauriendam aquam ex puteo aut lacu, aut flumine. Horum alius est erogatorius, alius acceptatorius: ut scribit Frontinus *de aquæductib.* & meminit Vitruv. in *lib.* 10. *c.* 9 de organis haustoriis loquens: Cum autem altius, inquit extollendum erit, eadem ratio commutabitur sic: Rota fiet circum axem eadem magnitudine, ut ad latidinem quam opus fuerit convenire possit. Circum extremum latus rotæ figentur *modioli* quadrati pice & cera solidati: cum rota a calcantibus versabitur, modioli pleni ad summum elati, rursus ad imum revertentes infundent in castellum ipse per se quod extulerint. Vide infra Modulus.

MODIUS, mensura, qua veteres frumentum admetiri solebant. Modii ænei vel lapidei memorantur *in l.* 9. *C. de suscept.* quæ est *l.* 12. *C. Theod. eod. tit.* Si frumentum ita venierit, ut in singulos modios pretium diceretur: *l.* 35. §. 5. *D. de contrah. emt.*

MODO. adv. Modo hanc modo

do illam sententiam probandam, *l.* 15. §. 32. *D. de damn. infect.* Modo si, i. e. dummodo *l.* 19. §. *ult. D. locat.* Eodem sensu, si modo: *l.* 14. D. *de sponsal.* Modo ut: *l.* 1. §. 5. D. *de susp. tut.* i. e. dummodo; ut *in* §. 1. *Inst. eod. tit.*

MODULUS, *l.* 8. §. 5. D. *de nov. oper. nunc.* Moduli sunt mensuræ operis admetiendi caussa paratæ, quibus uti solent Architecti. vide Vitruv. *lib.* 1. *c.* 2. *lib.* 3. *c.* 2. *lib.* 4. *c.* 3. sunt & aquarum moduli qui, ut ait Frontin. *lib.* 1. *de aquæd.* aut ad digitorum, aut ad unciarum mensuram instituti sunt. De his forte *l.* 3. §. 1. D. *de damno infect.* meminit, his verbis: qui modulorum aut rivi faciendi caussa opus faceret. Alii tamen hic legunt *modiolorum*, de quibus modo dictum est sub voce *modiolus.*

MODUS pro mensura cujuscunque rei, ut: modus agri, *tit. D. si mensor. fals. mod. dix.* Est quoque quod ita definitum est ut excedere non liceat, ut: Modus certus usurarum: *l.* 31. *D. de usur.* Modus lege Falcidia constitutus legatis: *l.* 1. & 81. *D. ad leg. falcid.* Atque ita accipiendum quost est a Tacito *lib.* 1. *Hist.* scriptum, Legata non ultra civilem modum reliquit. Ad modum exilii. i. e. ad exilium usque: *l.* 39. §. 1. *D. de liberal. caus.*

Modus similiter legem præscriptam usui & qualitatem significat in *l.* 4. §. 1. D. *de servitut.* ubi modus adjici dicitur servitutibus, cum definitur, quo genere vehiculi, per quam partem fundi eatur, agatur, qua hora, quibus temporibus, qua parte aqua ducatur. Et ita Justin. *in* §. *finitus. Inst. de usufr.* non utendo per modum intellige non utendo secundum modum legemque dictam in constitutione usufructus.

Modus legitimus. Vid. art. *legitimus.*

Modus porro, pro fine, vel caussa finali, maxime in materia de ultimis voluntatibus accipitur. Si cui in hoc legatum sit, ut ex eo aliquid faceret, veluti monimentum testatori, vel opus, aut epulum municipibus faceret, vel ex eo sortem alii restitueret: sub modo legatum videtur: *l.* 17. §. *ult. D. de condit. & demonstr.* Hinc modus a conditione separatur: *rubr. tit. D. de cond. & dem.* item: *rubr.* C. *de donat. quæ sub modo vel conditione vel cert. temp. confic.* Tamen: In legatis & fideicommissis etiam modus adscriptus pro conditione observatur: *l.* 1. *C. de his quæ sub mod. leg.* vocaturque modus sæpe conditio, ut: in *l.* 8. §. *pen. D. de condit. instit. l.* 21. §. 3. D. *de ann. leg. l.* 71. §. 2. *l.* 10. D. *de condit. & demonstr. l.* 2. §. *ult. D. de donat. l.* 44. *de manum. testam.*

Modus pro ratione aliquid agendi; ut: alio modo succurritur: *l.* 25. *D. de dol. mal.* stipulatio hoc modo concepta: *l.* 6. D. *de verb. obl.* Nullo modo *l.* 38. §. 3. *D. de solut.* Modis omnibus, i. e. omnino, abscisse *l. ult. C. de offic. rect. prov.*

MOENIA, *imm. l.* 11. *C. Theod. de annon. civ. l.* 1. *l.* 32. *Cod. Theod. de operib. publ.* opera publica ad muniendas urbes & Castella. Unde publica *Moenia* opponuntur privatis in *l.* 39. *C. Theod. de operib. publ.*

Moenia ab incursibus hostium civitatem defendunt. Lex illa Romuli nota est. Mœnia sancta existimantur. Maximumque fuit ejus dominationis arcanum adversus Remum fratrem suum, Ovid. 4. *Fastorum* Neve quis aut muros aut saxum vomere fossum Transeat, audentem talia dede neci, Quod hostile erat & abominandum

dum. Ponpon. in *l. un. D. de rer. divis.* Jus muniendi competebat, nisi cuiilludPrincepsindulserat. Ulpian. *l.* 2. D. *eod. tit.* ædificia mœnibus ita sociata, ut exinde insidiæ metui possint, prosterni debent. *l. ædificia C. de operib. publ.* Imperator Claudius suspicionem ex novis Jerosolymæ mœnibus a Marso Syriæ præside inchoatis novum opus nunciavit: Joseph. *lib.* 12. *Antiq.* & rebelles murorum demolitione sæpius puniuntur: Sueton. in Galba. Neque alias exstruere licebat. Gunther. *lib.* 4. Ne claudere properet urbem Jussus ab incepto populus desistere muro. Romani sæpe numero totam salutem in his posuerunt. Liv. *lib.* 31. Inter res sanctas moenia civitatis numerantur: *lib.* 2. *Inst. tit.* 1. §. 10. *l.* 1. *l.* 8. *l.* 9. §. 2. D. *de rer. divis.* Macrob. 3. *Saturnal.* 3. Mœnia civitatis violare capitale est, *l.* 8. §. 1. *eod.* Vid. Festus in voce *sagmina* & Aggen. Urbic. *in Comment. in Frontin.* Dom. Giron.

M O E N I A N A vide supra *Mœniana.*

M O E R E R E in *l.* 8. *C. Theod. de diverf. rescript.* quæ est *l.* 1. C. *Just. quando libell. princ. dat.* ubi pro meruerit corrigit Gothofred. moerueruit, atque ita Moerere ait idem esse ac precibus conqueri. Nisi, ait ipse, *qui meruerit*, preces scilicet offerre, suppleamus, id est, cui contigerit preces offerre; de quo verbi *merere* sensu supra dictum fuit.

M O E R O R, *oris.* Mœror solitudinis, de cœlibatu: *l.* 2. *C. Theod. de repud.*

M O L A, ait Varro *lib.* 4. *de lingu. lat.* a molendo. Javolenus *l.* 26. §. *ult. D. de instr. vel instrum. leg.* Molas, inquit, manuarias, suppellectilis, jumentarias autem instrumenti esse Offilius ait. Illas Gellius trusatiles quoque vocat. *lib.* 3. *c.* 3. Molæ aquariæ, hoc est, aqua versatiles memorantur a Justiniano in *l.* 10. *C. de aquæduct.* & Impp. Arcadio & Honor. in *l.* 4. *C. Theod. de can. frumentar. urb. Romæ:* ubi *aquæ molarum* legimus. Vide & Vitruv. *lib.* 10. *c.* 9. *De organorum ad aqu. haur. generibus;* ubi de molarum circinatione per aquam agitur.

Mola asinaria, de qua Luc. *c.* 17. an ea quam ab asinis aut aliis jumentis versari oporteat; ut non sit levior trusatilis? An pars molæ superior quæ ὄνος græcis est? Certe, Hesychius ait: ὄνος ἀνώτερος λίθος τῦ μύλυ. *Asina superior in mola lapis.* Et Eustathius ὄνον vocari, ait, τὸ κινύμενον τῦ μύλου. id quod in mola movetur. *Molæ* olivariæ: *l.* 21. *D. de instru. & instrum.* & apud Paull. *l.* 3. *sent. tit.* 6. quas & trapeta a latinis dici Serv. *in lib.* 2. *Geor.* scribit. cujus verbi fit mentio in *l.* 19. §. 2. *D. locuti.* Vid. art. *Catillus.*

M O L E N D A R I U S, *a*, *um.* quod ad molendum pertinet. Sic: Asina molendaria: *l.* 18. §. 2. *D. de instr. vel. instrum.* Molendaria meta: *l.* 18. §. 5. *eod.*

M O L E R E. *d. l.* 18. §. 5, *eod.*

M O L E S, opus, mari vel flumini immissum. Molem in mare projecit, *l.* 2. §. 8. D. *ne quid in loc. publ.* Cæs. *lib.* 1. *de bell. civ. c.* 25. Molem atque aggerem ab utraque parte littoris jaciebat. Moles in mare vel flumen projectæ: *l.* 1. *D. de impens. in rem dot. l.* 53. §. 3. D. *de act. emt. vend.* Suet. *in Caligul. c.* 37. Et jactæ itaque moles profundo atque infesto mari.

Moles, ut ait Fest. pro magnitudine fere poni solet. Sic, moles criminum: *l. un. C. Theod. ne sine juss. princ.* Mole debiti prægravatus: §. 8. *Inst. de societ.* Longa stipendiorum moles, *l.* 16. *C. Theod. de agent. in reb.*

M O L E S T A R E. *l.* 20. *D. de libe-*

liberat. leg. molestari : *l.* 20. *D. de liberat. leg.*

MOLESTIA. Molestiæ corporales : pro tormentis & quæstionibus diris, *l.* 126. C. *Theod. de decur. Molestia* curialis, pro onere Curialium : *l.* 177. *C. Theod. eod. tit.*

MOLESTUS, *a*, *um*, qui alicui gravior est, ut : molestus adversarius *l.* 4. §. 1. *de al. jud. mut. caus. fact.*

MOLIMEN, pro molitione & attentatione : *l.* 24. *C. Theod. de judæis.*

MOLIRI, ait Non. exstruere, dictum a molibus. Unde *demoliri* est destruere. Ita : *Moliri* in alieno : *l.* 3. §. 13. *D. de itin. actuq. priv.* novum opus : *l.* 1. §. *ult. D. de mort. inferend.* quid in publico : *l.* 1. §. 17. *D. de nov. op. nunc.*

MOLIRI etiam est attentare admittere. Sic : *moliri* contra hominum salutem dicuntur magi : *l.* 4. *C. de malef. & mathem.*

MOLITIO pro ædificio & opere publico : *l.* 2. *C. de præd. & omnib. reb. navicul. l.* 2. *C. Theod. eod. l.* 31. *C. Theod. de oper. publ.*

Molitio pro dolo : *l. ult. C. Theod. de decur. l.* 9. *pr. C. Theod. de hæret.*

MOLITOR. Molitores servi : *l.* 12. §. 5. *D. de instr. vel instrum. leg.* i. e. qui molam agunt.

MOLLIRE, mollius reddere. Molliendæ poenæ, i. e. levandæ. *l.* 42. *D. de pœn.*

MOLLIS, *e.* mollis via *l.* 2. §. 31. D. *ne quid in loc. publ.*

MOMENTARIUS, *a*, *um*, quod pro momento subsistit. *Momentaria* cura : *l.* 8. D. *de alim. vel cibar. leg.* possessio : *l.* 1. C. *si per vim vel al. mod.* quæ dejecto statim reddenda est. Hinc momentariæ possessionis interdictum pro interdicto *unde vi. l. ult. C. qui legit. pers. stand. in jud.*

MOMENTUM pro aliquo brevi temporis spatio : *l.* 8. *D. de condit. & dem.* Qui inhabitant, non momenti caussa, i. e. perpetuæ moræ caussa : *l.* 5. §. 5. *D. de injur.* Qui momento possedit : *l.* 12. §. *ult.* D. *de condit. instit.*

Momentum pro temporis puncto, Ut : Illo momento temporis : *l.* 2. *D. de cust. & exhib. reor.* Minimo momento novissimi diei : *l.* 15. *C. de div. temp. præscr.*

Momentum pro eo quo aliquid valet. Hinc nullius momenti esse & *valere* opponuntur : *l.* 32. §. 14. *D. de donat. int. vir. & ux.* Omnia, quæ contra bonos mores, vel in pactum, vel in stipulationem deducuntur, nullius momenti sunt : *l.* 4. *C. de inutil. stipul.* Eodem sensu dicitur : aliquod momentum habere : *l.* 68. *D. de hered. inst.* aliquod momentum laturus : *l.* 137. §. 1. *D. de verb. obl.*

Momentum pro eo quo res sit attentione digna. Ut : Quædam injuriæ levis nonnullius momenti videntur : *l.* 17. §. 13. D. *de injur.*

Momemtum etiam Aniano & Isidoro *lib.* 5. *origin.* interpretibus, celerem possessionis reformationem significat, ut loquitur *l.* 14. *C. de agric. & censit.* qua vi dejectus in possessionem restituitur, *l. un. C. de momentar. possess.* & apud Cassiod. *lib.* 4. *variar. c.* 44. *& lib.* 8. *c.* 28. Hinc, *momenti* quæstio & *proprietatis*, opponuntur apud D. Gregor. *lib.* 7. *Epist.* 44. Sic & momenti actio, *l. ult. C. Theod. unde vi.* eadem est, cum illa, quæ momentaneæ possessionis actio dicitur in *l. ult. C. just. qui legit. pers. stand. in jud. hab.* De momento possessionis causa dicitur : *l. un. C. si de momentar. possess. fuer. adpell. l.* 2. *C. Theod. ad leg. Corn. de fals.*

Momentum denique pro pondere in statera, *l. un. C. Theod. de ponder.* æquis & paribus suspenso statere momentis.

MO-

MONACHIUM, pro cœtu & sodalitate monachorum: *l.* 13. *C. de sacrosf. eccles.*

MONACHUS latine singulagularis vel solitarius dici potest: *c. placuit.* 16. *qu.* 4. Monachorum, inquit, conversatio & vita secundum etymologiam nominis ab omnibus discrepat: Μόναχος enim græce, latine singularis dicitur: unde monachum per omnia singulariter agere oportet. Hieron. ad Paullinum: si cupis esse quod diceris monachus, i. e. solus, quid facies in urbibus, quæ utique non sunt solorum habitacula, sed multorum. De eo genere hominum integer exstat titulus *in Cod. Theod.* qui est tertius libri 16. nec non alter de bonis clericorum & monachorum, *lib.* 5. *tit.* 3. In codice vero Justinianeo, junctim de iis agitur in titulo *de Episcop. & cler.* Vide porro *Novell.* 5. & 133. item, *C. si clericus* 16. *quæst.* 1. & *c. monachum* 20. *qu.* 4. *ext. de stat. monach.* Hostiens *in summa*, & Hieronym *in vita Pauli eremitæ.*

Monachorum quadruplex genus est. Primum eorum, qui in unum conveniunt, & vitam communem colunt sub Abbatibus & Præpositis, sub certa regula, nihil habentes proprium, qui *coenobitæ* adpellantur. Secundum genus est eorum, qui contemplationis, & majoris caussa perfectionis vitam singularem in eremo degunt, & *anachoretæ* vocantur. Tertium genus eorum est, qui nulla regula approbata, fugientes obedientiam, Abbates & regulam bini, terni & quaterni habitant, & illi Sarabaitæ vocabantur: Cassianus *Collat.* 18 *c.* 17 Quartum genus est eorum, qui vocantur Girovagi, cellas separatos habentes, ut a nemine molestentur: S. August. *lib. de oper. monach. cap.* 28. Vid. Florentis *de statu regular. part.* 2. *p.* 34.

MONASTERIUM est cœnobium monachorum vel monialium. *c.* 23. *Caus.* 18. *qu.* 2. Sumitur & pro disciplina eorum *in c.* 17. *caus.* 18, *qu.* 2. Vosc monasterium sæpe communis vox fuit habitaculis monachorum & Canonicorum regularium: Concil. Arelat. 6. *c.* 8. Hinc etiam sæpe monasterium sumitur pro ecclesia Cathedrali, Germanis *Munster.* A Paulo, Antonio ejusque discipulis Hilarione, Macario, Pachomio, & Orsiesio fundamenta monasteriorum jacta, & a tribus postremis regula tradita & conscripta: S. Hieronym. init. vit. S. Pauli. De eorum institutionibus agunt Socrates *lib.* 4. *hist. eccles. cap.* 18. *usque ad* 21. Sozomenus *lib.* 3. *c.* 13. & *lib.* 6. *c.* 28. Dn. Giron.

ΜΟΝΑΖΟΝΤΕΣ, *l.* 26. *C. justin.* & 63. *C. Theod. de decurion* qui vitam ducunt solitariam.

MONERE. Moneri actione civili, i. e. conveniri: *l.* 6. §. 2. *C. de his qui ad eccles.* Eodem fere sensu usus est Cicero in Topic. non procul a principio.

MONETA, ut Constantin. Harmenop. *lib.* 6. *tit.* 14. §. 4. καλεῖται τὸ ἀρχέτυπον σφραγιστήριον ἢ βαλλοτήριον μεθ' ὧν ὁ τῶν νομισμάτων (sic enim vetus glossarium habet) τύπος διαχαράττεται. dicitur primogenium sigillum, vel character, quo numorum forma exprimitur. Hinc ipse numus monetæ nomen tulit. Sic: monetam percutere: *l.* 19. *D. ad leg. cornel. de fals.* moneta sacra: *l.* 38. *D. de poen* quæ vultu principum figuratur. Paul. *lib.* 5. *sent. tit.* 25. §. 1.

Moneta sæpe adpellatur locus vel officina, ubi numi publico nomine percutiuntur. Ita, eorum qui in moneta publica operantur, mentio fit in *l.* 6. §. 1. *D. ad Leg. jul. peculat.* vide & *l.* 3. *l.* 7. *l.* 8. *C. Theod. l.* 2. *C. Justin. de fals. monet.* Sic & opulens moneta, est apud Auson. *urb. epigr.* 4. eademque notione Sidon. Apollinar. *Carm.* 23. *v.* 41. de Narbone: potens salubritate Delubris, capitoliis, monetis.

Sui-

Suidas *Junonem Monetam* a Romanis cultam, scribit, quasi σύμβȣλον seu monitricem, quod in bello adversus Pyrrhum & Tarentinos, de pecunia laborantes, benigno responso, ope, consilioque juvisset: in cujus templo numum cudi, institutum fuit.

MONETALIS, *e.* monetalis cussio: *l.* 18. *C. Theod. de extraord. sive sord. mun.* Triumviri monetales æri, argenti, auri flatores, *l.* 2. §. 30. D. *de orig. jur.*

MONETARIUS, *a*, *um*, qui *l.* 2. *C. quib. ex causs. serv. pro præm.* qui monetam cudit. Eutrop. *lib.* 9. *c.* 9. est is, qui in moneta publica operatur, ut loquitur *l.* 6. §. 1. *D. ad Leg. jul. peculat.* Græci χαράκτας vocant, & falsos monetarios παραχαράκτας.

MONHEMERIUM de quo Nov. 105. *c.* 1. & Leo philosophus *lib.* 1. *Anthol. græc. c.* 1. *epigr.* 4. εἰς τὸ μονημέριον, fuit ludus venatorius, populo voluptatis caussa uno per annum die exhiberi solitus.

MONIALIS *c.* 3. *X. de purgat. canon.* quæ alias Sanctimonialis appellatur in *c.* 25. *caus.* 18. *qu.* 2. *& c.* 8. *X. de vita & honest. cler.* est femina quæ disciplinæ monasticæ nomen dedit.

MONILE, *l.* 2. *C. Theod. de thesaur. l.* 27. *pr. C. Theod. de Episc. l.* 32. §. 7. *D. de aur. arg. leg.* Est, ait Fest. ornatus muliebris qualem habuisse Eriphylen fabulæ ferunt. Ex eo etiam æquis præpendens collo ornamentum monile adpellatur.

MONIMENTUM: vide infra *monumentum.*

MONITOR adpellatur, qui opera rustica urget, & operi instat, cessatoresque increpat *l.* 8. D. *de instr. vel instr. leg.* & apud Paull. *lib.* 3. *sent. tit.* 6. §. 35. nec non Columell. aliquoties.

Monitores etiam, auctore Festo, dicebantur in scena qui actoribus suggerebant, quæ dicturi essent, si eis memoria deficeret. Eodemque nomine adpellantur, qui dicentibus oratoribus, ejusdem subsidii caussa, præsto aderant. Quinctilian. *lib.* 6. *Inst. c.* 5. Plinius quoque in *panegyr. c.* 23. pro nomenclatore hoc vocabulum usurpasse videtur.

MONITORIUM Edictum. Vid. *Edictum.*

MONOMACHIUM, pugna solius cum solo seu duellum. Ea fieri consuevit, ad eruendam rei alicujus probationem aut purgationem inducendam, ita videlicet, ut qui se sic probaturum, purgaturumve aliquid obtulerit & vicerit, probasse credatur: quod genus sanguinolentum omnimodo canonica sanctio vetat. *c. monomachiam* 22. *caus.* 2. *qu.* 4. *& cap.* 2. *extra de purgat.* Domini qui duellum permittunt, duellantes, patrini & spectatores, sententiam excommunicationis incurrunt: Concil. Trident. *sess.* 25. *cap.* 19. *de reform.* & *c.* 1. *extra de Torneam.* Gregorius XIII. motu proprio *ad tollendam*, & Clem. VIII. in Bulla quæ incipit: illius vices concilii Trident. pœnas ad privata duella extendit & sedi apostolicæ reservavit. Duellum jure canonico & civili prohibitum est: Bald. *Consil.* 165. *lib.* 2. *cap.* 2. *de cler. pugn. in duello.* Diabolica arte inventum fuit, & pater filium potest exheredare, si contra ejus jussum duellaverit; Grot. *Consil.* 115. *n.* 6. *lib.* 2. Nec valet duelli consuetudo, quia numquam licet duellum acceptare, & acceptans non evitat infamiam, & recusans non deminuit honorem suum: Card. Fuscus *verb. duellum.* Quinque conditiones ad duellum necessariæ sunt: Baldus *in l. eum filius fin.* D. *de legat.* 2. & hodie a praxi exulant, post tot. SS. PP. decreta, quibus *monomachia* merito ut reipublicæ pestis damnata fuit. Dn. Giron.

MO-

ΜΟΝΟΜΕΡΗΣ, ΕΣ. unilaterale. Ita: in *l.* 13. § 2. *D. de jurejur.* μονομερὴς condictio dicitur dari, cum ex duabus condictionis furtivæ partibus, quarum una adversus furem, altera adversus furis heredem juxta Jul. Paul *l.* 5. *D. de condict. furt.* competit, posterior tantum, priore sublata datur valetque adversus eum qui juravit se furtum non fecisse, si alias contendat qui condicit, quasi cum herede se furis agere.

Apud Rhetores, ut Fortunat. *lib.* 1. Monomeres dicitur, quum ex prima tantum parte controversia, nec quidquam ex secunda adferri potest: ut sunt loci communes v. g. Leno qua parte venaturos ad se adolescentes sciebat, nocte foveam fecit occultam, ea juvenes perierant: accusatur, quod caussam mortis præstiterit, hic enim lenoni nulla defensio est,

ΜΟΝΟΜΕΡΩΣ agere dicitur is, cujus adversarius in judicio non adfuit, i, e, absente altera parte: ex quo eremodicium contingit, Nam, ut ait Hesychius, ἐρήμη, μονομερὴς δίκη. Vide *l. ult.* D. *ad SC. Trebell.* & ibi Dionys. Gothofr. Item Jac. Gothofr. *ad l. ult.* C. *Theod. de relat.*

MONOPOLIUM est mercium negotiatio, quam quis ita exercet, ut alii ab eadem arceantur; cum scilicet alicujus generis merces vel universas comparat, vel solus fabricat, ut solus ipse postea vendat. Id autem vel de facto contingit, quod quidem in civitate tolerandum non est, si ex eo aliquid incommodi in eam redundet: vel de jure; & hoc nemini, nisi voluntate summi in civitate imperantis, competere potest: nec a bono Principe concedi solet, nisi quatenus utile aut saltem innocuum est civitati. *Vide tit.* C. *de monop.* Plin. *lib.* 18. *c.* 37. Magna fraus, & sibi lucrum monopolio invenit.

MONS *Sacer*, de quo *l.* 2. § 2. D. *de orig. jur.* in via Tiburtina, ultra Anienem 3. mill. conspicitur: dictus sacer, quod Jovi consecratus esset.

MONSTRARE est ostendere in *l.* 3. *C. de reb. cred. l.* 2. D. *de proxenet.*

Monstrare pro probare aut demonstrare: *l.* 8. *C. Theod. de divers. rescr. l.* 1. C. *Theod. de numerar.*

MONSTROSUS, *a*, *um.* Vetus glossarium: τὸ ἔχον ἀνθρώπου, καὶ ἑτέρου ζώου μορφήν, quod & hominis & alterius animalis formam habet. De eo vide *l.* 135. *D. de verb. signif.* Paul. *lib.* 4. *Sent. tit.* 9. §. 3. Mulier, si monstrosum quid aut prodigiosum enixa sit. Ibi particula *aut* copulativum habet significatum, ut docet *l.* 38. D. *de verb. signif,* Adde Priscian. *lib,* 18, *p,* 1170, de hujusmodi significatu,

MONSTRUM ait Festus, ut Ælius Stilo interpretatur, a monendo dictum est, velut Monestrum. Item Sinnius Capito, quod monstret futurum, & moneat voluntatem Deorum. Et ibidem: Montra dicuntur naturæ modum egredientia, ut serpens cum pedibus, avis cum quatuor alis, homo cum duobus capitibus, jecur, cum distabuit in coquendo. Donatus *in Eunuch. Ter. Act.* 4. *sc.* 3. Monstrum, inquit, est omne contra naturam. Non. Marcellus: Monstra, & ostenta similiter intelliguntur, quod imminentia monstrent & ostendant. Cic. *lib.* 2. *de nat. Deor. c* 3. Quia enim ostendunt, portendunt, monstrant, prædicant, ostenta, portenta, monstra, prodigia dicuntur. In signis ad deformitatem puer, i. e. monstrosus ex legibus XII. Tab. cito necandus erat, teste Cicerone *de Legib. lib.* 3. *c.* 8. quod postea semper observatum fuisse patet ex Nonio, in voce *auscu-*

auscultare: ex Tibull. *lib.* 2. *eleg.* 2. Dion. Halic. *lib.* 2. *p.* 88. Senec. *lib.* I. *de ira c.* 13. & Macrob. *lib.* 2. *Saturn. c. ult.* ubi portenta, prodigiaque mala comburi dicit. Vide Jac. Gothofr. *not. ad XII. Tab. p.* 210. Enim vero hæc verbi significatum logicum scilicet, quatenus jure consultis inservire debet, non satis definiunt. Quis enim inter monstra, vel partus monstrosos, quibus, juxta *l.* 14. *D. de statu hom.* jus hominum commune denegatur, sedigitos aliosque membrorum vitio laborantes referre velit, quum hi iisdem, quibus alii homines juribus fruantur, *l.* 10. §. 2. D. *de ædilit. edict.* Igitur, separemus monstrum ab ostento ita, ut hoc sit quod in aliqua parte integrante excedit, vel deficit; illud, quod a specie solita sui generis deflectens natum sit, quod quidem indicare voluit Paulus in *d. l.* 14. his verbis: Qui contra formam humani generis converso more procreantur. Et huc facit *l.* 135. *de V. S.* Qui nempe vitulino aut equino capite in lucem editur homo, formamque in eo humanam deserit, monstrum erit. Confer. Wurffel. *Jurisprud. definit.* §. 52.

Monstrum etiam dicitur, quidquid absonum vel absurdum est. Ita: Pro monstro est, ut major sit filius quam pater, §. 4. *Inst. de adopt.*

MONSTRUOSUS. Monstruosa nomina: *l.* 6. *C. Th. de hæret.* monstruosum mendacium. Apulei. *l.* 5. *metam. p.* 165.

MONTANISTÆ hæretici de quibus *l.* 34. *l.* 48. *l.* 57. *l.* 65. *C. Theod. de hæret. l.* 5. *C. Just. eod.* a Montano dicti, qui Montanum statuerunt paracletum, mulieres ad ecclesiæ ministerium admiserunt.

MONTENSIS. Eo nomine Romæ veniebant Donatistæ, eo, quod in monte primum ecclesiam suam ibidem habuerant. Mentio eorum fit in *l.* 43. *C. Theod. de hæret.* iidem forte ac qui *montani* dicuntur in *caus.* 24. *quæst.* 3. *c.* 39. §. 34.

MONUMENTUM vel monimentum, generaliter res est, memoriæ caussa in posterum prodita. In qua si corpus vel reliquiæ inferuntur, fiet sepulchrum: Si vero nihil inferatur, erit monumentum, memoriæ caussa factum, quod cenotaphium adpellatur, *l.* 42. D. *de relig.* Potest ergo monimentum & purum esse, quod etiam probatur, *l.* 5. §. 10. D. *de don. int. vir. & ux. l.* 6. §. *ult.* D. *de relig.* Festus: Monimentum est, quod mortui caussa ædificatum est, & quidquid ob memoriam alicujus factum est, ut fana, porticus, scripta & carmina. Sed monimentum, quamvis mortui caussa sit factum, non tamen significat ibi sepultum. Unde monimentum a sepulchro separat etiam Cicero *pro Sextio c.* 67. dum ait: Unus in hac civitate, quem quidem possem ego dicere, præclare vir de rep. meritus, L. Opimius, indiguissime concidit, cujus *monimentum* celeberrimum in foro, *sepulchrum* desertissimum in littore Dyrrachino relictum est.

Sæpe tamen *Monimentum* & sepulchrum promiscue accipiuntur, ut: Si eo monimento, quod imperfectum esse dicitur, reliquiæ hominis conditæ sunt: *l. ult. D. de mort. infer.* Si projectum, aut stillicidium in sepulchrum immiserit, etiam si ipsum monimentum non tangeret, recte cum eo agi: *l. ult.* §.4. *D. quod vi aut clam.*

Monimentum sepulchri id esse, D. Hadrianus rescripsit, quod monimenti, id est, caussa muniendi ejus loci factum sit, in quo corpus impositum sit: *l.* 37. §. *ult.* D. *de religios.*

Monumentum pro quovis, quod rei memoriam ad posteritatem propagat. Sic: monimenta actorum; *l.* 31. *C. de donat.* Vetera monimenta chartarum, pro antiquis libris censualibus: *l.* 2. *C. Theod. de indulg. debit.* Monimenta publica: *l.* 37. D. *de injur.*

MORA pro dilatione quæ fit etiam juste. Sic: hereditatis aditio moram legati quidem petitioni facit, cessioni diei non facit: *l.*7. *pr. D. quand. dies leg.*

Mora pro dilatione alicui concessa ad quid præstandum. Sic: mora temporis quod datur judicatis: *l.* 51. D. *de pecul.* neque enim magnum damnum est in mora modici temporis: *l.*22.D.*de judic.*

Mora pro cessatione procrastinatione qua qui in mora est, jure suo cadit, vel incommodum aut periculum in se suscepisse videtur. Ita: si quid damni per moram adpellationis reipublicæ acciderit, *l.* 1. *D. si tut. vel curat.* Si per emtorem & venditorem mora fuisset, quominus vinum præberetur, *l.* 51. D. *de act. empt. vend.* Si mulier in mora fuit, quominus dotem reciperet, dolum malum duntaxat in ea re, non etiam culpam maritus præstare debet: *l.* 9. D. *dos quemadm. repet.* Id in quo creditor accipiendo moram fecit: *l.* 72. D. *de solut.* Mora videtur esse, si nulla difficultas impediat quominus traderet.

Mora pro debiti exsequendi injusta retardatione, cum aliquo creditoris incommodo, ut patet ex *l.* 3. *in fin. l.* 17. *l.* 21. D. *de usur.* Injustam dico, ad quam debitori nullum jus competit. Quod si huic desunt vires aut facultas solvendi, ex eo tamen nullum differendæ obligationis oritur jus: nisi hujusmodi sit obligatio faciendi quæ viribus sit æquabilis. Qui vero juste differt solutionem in mora non est, v. g. qui testes qui numerationi adfuere, adesse etiam vult solutioni, *dicta l.* 21. *D. de usur.* qui exceptiones habet: *l.*40. *in fin. D. de reb. cred. cap. non est.* 60. *de reg. jur. in* 6. Nec intelligi moram ibi fieri, ubi nulla petitio sit, ait Scævola in *l.* 88. *D. de reg. jur.* Quod sic accipiendum est, quod, ubi nulla ipso jure actio competit, vel exceptione aliqua elidi potest, mora fieri non censeatur; *juxta d. l.* 40. *de reb. cred.* Tametsi alii Scævolæ verba aliter intelligunt, nempe de petitione quæ non intervenit, jure tamen fieri potuit; & hic quidem intellectus pertinere duntaxat potest ad speciem moræ quæ ex persona dicitur.

Mora nimirum alia quæ fit *re ipsa*, alia quæ *ex persona.* Illa ex sola ipsa dilatione soloque temporis cursu, absque ulla denunciatione, interpellationeve committitur, & vulgo dicitur *ipso jure intellecta in l.* 46. §. 4. *C. de episc. & cler.* Cujusmodi *mora ex re* fieri dicitur in *l.* 32. D. *de usur.* vel *in re*, *l.* 38. §. 2. *D. eod. tit.* In minorum persona *re ipsa* & ex solo tempore tardæ solutionis, recepto jure *moram* fieri creditum est: in his videlicet, quæ moram desiderant, id est, in bonæ fidei contractibus, & fideicommissis & legatis: *l.* 3. C. *in quib. caus. in integr. rest.* Igitur in hisce, si minor debitorem suum non interpellaverit, ut eum in mora constitueret, & ratione moræ usuras consequeretur; nihilominus eas consequetur, quasi mora fiat re ipsa absque interpellatione. Porro: Fideicommissa hereditate puero data, aut, si ante restitutam decesserit, matri ejus relicta: Si puer post legati cedentem diem decessit, ad pupilli heredes fideicommissum transmittitur, utpote *re ipsa mora* subsecuta, ait *l.* 3. §. 2. *D. de adim. & transf. leg.*

Sub-

Subventum quoque est fideicommissariis libertatibus, ut *in re* mora facta esse videatur, *l. 26.* §. 1. *D. de fideic. libert.* Aliquando etiam *in re* moram esse, decerni solet, si forte non exstat qui conveniatur: *l. 23. D. de usur.*

Alias: *Mora* fieri intelligitur, non *ex re*, sed *ex persona*, id est, si interpellatus oportuno loco non solverit, ait Marcianus, *l. 32. D. de usur.* Unde Paull. *lib. 3. Sent. tit.* 8. §. 4. Moram fieri videri definit, quum postulanti non datur. Et huic convenienter Pomponius in *l. 23.* D. *de verb. obl.* ait: Si ex legati caussa, aut ex stipulatu hominem certum mihi debeas, non aliter post mortem ejus teneris mihi, quam si per te steterit, quominus vivo eo eum mihi dares: quod ita fit, si aut interpellatus non dedisti, aut occidisti eum.

Nota denique modos loquendi. Mora per venditorem emptori facta: *l. 51. D. de act. empt.* Moram facere libertati: *l.* 10. §. 21. D. *de alim. vel cib. leg.* solutioni: *l.* 44. *D. de usur.* vel alii cuicunque debito, passim in LL. nostris. Mora cautionis: *l. 8. D. de collat. bon.* In mora esse: *l.* 31. §. 1. *D. de statulib.* Mora intercessit, *l.* 44. §. *ult. D. ad SC. Trebell.* intervenit: *l.* 87. §. 1. *D. de legat.* 2. Moram interponere, i. e. in mora esse: *l. 2. C. de peric. & commod. rei vend.* Moras habere, idem est in *l.* 15. D. *ut legat. seu fideic.* Moras nectere artibus: *l. un. pr. C. de suffrag.* Moram pati: *l.* 2. §. 18. D. *ad SC. Tertul.* Moram præstare, *l.* 4. *C. si mancip. ita fuer. alien. ut manum.* purgare: *l.* 73. §. *ult. D. de verb. obl.*

MORARI, interdum est degere & versari in aliquo loco, vel cum aliqua persona, vel in aliqua conditione. Ut: *morari* in cœnaculo: *l.* 3. §. 7. *D. uti possid.* in civitate: *l.* 20. §. 4. *D. de instr. vel instrum. leg.* in damno: *l.* 11. §. *ult. D. ad SC. Trebel.* in hereditate, *l.* 31. D. *de reb. auct. jud. possid.* in libertate: *l.* 12. *l.* 24. D. *de liberal. caus.* in lucro: *l.* 10. §. 24. *D. quæ in fraud. cred.* apud matrem: *l.* 1. §. 1. D. *de liber. exhib.*

Morari dicitur aliquando id, quod præsens adhuc non est; *in l.* 5. §. 1. *D. ut legator.* ubi: Si petitionis dies moraretur.

Morari denique, est differre, retardare. Sic: morari cognitionem: *l. 7. C. de his qui accus. non pos.* Quos moratur religio: *l.* 36. D. *de fideic. libert.* Et apud Paull. in *l.* 85. §. *ult. D. de reg. jur.* Quoties æquitate desiderii naturalis ratio aut dubitatio juris moratur.

Morari aliquando passive usurpatur, ut: Si petitionis dies *moraretur*, id est, retardaretur, *l.* 5. §. 1. D. *ut legat. nom. cav.*

MORATORIUS, *a*, *um*. Moratoria cautio de qua Paull. *l.* 5. §. *ult. D. de censib.* est quæ datur, ut quis differat & exspectet.

Moratoria præscriptio de qua in *l. 2. C. de precib. Imp. offer.* interprete Aniano in *l.* 1. *C. Theod. de divers. rescr.* est, quæ caussam prolongat, hoc est quando induciæ a litigatore petuntur a judice.

MORBOSUS, *a*, *um*. Morbosus & sanus opponuntur: *l. 6.* §. *ult.* D. *de ædilit. edicto.* Attamen ut morbus a vitio: ita morbosus a vitioso separatur: *l. 6.* §. *ult.* D. *eod. tit.* Mancipium morbosum vel vitiosum: *l.* 51. D. *eod. tit.* Morbosi vero qui censeantur vel non, vide *l. 6.* §. 1. & §. *ult. l. 7. l. 9. l.* 11. *l.* 12. *l.* 13. *l.* 14. *pr.* & §. 8. D. *eod. tit.* Quidam jumenta pavida & calcitrosa morbosis non adnumeranda, dixerunt; animi enim, non cor-

corporis hoc vitium esse: *l.* 14. §. 3. *D. eod. tit.*

MORBUS, est habitus cujusque corporis contra naturam, qui usum ejus ad id facit deteriorem, cujus caussa nobis ejus corporis sanitatem dedit, *l.* 1. §. 7. *D. de ædilit. edict.* Verum est morbum esse temporalem corporis imbecillitatem, *vitium* vero perpetuum corporis impedimentum, ait Modestinus, in *l.* 101. §. 2. D. *de verb. signif.* Intellige hic non ex accidenti sed sua natura perpetuum: Nam perpetuum, quoque morbum legimus in *l.* 65. §. 1. D. *de ædilit. edict. l.* 54. *D. de procurat. l.* 5. D. *de postul.* qui nempe ex accidenti non sua natura perpetuus est, atque ita differt a vitio. Gell. *lib.* 4. *c.* 2. ait id quoque in libris veterum jurisperitorum scriptum esse, morbum & vitium, distare, quod vitium perpetuum; morbus cum accessu discessuque sit: Sed hoc si ita est, neque cæcum, neque eunuchum, morbosum esse, contra Labeonis, quam supra dixit sententiam. Ex Labeone enim Paulo ante posuerat: partis (corporis) morbum esse cæcitatem. Ad alia porro verba Labeonis dicentis: Balbum & antiphum vitiosos magis quam morbosos esse: subjecerat idem Gell. *sed cui morbus est, is etiam vitiosus est. Neque tamen contra fit. Potest nempe qui vitiosus est, non morbosus esse.* Sed salva res est. Vitium generaliori sensu morbum sub se comprehendit, qui est cum accessu vel discessu, & vitium in specie sic dictum, quod est perpetuum. Nonius Marcellus: morbum a vitio prudentia veterum sic voluit separari, ut sit morbus cum accessu, aut temporis utique aut contagii: vitium perpetua & insanabilis atque irrevocabilis caussa. Et ita morbus, vitiumve & in servis, & in jumentis, separatur, *l.* 35. *l.* 48. §. 1. *de ædil. edict.* Quanquam Ædiles morbum & vitium bis κατὰ τοῦ αὐτοῦ, tollendæ dubitationis gratia dixisse, Ulpianus existimat: *l.* 1. §. 7. *in fin.* D. *de ædil. edict.* Morbi adpellatio in edicto Ædilium non videtur pertinere nisi ad corpora, *l.* 4. §. 3. D. *eod. tit.* Morbum esse, sine voce esse, adparet ex *l.* 9. *D. eod.* Furor quoque morbus dicitur: *l.* 14. *D. de offic. præs.*

Morbus Comitialis vide *Comitialis.*

Morbus sonticus, vide ibid. & voce *sonticus.*

MORDERE, *l.* 11. §. 5. D. *ad leg. Aquil.*

MORI proprie est vita decedere; in *l.* 121. §. 2. *D. de verb. oblig.* & *l.* 77. §. 4. *de legat.* 2. *l.* 48. §. *ult. D. de jure fisci*, ubi mori de morte tantum naturali non civili intelligitur.

Alias deportatus patronus *mortui* loco habetur: *l.* 4. §. 2. D. *de bon. libert.* ac plane interire homines maxima & media capitis deminutione æque, atque morte, dicuntur *l.* 63. §. *ult.* D. *pro soc.* quod de deportatis speciatim ait Ulp. *l.* 1. §. *ult.* D. *de bon. possess. contra tab.* Sed & exheredati pro mortuis habentur: *l.* 1. §. 6. *D. de conjung. cum emancip. lib.* eo quidem effectu ut juste exheredati in computatione legitimæ non connumerentur inter heredes. Item pro mortuo habetur is, cujus bona universa publicantur, quum in ejus locum alius succedat: *l.* 65. §. 12. D. *pro socio.* adeoque per id distrahitur societas tanquam morte socii.

Ceterum, ad interpretationem *l. ult. D. quand. dies leg. ced.* & *l.* 1. §. 19. *D. de collation.* pertinet, quod Gellius *lib.* 6. *c.* 13. quæsitum narrat, quando moriens moreretur? an quum jam in morte esset? an tum etiam cum in vita

vita foret? additque; quosdam moriendi verbum atque momentum, manente adhuc vita, dici ac fieri potuisse: alios nihil in eo tempore vitæ reliquisse, totumque illud, quod mori dicitur morti vindicasse, sed Plato inquit noster, neque vitæ id tempus, neque morti dedit, sed peperit expressitque quoddam novum in confinio tempus, quod verbis propriis atque integris τὴν ἐξαίφνης φύσιν, id est, repentinam naturam adpellavit.

Mori autem non tantum animales dicuntur, sed & quæ anima carent, eæque tum corporales, tum incorporales. Sic: mori dicitur lis, *l.* 1. §. 1. *l.* 3. §. *ult.* D. *quæ in fraud. credit.* vitis, *l.* 4. D. *de censib.*

MORIO, *onis* idem ac fatuus in *l.* 4. §. 3. *D. de ædilit. edict.* & apud Div. Augustin. *lib.* 1. *contra pelag.* qui ait, hujus generis homines in deliciis, & in mancipiorum æstimatione, pretiosiores fuisse.

MOROSE, i. e. cum fastidio & difficultate: *l.* 6. §. 3. D. *de offic. præsid.*

MORS proprie est σώματος καὶ ψυχῆς διάλυσις, ut Gell. *lib.* 2. *c.* 8. tradit, id est, ut Cic. 1. *Tusc.* exponit, discessus animæ a corpore. Eaque vera & naturalis mors est, quam ultimam rerum, i. e. vitæ, lineam esse dicit Horatius 9. *ep.* 16. 79. Huc pertinent: mortis cogitatio: *l.* 35. D. *de mort. caus. donat.* Mortem sibi consciscere, *rubr. D. de bon. eor. qui ante sent. vel mort. sibi consciv.* si mors contigisset: *l.* 29. *D. de mort. causs. don.* mortem obire: *l.* 14. *D. de jure codicill.* Morte præventus: *l.* 13. §. 4. D. *de jur. fisc.* Mortis pœna: *l.* 1. D. *de bon. eor. qui sib. mort.* quæ videlicet damnato vitam adimit, ut loquitur *l.* 6. §. *ult.* D. *de pœn.* solemnia mortis peragere, *l.* 44. D. *de manum. testam.* Sua morte decedere: *l.* 28. *D. de bon. libert.*

Mortis causa capitur, quum propter mortem alicujus capiendi occasio obvenit, exceptis his capiendi figuris, quæ proprio nomine adpellantur. Certe enim & qui hereditario, aut legati aut fideicommissi jure capit, ex morte alterius nanciscitur capiendi occasionem. Sed quia proprio nomine hæ species capiendi adpellantur, ideo ab hac definitione separantur. Ita Gaius in *l.* 31. *pr. D. de mort. caus. don.* Nimirum, mortis caussa capio generis quidem nomen est, quod omnes species complectitur, quibus quid propter alicujus mortem capitur: veluti, hereditatis, legati, fideicommissi; sed cum illarum quæque proprium nomen haberet, factum est, ut quæ specialem nomen non habet, communi nomine adpellata sit, quo designetur acquisitio rei cujusdam propter mortem alicujus, citra ullum hereditatis, legati aut fideicommissi titulum. Ita: mortis caussa capimus, non tunc solum, cum quis suæ mortis causa nobis donat: sed & si propter alterius mortem id faciat: *l.* 18. *pr.* D. *de mort. causs. donat.* Confer & *l.* 22. *D. eod. tit.* Porro, mortis caussa capitur pecunia, quam statuliber, aut legatarius alicui conditionis implendæ caussa numeravit, item ea, quam quis in hoc accepit, ut vel adeat hereditatem, vel non adeat, vel, ut legatum omittat. Sed & dos, quam quis in mortem mulieris a marito stipulatur, capitur mortis caussa *d. l.* 31. §. 2. D. *eod. tit.* Alias hac classe contentas species vide in *l.* 8. *l.* 21. *D. de mort. caus. donat. l.* 1. §. 8. item *l.* 36. D. *ad Leg. Falcid. l.* 55. *D. de condit. & dem.* ubi hereditario jure vel testamenti nomine habere,

& mortis cauſſa capere ſeparantur. Adde *l.* 28. §. *ult. D. qui & quib.*

Mortis cauſa donatio quid ſit & hujus ſpecies vide ſupra in voce *donatio.*

Ad ſimilitudinem *mortis* naturalis alii quoque caſus admiſſi ſunt, qui *mortis* vicem repreſentant, qualis eſt aquæ & ignis interdictio: *l.* 29. §. 5. D. *de liber. & poſth.* Sed & ſervitus morti adſimilatur. Hi caſus ſunt *mortis civilis*, quæ in maxima mediaque capitis deminutione conſiſtit. Amiſſo enim libertatis civitatiſque ſtatu, perſonæ eſſe deſinebant homines, ac proinde mortuis ſimiles habebantur. Vide *Capitis deminutio.* De aquæ & ignis interdictione Paulo aliter Lactantius *in divin. inſt. lib.* 2. *c.* 10. Interdicto, inquit, uſu earum rerum, quibus vita conſtat hominum (*aquæ & ignis*) perinde habebatur, ac ſi eſſet, qui eam ſententiam exceperat, morte mulctatus. Utcunque vero ſe res habeat, ex ea fictione eſt, quod exſules diem, quo reſtituti fuerant, *natalem ſuum* dicerent, veluti Cicero *poſt redit. c.* 11. & quaſi *alterius vitæ quoddam initium*: Idem *lib.* 4. *ad Attic. Epiſt.* 1. immo Cotta apud Saluſt. *in fragm.* ideo ſe *bis genitum* adpellaret.

Morsus honoris alieni: *l.* 10. C. *Theod. de re milit.* id eſt ut Jac. Gothofr. interpretatur, dolor & ſenſus aculeatus, quem quis exinde capit, quod alios ſibi prælatos videt.

Mortalis, *e.* Sæpe etiam de rebus inanimatis uſurpatur. Sic mortale opus: *l.* 19. *l.* 12. *C. Th. de pagan.* id eſt, caducum. Mortales res: *l.* 11. §. 5. D. *de minor.* Lactant. *lib.* 7. *c.* 17. Mortalia ſunt mortalium opera.

Mortalitas pro morte & naturali fato: *l.* 22. D. *ad SC. Trebell.* Quum mariti mortalitas intervenit: *l.* 2. D. *de pact. dot.* Servitutem mortalitati fere comparamus, *l.* 109. D. *de reg. jur.* De hac locutione, an ſatis latina ſit, remittit Heineccius ad Ducker. *de latinit. veter. Ictorum p.* 376.

Mortifer vel *mortiferus*, *a*, *um*, quod mortis cauſam præſtat, ut loquitur *l.* 7. §. 5. D. *ad Leg. Aquil.* Mortiferum vulnus inflixiſſe cenſentur, non ſolum qui ita vulneraverint, ut confeſtim vita privarent, ſed etiam hi, quorum ex vulnere, certum eſſet aliquem vita exceſſurum: *l.* 51. D. *ad Leg. Aquil.*

Mortifere vulnerare *l.* 36. §. 1. D. *ad Leg. Aquil.* ægrotare dixit Plin. *lib.* 3. *Epiſt.* 16. i. e. lethaliter.

Mortuus. De *mortuo* inferendo interdictum habet locum; ut quis non prohibeatur mortuum inferre & ſepelire, quo licet ei inferre & ſepelire: *l.* 1. *pr. D. de mort. infer.* ut ſi in via prohibeatur, vel ſepulcrum ædificare, vel lapides ad ædificandum, per fundum ducere: *d. l.* 1. §. 5. & §. 8.

Mos, Ulpianus *tit.* 1. *reg.* §. 4. Mores definit tacitum conſenſum populi, longa conſuetudine inveteratum. Nimirum ex non ſcripto jus venit, quod uſus comprobavit. Nam diuturni *mores* conſenſu utentium comprobati, legem imitantur: §. 9. *Inſt. de jur. nat. gent. & civ.* Inveterata conſuetudo pro lege non immerito cuſtoditur, & hoc eſt jus, quod dicitur moribus conſtitutum: *l.* 32. *D. de legib.* atque hi ſunt νόμοι ἄγραφοι. §. 3. *Inſt. de jur. nat. gent. & civ.* Suidas: ἔθος, νόμος ἄγραφος. Τὸ δὲ ἔθος οὐκ ἔστιν εὕρημα ἀνθρώπων ἀλλὰ βίου καὶ χρόνου. Mos eſt jus non ſcriptum. Mos porro non eſt inventum hominum, ſed vitæ & temporis. Servius *in* 7. *Æneid.* Varronem tradere ſcribit: morem eſſe communem conſen-

ſenſum omnium ſimul habitantium, qui inveteratus conſuetudinem facit. Quintilian. *lib.* 5. *c.* 10. Pleraque, inquit, in jure non legibus, ſed moribus conſtant. Feſtus hoc verbum ad religionem & cerimonias ſacras reſtringit his verbis: Mos eſt inſtitutum patrium, pertinens maxime ad religionem cerimoniaſque Deorum antiquorum. Ex illis autem omnibus vix accurata pro lege habendorum morum prodibit definitio, qua intelligi poſſit cur & quatenus & qui mores legis habeant vigorem. Mores ſane, conſuetudinem & uſum ſynonima eſſe ex dictis apparet, ſiquidem & reciprocantur velut abundanti definitione, & unum pro altero invicem ponitur. Neque tamen perfecta illa eſt ſynonymia. Etenim actus ſimiles, qui nomine *morum* in genere veniunt, vel eos ipſa lex ſcripta comitatur quæ eoſdem fecit; vel ex ipſis nulla lege ſcripta exiſtente, jus quoddam inductum intelligitur, qui tunc mores in ſpecie, ſeu conſuetudo dicuntur. Priori ſenſu videntur intelligi mores in *l.* 5. *D. de extraord. cogn.* ubi: Status legibus moribuſque comprobatus: *l.* 3. §. 1. *D. de donat. int. vir. & ux.* Si matrimonium moribus legibuſque noſtris conſtat: & *l.* 19. D. *de capt. & poſtl. reverſ.* Moribus & legibus conſtitutum eſt jus poſtliminii. Sed abſque lege ſcripta veniunt mores apud Ulpianum. *dicto tit.* 1. *reg.* §. 4. item in *l.* 22. §. 1. D. *de juriſd.* his verbis: pleraque in jure non legibus ſed moribus conſtant. Et eo ſenſu conjunguntur cum conſuetudine; ut: ferias ſecundum mores & conſuetudinem, quæ retro obtinuit, dare: *l.* 7. §. 1. *D. de off. proconſ.* Quæ moris ſunt & conſuetudinis: *l.* 31. *de ædilit. edict.* Quod moribus & conſuetudine inductum: *l.* 32. *D. de legib.* ubi *Mores* & conſuetudo κατὰ τὸ αὐτὸ dici videntur. Porro leges Regiæ abrogato Regibus Imperio non equidem pro legibus amplius habitæ, ut diſcimus ex Pomponio, *l.* 2. §. 3. *D. de orig. jur.* Sed eas valuiſſe ὡς ἐθίσμους πρoτέρους, tanquam priſcos mores, docet Dionys. Halic. *lib.* 5. *antiq. Rom.* Hinc, moribus receptum jus patriæ poteſtatis ait Ulpianus *l.* 8. *D. de his qui ſui vel alien. jur.* etſi ex eodem Dionys. *lib.* 2. pateat, jus patriæ poteſtatis lege Romuli inductum eſſe. Ita & pœnam cullei more majorum inſtitutam, ait Modeſtinus, *l.* 9. *D. ad Leg. pomp. de parricid.* quam tamen vel Atilium, vel Aquilium quemdam, jam ſub Tarquinio parricidii accuſatum, dediſſe, denuo teſtatur Dionys. Halic. *lib.* 2. *c.* 70. ceu obſervat Heineccius. *More* majorum puniri quid ſit, vide ſupra in voce *majores.*

Morem gerere pro obtemperare: *l.* 71. D. *de rei vind. l.* 5. D. *famil. erciſc. l.* 14. D. *de prob.*

Morum adpellatione, quemadmodum Quinctilian. *lib.* 6. *c.* 3. tradit, omnes habitus mentis continentur, adeoque omnis vivendi ratio morum nomine venit. Eſtque verbum μέσον; ita ut ſint vel boni vel mali mores; ut in hiſce phraſibus. Matremfamilias faciunt boni mores: *l.* 46. §. *ult.* D. *de verb. ſignif.* Propter nequitiam, maloſque mores: *l.* 43. §. 4. D. *de Ædilit. edict.* Sed & pro malis moribus aliquando abſolute mores legimus; ut: ob mores competit retentio dotis: *l. un.* §. 5. *C. de rei ux. act. toll.* Ulp. *tit.* 6. *Reg.* §. 9. Item *in* §. 9. *ejuſd. tit.* ait: Mores graviores, ſeu majores, inter virum & uxorem, adulteria tantum; leviores ſeu minores, omnes reliqui.

Sunt vero *mores* vel ſingulorum,

vel publici. Ad illos spectant phrases modo citatæ. Ad publicos vero hæ pertinent: Si liberis sublatis reversa post jurgium per dissimulationem mulier, veluti venali concordia ne dotata sit, conveniat, conventio secundum ordinem rei gestæ moribus improbanda ea stipulatio est: *l. 27. D. de pact. dotal.* (ubi mores absolute, pro bonis moribus, quemadmodum *l. 35. §. 1. de verb. obl.*) Adversus bonos mores festinasse dicitur qui proximæ cognatæ viventis bona donavit: *l. 29. §. ult. D. de donat.* Parta quæ contra bonos mores sunt, vim nullam habent: *l. 6. C. de pact.* In edicto de injuriis, quod ait Prætor, *qui adversus bonos mores convicium cui fecisse dicitur*, Labeo ait, sic accipiendum, non ejus qui fecit, sed generaliter accipiendum, adversus bonos mores hujus civitatis: *l. 15. §. 28. & §. 38. D. de injur.*

Mores boni pro viris probis, ut *mores mali* pro improbis hominibus aliquando accipiuntur. Sic: Exceptio quæ patroni parentisve opinionem apud *bonos mores* sugillet: *l. 2. §. 4. §. 16. D. de dol. mal. & met. except.* Quum sæpe materiam peccandi *malis moribus* præstaret. Et *in Consult. vet. Icti. p.* 82. Tibi & bonis moribus constat. *Heinecc.* ex Bynkersh. *lib. 16. c. 25. p. 274.*

MOTIO. Cunctis motionibus, & machinis amputatis: *l. ult. C. Theod. fin. reg.* pro quo Codex Justinianeus in *l. ult. eod. tit.* habet *molitionibus.*

MOTUS arborum naturalis, per quem translatio arborum in alium locum intelligenda videtur, *in l. 7. D. de servit. præd. urb.* Accursius intelligit agitationem arborum; Cujacius *lib. 27. c. 14.* & Zannetus *restit. ad lib. digest. c. 25.* pro earumdem vegetatione accipiunt. Primam fovet sententiam Rad. Forner. *Rer. quotid. lib. 2. c. 12.* Pro secunda & tertia remittit Heinecc. ad Ever. Otto. *præfat. Tomo 2. Thesaur. jur. præmissam.*

Motus quoque animi pro ejusdem affectione vel deliberatione ponitur. Ita: motus æqualis judicis: *l. ult. C. Th. ad Leg. Corn. de fals.* Qui ex diversis animi motibus in unum consentiunt: *l. 1. §. 1. D. de pact.* Finis negotii in judicis potestate ac motu situs: *l. 10. C. de Accus.*

Motus etiam pro animi effervescentia, ut: motu judicis villa diruta *in l. 20. D. comm. divid.*

MOVENTES se res, sunt res mobiles animales ut loquitur *l. 15. §. 2. D. de re jud.* Res *moventes* pro mobilibus etiam se ipsas non moventibus: *l. 19. D. de vi & vi arm. l. 35. D. de donat.* quæ etiam dicuntur moventia *l. ult. D. de requir. vel absent. Moventium* enim & mobilium adpellatione idem significari Celsus tradit. Si tamen adparet, defunctum animalia duntaxat, quia se ipsa moverent, moventia vocasse. . . *l. 93. D. de reg. jur.* Tunc a mobilibus moventia separantur.

MOVERE proprie est è loco in locum transferre. Ut: Qui terminos statutos extra suum gradum finem ve moverent: *l. ult. D. de term. mot.*

Movere etiam nos dicitur quo in aliquam sententiam adducimur, vel ab ea recedimus; ut *in l. 1. §. 9. D. quod legator l. 41. §. 3. D. de legat. 1.* Nec nos moveat quod; *l. 57. D. de Ædilit. edict.* & alibi passim.

Movere pro instituere, intendere, Ut: movere accusationem: *l. 20. D. de accus.* actionem: *l. 10. D. de act. empt.* arma adversus aliquem: *Paul. lib. 5. Sent. tit. 29. §. 1.* Caussam: *l. 2. §. ult. D. de Stat. defunct.* controversiam: *l. 4.*

l. 4. *D. de Carbon. edict.* crimen: *l.* 5. *C. ad leg. Fab. de plagiar.* disceptationem : *l.* 3. *C. de ordin. jud.* interdictum : *l.* 3. §. 4. *D. de lib. exhib.* judicium : *l.* 8. §. 12. *D. de inoff. test.* litem : *l.* 33. D. *de dol. mal.* negotium : *l.* 16. *D. de legation.* quæstionem : *l.* 16. *D. C. ne de stat. defunctor.* querelam inofficiosi : *l.* 8. §. 10. D. *de inoff. test.* seditionem : *l.* 3. §. 20. *D. de re milit.* i. e. comitare.

Moveri etiam est removeri, pelli, ejici. Ita : *Moveri* ordine : *l.* 5. D. *de decur.* ordine decurionum : *l.* 15. D. *ad muncipal.* senatu *l.* 7. D. *de senator.* Præscriptione motus ab excusatione perferenda : *l.* 1. D. *de operib. publ.* i. e. summotus.

MOX, vulgo est confestim, statim, in continenti : *l.* 6. §. 9. D. *de injust. rupt. irrit.* Mox, quam unus ex heredibus adierit hereditatem : Ulpian. *tit.* 1. §. 22. Mox, quam a solo separati sunt fructus : *l.* 13. D. *quib. mod. usuf-fr.* id est, simul atque, ut *l.* 25. §. 1. *D. de usur.*

Alias, mox ponitur pro deinde, postea, & interjecto aliquo intervallo : *l.* 22. §. 4. D. *ad S C. Trebell. l.* 1. §. *ult.* D. *de reb. cred. l.* 1. §. 1. *D. de verb. oblig.* & passim.

MUCATRAULUS ad quem variæ datæ sunt constitutiones, quamvis in ejus nomine male passim erratum esse, veluti in *l.* 10. *C. qui accus. non poss. l.* 7. *C. de rescind. vend. l.* 15. *C. de postlim. & redempt. l.* 8. *C. de pact.* observat Jac. Cujac. *Comm. ad tres postr. libros Cod. ad l.* 4. *de jure fisci.*

MUCIANUS, *a*, *um.* a Mucio de quo infra. Muciana cautio a L. Mucio P. F. Scævola inventa, quæ præstita impedit ne conditio in non faciendo concepta hereditatem, vel legatum usque ad mortem suspendat. De ea ait Ulpian. *in l.* 7. *D. de condit. & dem.* Mucianæ cautionis utilitas consistit in conditionibus, quæ in non faciendo sunt conceptæ, ut puta, si in capitolium non ascenderit : Si Stichum non manumiserit, & in similibus. Nec solum in legatis placuit, verum in hereditatibus quoque idem remedium admissum est. vide &, *l.* 39. §. 3. D. *eod. tit. l.* 76. §. 7. D. *de legat.* 2. *l.* 72. §. 1. *D. de cond. & dem. l.* 106. D. *de condit. & dem.* ubi Muciana cautio, satisdatio etiam dicitur.

MUCIANUS P. Licinius Crassus (a Publio Licinio Crasso adoptatus) *Mucianus*, unus e filiis P. Mucii, Quincti Mucii Auguris fratris, quorum alter fuit P. Mucius Scævola. Fuit autem ante hunc Augur, post autem Consul. anno 622. Ipsum Jurisconsultissimum eloquentissimumque perhibet Gellius *lib.* 1. *c.* 13. & ita a Cicerone adpellatum tradit Pompon. in *l.* 2. §. 40. D. *de orig. jur.* etsi nulla suæ scientiæ monumenta reliquerit. Vide sis Balduin. *jurisprud. Muciana p.* 7. 20. 24.

MUCIDUS, *a*, *um.* Mucida vina, *l.* 6. *D. de peric. & com. rei vend.*

MUCIUS. Quintus Mucius. Q. F. Q. N. Scævola Augur, Consul fuit anno 536. quem tanquam civitatis suæ oraculum laudat Cicero *in Bruto*, *c.* 39. & *lib.* 1. *de orat. c.* 51. quemque a se aliquandiu auditum esse idem tradit *ibid. c.* 89. Eum præteriit Pomponius recensendo veteres prudentes : quod nihil de jure civili scripsisset. Nec confundendus is est cum Quinto Mucio P. F. Scævola Pontifice Maximo : cujus mentio fit, *l.* 7. *pr. D. de ann. legat. l.* 1. §. 5. *l.* 5. §. 9. D. *quod vi aut cl. l.* 29. *l.* 55. *pr. D. de pen. legat. l.* 3. §. 6. *D. eod. tit. l.* 27. D. *de aur. arg. legat.* Vellei. Pa-

Paterc. *lib.* 2. *c.* 26. Scævola, ait, Pontifex Maximus & divini humanique Juris auctor celeberrimus. De hoc Vid. infra sub art. *Quintus*.

Publius *Mucius*. P. F. Q. N. Scævola, Pontifex Maximus, frater patruelis Quinti Mucii Auguris. Eum Pomponius iis accenset, qui fundaverunt jus civile: *l.* 2. §. 32. D. *de orig. jur.* Consul fuit anno ab U. C. 520. collega L. Calpurnio Pisone Frugi. Vellei. Paterc. *hist. lib.* 2. *c.* 2. Gruter *Inscript. p.* 202. *sequ.* biennio post pontifex maximus factus: Cic. *lib.* 12. *ad Attic. epist.* 4. *De orator. lib.* 2. *c.* 12. Decem eum libellos reliquisse anctor est idem Pomponius, *l.* 2. §. 39. D. *de orig. jur.* e quibus non nisi paucissima in jure nostro supersunt ἀποσπάσματα *l.* 66. D. *solut. matrim. l.* 17. *D. de legation. l.* 4. D. *de captiv. & postlim. reverʃ.* Hujus filius fuit Publius *Mucius*. P. F. P. N. Scævola Consul anno ab N. C. 575. Jurisconsultus eximius de quo idem Pomponius, *l.* 2. §. 41. D. *de orig. jur.* Stemma *Muciorum* dedit Rupertus in *Comment. iu Pomponii Enchirid. p.* 389.

Mucor, in *l.* 4. §. *pen.* D. *de peric. & comm. rei vend.* lanuginem significat, quæ ex nimia vetustate vino accessit, aut quo alio vitio contrahitur. Columella *lib.* 12. *c.* 43. Ne situ penora mucorem contrahant.

Mula & *Mulus*. Mulorum adpellatione generali & Mulæ continentur: *l.* 62. D. *de legat.* 3. Mulæ carrucariæ: *l.* 38. §. 8. D. *de Ædilit. edict.* rhedariæ apud Varron. *lib.* 3. *de re rust. c. ult.* Mulas enim carrucis & rhedis jungi solitas, patet ex *l.* 13. D. *de aur. arg. leg.*

Mulcta est specialis coercitio peccati, cujus animadversio pecuniaria est: *l.* 131. *D. de verb. signif.* Pœna generalior est significatus; ideoque mulcta & poena separantur in *l.* 68. D. *de fidejuss.* Olim pecore mulcta dicebatur auctore Festo & Varr. *lib.* 4. *de lingu. lat.* qui de vocis origine ait: 'Quod singulæ dicuntur adpellatæ multæ, quod olim unum dicebant multa. Itaque, addit, cum in dolium aut culeum vinum addunt rustici, prima urna addita, dicunt etiam nunc *multa*. Gellius *lib.* 11. *c.* 1. ex Varronis *rer. humanar.* 19. *libro*, ait, vocabulum ipsum mulctæ non Latinum sed Sabinum esse; idque ad ejusdem Varronis memoriam mansisse in lingua Samnitium, qui sunt a Sabinis orti. Sed, pergit Gellius, turba Grammaticorum novitia ea κατ' ἀντίφρασιν, i. e. per contrariam dictionem, ut quædam alia, ita hoc quoque dici tradiderunt. Huc pertinent phrases: Mulctam dicere & irrogare in *l.* 6. §. *ult.* D. *de offic. præsid.* sed & mulctam facere apud Aul. Gell. *citato capite in fine.* Mulcta damnari: *l.* 2. *D. si quis in jus voc.* Mulcta committitur: *l.* 6. *D. de condict. & dem.* Mulctam exigatur; per antiptosin in *l.* 54. *C. Theod. de hæret.* Decem librarum auri mulcta ferietur: *l.* 5. *C. Theod. de metat.* Mulcta mulctari: *l.* 1. §. *ult. D. de aleator.* mulctæ subjacere: *l.* 8. C. *Theod. de pœn.* Mulcta argentaria: *l.* 20. *C. Theod. quor. adpell.* pecuniaria: *l.* 3. §. 1. *D. de re milit.* frumentaria, in inscriptione: *l.* 1. *l.* 2. *l.* 7. *C. Theod. de præt. & quæst.* quæ & condemnatio frumentaria dicitur: *d. l. eod. tit.*

Mulctare, ait Nonius, condemnare est. Igitur hoc tam ad corporalem & aliam quamlibet, quam ad pecuniariam condemnationem pertinet. Corn. Nep. *in Epaminonda. c.* 7. Lex, ait, erat Thebis, quæ morte mulctabat:

bat : & *c.* 8. Epaminondas a Thebanis morte mulctatus est. Velleius Paterc. *lib.* 2. *c.* 12. hominesque exitiabiles in hostilia curia morte mulctavit. Cicer. *pro Cecin. c.* 34. Maleficium exilio multatum. Heredes magna pecunia mulctat testator : *l.* 27. *D. de cond. & dem.*

Mulctare, alio significatu in *l.* 10. *pr. C. Theod.* idem ac male tractare, & plagis adficere. Omisit eam vocem Tribonianus in *l.* 5. *C. Justin. eod. tit.*

MULCTATIO, est mulctæ irrogatio, in *l.* 2. *C. Theod. de prætor.*

MULCTATITIUS servus, in *l.* 1. *C. Theod. de liberal. caus.* est servus qui mulctæ nomine tradendus est.

MULIEBRIS, *e.* quod ad mulieres pertinet. Muliebria Vestimenta sunt quæ matris familias causa sunt comparata, quibus vir non facile uti potest sine vituperatione, velut stolæ, pallia, tunicæ, capitia, zonæ, mitræ, plagulæ, penulæ, ait Ulp. *in l.* 23. §. 2. D. *de aur. arg. leg.* Muliebri veste legata & infantilis continetur, & puellarum & virginum : *d. l.* 23. §. 9. D. *eod. tit.*

Muliebria pati dicuntur mares, qui pudicitiam suam præposteræ libidini substernunt, & stupro effæminantur : *l.* 1. §. 6. D. *de postul.* Tanto flagitio pollutos Prætor a postulando removet ; *d. l.* huicque sceleri Impp. gladium ultorem constituerunt : *l.* 31. *C. ad leg. jul. de adulter.*

MULIER. Eo nomine omnes dici, quæcumque sexus feminini sunt, ait : *l.* 25. *D. de aur. arg. legat.* Sic : mulieribus legatis & virgines debentur : *l.* 81. §. 1. D. *de legat.* 3. Melius est mulieribus propter fragilitatem sexus, quam maribus subveniri : *l.* 20. *C. de don. ant. nupt.* Tertullian. *de virgin. veland. c.* 5. uxores vulgi loquendi more mulieres nostras (nomine sc. generico) dici notat, additque : Ita mulier non natura (i. e. non quatenus a virgine separetur) est nomen uxoris, sed *uxor* conditione est nomen mulieris : denique mulier & non uxor dici potest, non mulier autem uxor dici non potest, quia nec esse : Ita Tertullianus. Et sane *Mulieris* adpellatione etiam virginem integram viri potentem contineri, observat etiam Caius, *l.* 13. D. *de verb. signif.* idque verissimum esse, cum multa veterum testimonia, tum & illud Servii *ad Virgil. Æneid. lib.* 11. *v.* 687. ubi ad verba : advenit, quæ vestra dies mulieribus armis Verba redargueret. Apud majores, inquit, indiscrete virgo dicebatur & mulier. Utrumque enim (vocabulum, mulier sc. & virgo) sexum significabat, ut ecce hoc loco dicit (Virgilius) *armis muliebribus*, quum Camillam innuptam fuisse manifestum sit. Item in Bucolico legimus : *Ah Virgo, quum Pasiphaen constet ex Minoe ante amorem tauri, filios suscepisse.* Quin etiam Terent. *in Hecyr. act.* 1. *sc.* 2. *v.* 61. Mulierem post vitium oblatum *virginem* vocat. At Ambrosius, *lib.* 1. *Epist.* 1. Mulier sexus est, virgo species. Et ita virgo a muliere separatur, *l.* 16. D. *de manum. vind.* Si me virginem emere putarem, cum jam mulier esset : *l.* 11. D. *de contrah. empt. l.* 11. §. 5. *D. de act. emt. vend.* Nam ; usus obtinuit, (deinceps) ut innuptas *virgines*, nuptas *mulieres* vocemus, ait Servius, ante verba modo citata. Hinc est, ut in jure nostro, mulieris vocabulum, modo virgines simul complectatur, modo de nuptis vel viduis, modo promiscue dicatur. At, notatu dignissimus est locus *l.* 14. §. 7. D. *de ædilit. edict.*

edict. Mulierem ita arctam, ut mulier fieri non possit, sanam non videri, ubi per πλοκὴν mulierem primo loco personam, posteriore qualitatem designari observat Voss. *lib.* 5. *Inst. orat. c.*2. §. 3.

MULIERCULARIUS *in l.* 2. *pr. C. Theod.* est, qui mulieres adsectatur, sicut ancillarius, qui ancillas. Interpres luxuriæ deditum interpretatur, sub quo tamen aleatorem simul comprehendit. Glossa Isidori *Mulierarium* & femellarium adpellat. Plautus *mulierosum in Poenulo*, *Act.* 5. *sc.* 5. *v. n.* 4.

MULIO, qui mulos mulasve agit: *l.* 1. §. 4. *D. si quadrup. paup. fec. dic.* muliones de urbano artificio sunt, nisi propter opus rurestre testator eos destinatos habebat: *l.* 99. §. 2. D. *de legat.* 3. Erant & muliones publici, qui curandis mulis, cursui publico destinatis præerant, *l.* 10. *l.* 14. *in fin. l.* 31. 34. *l.* 53. *pr. l.* 58. *C. Theod.* & *l.* 4. *C. Justin. de curs. publ.*

MULOMEDICUS: *l.* 1. *C. de excus. artif.* Ibi enim hoc verbnm esse inserendum, cum ex Accursii glossa, tum ex *l.* 2. *C. Theod. eod. tit.* & veteribus libris patet. Fit & mulomedicorum mentio *l.* 31. *C. Theod. de curs. publ.* & apud Firmic. Matern. *lib.* 18. *mathes. c.* 4. Sunt autem Mulomedici, qui animalibus ægris medentur, veluti equarii medici, ceu vocat Valer. Max. *lib.* 9. *c. ult.* & 2. Cæterum ex eo, quod non inter professores & medicos, sed artifices numerantur Mulomedici, ἱππιατροὶ, vel veterinarii, facile patet, abjectiorem esse hanc artem, quamvis a medicina secundam, & reipublicæ utillissimam, ceu demonstravit, qui ex instituto hanc artem excoluit & singulari commentario illustravit Vegetius *de re veterin. in præfat.* quod observat *Heinecc.*

MULSUM, potio ex vino & melle concinnata: *l.* 5. §. 1. *D. de rei vind. l.* 7. §. 7. *de adquir. rer. dom.* §. 25. *Inst. de rer. divis.* A Græcis οἰνόμελι adpellatur & μελίκρατον, ut Pollux *lib.* 6. *segm.* 17. Id ex vino vetere factum ad appetentiam & aviditatem cibi revocandam, auctor est Plin. *lib.* 22. *de natura mellis.* Ulp. *in l.* 9. *pr.* D. *de tritico vino, vel ol. leg.* Si mulsum, inquit, sit factum, vini adpellatione non continebitur, nisi forte paterfamilias etiam de hoc sensit. Et in *l. ult.* §. *ult.* D. *eod. tit.* Mulsum inter dulcia numeratur. Quin Mulsum ex pluviæ aqua fieri solitum, ex Galeni *lib.* 4. *tuendæ sanitat.* annotat Cælius Rhodig. *lib.* 23. *c. ult. lect. antiq.*

MULTIFARIAM, i. e. multis modis. *l.* 7. *pr.* D. *de incend. ruin. naufr.*

MULTIMODUS, a, um, quod multifariam fit. Ita: *multimoda* donatio: *l.* 5. *C. Theod. de suar.* observatio: *l.* 2. §. 1. *C. de Episc.* & *Cler.*

MULTIPLICARE, i. e. multiplex facere; hoc sensu: multiplicata actio: *l.* 6. *D. de public.* & *vectig.* Multiplicata scita divalia, id est, constitutiones Principum multæ: *l.* 48. *C. Theod. de hæret.*

MULTIPLICATIO verborum: *l.* 36. §. 6. *D. de aur. arg. mund. leg.*

MULTITUDO hominum, i. e. turba: *l.* 4. *D. de vi bonor. rapt.* Paul. *lib.* 5. *Sent. tit.* 30. §. 1.

MULTO, construitur cum comparativo, ut: *Multo* justius *l.* 6. D. *de magistr. conven.* magis: *l.* 36. §. 1. *D. de hered. pet.* minus: *l.* 24. *D. de mun.* & *honor.* pluris: *l.* 61. *D. ad leg. falcid.*

MULTUM adv. Multum esse, pro multum interesse: *l.* 6. D. *de publican.* & *vectig.*

MULTUS

MULTUS, *a*, *um*, Multi dixerunt: *l.* 41. D. *de recept. arb.* Post multum tempus: *l.* 1. §. 12. D. *de separat.*

MULUS. vide supra *mula.*

MUNDANI in *l.* 55. §. 1. *C. de Episc. & cler.* sunt laici, qui est Idiotæ *Nov. 6. c.* 1. & seculari conversationi dediti in *l. 56. C. dict. tit.*

MUNDUS, *a*, *um*, ut ait Festus, lautus & purus. Munda esse potest mulier, non tamen ornata, *l.* 25. §. 10. D. *de auro arg.* Sed & res mundæ dicebantur. Salicis mundæ annua librarum singula millia: *l.* 12. *de ann. legat.* Mundas consequi pro mundis annonis dixit Lamprid. in Alex. Sev. *c.* 42. uti mundas bucellas *l.* 5. *C. Theod de annon. civ.*

Mundum charta pura, schedave, in quam contractus redigitur: *l.* 16. *C. de fid. instrum.* χάρτην καθαρὸν vocat Justinian. *Nov.* 45. *c.* 2. *init.*

Mundus, *Subst.* in genere est, instructum cuique rei instrumentum: Barth. *lib.* 8. *adversar c.* 12. Sic mundus nuptialis: Apulei. *metam lib.* 4. operæ messoriæ mundus omnis, apud eund. *lib. 6.* metam. Mundum etiam rusticum dixit Plaut. *Mercur. Act.* 1. *Sc.* 1. *v.* 65.

Mundus autem *Muliebris* est quo mulier mundior fit. Continentur eo specula, matulæ, unguenta, vasa unguentaria, lavatio, riscus: *l.* 25. §. 10. *D. de aur. arg. legat.* item argentum balneare: non etiam ornamenta, vestes, monilia, annuli: *l.* 32. §. 7. D. *eod. tit. l.* 100. §. 2. D. *de legat.* 3. Unde & a veste & ab ornamentis mundus separatur *ibidem*, quanquam & vestem sub mundo comprehendat Apulei. *lib.* 2. *metam.* Tertull. *de cultu fem. c.* 4. Habitus feminæ, ait, duplicem speciem circumfert, cultum & ornatum, cultum dicimus, quem mundum muliebrem vocant: ornatum, immundum muliebrem convenit dici. Ille in auro & argento, & gemmis & vestibus disputatur. Iste in cura capilli & cutis & earum partium corporis, quæ oculos trahunt. Alteri ambitionis crimen intendimus, alteri prostitutionis. Et ita mundum muliebrem accipe *l.* 39. *D. de usu & usufr. leg. l.* 39. *D. de aur. arg. legat.* Varro *lib.* 4. *de lingu. lat.* Mundus muliebris dictus a munditia. Festus: Mundus etiam dicitur ornatus muliebris, quia non alius est quam qui moveri potest. Ateius: cum virginali mundo clam pater. Liv. *lib.* 34. *c.* 7. Munditiæ, ornatus & cultus, hæc feminarum insignia sunt. Hunc mundum muliebrem adpellarunt majores nostri. Inde Senec. *lib.* 1. *natural. quæst.* Adeoque omnia indiscreta sunt perversissimis artibus, ut, quidquid mundus muliebris vocatur, sarcinæ viriles sint; minus dico, etiam militares.

MUNERARE, pro *munerari* dixisse fertur Ulpianus *l.* 6. *in fin.* D. *de bon. damn.* Sed ita habet Halcandrina duntaxat, quum in vetere Florentino codice sit munerari, uti *l.* 10. §. *ult. mand.* compositum *remunerari.* Neque tamen & prius solœcum esse ostendit Ducker. *de latin. vet. Ictor.* Cic. *pro Dejot. c.* 6. locus erat quidem, in quo erant ea composita, quibus Rex eum munerare constituerat. Senec. Epist. 119. Inani me lance munerat.

MUNERARI pro munus gerere, ex Hotomanno affert Calvinus, quasi eo verbo usus fuerit Ulpianus, *l.* 1. §. 2. D. *de vocat. & excus. mun.* ubi tamen non *munerabantur*, sed *numerabantur* vulgo legitur. Nec ullum hujusmodi significatus exemplum apud probatos auctores occurrere memini.

MUNERARIUS. Senec. *lib.* 4.

4. *controverſ.* Quod, inquit, munerarii ſolent facere ad expectationem populi detinendam, nova paria per omnes dies diſpenſant, ut ſit quod populum delectet, & revocet; &c. Eſt autem munerarius, qui dat munera populo, gladiatoribus exhibendis, ut definit Laur. Valla, *lib.* 1. *elegantiar.* c. 6. Munerarium autem Auguſtum primum dixiſſe, Quinctilianus *l.* 8. *c.* 3. tradit. Muneratorem quoque eum, qui munus gladiatorum funebre edit, vocat Florus, *lib.* 3. *c.* 20. *comm.* 9. vide infra *Munus* ſpectaculum gladiatorium.

M U N I A. Omnia ingenuitatis munia habet, qui jus annulorum accepit. *l.* 10. §. 2. D. *de in jus voc.*

M U N I C E P S. Ita primum adpellati ſunt hi, qui ex municipiis ſuo jure & legibus ſuis utentes ſine ſuffragii jure munerum tantum honorariorum cum populo Romano participes erant, ut Gellius *l.* 16. *c.* 13. tradit. Feſtus autem: Municeps, ut ait Aelius Gallus, qui in municipio natus eſt, item qui ex alio genere hominum munus functus eſt, item qui in municipio a ſervitute ſe liberavit a municipe. (Hæc quidem non tam ad definiendum ipſum municipem, quam ad ea declamanda, quibus quis municipis jura obtinuerit, pertinent, quemadmodum ait Ulpianus *l.* 1. *pr.* D. *ad municipal.* Municipem aut nativitas facit, aut manumiſſio, aut adoptio.) item (pergit idem Feſt.) Municipes erant qui ex aliis civitatibus Romam veniſſent, quibus non licebat magiſtratum capere, ſed tamen, muneris partem, ut fuerunt Cumani, Hætani, Atellani, qui & cives Romani erant, & in Legione merebant, ſed dignitates non capiebant. IdemUlpianus in D. *l.* 1. §. 1. *eod. tit.* & proprie quidem, ait, Municipes adpellantur muneris participes, recepti in civitate, ut munera nobiſcum facerent: ſed nunc abuſive municipes dicemus, ſuæ cujuſque civitatis cives: ut puta Campanos, Puteolanos.

Hoc autem poſteriori ſenſu dixit Paulus *l.* 228. *D. de verb. ſignif.* Municipes intelligendi ſunt & qui in eodem municipio nati ſunt. Atque his modis accipe, *l.* 26. D. *de uſufr. l.* 97. *D. de condit. & dem. l.* 20. §. *ult. D. ſi ſervit. vind.* Utrobique porro procedit quod ait idem Paul. *l.* 18. D. *de verb. ſignif.* Municipes dicti, quod munera civilia capiant, & Varro *lib.* 4. *de lingu. lat.* munere, municipes, qui una munus fungi debent.

Poſteriori vero ſenſu dicuntur municipes ubi in *l.* 6. §. *ult l. ult.* §. 22. *D. de muner. & honor.* ab incolis ſeparantur; quin in *l.* 17. §. 10. *D. ad municipal*, ubi: municeps aut colonus.

Municipes autem quam a colonis differant relati ad civitatem Romanam docet Gellius *D. lib.* 16. *c.* 13. vid. ſupra art. *colonia.*

Municeps eſſe (reſpectu municipum ceterorum) deſinit Senatoriam adeptus dignitatem quantum ad munera: quantum vero ad honorem, retinere creditur originem: *l.* 13. *pr. D. ad municipal.* vide *Municipium.*

M U N I C I P A L I S. *e.* quod ad municipium pertinet. Ita: Municipalis lex, quæ eſt propria cujuſque municipii lex: *l.* 3. §. 4. D. *quod vi aut cl. l.* 3. §. 3. D. *de Sepulchr. viol.* vide ſupra ſub art. *lex.*

Municipales Magiſtratus: *l.* 25. *D. ad municipal.* Iidem & *Municipales* ſimpliciter adpellantur in *l.* 3. *C. Theod. de Donat.* Duo autem erant primi & præcipui Duumviri dicti, Alias & ϛρατηγοὶ τῶν πόλεων, prætores civitatum: *l.* 6. §. 6. D. *de excepť.* Theophil. in §. 4. *Inſt. de Atilian. tut.* Hinc illud; ſi alter ex Magiſtratibus: *l.* 13. *ad municipal.* vide in voce *Duumviri.*

M U N I C I P I U M. Feſtus: Muni-

Municipium, ait, id genus hominum dicitur qui cum Romam venissent, neque cives Romani essent, participes tamen fuerunt omnium rerum ad munus fungendum una cum Romani, præterquam de suffragio ferendo, aut magistratu capiendo; sicut fuerunt Fundani, Cumani, Cetani, Lanuvini, Tusculani, qui post aliquot annos cives Romani effecti sunt. Alio modo id genus hominum definitur, quorum civitas universa, in civitatem Romanam venit, ut Aricini, Cerites, Anagnini. Tertio definitur id genus hominum, qui ad civitatem Romanam ita venerunt uti municipia essent sua cujusque civitatis & coloniæ, ut Tiburtes, Prænestini, Pisani, Urbinates, Nolani, Bobutinenses, Placentini, Nepesini, Sutrini, Lucrenses.

At in *l.* 29. D. *ad municipal. Municipium* dicitur pro Civitate ipsa, ut & *in l.* 8. §. 4. *D. Qui satisd. cog.* Municipium autem proprie a Colonia differt: Municipia namque sunt civitates a Populo Romano in societatem suorum munerum ac honorum receptæ, suo interim jure utentes; Coloniæ vero quæ ex urbe Roma originem habent, & jura instituta que omnia populi Romani, non sui arbitrii habent, vide *l.* 12. *& l. fin.* D. *de censib.* Gell. *lib.* 16. *c.* 13. *sub fin.* Hinc Municipium ta Colonia separatur. *in l.* 27. §. 1. *D. ad municipal.* & apud Paul. *lib.* 4. *sent. tit.* 6. §. 1.

Municipia sæpe in Legibus nostris vocantur Respublicæ, eorumque Magistratus administrare rempublicam dicuntur, ut in *l.* 5. D. *de de legat.* 3. *l.* 2. *l.* 8. *l.* 14. *D. ad municipal. l.* 13. §. 1. D. *de public. & Tit. C. si tut. vel cur. reip. caus.* Et tamen Caius, civitates præter Romam, privatorum loco haberi, docet: *l.* 16. D. *de verb. signif.* & Ulpianus bona civitatum abusive publica dicta esse notat, *l.* 15. D. *eod. tit.* Qui ergo, ait Heineccius, ipsæ civitates municipales dici potuerunt Respublicæ? Abusive, respondet, ut jam Ulpianus monuit, præterquam si qua Municipia ea lege jura civitatis Romanæ accepissent, ut semper Rempublicam a Populo Romano separatam haberent, ut loquitur Festus in *municipium.* De talibus civitatibus αὐτονόμοις plura habes apud Ezech. Spanheim. *orb. Rom. Exerc* 1. *c.*12.

MUNIFICENTIA, *i. e.* liberalitas. Munificentiam principalem nefas est revocari: *l. ult. C. Theod. de annon.*

MUNIFEX, Munifex cursus publici: *l.* 2. *C. Theod. de curs. publ.* Jul. Firmic. *lib.* 2. *Mathem. c.* 5. Quidam vero, ait, volentes hunc locum subtilius explicare, terna munera singulis decanis applicarunt, quos munifices adpellandos esse voluerunt, hoc est synergos. Veget. *lib.* 2. *c.* 19. Fascicularia tamen, id est, lignum, fœnum, aquam, stramen, etiam legitimi milites in castra portabant. Munifices enim ab eo adpellantur, quod hæc munia faciant &c. Contra *beneficiarii* nuncupabantur, qui vacabant muneris officio, ut Festus scribit. Scilicet beneficiarii erant milites principales quibus ejusmodi munia obire ignominia erat non levis. Ambros. *in Lucæ c.* 2. Nullus enim ab hoc immunis est censu, quia omnis ætas munifex Christo est.

MUNIFICIUS, *a*, *um.* pro eodem ac munifex vulgo legitur in *l.* 4. §. 1. D. *de publican. & vectig.* quo significatur, ceu patet ex contextu, vectigali obnoxium. At veteres obnoxios cuicunque muneri non munificios, sed munifices adpellabant. vid. Fest. in *beneficiarii*, & Veget. *lib.* 2. *de re milit. c.* 7. & 9. Hinc munifex mamma, apud Plin. *hist. nat. lib.* 11. *c.* 40. Sed & muni-

municus pro munifex dixere, ut ex sequentibus patebit.

MUNIFICUS, *a, um*, pro tributario, vectigali, & certis pensionibus officiis vel oneribus obnoxio. SIC: eam partem, quæ empta est, pro suo modo ac ratione, esse munificam, ait: *l. 2. C. de præd. & omn. reb. navicular.* adde *l. 31. C. Theod. de ann. & trib. l. 9. l. 11. C. Theod. de indulg. debit.* Et quosdam milites officiis seu oneribus quæ & munera dicuntur militaribus subeundis adstrictos *Munificos* exinde adpellari tradit Paul. in *l. 18.* D. *de verb. signif.* pro quo verbo munifices ex Haloandrina reponunt nonnulli. At probum illoque cadentis latinitatis ævo non ignotum esse vocabulum *munificus* eo sensu usurpatum, variis testimoniis ostenderunt Do. Frid. Gronov. *observ. in Script. Eccles. c. 22.* & Ducker *de latinit. vet. Ictor.*

MUNIMEN. Munimina sententiarum violare: *l. 2. C. Theod. de frum. urb. Constant.* Gloriosæ vocis confisi munimine: *l. 14. C. de advoc. divers. jud.*

MUNIMENTA *in c. quamvis* 10. *in fin. de Election. in 6.* sunt juxta glossam, ea quæ causam muniunt, ut probationes & instrumenta, acta.

MUNIMENTUM sepulchri vide *Monumentum.*

MUNIRE est firmius vel tutum reddere, sartum tectum servare, defendere, coercere. *Munire* se ad illud: *l. 14. §. 8.* D. *de religios & sumpt. fun.* Munitus exceptione: *l. 1. l. 11. C. de exception.* præscriptione: *l. 3. C. de his, quæ vi.* privilegiis: *l. 2. §. 32. D. ad* SC. *Tertul. Munire* aggerem: *l. 1. §. ult.* D. *de aqu. & aqu. pluv.* ripam, *rubr. tit. D. de rip. mun.* viam: *l. 15. §. 8. D. de damn. infect.* Munire ignem ne latius divagetur: *l. 27. §. 9. D. ad L. Aquil.*

MUNIS, E. oneri obnoxius: si unus ex pluribus heredibus rem munem caussa vectigalis surripiat: *l. 8. §. 1.* D. *de publican. & vectig.* Festus: *Munem* significare certum est *officiosum.* Unde e contrario immunis dicitur, qui nullo fungitur officio. vid. Cujac. *ad lib. 13. respons. Papin. in l. 8. de public. & Bynkersh. lib. 8. observ. Hein.*

MUNITIO: *l. 1. §. 6. D. ne quid in fl. publ.* Munitionis instructum *l. 4. pr. C. Theod. de itin. mun. Munitio* limitis, atque fossati: *l. 2. C. Theod. de terr. limit.* viarum: *l. 12. l. 14. D. de muner. & honor.*

MUNUS tribus modis dicitur: uno donum, & inde munera dicuntur dari, mittive *l. 18. D. de verb. signif. Munus* tamen a dono separatur *l. 6* D. *de off. Prioris* Scilicet quatenus donum genus est, munus vero species. Nam; munus est donum cum caussa, (*consuetudine recepta*) ut puta, natalium, nuptalitium: *l. 194.* D. *de verb. signif.* Ita: Si vir uxori munus immodicum calendis martiis, aut natali die dedisset: *l. 31. §. 8. D. de donat. int. vir. & ux.* Varro *lib. 4. de lingu. lat.* Munus, quod, mutuo animo qui sunt, dant officii caussa. Festus: Munus, donum, quod officii caussa datur. Huc pertinet muneralis lex, (nempe Cincia) de qua Festus, qua Cincius cavit, ne cui liceret, munus accipere. Plautus: neque muneralem legem, neque lenoniam roga. Sed & translate munera divina dicuntur: *l. 14. C. de malefic. & mathem.* Item: munere divinitatis ablutus: *l. 4. pr. C. Theod. ne sanct. bapt. iteret.*

Munus altero modo onus dicitur *l. 18.* D. *de verb. signif.* & ita differt a *munere* specie sub dono contenta; quæ nomine generis *donum* dicitur. Quam differentiam ita exponit Ulpianus: Munus inquit proprie est, quod necessa-

ceſſario obimus, lege more, imperiove ejus qui jubendi habet poteſtatem. Dona autem proprie ſunt quæ nulla neceſſitate juris, officii, ſed ſponte præſtantur, quæ ſi non præſtentur, nulla reprehenſio eſt, plerunque laus ineſt; ſed in ſumma in hoc ventum eſt, ut non quodcunque munus, id & donum accipiatur: at quod donum fuerit, id munus recte dicatur: *l.* 214. *D. de verb. ſignif.* Vetus gloſſarium: *Munus*, κυρίως μὲν τὸ ἐξ ἀνάγκης νόμου, ἢ ἔθους ἢ ἀρχόντων κελεύσει γινόμενον λέγεται. Varro *lib.* 4. *de lingu. lat. Munus*, quod muniendi cauſa impetratum: a quo etiam municipes, qui una munus fungi debent. vide in *municeps.*

Munus autem (hoc ſenſu) aut publicum aut privatum eſt; Publicum munus dicitur, quod in adminiſtanda Republica cum ſumtu, ſine titulo dignitatis. Ita Calliſtratus in *l.* 4. §. 1. *D. de muner. & honor.* Javolenus autem, in *l.* 239. §. 3. *D. de verb. ſignif.* Munus publicum, ait, eſt officium privati hominis, ex quo commodum ad ſingulos univerſoſque cives, remque eorum imperio magiſtratus extraordinarium pervenit. Idem Calliſtratus in D. *l.* 14. *pr.* ita munus ab honore differre docet, ut hic ſit cum dignitate, illud cum ſumptu ſine titulo dignitatis. Proinde munera & honores in *l.* 2. § *ult. l.* 7. D. *de decurion.* diverſa auctores noſtri faciunt. Cæterum ad munus publicum pertinet munus judicis *l.* 79. *D. de judic.* legatio: *l.* 27. *D. eod. tit.* tutela vel cura: *pr. Inſt. de excuſ. tut.* adverſus modeſtini ſententiam in *l.* 6. §. 15. D. *de excuſ.* qua tutela non eſt reipublicæ munus, nec quod ad impenſam pertinet, ſed civile. cui ſcntentiæ favit & Calliſtratus in *l.* 17. §. 4. D. *eod. tit.* ubi ita: Eum qui ædilitate fungitur, tutorem dari idcirco poſſe, quod ædilitas inter eos magiſtratus numeretur qui privatis muneribus excuſati ſunt *l.* 17. Nam ex *l.* 13. §. *pen. D. de excuſ.* excuſatio manifeſtum tutoris jure dati argumentum eſt. Nec movent quæ ex *d. l.* 17. §. 2. ejuſdem Caliſtrati verba adferuntur: Eos qui in corporibus ſunt, veluti fabrorum, immunitatem habere dicimus, etiam circa tutelarum exterorum hominum adminiſtrationem habebunt excuſationem, niſi ſi facultates eorum adauctæ fuerint, ut ad *cætera* quoque *munera publica* compellantur. Non movent inquam hæc ultima verba, cum verbum *cætera* ideo a ſe inſerendum Tribonianus exiſtimare potuerit, quod vicerat ſententia contraria qua placuit, tutelam munus publicum eſſe.

Munus porro eſt aut perſonale aut patrimonii, aut mixtum. Perſonale generaliter eſt quod corporibus, labore cum ſollicitudine animi & vigilantia ſolenniter exiſtit: *l.* 1. §. 3. *D.* de *muner. & honor.* quod animi proviſione, & corporis laboris intentione, ſine aliquo gerentis detrimento perpetratur: *l. ult.* §. 1. D. *eod. tit.* item quod corporis miniſterio obitur D. *l.* §. 11. & 26. quod ideo etiam corporale dicitur *l.* 3. §. 3. D. *eod. tit.* corpori indicta officia vocat *l.* 4. §. 2. D. *eod. tit.*

Munus patrimonii vero eſt, in quo ſumtus maxime poſtulatur; *l.* 1. §. 3. *D. eod. tit.* onera patrimonii vocat *l.* 4. §. *D. eod. tit.* item: onera quæ patrimoniis vel poſſeſſionibus indicuntur: *l.* 10. *D. de vacat. & excuſat. mun.* & munia pecuniaria: *l.* 191. *C. Theod. de decur.*

Munera mixta; *l. ult. pr. D. de muner. & honor.* decaprotiæ & icoſaprotiæ, quibus qui fungebantur, præter corporale miniſterium etiam de propriis facultatibus impenſas faciebant: D. *l. ult.* §. 26. *D. eod. tit.*

Munera deinde ſunt vel ordinaria,

ria, vel extraordinaria. Illa sunt quæ lege SCo, constitutioneve Principum injunguntur: *l. un. C. de vacat. publ. mun.* Vetus glossarium: Munera ordinaria sunt quæ ex consuetudine debentur.

Munera extraordinaria, quæ extra ordinem indicuntur: *d. l. un. C. eod. tit. l. 3. §. pen. C.* de *Episc. & Cler.* Vetus glossarium: *Munera* extraordinaria sunt, quæ extra ordinem solitum, ex inopinata necessitate contingunt.

Cæterum *Munus* non modo onus publicum dicitur, sed quod vis aliud onus. Ita: Ex eo patrimonio, quod munus collationis pati debet: *l. 54. ad SC. Trebell.* Munere Falcidiæ fungitur fideicommissum: *l. 77. §. 1. D. de legat. 2.* id est, quod Falcidiam patitur.

Munus tertio significatu notato a Paullo in *d. l. 18.* D. *de verb. signif.* est officium: unde munera, ait, militaria. Festus: Munus significat officium, quum dicitur quis mumunera fungi. Munus militiæ adpetere, & contra detrectari: *l. 4. §.* D. *de re milit.* Qui stationis munus reliquit: *l. 3. §. 5. D. eod. tit.*

Munus petitoris, id est partes vel officium: *l 73.* D. *de reo vind.*

Munera denique ludos gladiatorios veteres vocabant, eoque nomine proprie funebres ludi ab *officio*. ut Tertulian. de *spectaculis. c. 12.* auctor est, adpellabantur, quoniam *officium* mortuis se talibus spectaculis facere, veteres arbitrabantur. *Lactant. lib. 6. divin. inst. c. 20.* & primitus quidem vexationes, quæ vocantur munera, Saturno attributæ sunt. Sueton. *in Jul. c. 39*: Edidit spectacula varii generis, munus gladiatorium. Bestiis primo quoque munere objiciatur: *l. 1. C. Theod. ad leg. fab.* Hinc edere munus, *h. e.* spectaculum seu ludum gladiatorium; in *l. 36. D. de condit. & demonstr. l. 122.* D. *de legat.* 1. Vide & Apulei. *lib. 4. & 10. metam.* Pet. Fabr. *semestr. lib. 2. c. 11.*

MUNUSCULARIUS aquæductus, quidam legunt in *l. 10. C. de aquæduct.* Alii reponunt *musculárius*, sed perperam utroque modo. vide supra *minuscularius* aquæductus.

MUNUSCULUM: *l. un.* C. *Theod. ne damn. prov. Novell. Leonis & Majoriani de Sanctimonial.*

MUREX *l. 3. C. de vestib. holober.* conchæ genus, cujus cruore infici ac tingi vestes solebant, ut Plin. *lib. 9. c. 25.* uberrime docet. Vide & Cassiodor. *lib. 1. var. lect. c. 2.*

MURIA ut & oleum forte, garum, mel, non sunt esui potuique, sed ea sunt in quibus esse solemus; id est per quæ solemus esse; ceu docet *l. 3. §. 1.* D. *de penu leg.* Muriam autem proprie adpellatam aquam sale commixtam, Isidor. *lib. 20. orig. c. 3.* scribit. Sed & solutorum a salsamento pisciculorum humor *muria*, eodem auctore, dicitur. Vide Auson. *Epist. 7. ad Paulin.* Columell. *lib. 13. c. 16.* Majorag. *Miscell. lib. 2. c. 9.*

MURILEGULUS, qui murices tingendæ purpuræ caussa legit. *rubr. C. de murilegul.* Alio nomine adpellantur in jure Conchylioleguli, sive Conchyliorum piscatores. Huic autem muneri originis & conditionis jure addicebantur, adeo ut non possent ad dignitatem ullam vel militiam adspirare: vel si ad eam adspiravissent, revocabantur, redditis bonis, si qua ejusdem originis & conditionis homines aliquo titulo possiderent. Quod si ea exteri possedissent, maluissentque eidem conditioni se subjicere, quam ea bona restituere, audiebantur, ita ut in futurum essent murileguli, & in præteritum reliqua publico canonis fisco persolverent.

MURRATUS, *a, um.* vel MYR-

MYRRHATUS, *a*, *um.* a myrrha. Sic *murrata* potio, Verbum XII. Tab. de quo Festus. Lautissima apud Priscos vina fuisse, myrrhæ odore condita, & inde murrinam non modo inter vina, sed inter dulcia quoque numeratam esse, Plin *lib.* 14. *c.* 13. ex Plaut. *pseudolo* tradit. Non Marcell. Murrina potio confecta. Varro Anthropopoli: Non modo vinum dare, sed etiam, ut Plautus ait, Murrina, passum, defrutum.

MURREUS, *a*, *um.* ex myrrha vel murra gemma confectum. Ex hac enim pocula fiebant. Chalcedonii nomen ut notius ei tribuit Agricola. Hinc murrea vasa quæ ad usum, edendi & bibendi caussa parata essent: *l.* 11. D. *de suppellect. legat.* Propertius videtur existimasse hujus nominis vasa fuisse fictilia, cum in Parthorum caminis coqui ea scribat, *lib.* 4. *eleg.* 5. *v.* 26. Murrea que in Parthis pocula cocta facis. Martial. *lib.* 4. *epigr.* 86. Nos bibimus vitro, tu murra Pontice. Quare? Prodat perspicuum ne duo vina calix.

MURRINA vasa ejus generis videntur esse quod modo dictum est. Nam, quod Senec. *epist.* 119. murreum dixit poculum, myrrhinum adpellat *in epist.* 122. absolute myrrhina in *epist.* 123. ubi ea crystallinis adjungit ut pote prætiosiora, quod facit & Paulus, qui an utraque debeant supellectili adnumerari, dubitat, propter eximium usum & prætium, *l.* 3. §. *ult. D. de supell. leg.* de his quoque *l.* 19. §. 19. *D. de aur. arg. leg.* Martial. *lib.* 4. *epigr.* 64. Opimianum morionibus nectar-Crystallinisque murinisque propinat. Plin. *lib.* 37. *c.* 2. de Pompeii victoria: Eadem, ait, victoria primum in Urbem murrina induxit. Et eodem capite: Oriens murrina mittit. Inveniuntur enim ibi plurimis locis, nec insignibus, maxime Parthici regni, præcipue tamen in Carmania. Humorem, putant, sub terra calore densari. Et mox: Sed in pretio varietas colorum, subinde circum agentibus se maculis in purpuram candoremque, & tertium ex utroque ignescentem velut per transitum coloris purpura rubescente, aut lacte candescente. Sunt, qui maxime in iis laudant extremitates, & quosdam colorum repercussus, quales in cælesti arcu spectantur. Aliqua & in odore commendatio est.

MURUS. Varro *lib.* 4. *de lingu. lat.* Quod aggerem contineret *murus*; quod muniendi caussa manu parabatur, quo sæpiebant oppidum: e quo munere murus. Muros municipales nec reficere licet sine principis vel præsidis auctoritate neque aliquid eis conjungere, vel superponere: *l.* 9. §. *ult. D. de rer. divis.* vide & *l. ult. D. eod. tit. l.* 2. *l. ult. D. ne quid in loc. sacr.*

Muri civitatis. vid. *Mœnia.*

MUSCULARII aquæductus pro quo in *l.* 10. *C. de aquæd. minuscularii* legendum esse diximus in voce *munuscularius.*

MUSEARII in *l.* 1. *C. de excus. artif.* perperam vulgo legitur, ac *Musivarii* reponendum esse discimus ex *l.* 1. *C. Theod. eod. tit.*

MUSIA pro Mysia in *l.* 16. §. *ult. D. de pœn.* Latinum enim V. græcum ὑψιλὸν repræsentare ejusloco in referendis dictionibus græcis antiquitus suffici solitum, non est ignotum.

MUSIVARII *l.* 1. *C. Theod. de excus. artif.* & *l.* 1. *C. Just. eod. tit.* a musivo opere, cujus meminit Spartian. in *Pescenn. Nigro. c.* 6. Hunc, inquiens, in Commodianis hortis, in porticu curva, pictum de *musivo* inter Commodi amicissimos videmus. Gregor. Turon. *lib.* 5. *histor. c.* 45. Ecclesiam fabricavit, quam columnis fulcivit, variavit marmore, musivo depinxit.

xit. Sic enim illic emendandum eſt, quemadmodum recte apud Aimonium *lib. 3. de geſt. franc. c.* 42. ſcribitur. Erant vero *muſiva*, teſſelata, ex minutiſſimis lapillis vitriſque varii coloris ita coagmentata, ut integras picturas exhiberent. De iis videnda Io. Ciampini *vetera monumenta*, in quibus præcipua muſiva opera, ſacrarum prophanarumque ædium ſtructura, ac nonnulli antiqui ritus diſſertationibus iconibuſque illuſtrantur. *Romæ* 1691. *fol. Hein.* Muſina vocat Prateius, et ita Cujacius contendit ſcribendum apud Firmicum *in fin. c.* 4. *lib.* 2. Aut inauratores aut *muſinarios.*

MUSTUM ex uvis factum: *l.* 12. §. 1. D. *ad exhib.* Iſid. *lib.* 20. *orig. c.* 3. *Muſtum* eſt vinum, e lacu ſtatim ſublatum: cujus tanta vis fervoris eſt, ut vaſa quamvis grandia ex eo plena, abſque ſpiramine relicta, illico diſrumpat.

MUTARE tritæ eſt ſignificationis. Notandæ tamen formulæ. Nec mutat, i. e. nec refert: *l.* 52. §. 2. D. *de fidejuſſor.* non movet, non obeſt, nec ad rem facit: *l.* 11. D. *de uſufruct.* quemadm. cav. *l.* 10. *C. famil. erciſc.* Nec mutari videtur: *l.* 36. §. 1. D. *de torm. milit.* id eſt intereſſe.

MUTATIONES vel ἀλλαγαὶ in materia curſus publici, quæ & ςαθμοὶ, ſeu ſtationes dicuntur in *l.* 36. *C. Theod. de curſ. publ.* Mentio earum fit *in l.* 15. 17. 18. *C. Juſtin. & l.* 36. 53. 58. 60. *C. Theod. eod. tit. l.* 9. *C. Theod. de annon.* ubi a manſionibus ſeparantur, & in hoc differunt, quod in mutationibus equi & jumenta tantum mutarentur: manſiones vero quieti iter facientium eſſent deſtinatæ. Barth. *lib.* 45. *adverſar. c.* 5. Jac. Gothofr. *Comm. ad l.* 9. *C. Theod. de annon.* & Jac. Guther. *de offic. dom. aug. lib.* 3. *c.* 15.

MUTESCERE, ſilere. Omnia muteſcant tempora: *l* 17. *C. Theod. de pœn.*

MUTIANA cautio. Vide *Muciana.*

MUTILARE, deminuere Ita: *Mutilare* urbis commoda: *l.* 2. *C. Juſt. l.* 4. *C. Theod. de aquæd.* jus: *l. ult. C. de long. temp. præſcr.* patrimonium: *l.* 1. C. *de pericul. nomin.* prata: *l.* 2. C. *Juſtin. l.* 3. *C. Theod. de ſuar.*

MUTILATUS manu, ad ſacros ordines non poteſt promoveri juxta *c. expoſuiſti* 6. *de corpor. vitiat.* Id ipſum & veteribus cautum, monet *declamationum lib.* 4. Seneca, ubi de Metello inquit. Sacerdos integer ſit. Metellus Pontifex, cum arderet veſtæ templum, dum rapit palladium, ocula perdidit, ſacerdotium illi negatur. Vide Cœl. Rhodig. *lect. antiq. lib.* 12 *c.* 2.

MUTILUS, *a, um.* in *l.* 10. *Theod. de tiron.* ſunt, qui digitos ad declinandam militiam ſibi amputarunt, ſeu, ut ita textus verba habent, qui ſpurca amputatione digitum declinant, alias *Murci* dicti. Sed de eo vocabulo *Murcus* quo ex Amm. Marcell. *lib.* 15. *c.* 12. uſus eſt, plura Jac. Gothofr. *in comm. ad d. l.* 10. Car. du Freſne *in gloſſar. med. lat.* hac voce. Vales. & Lindebrog *ad Amm. Marcell.* & qui in illud majore cura inquiſivit Ægid. Menag. *amœn. jur. civ. c.* 3. *p.* 12. *ſequ. Hein.*

MUTITARE in vetuſto SCo, quod a Gellio *lib.* 2. *c.* 24. refertur mutua inter ſe convivia agitare ſignificat. Quo verbo idem auctor uſus eſt. *lib.* 8. *c.* 2. At Turnebus *lib.* 14. *adverſar. c.* 18. utrobique reſcribendum putat *mutuitare.*

MUTUARE & MUTUARI eſt mutuum accipere: *l.* 5. §. 13. D. *de inſtitutoria act. & l* 3. §. 1. *D. de contrar. tut. act.* ubi utrumque & occurrit, & utrobique quidem eodem illo ſenſu. Id quum in

in reprehensionem auctoris *de vet. Ictor. latinit.* apud Ducker. *p.*344. incurrat: vir hic doctissimus ostendit, vanam esse eorum observationem, qui *mutuare* interpretantur mutuum dare; *mutuari* accipere; quia veteres & boni auctores utrumque verbum promiscue pro mutuum accipere usurparunt. *Hein.*

MUTUATIO sumptio mutuæ pecuniæ. Cic. *pro Flacco*: Quum multis minutis mutuationibus fraudavisset. Et ita *l.* 2. §. 1. D. *ad SC. Vellei.* quod ad fidejussiones & *mutuationes* pro aliis quibus intercesserint feminæ pertinet. Sic legendum esse, non *mutuidationes* vult Hottomannus 1. *observ.* 5. & 4. *obs.* 14. quia SCum non prohibet, ne mulieres dent mutuam pecuniam, sed ne pro aliis accipiant. 1. *obs.* 14. *in fin.* Sed Cujacius. 4. *ad Afr. ad l.* 17. *ad SC. Vellei.* sic accipit, mutui dationes, id est cum mulier alii datura, vel ab eo, qui alii daturus erat, mutuum accepit: & *eod. tractat. ad l.* 19. *eod. tit.* ostendit fidejussione pro alio, recipi veterem alienam obligationem: mutui datione pro alio novam recipi. Quapropter, juxta hanc Cujacii observationem, legi recte potest *in d. l.* 2. §. 1. mutui dationes, ut vulgo fit.

MUTUO, id est invicem. Ita: prædia quæ mutuo serviebant: *l.* 34. *D. de servit. præd. rust.*

MUTUS intelligitur, qui eloqui nihil potest, non qui tarde loquitur: §. 3. *Inst. quib. non est permis. fac. test.*

MUTUUM damus, recepturi non eandem quam dedimus speciem, sed idem genus. Adpellata est autem mutui datio, quod meum tuum fit: *l.* 2. *pr.* & §. 2. D. *de reb. cred.* & apud Caium *lib.* 2. *Inst. tit.* 9. §. 1. Ea autem consistit in his rebus, quæ pondere, numero mensurave constant: veluti vino, oleo, frumento, pecunia numerata: quas res in hoc damus, ut fiant accipientis, postea alias recepturi ejusdem generis & qualitatis: *l.* 1. §. 2. D. *de obl. & act. pr. Inst. quib. mod. re contr. oblig.* Ex quibus hanc brevem colligere licet definitionem: Mutui contractum esse re initum, quo nempe res fungibiles ita dantur, ut fiant accipientis, & tantumdem quandoque in eodem genere reddatur.

Mutui datio etiam acceptionem continet, *l.* 2. D. *ad SC. Vellei.* sicuti emtio venditionem: *l.* 27. D. *de reb. cred.* vide supra in mutuatio.

Mutuum conciliatum re ipsa non nomine occurrit in Jure nostro. Ut puta: Si quis ab eo qui ob deficiens judicium vel ob potestatem alterius prohibetur mutuum dare, mutuam sumpserit pecuniam, nescius aut conditionis aut juris dantis, eamque statim expenderit, nummi vindicari nequibunt, quippe non amplius exstantes; placuit igitur ex post facto ejusmodi mutuum convalescere; *l.* 15. §. 1. D. *de reb. cred. vid.* etiam *l.* 12. & *l.* 19. §. 1. D. *eod.*

Mutuum palliatum nominant quoque moderni quod simulato alio contractu initum est. Huc referas contractum quem aiunt Mohatæ, quo res datur ut ea vendita, pecunia cedat in mutuum, qui filiorum familias ingenio debetur, in fraudem Macedoniani senatusconsulti. Vide Wurffel. *jurisprud. definit.* §. 309. 310.

MYOPS, in *l.* 10. §. 3. D. *de ædilit. edict.* Myopes autem, juxta Paull. Æginetam *lib.* 3. *Æt. lib.* 7. & Oribasum *lib.* 8. esse dicuntur, qui ita nati sunt ut quæ prope sunt, videant, quæ procul non item. Μύωπα vero a Locrensibus ἄγχεραν vocatum Hesychius auctor est.

MYRRINUS, *a*, *um*, vide supra *Murrinus.*

MYSIA, provincia, quam olim sub Germania habitam, ac deinde sub proprio Præside constitutam fuisse, docet *l. 3. D. de off. adsess.* Ac plane Mysiæ Præsidis fit mentio in rescripto Trajani apud Plin. *lib.* 10. *Epist.* 53. Sed & hanc provinciam divisam, & sub duobus præsidibus constitutam, ait Macer *eadem l. 3.* D. *de off. adsess.* Mysia itaque duplex fuit; inferior, & superior. Illius meminit *l. 9. D. de capt. & postlim.* Fit & mentio Mysiæ mediterraneæ, seu Dardaniæ, in *l.* 4. *C. de metallar.* & Mysiæ primæ, *in l. ult. C. de divers. off.* In Mysia porro vitium incensores gravissime plecti, tradit Claudius in *l.* 16. §. *pen. D. de pœn.*

MYSTERIUM arcanum religionis & fidei. Sic: Mysteriis Christianis imbuti: *l.* 12. *C. Th. de judæis.* In sacris & secretioribus Dei mysteriis perseverare: *l.* 163. *C. Theod. de decur.* Sacramentum dicitur mysterium, quod secretam & reconditam habeat dispensationem, *Ca.* 84. *multi secular. Caus.* 1. *qu.* 1.

Mysterii vox & de hæreticorum & infidelium ritibus aliquando usurpatur. Sic: mysteria exsecrabilia celebrare: *l.* 57. *C. Theod. de hæret.* Consueta feralium mysteriorum sepulchra constituere: *l. 7. C. Theod. eod. tit.* Nullus hæreticis mysteriorum locus pateat: *l. 7. pr. C. Theod. eod. tit. l. 2. pr. C. Just. eod. tit.* ubi male nonnullæ editiones *ministeriorum* legunt. Mysteriorum autem locus est, in qua sacra sua peragunt hæretici.

Mysterii vox figurate de Curialibus eorumque functionibus, quas sustinere tenentur, in *l.* 122. *C. Theod. de decurion.* his verbis: Hi namque prærogativa quidem concessæ dignitatis utantur, atque eos præstiti honoris splendor exornet: sed maneant in sinu patriæ, veluti dicati infulis mysteriorum perenne custodiant. Vide *Commentar.* Jac. Gothofredi.

N

NÆVUS excusationis: *l. 6. C. Theod. de agent. in reb.*

NAM particula plerumque caussalis est. Sed & sæpe inceptiva, idemque valet quod *plane*, ut Donat. *in Hecyr. Terent. Act.* 2. *sc.* 2. notat, Plautique testimonio comprobat. Sic apud Valer. Max. *lib.* 8. *c.* 5. & in *l.* 1. §. *ult.* D. *de rer. divis. l.* 85. §. 5. *de verb. obl. l. 3. in fin. D. de testam. milit.* ut & in *l.* 10. *C. si cert. pet.* In hac tamen Cujacius & Donellus existimant vocem *nam* usurpari continuative, veriusque esse ait Donellus, particulam hanc semper esse caussalem. Quod & Cujacius in *l.* 18. *C. de jur. dot.* observat.

Nota porro Nam ecce: *l.* 5. §. 9. D. *quod vi aut clam.* Nam enim: *l. ult. D. de verb. signif.*

Nam, pro sed: *l.* 1. §. 3. *D. de calumn. l.* 8. §. 17. *D. quib. mod. pign. vel hypoth. l.* 19. §. 2. D. *de judic. l.* 2. D. *de condit. & demonstr.*

Nam abundat in *l.* 101. §. 2. *D. de verb. signif.*

NAMUSA. Namusam cum audis: in *l.* 2. §. 44. *D. de orig. jur.* Aufidium Namusam intellige de quo etiam *l.* 52. §. *ult.* D. *pro socio. l.* 20. D. *de opt. vel elect. leg. l.* 2. §. 6. D. *de aqu. & aqu. pluv. l.* 5. §. 7. *D. commod. l.* 40. §. 3. *D. de cond. & dem.* Refert Pomponius *d. l.* 2. §. 44. D. *de orig. jur.* Aufidium Namusam octo illustriorum Servii Sulpicii auditorum opera digessisse in centum quadraginta libros. Hos ipsos vero esse libros collectaneorum vel conjectaneorum, quos ob locum Gellii *lib. 6. c. 5.* Alfeno Varo tri-

tribuunt, acute conjicit Bynkersh. *lib.* 8. *obs. c.* 1. ubi & ostendit, idem conjectaneorum volumen laudari, quoties in Pandecte citentur Serv. Sulpicii auditores, vel auctores, veluti ab Ulpiano: *l.* 1. §. 6. D. *de aqu. & aqu. pluv. l.* 6. *D. de dote præleg. l.* 12. *pr. D. de instr. vel instrum. leg.* Hein.

NANCISCI, adipisci, consequi, adquirere. Sic *nancisci* actionem: *l.* 65. §. 9. *D. ad SC. Trebell.* caussam: *l.* 2. *D. de statulib.* dominium: *l* 1. *D. de adquir. rer. dom.* exceptionem *l.* 66. D. *de reg. jur.* facultatem: *l.* 4. §. 7. D. *de usurp. & usucap.* fructus: *l.* 12. §. 5. *D. de usufr.* jurisdictionem: *l.* 4. §. *ult. D. de off. procons.* jus: *l.* 7. §. 12. *D. de interd. & releg.* libertatem: *l.* 5. *C. si mancip.* occasionem: *l.* 31. D. *de mort. caus. don.* possessionem: *l.* 37. D. *usurp. & usuc.* potestatem: *l.* 28. §. 1. D. *de liber. & posth.* proprietatem: *l.* 5. *C. ut in possess. legat.* rem: *l.* 4. §. 7. *D. de adquir. possess.* sacerdotium: *l.* 13. D. *de vacat. & excus.* tabulas: *l.* 32. D. *de furt.* tutelam: *l.* 9. *D. de legit. tut.* Alias,

Nancisci juxta vim totam verbi non est simpliciter acquirere: Sed, ut Donatus in *Hecyr. Terent.* adnotavit, nancisci proprie dicitur, qui paratus ad retinendum, antequam possit reperire quod teneat statim quod occurrerit, prehendit.

NARBONENSIS provincia, cujus meminit *l.* 2. §. 32. *D. de orig. jur.* etiamnum Provinciæ nomen retinet, & olim Germanici juris fuit. Narbonenses in Viennensi juris Italici sunt, ait *l. ult.* D. *de censib.*

NARDUS, vel nardum. *Nardum* purum, unguentorum adpellatione contineri, licet valetudinis caussa eo ungamur, tradit Pompon. *l.* 21. §. 1. *D. de aur. arg. legat.* additque: hoc quidem etiam, quo elegantiores sint, & mundiores sint, unguntur fæminæ. Ac plane nardum præcipuum in unguentis esse, ait Plin. *lib.* 12. *c.* 12. ex quo nardi descriptionem pete, ut & usum in re medica ex *lib.* 21. *c.* 20. Talis nardus pura procul dubio fuit νάρδος πιστική, qua Dominum Jesum, Bethaniæ cœnantem inunxit mulier *Marc.* 14. *v.* 3. πιστικὴ nempe est πιστὴ pura, genuina, vera, non adulterata. Nam & Cedrenum πιστικὸς pro πιστὸς dixisse observavit Casaubonus; vide sis quem citat Heinecc. Wolffium, *cur. philolog. & crit. in nov. Test. Tom.* 1. *p.* 520. *sequ.*

Nardi stachys in *l. ult.* §. 7. D. *de publican.* Speciebus ad vectigal pertinentibus annumeratur. Stachys autem nomine suo græco spica est. In elegantibus Cod. Humelbergii Comment. legimus nardum fruticem esse odoratum, in India nascentem, cujus spicæ & folia in honore sunt & celebrantur, esseque hujus nardi spicam longe aliam ab iis, quæ vulgo vocantur spica nardi & lavendula. Spica autem nardi nos carere late prosequitur Brunsfelsius in herbarii sui Tomo secundo. Est autem radix licet spica dicatur: vide Mathiol. *lib.* 1. *Comment. Dioscor.*

NASCI, de homine dicitur passim in legibus nostris. Sic nascitur patri filius: *l.* 43. *D. de vulg. & pupil. substit.* Qui ex me & uxore mea nascitur: *l.* 4. D. *de his qui sui vel alien. jur.* Natum plane accipimus etiam utero exsectum. Quamvis enim natus ab eo, qui post mortem matris, exsecto ventre ejus extractus est, separetur: *l.* 11. §. 5. D. *de Publician. l.* 6. *D. de inoff. test.* & falsum sit eam peperisse, cui mortuæ filius exsectus est: *l.* 132. §. 1. *D. de verb. signif.* attamen & ea

ea mulier, quum moreretur, creditur filium habere, quæ exciso utero edere possit: *l.* 141. D. *eod. tit.* Hinc & illum natum accipimus, qui exsecto ventre, (puta viva matre) editus sit: nam & hic rumpit testamentum, scilicet si nascatur in potestate: Quin etsi non integrum animal natum sit, cum spiritu tamen; illud natum dicimus: *l.* 12. *pr.* & §. 1. D. *de liber.* & *postum.*

Sed & animalia quævis *nasci* dicuntur, ut: Animalia, quæ in cœlo, terra, mari nascuntur: *pr. Inst. de jur. nat. gent.* & *civ.*

Nasci etiam dicuntur res inanimatæ, corporales. Sic: *nascitur* aqua in fundo: *l.* 30. D. *de servit. præd. rustic.* arbor: *l.* 30. §. 1. *de adquir. rer. dom.* fructus: *l.* 45. D. *de usur.* insula: *l.* 1. §. 6. D. *de flum.*

Nasci denique incorporales res & jura dicuntur. Sic: nascitur actio: *l.* 38. §. *ult. D. de verb. oblig.* bonorum possessio: *l.* 8. §. 5. *D. de bonor. poss. contr. tab.* condictio: *l.* 69. §. *ult. D. de legat.* 2. contemtio dignitatis: *l.* 19. D. *de offic. præsid.* crimen: *l.* 1. D. *ad Leg. fab. de plagiar.* exceptio: *l.* 2. D. *de recept. arbitr.* interdictum: *l.* 40. D. *de solut.* Liberatio; *l.* 94. §. 1. *D. de solut.* obligatio: *l.* 5. *pr.* §. 1. *D. de præscr. verb.* peculium: *l.* 40. *pr.* & §. 1. *D. de pecul.* petitio: *l.* 1. §. 21. D. *de collat. bon.* querela inofficiosi: *l.* 8. §. 10. D. *de inoff. test.* vide porro in *natalis.*

NASSA, cum retibus, fuscinis, naviculis & hamis, instrumento piscatoris continetur. Paull. *lib.* 3. *Sent. tit.* 6. §. 66.

NATALIS, *e. Natalis* dies: *l.* 31. §. 8. D. *de donat. int. vir.* & *ux. l.* 7. *C. de fer.* professio: *l.* 6. *C. de fid. instrum.* Usurpatur etiam substantive pro die natali. Sic: natalis sui die; *l.* 3. §. 3. D. *de minor.* natali suo: *l.* 5. *D. qui test. fac. poss.* Natalem autem diem dicebant Romani veteres non modo eum quo lucem mundi adspexissent, sed & eum quo honores in Republica amplissimos ut consulatum, consecuti essent; qua quidem ex opinione a Cicerone in oratione post reditum ad Quirites dictum: a parentibus, id quod necesse erat, parvus sum procreatus, a vobis natus sum Consularis. Sed & clarius multo apud Sallustium in oratione Cottæ his verbis: nam si parricida vestri sum, & bis genitus hic, deos penates meos, patrumque & summum imperium vilia habeo. Et qui exilio revertebantur, tanquam renasci videbantur; certe diem, quo redibant, *natalem* reditus sui vocabant. Cicero *ad Atticum.* Ad quæ recuperanda, ait, per fortunas incumbe, ut fecit, diemque natalem reditus mei cura, ut in tuis ædibus amœnissimis agam tecum & cum meis. Turneb. *adversar. lib.* 3. *c.* 4.

Nec homines tantum, sed & urbes habebant suos natales: *l.* 7. *C. de fer.* Sic natalis urbium regiarum. Cassiod. *lib.* 6. *hist. tripart. c.* 30. Quorum verborum explicationem pete ex Brissonii *observationum divini* & *humani juris* libro. Vide & Sozomen. *lib.* 5. *Hist. Eccles. c.* 16. & Suid. *in verbo* μίλιον.

Natalis, *e natalitium*, dicitur dies obitus alicujus sancti, qui ut seculo moritur, sic tunc cœlo nascitur: Cypr. *epist.* 33. Euseb. *hist. eccl. lib.* 4. *c.* 15. Vox hæc etiam usurpata in festo translationis reliquiarum.

Natalis calicis, dies cœnæ Domini adpellatur, quia Christus in ea celebrationis initium fecit.

Natalis Cathedræ S. Petri, cujus festum celebratur.

Nata-

Natalis Templi, basilicæ, seu ejus dedicationis.

Natales, pluraliter, Sosipat. *lib.* 1. *p.* 13. generis nobilitatem significare ait, & ita accipitur *l.* 46. §. 1. *& l.* 10. *l.* 13. *C. de prob.* Sic natalium dignitas: *l.* 7. *C. de postlim. reverf.* Natalium origo; *l.* 14. §. 3. D. *de muner. & hon.* Natalibus reddi restituique *l.* 4. D. *de jur. aur. annul. l.* 3. *l. ult.* D. *de natal. restit.* Quod quidem de libertino dicitur qui ingenuus a Principe est factus. Illis enim utique natalibus restituitur, in quibus initio omnes homines nati fuerunt, non in quibus ipse nascitur, cum ipse servus natus esset; *l.* 2. *D. eod. tit.* Plin. *lib.* 10. *Epist.* 77. Postulantibus quibusdam, ait, ut de agnoscendis liberis, restituendisque natalibus cognoscerem. Hoc restitutionis jus Justinianus τῆς παλιγγενεσίας δίκαιον, seu *regenerationis* jus vocat *Novell. Constit.* 78. *c.* 1.

N a t a l i t i u s, *a*, *um*. Natalitii dies urbium maximarum, Romæ & Constantinopolis, *l.* 7. *C. de fer. l.* 2. C. *Theod. eod. tit.* Natalitium munus; *l.* 194. *de verb. signif.* Solebant nempe diebus natalibus munera accipere honoratiores atque amici. Martial. *Epigr.* 9. 54. Natali tibi, Quinte, tuo, dare parva volebam - Munera, tu prohibes, imperiosus homo es. Et alibi *lib.* 8. *epigr.* 64. lepide exagitat Clytum, qui ut nova semper munera natalitia aufferret, septies octiesve in anno natalem celebrabat. Vide Heinecc. *Antiqu. Rom. ad Instit. lib.* 2. *tit.* 7. §. 6.

N a t i o, pro gente ex qua quis natus est. Natio servi plerumque aut provocat, aut deterret emtorem. Etenim est, quosdam servos bonos esse, quia natione sunt non infamata: quosdam malos videri, quia ex natione sunt, quæ magis infamis est; *l.* 31. §. 21. *D. de Ædilit. edict.* Nationes quædam, veluti Sarmatarum: *l.* 25. *D. de instr. vel instrum. leg.*

N a t i v i t a s: *l.* 1. *D. ad municipal.* Nativitatis veritas, *l.* 2. *C. de ordin. judic.*

Nativitas Domini, omnium festivitatum palmaria. Postquam illa in ecclesiis celebrari cœpit, orientales eam observarunt VIII. idus Jan. sive VI. die Januarii, Romani vero VIII. Kal. Jan. sive XXV. Decembris, qui mos postea etiam apud Græcos obtinuit: Crisost. *hom.* 21. Vulgo dies illa sol novus adpellabatur: Voss. *diss. de temp. nat. Christi parte altera*, quia ab hac die crescere solet dies, Ambros. *Serm.* 16. A nativitate Christi, etiam annos numerandi ratio post Dionysium Exiguum invaluit: Aug. *Serm.* 21. *de S. S.* In ecclesia Romana hodie tres missæ nocte & die habentur. Missa præterea in hac nocte ante ejus medietatem celebrari solet in capella Papali & in Ecclesia S. Marci Venetiis. Peragitur in eadem nocte benedictio gladii imperialis & ducalis pilei. In officio hujus noctis cooperiebatur altare tribus velis diversorum colorum.

N a t i v u s, *a*, *um*. Nativus color: *l.* 70. §. 22. *D. de legat.* 3. Nativa curia, in qua, quis statim ut natus est, curialis esse cœpit: *l.* 122. C. *Theod. de decur.* Nativa libertas; *l.* 7. *pr.* *C. Just. l.* 10. *pr.* C. *Th. de murileg.*

N a t u. Qui grandes natu sunt: *l.* 11. *D. de decur.* Minor viginti quinque annis natu; *l.* 3. §. 3. *D. de minor.*

N a t u r a pro mundo, quam philosophi aiunt naturatam. Quo pertinet formula: in rerum natura esse, pro in mundo esse. Ut ecce: Si duobus res conjunctim legata sit, quamvis alter in rerum natura non fuerit, *l.* 26. D. *de legat.* 3. Qui in utero sunt, in

in toto pæne jure civili intelliguntur in rerum natura esse: *l.* 26. *D. de stat. hom.* Si hereditas venierit ejus, qui vivit, aut nullius sit, nihil esse acti, quia in rerum natura non sit, quod venierit: *l.* 1. §. 1. D. *de hered. vel act. vend.* Si res, quæ legata est, an in rerum natura sit, dubitetur; *l.* 69. §. *ult. D. de legat.* 1. Opera in actu consistit, nec ante in rerum natura est, quam si dies venit, quo præstanda est: *l.* 1. *D. de oper. serv.* Atque ita: a natura recedere dicitur pro mori in *l.* 3. *C. de confess.* Contra, naturam recipere est ad existentiam pervenire. Ut: si id quod in confessionem venit & jus & naturam recipere potest; *l.* 14. §. *ult. D. de interrog. in jur. fac.*

Natura alio significatu Deus ab aliis intelligitur. Ita Seneca *lib.* 4. *de benef. c.* 7. Quid enim aliud est natura, quam Deus, & divina ratio toti mundo, & partibus ejus insita? Et ita hoc vocabulum Jurisconsultos, qui Stoicos fere semper sequuntur, pro Deo passim usurpasse, probat Cujacius in *l.* 1. §. 2. *D. de just. & jur.* Suntque huc pertinentes phrases: Omnes fructus rerum natura hominum gratia comparavit: *l.* 28. *D. de usur.* Cujus caussa natura nobis ejus corporis sanitatem dedit; *l.* 1. §. 7. D. *de Ædilit. edict.* Natura id omnia animalia docuit: *d. l.* 1. §. 1. *D. de just. & jur.* Et hæc est natura quam philosophi aiunt naturantem.

Natura alio sensu a D. Augustino *lib.* 2. *de morib. hæret.* nihil aliud esse dicitur, quam *id quod in uno quoque genere intelligitur aliquid esse.* Quod si pluribus inest, horum communis natura dicitur; quemadmodum Imperator Manuel. *or.* 3. naturam ait omnibus communem, & quæ ejus sunt, nobis communia ac ne regem quidem, superiorem esse. Alias cuique rei sua natura est. Sic natura actionis: *l.* 14. §. 13. D. *de religios.* agri; *l.* 2. §. 6. D. *de aqua & aqu. pluv.* aquæ: *l.* 6. D. *de aqu. quotid.* cavillationis: *l.* 177. *D. de verb. signif.* contractus: *l.* 7. §. 5. *D. de pact.* & cæterarum rerum sive corporalium sive incorporalium, quemadmodum & hominis. Sic: humanæ naturæ congruum: *l.* 65. §. 3. *D. de legat.* 3. natura masculorum, i. e. sexus: *l.* 17. *C. Theod. de præt. & quæst.* Neque natura rerum recipit ut per eum aliquid possidere possimus, quem civiliter in mea potestate non habeo: *l.* 23. §. *ult.* D. *de aquir. vel. omitt. poss.* Acceptilatio non sua natura agit: *l.* 5. D. *de rescind. vend.* id est, non propria vi & potestate.

Natura sæpe intelligitur qualitas cum qua quid statim natum est. Sic: qui natura spadones sunt: *l.* 128. D. *de rei vind.* sua natura corrupta vina: *l.* 15. D. *de peric. & comm. rei vend.* Natura sterilis *l.* 14. D. *de Ædilit. edict.* commota contra naturam fera: *l.* 1. §. 7. D. *eod. tit.*

Natura & facto hominis opponuntur. Ita: sui natura patefactæ tabulæ: *l.* 10. §. 1. D. *testam. quemadm. aper.*

Natura pro ordine instituto ab auctore mundi; ut in his phrasibus: Natura non permisit, simul uno impetu duos infantes de utero matris excedere: *l.* 15. D. *de statu hom.* Quum mulier uterum gerit, nec per naturam humanæ conditionis alium partum formare potest, quod quidem post certum tempus conceptionis eveniet: *l.* 30. §. 6. D. *de adquir. vel omit. hered.* Naturæ concedere, id est mori: *l.* 1. *C. ad SC. Tertull.*

Natura pro aggregato virium ad corpus vita præditum pertinentium. Sic: Quantum in natura homi-

hominum ſit: *l.* 38. D. *de reb. cred.* Impoſſibilis conditio, cui natura impedimento eſt, quominus exiſtat, veluti ſi cœlum digito attigero; §. 11. *Inſt. de inutil. ſtipul.*

Natura ſeu ex corpore provenire, & jure ſeu ex conventione percipi, ſeparantur *in l.* 62. D. *de rei vind.* his verbis: Vectura ſicut uſura, non natura provenit, ſed jure percipitur.

Natura pro neceſſitatibus. Sic: naturæ reſtituere, i. e. heredibus naturalibus: *l.* 9. *C. Theod. de hæret.*

Natura, juxta Thom. Magiſtrum *de verb. attic.* ab eſſentia ſeparatur. Eſſentia enim eſt ipſa cujuſque rei ſubſiſtentia (ὕπαρξις): Natura autem, vis, quæ cuique rei ineſt. Sic natura terræ eſt, proferre herbas, natura ignis calefacere.

Ita quidem varie philoſophi aliique *naturæ* vocabulum accepere. Egregie vero legi naturali definiendæ accommodatam ejus vocis definitionem tradit Vir clariſſ. Sigiſm. Lud. Lerberus in *ſumma Legis naturæ*, c. 2. quod eſt *de natura*, ubi hanc plerumque intelligi ait conſtitutionem rei cujuſque illam, qua res ad conſequendum, quem ei Dominus Deus aſſignavit finem, apta efficitur. Cum autem Lex naturæ cum ratione naturali, finium ſcilicet ad quos res ſingulæ hoc illove modo conſtitutæ ſunt, copulata ſit; hinc *naturam* recte pro lege naturali dixeris cum Legibus noſtris. Ut ecce: Hoc natura æquum eſt, neminem cum alterius detrimento fieri locupletiorem: *l.* 14. D. *de condict. indeb.* id eſt jure naturæ, ut eſt in *l.* 206. D. *de reg. jur.* Natura mare omnibus patet; *l.*13. D. *commun. prædior.* Naturæ religio flagitat; *l.* 28. *C. de inoff. teſt.* Liberos naturæ ſimul & parentium commune votum ad parentium bona admittit: *l.* 7. §. *ult.* D. *ſi tab. teſt.* Et hoc ſenſu natura dicitur eſſe communis; *l.* 12. §. *ult.* D. *de accuſat.* Et quod dicitur, aliquem contra naturam dominio alieno ſubjici; *l.* 4. §. 1. D. *de ſtat. hom.* intelligendum eſt, fieri præter jus naturale, illud ſcilicet quod vocamus primarium, quo nempe ſervus nullus eſt nulluſque dominus.

NATURALIS, *e*, quod a rei natura eſt in ſe ſpectata. Sic: Naturale vitium eſſe dicitur, negligi quod communiter poſſidetur, utque ſe habere nihil, qui non totum habeat, arbitretur: *l.* 2. *C. quando & quibus quarta pars.*

Naturale alio ſenſu dicitur quicquid naturæ convenit; ut: Naturalis adpellatio; *l.* 40. *D. de verb. ſignif.* adfectus: *l.* 28. §. 3. D. *de liberat. legat.* intellectus, i. e. ſignificatus; *l.* 5. *D. de ſerv. export.* Nihil tam naturale eſt, quam eo genere quidque diſſolvi, quo colligatum eſt; *l.* 35. D. *de reg. jur.* Si eum qui in poteſtate patris eſſet, reſpondiſſem, filium meum eſſe, ita me obligari (ait Ictus) ſi ætas ejus pateretur, ut filius meus eſſe poſſet: quia falſæ confeſſiones *naturalibus* convenire deberent; *l.* 13. *D. de interrog. in jur. fac.*

Naturale in ſpecie dicitur id cujus ratio in natura ipſa magis quam in civili inſtituto continetur. Ita: naturalis æquitas, quæ opponitur civili: *l.* 1. *pr. D. ſi is qui teſt.* Indebiti ſolutio naturalis eſt; *l.* 15. *D. de condict. indeb.* Naturale debitum: *l.* 40. §. 3. D. *de cond. & dem.* Naturale jus: *l.* 1. §. 3. D. *de juſtit. & jur.* item: Naturalia jura; *l.* 8. §. 7. *D. de bon. poſſeſſ. contr. tab.* Naturalis lex; *l.* 1. §. *ult.* D. *de furt.* quæ & naturalis ratio dicitur: *l.* 9. *pr.* D. *de juſt. & jur.* Naturalis obliga-

gatio, quæ a civili separatur: *l.* 13. *pr.* & *l.* 38. *D. de cond. indeb.* quæ & naturale vinculum: *l.* 59. *D. eod. tit.* & naturalem habere præstationem dicitur: *l.* 8. *D. de capit. minut.* Naturalis est omnium gentium locatio: *l.* 1. D. *locati.* Et ita cognati nomen naturale est: *l.* 10. §. 1. *D. de gradib.*

Naturale autem hoc modo dicitur duplici sensu: vel ut ab iis separetur quæ civili tantum ratione sunt introducta; vel, ut ab iis distinguatur quæ de facto quidem seu naturali ratione qualitatem quandam & vim habent, sed civili lege nec sustinentur nec attenduntur.

Priori sensu *naturalis* obligatio, maxime quoad causam efficientem, opponitur civili *in l.* 126. §. *ult. Versu superest. D. de verb. obl.* ubi Paulus illam dixit, quæ ex naturali facto, id est numeratione oritur, ad differentiam ejus quæ verbis (solemnibus jure civili institutis) contrahitur. Ita etiam adoptivæ, utpote meræ civili, opponitur naturalis cognatio & familia: *l.* 4. §. 2. D. *de gradib.* & *adfin. l.* 1. §. 4. D. *unde cogn.* Quemadmodum *naturalis* avus *l.* 1. §. 12. *D. de ventr. in poss. mitt.* naturalis filius: *l.* 5. *D. de gradib.* & *adfin.* naturalis frater, soror: *l.* 10. D. *de manum. vind.* naturales liberi: *l.* 5. D. *de his qui sui vel alien. jur.* naturalis soboles: *l.* 2. *C. de adopt.* naturalis pater: *l.* 29. *D. de adopt. l.* 6. *l.* 8. *D. de in jus voc. l.* 7. §. 1. *D. de Carbon. edict.* §. 13. & 14. *Inst. de hered. quæ ab intest.* naturales parentes: *l.* 6. §. *ult.* D. *de bon. poss. contr. tab.* omnes in dictis legibus opponuntur adoptivis.

Posterioris sensus, quo nempe naturale id dicitur, quod de facto tantum est, nec civili lege sustinetur, exempla sunt quoque in ipsa cognatione. Ita enim opponuntur legitimis *naturales* liberi, qui nempe vulgo, vel extra nuptias quæsiti, vel ex serva nati, vel in servitute suscepti sunt, uti *l.* 3. *pr.* D. *de liberal. caus. l.* 38. *D. de reb. auct. jud. possid. l. ult. C. de confirm. tut. Rubr.* & *tit. C. de naturalib. liber.* Isidorus *lib.* 9. *orig. c.* 13. Filios *naturales* definit ingenuarum concubinarum filios, quos sola natura genuit, non honestas conjugii. Quæ verba transcripsit Gratianus *in can. ult. quæst.* 32. Theophilus *in* §. *ult. Inst. de nupt.* Si cum muliere aliqua rem habui, cujus mihi matrimonium legibus interdictum non fuerat, habui autem cum ea consuetudinem, non ut cum uxore, sed cum meretrice forsan, vel cum concubina, & ex ea nati sunt liberi: in potestate mea hi non sunt, quia matrimonium non præcessit, sed naturalis (φυσικὸς) est filius. Thomas Magister *naturalem* filium ait e stupro natum, cui opponitur legitimus, & huic rursum nothus, quem υἱόθετον vocant. D. Augustinus *lib.* 4. *adv. Julian.* Ac per hoc, ait, & ea quæ cum feminis committuntur, stupra laudatis, quia & illic usus naturalis est, quamvis damnatus, quia legitimis non est. Unde & filii non legitimi, sed naturales vocantur, qui inde nascuntur. Idem *lib.* 6. *confess. c.* 13. & 15. Naturalem, ait, filium suum adpellat, ex ea susceptum, quam unam habebat, non legitimo conjugio cognitam, sed vago ardore & prudentiæ inopia indagatam. Et ita *naturalis* filius accipiendus est in *l.* 7. D. *de confirm. tut.* Vid. infra in *spurius.*

De servo autem *naturali* filio ejus qui cum in servitute suscepit (ideo naturali dicto, quod servorum nullæ sunt nuptiæ, nec adeo-

adeoque liberi horum dicuntur civiliter legitimi) verba hæc sunt : Libertinum qui filio suo naturali, quem in servitute susceperat, postea manumisso pupillam suam, eandemque patroni sui filiam, in matrimonio collocavit, ad sententiam Amplissimi ordinis, qui hujusmodi nuptias interdicendum putavit, pertinere, dubitari non potest: *l.* 4. *C. de interdict. matrim.* Et de naturali filio quem dominus ex ancilla suscepit hæc legimus : Si ea lege Chrestes servum suum, sed naturalem filium venumdedit : *l.* 2. *C. si mancip. ita fuerit. alien.* Qui filium naturalem possidet, non eo locupletior est, quod eum plurimo, si alius possideret redemturus fuit : *l.* 33. *D. ad leg. aquil. l.* 66. *D. ad leg. falcid.* Et eo indirecte spectant verba hæc : si quis ingenuam ab hostibus redemtam eo animo secum habuerit, ut ex ea susciperet liberos, & postea ex se natum sub titulo naturalis filii cum matre manumiserit : *l.* 21. *pr. D. de captiv. & postlim.* Et ita naturales filii accipiuntur apud Paul. *sent. lib.* 5. *tit.* 6. §. *ult.* Quin hos quoque, non solum eos quos ex libera muliere quis extra matrimonium suscipit, spectare videtur *l.* 17. D. *ad SC. Trebell.* De filiis naturalibus a domino parente naturali manumissis verba hæc sunt ; Lucius Titius libertis suis, iisdemque filiis naturalibus universas res suas tradidit. *l.* 17. §. 1. *D. quæ in fraud. creditor.* Simili ratione *naturalis* pater dicitur qui ex concubinatu, vel ancillæ consuetudine, non ex justis nuptiis suscipit : *l.* 40. *pr.* D. *de fideic. libert. l.* 19. D. *de manumiss. l.* 88. §. 12. D. *de legat.* 2. Et ita naturalis pater justo opponitur : *l.* 3. C. *ad leg. jul. de adulter.* Denique : naturalis cognatio per se sine civili cognatione, intelligitur, quæ per fæminam descendit, quæ vulgo liberos peperit. *l.* 4. §. 2. D. *de gradib. & adfin.*

Naturale pro corporali, ut: naturalis possessio : *l.* 38. §. 8. *D. de usur. l.* 2. §. *ult.* D. *pro hered. l.* 1. D. *de adquir. vel. amitt. possess.* id est, corporalis, ut loquitur *l.* 40. §. *ult. D. de pignerat. act. l.* 24. *l.* 25. §. *ult.* D. *de aquir. vel amitt. possess.* quum videlicet quis corpore rei incumbit : eaque civili possessioni, quæ animo dominii & adfectu retinetur, opponi solet. Ita commodatarii & depositarii possessio naturalis dicitur, his verbis : Si possessionem naturalem revocem, ut in deposito & commodato : *l.* 38. §. 8. D. *de usur.*

Naturale pro eo quod a nativitate est : sic naturale nomen dicitur id, cui quis ipsa nativitate sua obstringitur : *l.* 123. *C. Theod. de decurion.*

Naturale seu ingenitnm, ut : *Naturalis* bonitas vini aut olei : §. 13. *Inst. ad leg. aquil.* color : *l.* 70. §. 12. *D. de legat.* 3. feritas : *l.* 1. §. 1. D. *si quadrup. pauper. fec.* libertas : *l.* 3. D. *de aquir. rer. dom.* laxitas : *l.* 44. *D. de aquir. rer. dom.* vitium loci : *l.* 24. §. 2. D. *de damn. inf.* facilitas : *l.* 17. D. *de recept. arb.*

Naturale separatur a facto hominum. Ita : *naturalis* agger, qui a manu facto differt. *l.* 2. §. 6. D. *de aqu. & aqu. pluv.* alveus fluminis : *l.* 7. §. 4. D. *de aquir. rer. dom.* maturitas : *l.* 42. *D. de usu & usufr. leg.* Naturaali vi vel terræ motu : *l.* 59. D. *locat.* naturalis interitus : *l.* 14. §. *ult. D. depos.*

NATURALITER interdum est naturali jure. Sic naturaliter obligabitur pupillus in quantum locupletior factus est : *l.* 5. *D. de auct. & cons. tut. & cur.* Dum mo-

modo sequens obligatio aut civiliter teneat, aut naturaliter: ut puta si pupillus sine tutoris auctoris auctoritate promiserit. *l.* 1. §. *ult. D. de novat.* Naturaliter etiam servus obligatur: *l.* 13. *D. de cond. indeb.* ubi mere naturalis nec civilis obligatio intelligenda. Servi enim ex contractibus civiliter quidem non obligantur, sed *naturaliter* & obligantur & obligant, ait *l.* 14. *D. de obligat. & act.* Ac plane cum servum debere, vel servo deberi dicimus, factum magis demonstramus, quam ad jus civile referimus obligationem: *l.* 41. *D. de pecul.*

Alias *naturaliter* est ratione obvia, cum juris stricti naturalis, tum politica. Sic: naturaliter concessum est, quod pluris sit, minoris emere, quod minoris sit, pluris vendere, & ita invicem se circumscribere: *l.* 22. §. *ult. D. locat.* In pretio emptionis venditionis naturaliter licere contrahentibus se circumvenire: *l.* 16. D. *de minor.* Ibi verbum circumvenire non promiscue sed cum modo est accipiendum. Ecquis vero hoc admittendum censebit quod ait *l.* 9. §. 7. *D. de pecul.* Licere etiam servis naturaliter in suum corpus sævire? Cum hominis vita & corpus non ita sua sint ut perdere liceat, nec naturali lege, nec politica ratione.

Naturaliter interdum significat corporaliter, re ipsa, & ut vulgo loquimur. *realiter.* Et ita quoque *naturaliter* & *civiliter* opponuntur. Sic: Ea, quæ civiliter adquiruntur, veluti stipulatio: quod naturaliter adquiritur, sicuti, est possessio: *l.* 53. *D. adquir. rer. dom.* Possessio, nisi naturaliter comprehensa, ad heredes institutos non pertinet: *l.* 23. *D. de adquir. poss.* id est, nisi corpore adprehensa, ut *l.* 51. D. *eod. tit.* Possessor non solum qui civiliter, sed & qui naturaliter incumbit possessioni: *l.* 3. §. *ult. D. ad exhib.* Naturaliter interrumpitur possessio, id est, facto naturali & corporali, quum quis de possessione vi dejicitur, vel res mobilis ei eripitur: *l.* 5. *D. de usurp. & usuc.* Atque hoc sensu *naturaliter* aliquando accipitur ut *τὸ civiliter* excludat, quasi diceretur mere naturaliter, ut in his phrasibus: Coloni, & qui depositum susceperunt, naturaliter, possident: *l.* 7. §. 11. D. *comm. divid.* Naturaliter possidere videtur, qui usumfructum habet: *l.* 12. *D. de adquir. poss.* Servus a fructuario naturaliter tenetur: *l.* 49. D. *de adquir. poss.* Peculium servus civiliter quidem possidere non potest, sed naturaliter tenet: *l.* 24. *D. eod. tit.*

Rursus *naturaliter* pro corporaliter & realiter habetur quoque in his exemplis: Verborum obligatio: aut naturaliter resolvitur, aut civiliter. *Naturaliter* veluti solutione, aut cum res in stipulationem deducta, sine culpa promissoris in rebus humanis esse desiit: *Civiliter*, veluti acceptilatione, vel cum in eandem personam jus stipulantis promittentisque devenit: *l.* 107. *D. de verb. oblig.* Solutam pecuniam intelligimus utique naturaliter, si numerata sit creditori: *l.* 49. *D. eod. tit.*

Naturaliter quoque idem est, ac sui natura. Ita: Aperire autem (tabulas) hic ille videtur, qui *naturaliter* aperit, sive sint signatæ, sive non sint ligatæ, sed tantum naturaliter clausæ: *l.* 3. §. 19. *D. ad SC. Silan.* Si quis tabulas quidem non aperuit naturaliter; linum autem inciderit: *eadem l.* 3. §. 23. D. *eod. tit.* Debiti vel non debiti ratio in conditione naturaliter intelligenda est: *l.* 64. *D. de cond. indeb.* Semper inferior ager superiori servit, at-

atque hoc incommodum naturaliter patitur inferior ager a superiore: *l.* 1. §. 12. D. *de aqu. & aqu. pluv.* Earum rerum naturaliter inter se pugna est, testatus & intestatus: *l.* 7. D. *de reg. jur.* Sic & *naturaliter* & *opere facto* opponuntur: *l.* 1. §. 10. D. *de aqu. & aqu. pluv.* Servitus naturaliter, non manu facto lædit fundum servientem: *l.* 20. §. 1. *D. de servit. præd. rustic.* Naturaliter nigrum: *l.* 70. §. 12. *D. de legat.* 3.

NAVALIA vasa: *l.* 19. §. 10. *D. de aur. arg. legat.* fortassis positum est pro *nivalia* vel *nivaria*, vide infra *Nivarius.* Nam dicta in lege de navalibus vasibus, in quibus onera recondita in naves imponuntur, agi, ut quidam interpretantur, haud facile quisquam sibi persuadebit.

NAVALIS, *e.* Navalem functionem sustinent prædia: *l.* 15. *C. Justin. de omni agr. desert.* De hac perperam Brissonius citat *l.* 15. *C. Theod. de Senator. & de glebali*, ubi *glevales*, non navales functiones legimus.

NAVARCHIA. Navarchiæ functioni obnoxiæ facultates: *l.* 20. *C. Theod. de navicul.*

NAVARCHUS, qui navibus præest: *l. un. C. de bon. poss. ex testam. milit.* Navarchorum coetus. *l.* 32. *C. Theod. de navicul.* Concilium nempe & corpus speciale cujusque loci erat Naviculariorum, veluti Alexandrinorum, & Carpathiorum, qui & Navarchorum coetus dicebatur, ad quem, ob justam navicularii culpæ præsumptionem, naufragii dispendium pertinebat seu recedebat, inter omnes pro rata muneris dividendum. Vide Gothofred. *Comment. ad dict. leg. C. Theod.* Summum omnem in Classem, frumento stipendio, cæterisque rebus Navarcho suo quæque Civitatis dare solebat. Cic. *in Verr.*

NAUCELLA. Naucellæ: piscium caussa præparatæ: *l.* 17. §. 1. *D. de instr. vel instrum. leg.* Idem ac naucula, vel navicula, id est cymba piscatoria.

NAUCLERUS. De naucleris mentio est in *l.* 1. & 2. *C. de navicul.* Eadem fere accipiuntur significatione ac navicularii de quibus mox. Alius autem Græcis *ναῦκληρος* alius *κυβερνήτης* gubernator. Sic enim eos Plutarchus in *polit.* distinguit: *ναύτας μὲν ἐκλέγεται αυβερνήτης, κυβερνήτην ναῦκληρος.* Nautas quidem eligit gubernator, gubernatorem nauclerus. Athen. *lib.* 51. *τῶν μὲν κατὰ ναῦν ἀδικημάτων δικαςήριον καθειςήκει ναύκληρος κυβερνήτης πρωρεύς.* Ammonio *naucleri* non solum sunt qui naves possident, sed ædium locatores: Hesychio vero nauclerus est *ὁ συνοικίας προεςὼς* sive *ςαθμῦχος*, is scilicet, qui ita hospitibus domum suam quasi locat, ut navicularius vectoribus. Demarchi item Athenis *ναύκληροι* dicebantur, ut ex Hyperide observat Hippocrates.

NAUFRAGIUM, fractæ navis casus, & conjuncta cum illo jactura: immo & aliquando res, naufragio amissæ, vel ex naufragio superstites. Sic; naufragio peremta navis: *l.* 36. §. *ult. D. de rei vind.* Naufragii periculum: *l.* 12. §. 1. D. *de usufr.* si naufragio perierit: *l.* 17. §. 7. *D. ad SC. Trebell.* Naufragium facere: *l.* 9. D. *ad leg. Rhod. de jact.* Naufragium colligere: *l. ult. D. de injur.* supprimere: *l.* 3. *D. ad Leg. Corn. de sicar.* Ne quid ex naufragiis diripiatur, vel quis extraneus interveniat colligendis eis: *l.* 7. *D. de incend. ruin. naufr.* Similiter Frider. Imperator in *Auth. Navigium. de furt.* damnat eos, qui bona naufragorum sibi appropriant, prætextu consuetudinis quæ certe crudelis est, & impia. De naufragio qui abstulerit

rit excommunicatur. *c. excommunicationi 3. §. illi etiam. De raptor.*

NAVICULA functioni muricis & legendis conchyliis deputata : *l.* 12. *C. Theod. de murileg. & gynæc.* Navicula parva : *l.* 44. *D. de evict.*

NAVICULARIS. Munera rei (id eſt functionis) navicularis : *l.* 1. D. *de muner. & hon.*

NAVICULARIUS. dicitur qui navem agit exercetque, & onus aliquod vehendum navi ſuſcipit : *l.* 1. §. 3. *D. naut. caup. ſtabul. l.* 5. §. 9. *D. de jur. immunit.* Vetus gloſſarium : Navicularii ſunt, qui transferebant frumenta in urbem, aut ubicunque erat Imperator. *Navicularii*, qui annonæ urbis ſerviunt : *l.* 5. §. 3. *D. de jur. immunit.* Vopiſcus in *Aurelian. cap.* 47. Quod ut eſſet perpetuum navicularios apud Ægyptum novos, & Romæ amnicos poſuit. *Navicularii*, ſeu naucleri, publicas ſpecies tranſportantes : *rubr. C. de navicul.* De differentia Navicularii, ναυκλήρου & κυβερνήτου, gubernatoris, itemque magiſtri navis, vide Grot. *ad Act. Apoſt. c.* 27. *v.* 11. Collegia Romæ certa ſunt, quorum corpus SCis atque conſtitutionibus confirmatum eſt, veluti Naviculariorum : *l.* 1. D. *quod cujuſc. univ. nomine.* De horum collegiis vide ſupra in voce *Navarchus.*

Navicularius, a, um. quod ad navicularios pertinet. Sic : Navicularia functio : *l.* 2. *l. ult. C. de præd. navicul.* quæ & navalis functio vocatur, *in l.* 15. *C. de omn. agr. deſert.* Navicularium munus : *l.* 3. *C. Theod. de navicul.* onus : *l.* 149. *C. Theod. de decurion.*

NAVIGABILIS, e. Navigabilis aqua : *l.* 1. §. 15. D. *de flumin.* Navigabile flumen : *l.* 1. D. *ne quid in flum. pub. l.* 1. §. 12. *D. de flumin.* & apud Senec. *de benef. lib.* 3. *c.* 8.

NAVIGARE dicuntur nautæ & vectores. At in edicto furti adverſus nautas, caupones, navigandi cauſſa, in nave eſſe, accipere debemus eos, qui adhibentur, ut navis naviget, id eſt, nautas *l.* 1. D. *furt. adverſ. naut.* qui navis navigandæ cauſſa in nave ſunt, ut eſt *in l.* 1. §. 1. *D. de exercit. act. l.* 1. §. 1. *D. naut. caup. ſtab.* Navem navigare : *l.* 3. *D. de naut. foen.* Sed & navis navigare dicitur : ut in *d. l.* 1. D. *furt. adverſ. naut.* & in *l.* 1. §. 6. *de exercit. act. l.* 12. §. 1. D. *de uſufr.* itemque merx : *l.* 1. D. *de naut. foen.* & pecunia : Paul. *lib.* 2. *ſent. tit.* 14. §. 3.

Navigare translato ſignificatu dicitur qui conjugem ducit : Auguſtin. *ad Bonifac Comit. epiſt.* 70. cujus verba relata ſunt in *C.* 2. *cauſ.* 17. *quæſt.* 2.

NAVIGATIO notiſſimæ ſignificationis *in l.* 1. D. *de rip. muniend. l.* 137. §. 2. D. *de verb. ſignif. l.* 3. *D. de mort. cauſ. don. l.* 1. §. 5. *de de flum. l.* 26. D. *de rei vind.*

NAVIGIUM pro nave & pro navigatione. Ait Prætor iterque navigii deterius fiat : hoc pro navigatione poſitum eſt : immo navigium ſolemus dicere etiam ipſam navem. Iter ergo navigio poteſt & ſic accipi, *iter navi deterius fiat.*

Navigii adpellatione etiam rates continentur : quia plerumque ratium uſus eſt neceſſarius. Sunt verba Ulpiani in *l.* 1. §. 14. *D. de flumin.* In omnes navigii dies : *l.* 122. §. 1. *D. de verb. oblig.* Perfecto navigio : ibid. Non eſt impedimento navigio : *l.* 1. *D. de rip. muniend.* Navigia quæ in alveo Tiberis inveniuntur : *l. un.* C. *Theod. & Juſtin. de naut. Tiberin.* Columell. Jamque qui ædificare velint, fabros & architectos advocent ; qui navigia mari concredere, gubernandi peritos.

NAVIS eſt *corpus mobile, ſeu*

Plurium

pilurium tabularum contentus. l. 30. de usucap. l. 20. §. 1. quod vi aut. cl. l. 1. §. 7. de vi & vi armat. Veteres eam caudicem appellarunt Sthewich lib. 5. de re milit. cap 1. in jure navigium dicitur, & inter duo vocabula nulla adest differentia. l. 1. §. 14. 15. de flumin. l. 2. de capt. & postlim. l. 2. §. 6. de exercit. acti. Nomine navis omnia navigiorum genera continentur. l. fin. de fund. instr. & dict. l. 2. §. 6. 10. C. de nav. non ex. l. 29. §. 2. 3. & 4. ad legem Aquil. dicuntur etiam rates l. 1. §. 14. de flum. Accurs. in l. 1. §. 2. naut. caup. omnia quæ de navi dicuntur in navicula locum habent. l. 44. de eviction. & Bald. in l. 1. §. 4. naut. caupon. Vox navigii aliquando pro ipsa navigatione sumitur l. 122. §. 1. de verb. oblig. l. 1. §. 14. de flum. l. 3. C. de naut. fan. Partes navis vel principales sunt, vel minus principales, & ejus membra, seu conjuncta dicuntur. l. 44. de evict. sequentes sunt.

1. Carina, & est navis infima pars. & ejus fundamentum. l. 61. de r. v. 2. costæ, latera navium. Plinius lib. 13. cap. 9. 3. Prora. quæ est anterior navis pars. 4. Puppis pars posterior navis, quæ est honestior locus, ubi sedet Gubernator. Tholosanus in praxi memor. rer. lib. 26. cap. 6. 5. Gubernaculum. Jacob. 3. v. 5. l. 44. de evict. l. 29. §. 2. ad Aquil. dicitur servaculum. 6. malus. l. 44. cit. l. 142. Goedde ad leg. 142. cit. v. 1. Partes vero, quæ extra navis corpus conspiciuntur, ejus armamenta nominantur. l. 3. §. 1. d. r. v. l. 1. §. 3. de exerc. act. Vela, Carbasa, lintea. quæ alæ sunt navis. Segel. l. 44. de evict. Cassiodor. lib. 5. Variar. Quatuor velorum genera statuit Isidorus lib. 19. etimolog. cap. 3. Anthena est lignum transversum in malo positum, cui velum alligatur. Anthenis subnectere velam. Ovid. Metamorph. Rudentes a nimio stridore ait appellari, & varii generis sunt. Chytr. in nomenclat. cap. 34

Mira in navium fabricatione diversitas. Ægiptii ex corio & spino sicut Babilonii. Herodot. lib. 2. in eut. pag. 196. Indi ex unica tantum arbore. Benz in hist. Novi orbis lib. 1. cap. 2. Romani variis modis. Vegetius lib. 1. de re milit. cap. 12. Prisci Romani ex arboribus excavatis. Plinius lib. 16. cap. 40. Grœlandici ex scorteis. Altham. in comm. Taciti de moribus German. Britanni ex vitice. Jul. Cæsar. 1. de bello civ. Veneti ex robore. idem de bello Gallico lib. 3. Hodie vero mira diversitas, adeo ut ex solo navis aspectu, cujus sit nationis primo intuitu cognoscitur. Qui de navi construenda cogitavit scientem Architectum eligere debet, qui in jure naupegus vocatur. l. 6. de jure immun. Faber. l. 13. §. 1. de man. testam. Qui promittit navem facere, si hæc per alium fiat non liberatur. stipulatore non consentiente. l. 31. Din. in Reg. jur. quod quis per al. in 6.

Formam navis graphice describere debet, & si in modo fefellerit Architectorum judicio, utili actione conveniri debet. l. 12. §. 1. C. de prox. sac. scrinior. l. fin. §. 3. si mens. fals. mod. si vero certa mercede opus vitiosum fecerit actione locati tenetur. l. 9. §. penult. l. 13. §. 1. l. 51. §. 1. locat. navi constructa cum machina Helix ab Archimede primum inventa minimo labore in aquas demititur. Boter. de Polit. lib. 8. cap. 3. Nohemus primus inventor navium fuit. Genes. 6. Hostus tom. 3. cap. 4. Morisotus in orbe maritimo lib. 1. cap. 2. Summa navium divisio est in longas, quæ bellicæ dicuntur, vel onerariæ aut actuariæ. Liv. lib. 35. cap. 27. Cæsar. 4. de Bello Gall. naves biremes, quia ex duplici remorum ordine ab erytheis inventæ sunt.

ſunt. Sequntur triremes. *Vegetius cap.* 37. Quadriremes, quæ quatuor ordines remorum habebant. *Plinius ut ſupra.* Quinqueremes, quibus in bello priore Punico Romani uſi ſunt. *Polyb. lib.* 1. Hexeris, quæ ſex ordines habebat. *Florus lib.* 4. *cap.* 2. Septeres, Octeres, quales habuit Ptolomæus. Eneres, quibus Antonius in pugna Actiaca contra Auguſtum uſus fuit. *Florus lib.* 4. *cap.* 11. Deceres, qua decem habuit ordines. *Plinius lib.* 7. *cap.* 56. Soleres ad 12. ordines remorum, & uſque ad 30. Ptolomeus Philadelphus. *Plinius cap.* 56.

Naves luſoriæ duplicis generis ſunt. Vel ad belli uſum deſtinatæ. *C. Theodoſ. de Luſor.* vel placidæ, quæ voluptatis cauſa habentur. *l.* 2. *Senec. lib.* 7. *de Benef. cap.* 20. Naves onerariæ ab oneribus ſuſtinendis. *l.* 1. §. 12. *de exercit. action.* dicuntur naves mercatoriæ, vel vinariæ, aquariæ, & frumentariæ, quia grana vehunt. *l.* 31. *locat. l.* 55. §. 4. *de Legat.* 3. *Anton. Auguſt.* 4. *emend.* 16. Naves denominationem ſumunt vel a loco ubi navigant. *l.* 1. §. 6. & 12. *ibi fluvii capaces. l.* 3. *de vacat. mun. l.* 5. §. 6. *de jure immun.* vel a quantitate, ut Hiſpanorum Caravella. *Benzo de occup. ind. paſſim.* vel a navigationis curſu, ut curſoriæ, vel a forma. *Cicer. lib.* 16. *Epiſt. ad Attic.* Navis eget nauta, qui illam exercet. *l.* 1. §. 2. *l.* 11. §. 2. *de public.* & *vectigal. l.* 1. §. 1. *furt. adverſ. naut.*

Claſſis Prefectus eſt Archithalaſſus. *l.* 46. *ad S. C. Trebell.* Navarchus Princeps maris. *l.* 6. *C. de navic.* l. 1. *de bon. poſſ. ex teſt. mil.* nauclerus. *l.* 3. *C. de navic.* navicularius, qui Patroni appellantur. *tot. tit. C. de navic.* Magiſter cui totius navis cura commiſſa eſt. *l.* 1. §. 1. *de exerc. act. l.* 57. *de verb. ſignif.* Gubernator, qui in navi ad clavum ſedet in puppi. *l.* 11. §. 2. *ſi publ.* & *vect. l.* 13. §. 2. *locat.* Inferioris conditionis ſunt Dietarii *l.* 2. §. 2. *naut. caup. l.* 12. §. 4. *de inſtr. legat.* remiges, qui navim remigando propellunt. *l.* 1. §. 2. *naut. caup.* Alii ſunt ſcriba, naupegus, coquus focarius, Mercatores, & Vectores. *l. cit. naut. caup.* Magiſter navis illam ad vendendas merces locat. *l.* 1. §. 12. *de exerc. act.* & merces illa locarium vocatur. *l.* 1. §. 7. *de exerc. act.* Variis mercibus naves onerantur. *l.* 31. 47. *l.* 21. §. 5. *de furt. l.* 5. *C. de navib. tot. tit. C. de frum. l.* 1. *C. quæ res ex port. l.* 61. §. 1. *locat. l.* 3. §. 1. *de pen. Legat. l.* 16. §. 7. *de publican. l.* 55. §. 5. *de Legat.* 3. *l.* 12. *de act. emt.* Magiſter navis cavere debet ne prohibitas merces vehendas ſuſcipiat. *l.* 6. §. 4. *de offic. Præſid.* ſi contra fecerit capitaliter punitur, & ejus bona fiſco vindicantur. *l.* 2. *ut ſupra.* & vectigalis onere liberæ ſunt res, quas unuſquiſque uſus ſui gratia vehit. *l.* 5. *C. de vectigal. l.* 4. §. 1. *de publ.* & *vectigal. l.* 203. *de verb. ſignif.* Navis eſt res in commercio, & uſibus humanis, aut dominio noſtro ſubjici poteſt. *l.* 83. §. 5. *v. nam et ſi de verb. oblig.* bello, vel ſpecificatione acquiritur. *l.* 12. *de captiu.* & *poſtlim.* navigaturis non ſolum quædam res commodari poſſunt, imo & ipſa navis. *l.* 18. *com. mod.* §. 2. *in fin. l.* 1. §. 4. *de obl.* & *act. Hotom. illuſt. queſt.* 19. Navis poteſt ſequeſtrari. *l.* 12. §. 1. Quælibet res in navi deponi poſſunt, & cuſtodiæ mandari. *l.* 1. §. 6. *naut. caup.* & ſi doloſe agat nauta actio depoſiti contra illum competit. *l.* 3. §. 1. & *ver. niſi quod. h. t.*

Navis pro pecunia oppignorari poteſt. *l.* 5. *qui potior in pign.* ſi navis fuit obligata. *l.* 18. §. 3. *de pign. action.* & pro pecunia credita.

l. 18.

l. 18. §. 3. casus fortuitus vel naufragium non liberat debitorem. *l. fin. de naut. pec. l.* 11. *C. de reb. cred.* Navis in stipulatum deduci potest. *l.* 83. §. 5. *de verb. oblig. l.* 97. §. 8. *v. nec simul. de solut.* Hæc stipulatio vel pura vel conditionalis est. *l.* 83. §. 5. *l.* 98. §. 8. *l.* 163. *de verb. oblig.* Adsecuratio navis est novus contractus nominatus. *Stypman. de jure maritimo fol.* 437. Adsecurationis forma, vel essentialis, vel accidentalis est. In prima periculum suscipitur. *l.* 4. *naut. caup. l.* 1. *de peric. rei vend. l.* 13. *de liber. caus. l.*60. §. 6. *locat.* a casu fortuito distinguitur, cum hic nulla providentia humana præcaveri potest. *l.* 2. §. 7. *de adm. rer. ad civit. pertin.* Accidentalis adsecurationis forma est, quod super ea obligatio conficiatur, quæ Pollex nominatur. *Targa in Ref. lex. commercii maritimi.* Quæ conditiones requirantur *Stypman de jure maritimo fol.* 462. & 467. Sicut adsecuratori datur actio ita & retentio *l.* 1. §. 4. *de superficieb.* Adsecurationis contractus licitus est, non enim jure repugnat periculum, & casum fortuitum in quovis contractu. *l.* 1. & *tot. tit. de peric. & commod. rei vendit.* & nullibi prohibetur, imo a cultissimis populis quotidie exercetur. *Santern. de Adsecurat. cap.* 1.

Navis sicut & omnis alia res in commercio existens emi & vendi potest. *l.* 36. *de evict.* emptaque navi tenetur emtor pretium cum usuris præstare. *l.* 13. §. 13. *de act. em.* & venditor emti actione ad traditionem navis tenetur cum pretio vecturarum. *l.* 13. *cit. de act. em.* vendita nave non solum ipsa, sed omnia, quæ navi conjuncta sunt, ut malus, gubernacula, vela tradi debent. *l.* 44. *de evict.* hæc enim membra navis dicuntur. *l.* 242. *de verb. sign. & Cujac. ad hanc legem.* Vendita nave Scapha non venit. *l.* 44. *cit.* Venditor navis ad evictionem obligatur ex natura contractus, licet nihil super ea conventum fuerit. *l.* 6. *C. de evict.* ex navi vendita non debetur laudemium, quia res mobilis est. *Stypman. cap.* 1. *part.* 3. nec jus retractus. *Reink. Tract. de jure retract. q.* 3. *n.* 105. *Tiraquel. Glos.* 7. *n.* 90. & 91. *de jure retract.*

Cum navis res sterilis non sit, locatur & conducitur sicut domus aut horreum. *l.* 13. §. 1. *l.* 31. *l.*61. §. 1. *locat. l. fin. ad Leg. Rhod. de Jactu.* Navis fructus vecturæ dicuntur, & inter civiles fructus numerantur. *l.* 29. *de hæred. pet. l.*62. *de R. V. l.* 39. §. 1. *ibi: fructus de legat.* 1. Magister navis locator dicitur. *l.* 1. §. 5. *de exerc. act.* Conductor vero mercator. *l.* 2. *v. at si non D. ad legem. Rhod.* Artifex opus faciendum conducere dicitur, idemque operas locare, quas alter conducere; & idem locare dicitur opus faciendum. *l.* 11. §. *penult. l.* 13. §. 1. & 3. *l.* 10. §. 7. *l.* 25. §. *penult. l.* 30. §. 3. *l.* 57. §. 1. *l.* 60. §. 3. *l.* 62. *locati* & in terminis. *l.* 22. §. 1. *eod.* qui aliquid faciendum recepit locator, & conductor dicitur. Pro infanti in nave nato vectura non debetur. *Ulpianus in l.* 19. §. 7. *locat. l.*4. *de rest. in integr. l.* 1. §. 1. *de inspect. ventr.* Prætium quod pro personis trajiciendis datur, peculiari nomine dicitur *naulum. l.* 5. *qui potior in pign. l.* 39. §. 1. *de legat.* 1. *in l. fin.* §. *fin. ad Leg. Rhod.* illud vero quod pro aliis rebus vel mercibus datur, in jure appellatur vectura. *l.* 29. *v. item. de hæred. pet. l.* 62. *de R. V. l.* 1. §. 12. *de Exerc. act. l.* 13. §. 13. *de act. emt. l.* 39. §. 1. *de legat.* 1. Pro pænore quotidiano nihil solvitur. *l.* 1. §. 6. *l.* 4. §. 1. *naut. caup.* Actio ex conducto locato, vel locato conducto ex hoc contractu oritur. *l. fin.* §. 1. *ad leg. Rhod. l.* 13.

§. 1. & 2. *locat.* Præter actionem ex hoc contractu ortam jus habet retentionis in bonis, & mercibus transvectis, usque ad vecturæ solutionem. *l.* 2. *ad leg. Rhod. ibi.* Casus autem fortuitus, veluti naufragium, in hoc contractu non præstatur *l.* 13. §. 2. *locat.* l. 23. *de R. J.*

Ex contractu cum navis Magistro in exercitorem datur actio. *l.* 5. §. *fin. ad l. Aquil. l.* 5. *de serv. export. l.* 19. *de R. I. & l.* 19. *ad S. C. Macedon.* hæc actio dicitur exercitoria ab exercitore navis. *Cujac in l.* 3. *hoc tit. ad Paull.* Exercitor ille est ad quem omnes obventiones, & reditus navis perveniunt. *l.* 1. §. 15. *hoc tit. in l.* 1. §. 2. *naut. caup. l.* 1. *furt. adv.* in exercenda navi non attenditur sexus, an vir aut mulier sit. *l.* 1. §. 16. & in fœminis locum non habet S. C. Velleiani beneficium, cum proprius contractus sit. *Vinnius ad* §. 16. Possunt etiam plures exercitores esse. *l.* 1. §. 25. ex omnibus vero Magistri navis contractibus potest exercitor conveniri. De pecunia credita *l.* 1. §. 8. Actio exercitatoria in deposito locum habet. *l.* 3. §. 1. *naut. caup.* Pignore, etiam in re aliena. *l.* 1. §. 7. *naut. caup.* emptione venditione. *l.* 1. §. 3. *ibi* §. 7. §. 10. *ibi.* locatione conductione *l.* 1. §. 3. *ibi.* §. 12. *l.* 55. *de cond. ind. ibi. locaverit.* Societate. *l.* 3. *de exerc. act.* Mandato *l.* 1. §. 12. *hoc tit. l.* 1. §. 2. *naut. caup.* Indebito. *l.* 55. *de cond. indeb. ibi.* & similiter in omnibus contractibus. Finis & effectus est, quod exercitor ex contractu Magistri in solidum teneatur. §. 2. *quod cum eo qui in alien. pot.* & si plures sint unusquisque eorum. *l.* 1. §. *fin.* Hæ actiones perpetuo hæredibus, & in hæredes dantur. *l.* 4. §. *fin. hoc tit.* Tenetur actione hujus contractus exercitor navis magnæ, aut parvæ *l.* 1. §. 4. §. 2. & 3. *eod.* Huc actio Prætoria est. *l.* 1. *hoc tit.* & actio honoraria vocatur. §. 1. *l.* 13. §. 5. in hanc actionem veniunt non solum dolus, & culpa levis, sed etiam de levissima. §. *penult. de locat. l.* 23. *de R. I. l.* 3. §. 1. & de omni damno. *l.* 5. §. 1. solus casus fortuitus excipitur. *l.* 3. §. 1. *ibi. damno fatali.* & hæc actio pœnalis non est, sed rei persecutoria ex contractu locati, vel depositi. *l.* 3. §. 4. Dn. Giron.

Navis, Navem in edicto de exercitoria actione accipere debemus, qualiscunque sit, sive marinam, sive fluviatilem, sive in aliquo stagno naviget, sive schedia sit: *l.* 1. §. 6. D. *de exercit. act.* Navium utique varia in libris nostris genera memorantur: at multo plura apud alios auctores. Nam ita navium adpellationes sunt hæ; gauli, corbitæ, longæ, hispagines, cercuri, celoces, vel, ut græci dicunt, κελῆτες, lembus, horiæ, remunculi, (sit ex Nonio utrumque repone) prosumiæ, vel gesoretæ, vel oriales, cattæ, scaphæ, nuctutuciæ, mediæ, phaseli, parones, myoparones, capulica, mareplacidæ, cidarum, ratariæ, catascogium. Gell. *lib.* 10. *c.* 25. Quorum nominum interpretationem pete ex Nonio Marcell. *C. de genere navigiorum*, & ex Isidor. *lib.* 19. *origin. c.* 1. ex quibus ad superiora adpellationes adde, civibam, pristim, liburnas, rostratas, anciromactum, musculum, carabum, portemiam, barcam, trabarias. Sed hæc omnia accuratius & multo majore, cum adparatu exposuerunt Lazar. Baysius *in adnot. in l.* 2. *D. de capt. & postlim. reverſ. in* 4° *Basil.* 1537. & Jo. Scheffer. *de milit. navali veter. edit. Upsal.* 1654. *in* 4°. *imprimis lib.* 1. *c.* 3. *p.* 20. *sequ. & lib.* 2. *c.* 2. *p.* 64. *sequ.* ubi varia navium cum communium, tum ad

ad Classem pertinentium genera recensentur describunturque, quos citat. *Heinecc.* In primis passim memorantur sequentia navium genera. Actuariæ naves sunt quas Græci ἱςοποδας vel ἐπακτίδας vocant, ut Gell. *lib.* 10. *c.* 25. docet. Non: Marcell. Actuariæ, ait, naviculæ celeres, dictæ, quo cito agi possent. Isidor. *lib.* 19. *orig. c.* 1. Actuariæ naves sunt, quæ velis simul, & remis aguntur. Codicariæ *Naves*, quo nomine adpellatas eas, quæ per Tiberim commeatus subvehebant, Senec. *de brevit. vit. c.* 13. auctor est. Quas codicas perperam apud Gell. *lib.* 10. *c.* 25. adpellatas credit Brisson. Nam & Nonius: Codicarias, ait, *Naves* etiam nunc consuetudo adpellat eo, quod in fluminibus sunt usui: ibidemque ex Varronis *de vita pop. Rom. lib.* 3. hæc verba citat. Quod antiqui plures tabulas conjunctas codices dicebant, a quo in Tiberi *naves codicarias* adpellamus. Isidorus tamen priori scripturæ suffragatur. *lib.* 19. *c.* 1. cujus verba sic habent: Trabariæ, amnicæ naves, quæ ex singulis trabibus cavantur, quæ alio nomine littorariæ dicuntur: hæ ex caudice factæ, & ex uno ligno cavatæ, inde caudicæ.

Naves agrarienses. vid. *Agrarienses.*

Navium genus *Dromones* vide supra. Sunt & ἐπιβατηγοὶ, quarum mentio fit in *l.* 1. §. 12. D. *de exercit. act.* quas esse putat Brisson. Naves ad vectores trajiciendos idoneas, ad onera intrabiles. Ἐπιβάται enim sunt qui trajiciendi caussa navem conscendunt, quemadmodum Isidor. *lib.* 19. *orig. c.* 1. scribit.

Inter fluviales *naves* sunt lintres quorum usum in fluminibus indicat Cæsar *lib.* 1. *de bell. gallic. c.* 12. & Claudian. *de laudib. Stilichon. lib.* 1. *v.* 206. Non Marcell. *Lintres*, naves fluminales. Virgil. *lib.* 2. *Georg. v.* 206. Cavat arbore lintres. Sunt & *Naves* longæ. Navibus longis atque onerariis propter belli usum postliminium est, non piscatoriis, aut si quas actuarias voluptatis caussa paraverunt: *l.* 2. D. *de capt. & postlim. revers.* Isidor. *lib.* 19. *orig. c.* 2. Longæ, ait, naves sunt, quas dromones vocamus, dictæ eo, quod longiores sint ceteris. *Naves lusoriæ.* De his Veget. *lib.* 2. *c.* 1. tractat, qui hujusmodi navibus in Danubio ad quotidianas excubias veteres usos, *lib. ult. c.* 33. *& c. ult. refert.* Cujusmodi navigiorum etiam meminit Ammian. Marcell. *lib.* 17. *c.* 2. Lusoriis, ait, navibus discurrentes flumen ultro citroque milites ordinavit. & *lib.* 18. *c.* 2. Collecti nocte provecta impositique omnes, quos lusoriæ naves quadraginta, quæ tunc aderant solæ, ceperunt, decurrere jubentur per flumen. Hæ autem *lusoriæ naves judiciariæ* aliæ, aliæ *agrarienses*, dicebantur, de quo discrimine copiose Jac. Gothofr. *Comment. ad l. un.* C. *Theod. de lusor. Danub.* Vid. supra sub art. *lusoriæ.*

Naves marinæ, eædem & maritimæ vocantur in *l.* 5. §. 5. *D. de jur. immun. l.* 3. *D. de vocat. & excus. mun.*

Naves onerariæ, quædam ut ipsi dicunt, ἐπιβατηγοὶ sunt: *l.* 1. §. 2. *D. de exercit. act.* & max: Ut ecce sunt naves, quæ Brundusium a Cassiopa, vel a Dyrrachio vectores trajiciunt, ad onera inhabiles: item quædam fluvii capaces, ad mare non sufficientes. Quas onerarias adpellatas *de oneribus tardas*, Non. Marcell. tradit.

Navis piscatoria: *l.* 2. D. *de capt. & postlim. revers.* piscatorum: *l.* 29. §. 3. *D. ad leg. Aquil. Liv. lib.* 33. Ni naves piscatoriæ. - - - peritis nandi dedissent effugium.

Inter fluviales, naves sunt rates, quanquam a Navibus separantur *in l.* 1. §. 4. *D. naut. caup. stabul.*

ſtabul. eas tamen *navigii* adpellatione contineri, Ulpianus in *l.* 1. §. 14. *D. de flumin.* ait.

Naves tabellariæ. Alexandrinas quaſdam naves, quæ præmitti ſolebant, & nunciare claſſis ſequuturæ adventum, *tabellarias* vocatas eſſe, Seneca *Epiſt.* 77. tradit.

Navis Tiberina: *l. un. C. Theod. de naut. Tiber.*

Navis vinaria, ut ſunt multæ in quas vinum effunditur: *l.* 21. §. 5. D. *de furt.* de quibus hæc Varronis *lib.* 2. *de re ruſt. c.* 1. accipi vult Briſſonius: Navibus vindemiam condimus ex Inſula Co & Chio.

Si *navem* quam tu promiſiſti, dominus diſſolverit, deinde iiſdem tabulis compegerit, eadem navis eſt: *l.* 83. D. *de verb. obl.* cui conſentit *l* 98. §. 8. D. *de ſolut.* Navem ſi adeo ſæpe refecta eſſet, ut nulla tabula eadem permaneret, quæ non nova fuiſſet, nihilominus eandem navem eſſe exiſtimari: *l.* 76. D. *de judic.* Navis ſi hac mente reſoluta eſt, ut in alium uſum tabulæ deſtinarentur, licet, mutato conſilio reficiatur: tamen & peremta prior navis, & hæc alia dicenda eſt. Sed ſi perficiendæ navis cauſſa omnes tabulæ refixæ ſint, nondum intercidiſſe navis videtur, & compoſitis, rurſus eadem eſſe incipit: *l* 82. *D. de verb. oblig.* Navis uſusfructus, ſi quidem per partes refecta ſit, uſumfructum non interire: ſi autem diſſoluta ſit, licet iiſdem tabulis, nulla præterea adjecta, reſtaurata ſit, uſumfructum extingui: *l.* 10. §. 7. D. *quib. mod. uſusfr.* Nave emta, ſingulæ tabulæ emtæ eſſe, non intelliguntur: *l.* 36. *D. de evict.* Si meis tabulis navem feciſſes, tuam navem eſſe, quia cupreſſus non maneret: *l.* 26. *D. de adquir. rer. dom.* Proprietas totius navis carinæ cauſſam ſequitur: *l.* 61. *D. de rei vind.*

Navis membra recenſet Alfenus his verbis: *Malum navis* eſſe partem: artemonem autem non eſſe Labeo ait, quia pleræque naves ſine *malo* inutiles eſſent, ideoque pars navis habetur: *artemon* autem magis adjectamentum, quam pars navis eſt: *l.* 142. *D. de verb. ſignif.* Scapham non videri navis eſſe, nec quidquam conjunctum habere. Nam ſcapham ipſam per ſe parvam naviculam eſſe: omnia autem, quæ conjuncta navi eſſent, veluti gubernacula, malus, antemnæ, velum, quaſi membra navis eſſe: *l.* 44. *D. de evict.* Si navem cum inſtrumento emiſti, præſtari tibi non debet ſcapha navis. Etenim ſcapha navis non eſt inſtrumentum navis: *l. ult.* D. *de inſt. vel inſtrum. leg.* Armamenta navis erunt vindicanda: Scapha quoque ſeparatim vindicabitur: *l.* 3. §. 1. *D. de rei vindic.* Seneca *Epiſt.* 77. Nulla res æque adjuvat curſum, quam ſumma pars *veli*: Illinc maxime navis urgetur. Itaque quoties ventus increbuit, majorque eſt quam expedit, *antemna* ſubmittitur. Minus habet virium flatus ex humili. Idem *Epiſt.* 90: Navigia, quibus amnes, quibuſque maria tranſimus, aptatis ad excipiendum ventorum impetum velis, & additis a tergo gubernaculis, quæ huc atque illuc curſum navigii torqueant: & exemplum a piſcibus tractum eſt, qui cauda reguntur, & levi ejus in utramque partem motu velocitatem ſuam flectunt.

Navis exercitor, gubernator, magiſter. Vide in his vocibus ſuo loco.

NAVITER, diligenter, itemque valde. Naviter ſervare & cuſtodire: *l. ult. C. Theod. de agent. in reb.* Naviter impudentem eſſe dixit Cic. *lib.* 5. *ad famil. epiſt.* 12.

NAULUM, merces quæ a vectore ſolvitur ei, qui navem exercet: *l.* 6. D. *qui pot. in pign.* Naula navium: *l.* 49. §. 1. *D. de legat.*

legat. 1. Ea *vecturas navium* adpellat, *l.* 29. D. *de hered. pet.*

NAUPEGUS, fabricator & picator navium: *l. ult. D. de jur. immunit.* & apud Firmic. Matern. *lib.* 4. *mathes. c.* 7. Iidem dicti naupegiarii, & eorum artificium ναυπηγικὴ vel ναυπηγία dicebatur. Collegium naupegiariorum memoratur apud Reinef. *Inscr. Class. X. inscript.* 7. *Class. I. inscr.* 269. Hein.

ΝΑΥΦΥΛΑΞ, navium custos; *l.* 1. §. 3. D. *naut. caup. stab.*

NAUTA, in edicto *nautæ caup. stabul.* est qui navem exercet, quamvis. Nautæ adpellantur omnes, qui navis navigandæ caussa in nave sunt; *l.* 1. §. 2. *v. nautam. D. naut. caup. stab.* In classe nautæ omnes milites sunt: *l.* 1. §. 1. D. *de bon. poss. ex test. milit.*

ΝΑΥΤΕΠΙΒΑΤΗΣ, qui pro vectura remos agit; *l. ult.* §. 2. D. *naut. caup. stab.* vide supra in voce *mesonauta.*

NAUTICUS, *a, um.* Fœnus nauticum: *rubr.* D. & C. *de fœn. naut.* Id usuras maritimas adpellat Paullus in *l.* 6. D. *eod. tit.* Nautica pecunia, *l.* 1. §. *ult. D. naut. caup. stab. l.* 3. D. *de fœn. naut.* ea est, quæ alias trajectitia vocatur, & quam creditor negotiatori transmare navigaturo, usque ad certum locum, vel in omne itionis & reditionis tempus suo periculo præstat, qua de caussa permissum est, ut ejus nomine, & ex pacto usuram illam petat gravissimam quam modo diximus fœnus nauticam: vide *l.* 1. & *passim. D. de naut. fœn.* Fœnus nauticum, seu mutuum, aut creditum marinum. *Novell.* 106. *in præf.* est contractus sub periculo creditoris constans rebus, quæ pondere numero, & mensura continentur; *l.* 2. §. 1. talis est pecunia, quæ si transmare vehitur, trajectitia dicitur; *l.* 1. §. 4. §. 2. *de naut. fœnor. l.* 2. §. *fin. de eo quod cert. l.* 13. *de neg. gest. l.* 1. §. 8. *de pecul.* In causa trajectitiæ pecuniæ venit 1. pecunia ipsa, & aliæ res, quæ pondere, numero, & mensura constant; *l.* 2. §. 3. *de reb. credit.* 2. Merces & hac pecunia comparatæ; *l.* 1. *tit.* 4. *vers. sed vidend.* 3. & servus, qui pecuniam sequebatur; *l.* 122. §. 1. *de V. obl.* & *l.* 23. *de O.* & *A. l.* 4. §. 1. *de naut. fœn.* Duæ sunt nautici fœnoris species. Prima, quando solutio differtur ad reditum navis; *l.* 3. *C. de naut. fœn.* secunda, quando certum præscribitur tempus; *l.* 4. *hoc tit.* & *l.* 6. in trajectitia pecunia semper sors cum usuris solvenda venit; *l.* 3. *C. hoc tit.* hæ usuræ gravissimæ erant; *l.* 40. *de reb. credit.* quæ legitimæ vocabantur, quia eo usque Romanis legibus fœnerari licitum; *l.* 8. *C. si cert. pet. l.* 1. *C. Theod. de usuris*, & in jure usuræ licitæ nominantur; *l.* 44. *de usur.* modus usurarum, *l.* 11. §. 3. *de pign. act.* status modus, *l.* 2. §. *fin. de eo quod cert. loc. l.* 8. *in quibus caus. tacit. pign.* probabilis *l.* 3. §. *fin. de ann. legat.* legitimæ usuræ, *l.* 4. §. 1. *de naut. fœn.* maximæ, *l.* 38. *de negot. gest.* & gravissimæ, *l.* 7. §. 8. *de administr. tutel.* Hæc usura dicitur usura nautica. *Novell.* 106. & 110. & usura maritima; *l.* 6. *hoc tit.* De usura hac cæcinit Manilius; *lib.* 4. *Astron.*

Navigat, & celeres optando sortibus annos.
Dulcibus usuris æquo quoque tempore vendit.

Usuræ hæc excessivæ apud Romanos erant; *l.* 27. §. 1. *C. de usur. Novell.* 121. 138. 160. Ratio harum usurarum erat periculum, ideo etiam periculi pretium; *in l.* 5. *hoc. tit. l.* 14. & 17. *C. de usuris.* Inter mutuum terrestre & nauticum plures sunt differentiæ:

in mutuo terrestri usuræ non debentur, nec peti possunt, nisi stipulatione fuerint promissæ; *l. 3. C. de usur. l. 24. de præscript. verbis.* at in mutuo nautico ex nudo pacto usuræ debentur; *l. 5. §. 1. ibi. l. 7. de naut. fœn. ibi.* in pecunia nauticæ usuræ ex mora deberi nequeunt, cum periculum creditoris sit, & nulla mora, ubi nulla est petitio; *l. 88. de R. I. l. 127. de V. O.* at discusso periculo a tempore more usuræ communes debentur, & earum causa separata stipulatio est; *l. 4. §. 1. de naut. fœn.* Ex pecunia nautica mutuo data oritur condictio certi, & est communis actio mutuo, & stipulationi. *Treutl. Vol. 1. disp. 20.* & condictio ex lege competere videtur, cum illa ex novis obligationibus dari soleat; *l. 1. de cond. ex lege:* at citra legem esset inutilis talis pactio, cum potentior sit lex, quam pactum. *Bachov. tit. de condict. ex lege n. 4.* Si navis fœnori nautico obligata perierit casu fortuito, & sine debitoris culpa, periculo creditoris erit, ex eo die quo navem ad locum destinatum navigare convenit; *l. 3. ff. hoc tit.* at absque tali conventione naufragii casus ad debitorem pertinet; *l. 4. c. hoc tit.* D. GIRON.

NAZARÆI dicti, qui dum Christum (qui a vico Nazaræus est appellatus) filium Dei confiteantur, omnia tamen veteris Legis custodiunt. *Caus. 24. quæst. 3. c. 39. §. 8.*

NE, notissimo significatu vim habet vetandi & prohibendi; ut: ne luminibus officiatur: *l. 3. D. de serv. urb. præd.* Ne facias furem vel fugitivum servum meum: *l. 50. D. de pact.*

Ne aliquando sensum habet simpliciter negandi, & pro *non* ponitur, ut Donat. *in Eunuch. Terent. Act. 2. sc. 3. & act. 3. scen. 3.* notat: atque dictum a Plauto *Mostell. Act. 3. sc. 2. v. 76.* Ne vis pro non vis. Idem Donat. *in Terent. phorm. Act. 1. sc. 3.* monet, *ne* pro non usurpatum esse illo Nævii versu: utinam ne in nemore Pelio. Sic in *l. 13. §. 2. D. de jurejur.* Si juraverit se furtum ne fecisse. Et alibi: Si a liberis ne nupserit: *l. 62. §. ult. D. de cond. & demonstr.* Pedius putat, ne furtum eum facere: *l. 21. §. 1. D. rer. amot.* Dum tamen, ne prope ipsam condemnationem id fiat: *l. 29. §. ult. D. de evict.* Hoc ne exigi: *l. 31. D. de excus.* Cicer. *in Verr. 3. c. 14.* Ne tollam potius, quam paciscar. Confer. *Turneb. lib. 5. advers. c. 5. & lib. 15. c. 2.*

Ne pro nec. Ac ne si liber homo bona fide mihi serviat: *l. 13. §. ult.* D. *de interrogat.*

ΝΕΑΚΙΣ. Νέακιν Gaius in *l. 30. D. de verb. signif.* a græcis vocari ait terram quam Latini novalem vocant. Quidam in eo loco pro νέακιν, legunt νέαστον. Vid. Budæum in voce νέαστον.

NEBULA. Nebulæ competitionum: *l. un. C. Theod. de rei vind.* eodem, ut videtur, sensu, quo nebulas inanium accusationum dixit Vigilius, Martyr apud Barth. *lib. 19. adversar. c. 17.*

NEC, pro non in XII Tabulis, sæpe positum esse Festus Pomp. notat, quod & ex earum capitibus, quæ hodie extant, adparet. Et ita: nec manifestum furtum, i. e. non manifestum: *l. 2. l. 8. D. de furt. l. 6. l. 13. §. 7. D. de his qui not. infam. l. ult. C. de noxal. act. §. 3. Inst. de oblig. quæ ex delict.* De parte utique nec litigatur, id est, non litigatur: *l. 3. §. 6. D. de Carbon. edict.*

Nec, pro nequidem. Sic: Nec potest nec per judicialem subtilitatem manifestari: id est, ne per judicialem quidem subtilitatem; *l. 10.*

l. 10. §. 1. *D. de reb. dub.* Nec si mulier consentiebant: *l. un.* §. 15. *C. de rei uxor. act.*

Nec minime; duplex negatio fortius negat, ut in *l.* 189. *C. Th. de decurion.* ubi: Nec senatoriis, minime functionibus obstringitur. Vide & Plaut. *Bacchid. Act.* 4. *sc.* 9. *v.* 114. *sequ. Epidic. Act.* 5. *sc.* 1. *v.* 57. Tibull. *lib.* 4. *eleg.* 7. *v.* 8. Propert. *lib.* 2. *eleg.* 19. *v. ult. & lib.* 4. *eleg.* 4. *v.* 68. ubi Scaliger, quocum jungendus Auson. Popma *de usu antiqu. loquut. lib.* 2. *c.* 9.

Nec pro *non autem* vel *non tamen.* Quamvis id contrectare, *nec* tollere solus posset; *l.* 21. §. 9. *D. de furt.* id est, non tamen tollere, ceu interpretatur Heinecc.

Nec raro pro & raro, geminata negatione ex Græcorum consuetudine pro simplici positum esse volunt in *l.* 97. §. 2. *D. de verb. oblig.* his verbis: Si tibi nupsero, decem dari spondes? caussa cognita denegandam actionem puto; nec raro probabilis caussa hujusmodi stipulationis est. Ibi Accursius insolentia locutionis offensus, *nec raro* inquit, id est nunquam. Sed & *nec rara* legi quibusdam in libris testatur, quod multo absurdius videtur Hottomanno. Sed ibi *nec rato* legendum esse suspicor, id est, *nec rato quidem*, ut significet, nec si ratam habuerit stipulationem reus promittendi, vel, *nec* ut ratum faciat prætor negotium, *caussa stipulationis probabilis est.*

Nec vero, pro non ideo tamen: *in l.* 11. *C. Th. de medic. & profess.*

NECARE, neci dare, interimere. Necare fame, in *l.* 5. *C. ad leg. Aquil. l.* 16. §. 1. *l.* 29. §. 7. D. *eod. tit.* igni: *l.* 9. *D. de incend. ruin. naufr.* veneno: *l. ult.* §. *ult.* D. *de bon. damn.* verberibus: *l.* 8. §. 3. D. *de pœn.* Necare videtur non tantum is, qui partum perfocat, sed & is, qui abjicit, & qui alimonia denegat, & is, qui publicis locis misericordiæ caussa exponit, quam ipse non habet: *l.* 4. D. *de agnosc. & alend. lib.*

NECESSARIE pro necessario in *l.* 51. D. *de hered. pet. l.* 8. D. *depos. l.* 214. D. *de verb. signif.*

NECESSARIO, i. e. ex necessitate. Sic: necessario factæ impensæ: *l.* 30. D. *de ædilit. edict.* obligari necessario; *l.* 52. §. 4. D. *de oblig. & act.* Necessario sequitur; *l.* 5. §. *ult.* D. *de præscr. verb.*

NECESSARIUS, *a*, *um*, quod exigit necessitas. Necessaria absentia: *l. ult. D. ubi pupill. educ.* & apud Paull. *lib.* 1. *Sent. tit.* 7. §. 2. aditio prætoris: *l.* 1. §. 2. D. *de oper. nov. nunc.* ac salutaris ars; *l.* 14. *C. Theod. de medic. & profess.* caussa, i. e. necessitatis. Sic in necessarias caussas accipere mutuam pecuniam: *l.* 47. *D. de solut.* Idem verbum dicitur de domicilio, *l.* 22. §. 3. D. *ad municipal.* de electione: *l.* 67. §. 1. D. *de legat.* 2. de officio: *l.* 6. *D. de postul.* de impensis, *l.* 14. D. *de mort. caus. don.* quales sunt, quæ si factæ non sint, res aut peritura, aut deterior futura sit: *l.* 79. D. *de verb. signif.* Ulpian. *tit.* 6. *reg.* §. 15. item, quæ fiunt reficiendorum ædificiorum gratia: *l.* 39. D. *de hered. pet.* Si necessarias impensas fecerim in servum, aut in fundum. Finge enim, medicis, quum ægrotaret servus, dedisse me pecuniam, item insulam fulsisse, vel refecisse: *l.* 8. D. *de pigner. act.* Impensæ in res necessarias & in utiles cedentes separantur in *l.* 7. §. *ult.* D. *solut. matrim.* Necessarium jussum; *l.* 36. D. *de adquir. vel omit. hered.* Necessarius magistratus, qui hastæ præesset: *l.* 2. §. 29. D. *de orig. jur.* Necessaria pars corporis dicitur

quæ ſpadoni deeſt in *l. 7. in fin.* D. *de ædilit. edict.* ἀναγκαῖον veteres dixiſſe pro pudendo, ex Artemidori *lib.* I. *onirocrit.* Suida in ἀναγκαῖον & Euſtath. *in Homer. odyſſ.* ω. obſervavit Radulph. Forner. *Rer. quotid lib.* 4. *c.* 14.

Neceſſaria ſatiſdatio; *l.* 7. §. I. D. *qui ſatiſd. cog.* cujus exempla petenda ſunt ex *l.* 8. §.4. D. *eod.tit.*

Neceſſaria, in *l.* 2. *C. Theod. de tractib. & ſtativ.* interprete Jac. Gothofredo, non ſunt miniſteria & angariæ, ſed ἐπιτήδεια, ut Græcis adpellantur, id eſt, victus, annonæ, copiæ. Aliter Juſtinianeus codex, in *l. un. eod. tit.*

Neceſſarius heres, quis ſit, vide in voce *heres.*

Neceſſarii tum ſubſtantive, tum *neceſſariæ* perſonæ adjective vocantur propinqui, *l.* 5. §. I. D. *ex quib. cauſ. major. l.* 4. *C. qui pet. tut.* Feſtus: Neceſſarii ſunt, ut Gallus Ælius ait, qui aut cognati, aut adfines, aut in quos neceſſaria officia conferuntur præter ceteros. Non. Marcellus: *Neceſſitas*, adfinitas, unde & hoc jure conjuncti *neceſſarii* adpellantur. Similiter ἀναγκαίους Græci dicunt, ut apud Andocidem *de myſteriis*, *orat.* I. *p.* 197. Iſæum *de heredit.* Philoctemon. *orat.* 5. 458.

Neceſſarias autem perſonas, in edicto, *in jus voc. ut eant, aut ſatis vel caut. dent*, accipe parentem, patronum, liberos, uxorem, virum: *l.* I. *l.* 2. D. *in jus voc. ut eant.* Immo & teſtes *neceſſariæ* perſonæ vocantur: *l.* II. *C. de teſtib. & l. ult. C. Theod. eod. tit.*

NECESSE, id quod evitari non poteſt. Sic: Neceſſe eſt plerumque, fidem nautarum cauponum, ſtabulariorum ſequi: *l.* I. D. *naut. caup. ſtab.* Neceſſe habere & ſolere, diverſa ſunt: *l.* I. *C. quomod. & quand. jud. ſent.*

NECESSITAS, ait Non. Marcellus, eſt vis quædam, quæ alterum cogere invitum poteſt; quibus verbis non liquido apparet qua pateat vocis ſignificatio. Neceſſitas autem aliquando ponitur pro rerum ſtatu quo quis damni ſeu incommodi ſibi vel alteri vitandi cauſſa ad quid compellitur. Sic: Qui ſponte, & nulla neceſſitate cogente immiſcuit ſe negotiis; *l.* 3. §. 10. D. *de negot. geſt.* Omne jus aut conſenſus facit, aut neceſſitas conſtituit: *l.* 40. D. *de legib.* Peregrinationes quæ ex neceſſitate fiunt; *l.* 17. *D. de ſponſal.* Neceſſitate poteſtatis excuſantur ſervi qui dominis parent: *l.* 15. §. 3. D. *de Lege Cornel. de falſ.* Quæ propter neceſſitatem recepta ſunt, non debent in argumentum trahi: *l.* 162. D. *de reg. jur.*

Neceſſitas aliquando pro anguſtia rei familiaris. Sic: Inopes onera patrimonii ipſa non habendi neceſſitate, non ſuſtinent: *l.* 4. §. 2. *D. de mun. & hon.* Propter neceſſitatem rei familiaris, an mere voluntate donaverit: *l.* 18. *D. de adim. legat.* Si exiguo prætio rem abjicere, neceſſitate rei familiaris cogerentur; *l.* 36. §. I. D. *mandati.*

Neceſſitas alias ponitur pro juris vinculo, & ipſa dicitur juris neceſſitas in *l.* 2. D. *de diſtr. pign. l.* 40. *pr.* D. *de judic. l. ult.* D. *de in lit. jur. l.* 34. D. *de procurat.* qua obligantur, quibus non licet aliud facere, quam quod præceptum eſt; *l.* 52. §. 7. D. *de oblig. & act.* Qui rempublicam adminiſtrantes, per officii neceſſitatem civitati ſub conditione relicti fideicommiſſi ſatis accipere debuerunt; *l. ult. C. ut in poſſeſſ. legat.* Parendi neceſſitatem habet filius; *l.* 10. §. *ult. de his quæ ut indign.*

Neceſſitas denique pro collatione ſive publica ſive municipali: *l.* 7. *C. de dignit. l.* 7. *C. Theod. de oper. public.* Immo & boni auctores

res hoc ſenſu neceſſitatem pro quibuſvis tributis, vectigalibus accipiunt, ceu exemplis compluribus probavit Lipſius ad *Tacit. Annal. lib.* 1. *p.* 27. Sic: in accelerandis neceſſitatibus ſuo uti arbitrio; *l.* 15. *C. Theod. de annon.* Neceſſitates civiles; *l.* 17. C. *Theod.* & *l.* 19. *Juſtin. C. de decurion.* id eſt functiones municipales, quæ & abſolute neceſſitates: *l.* 65. *l.* 177. C. *Theod. eod. tit.* Neceſſitates curiales: *l.* 46. *C. Theod. eod. tit.* curiarum: *l.* 89. *l.* 177. *C. Theod. eod. tit.* municipales: *l.* 57. *C. Theod. eod. tit.* oppidaneæ: *l.* 46. *C. Theod. eod. tit.* principales: *l.* 11. *C. Theod. de exact.* publicæ: *l.* 1. *C. Theod. de nav. non excuſ. l.* 3. *C. Theod. de princ. agent. in reb.* item, neceſſitas publica: *l.* 10. *C. Th. de annon.*

NECESSITUDO, pro conjunctione ſanguinis & propinquitatis: *l.* 5. §. 1. *D. quib. ex cauſ. in poſſeſ. l.* 50. §. *ult. D. de legat.* 1. cujus infinita exiſtimatio eſſe dicitur in *l.* 187. §. *ult. D. de reg. jur.* Cornel. Fronto *de differ. vocum.* Neceſſitudo, ait, vel ſanguinis, vel meritorum, cum præceptoribus, cum amicis. Neceſſitudo conſanguinitatis: *l.* 13. *C. de probat.* ſanguinis: *l.* 2. *C. de adopt. l.* 6. *C. de ſuſpect. tut.* Si tutor aliquo vinculo neceſſitudinis vel affinitatis pupillo conjunctus ſit: *l.* 9. *D. de ſuſp. tut.*

Neceſſitudines aliquando pro ipſis neceſſariis & propinquis. Ita in *l.* 2. *C. Theod. de teſtam. & codicill.* Quæ codicillis aut epiſtolis nobis neceſſitudinibuſve noſtris relinquuntur, non admittimus. Sueton. *in Aug. c.* 17. Remiſit tamen hoſte judicato neceſſitudines amicoſque omnes. Idem in *Tiber. c.* 50. Neceſſitudines in Druſo primum fratre detexit. Vide & Curt. *lib.* 4. *c.* 10. Juſtin. *lib.* 11. *c.* 15. Tacit. *lib.* 3. *hiſt. c.* 59.

Neceſſitudo pro neceſſitate, ut Varronis & Salluſtii teſtimoniis. Non. Marcellus probat. Cic. *lib.* 2. *de invent. c.* 57. Neceſſitudinem definit, cui nulla vi reſiſti poteſt, quæ neque mutari, neque leniri poteſt. Inprimis hoc vocabuli uſu delectatur Tacitus. Et ita in *l.* 5. D. *de re milit.* Si fuerit ultro reverſus, non cum neceſſitudine. Contra & *neceſſitatem* pro neceſſitudine ſeu ſanguinis jure & conjunctione uſurpari auctoritate Cæſaris *lib.* 1. *de bell. civ. c.* 8. probatur, & ex ejuſdem oratione pro Bithynis jam olim probavit Gell. *lib.* 3. *c.* 3.

Νεκροθάπτης, qui mortuos ſepelit, latinis Libitinarius: *l.* 5. §. 8. D. *de inſtit. act.*

NECTERE, obſtringere, obligare. Ita: necti actibus fiſcalibus: *l.* 1. *C. Theod.* creditori: *l.* 2. *C. de crim. ſtellion.* hypothecæ ſeu pignori: *l.* 2. *C. de diſtr. pign.* militiæ, curiæ: *l.* 105. *C. Theod. de decurion.* obligationi: *l.* 5. *C. de oblig. & act.* patrimonio principis: *l.* 7. *C. de bon. proſcr.* præſtationi: *l.* 13. *C. Theod. de luſtr.* fiſci rationi: *l.* 33. *C. Theod. de hæret.* fiſci viribus: *l.* 7. *C. Th. de deſert.* vide *Nexus.*

Nectere eſt etiam aliquid moliri. Ita: Nectere inſontibus calumnias: *l.* 1. *in fin. C. Th. de curioſ.* moras: *l. un. C. de ſuffrag.*

NEFANDUS, *a*, *um*, de quo vel ne fari quidem licet. Nefanda libido: §. 4. *Inſt. de publ. jud.* Nefandiſſimum ſcelus: *l. ult. C. ſi nupt. ex reſcr. pet.*

NEFARIE. Quæ a quibuſdam in præteritum nefarie inceſteque commiſſa ſunt: *l.* 32. *C. Gregor. de nupt. Collat. Leg. Moſ. & Rom. tit.* 6. §. 4. Multa in Deos hominesque nefarie facere, dixit Cic. *Divinat. in Verr. c.* 12.

NEFARIUS, *a*, *um*, quidquid nefas eſt fieri. Nefaria conjun-

junctio: *l.* 1. §. 3. D. *de concub.* licentia: *l.* 5. *C. Theod. de pagan.* Nefariæ nuptiæ: §. 1. *Inst. de nupt.* preces: *l.* 7. *C. Theod. de malef. & mathem.* scripturæ: *l.* 7. *C. Theod. de fid. test. & instrum.* Nefarium crimen: *l.* 22. *C. de pœn.*

NEFAS esse dicitur, quod est contra fas, ut loquitur *l.* 5. *D. de quæst.* Hominem homini insidiari nefas est: *l.* 3. *D. de just. & jur.*

NEGARE, id est denegare. Negare actionem, *l.* 1. §. 7. D. *de oper. novi nunt.* *l.* 27. *D. de noxal. act.* *l.* 1. §. 3. D. *de superf.* licentiam criminandi: *l.* 19. *C. qui accus. non poss.* petitionem: *l.* 43. D. *de hered. pet.* i. e. non concedere.

Negare pro inficiari. Si tutor negavit apud se esse pecuniam: *l.* 7. §. 10. *de admin. & peric. tut.* Negare se heredem: *l.* 11. §. 10. *l.* 6. §. *ult. D. de interrog.* Si vel parens neget filium, vel filius parentem: *l.* 5. §. 8. D. *de agn. & alend. lib.* Si testamentum patris jure factum filius negavit; *l.* 14. *de his quæ ut indign.* id est, dicit non esse jure factum. Factum negantis nulla est probatio: *l.* 13. C. *de probat.*

Negare etiam dicitur qui actione experitur negatoria, ut in *l.* 2. *D. si serv. vind.* Negare servitutem se debere, *l.* 4. §. 7. D. *eod. tit.* id est, agere, jus ei non esse, ut *l.* 2. *D. de nov. op. nunc.* Sive vindicet quis usumfructum, sive alii neget: *l.* 5. §. 2. D. *si usufr. pet.* id est, si intendat, jus ei non esse utendi fruendi, §. 2. *Inst. de act.* vel si neget jus esse utendi fructuario: *l.* 5. *D. si usufr. pet.*

NEGATIO inficiatio. Hinc quod apud Paull. *lib.* 1. *tit.* 19. §. 2. legitur: Ex his caussis, ait, quæ inficiatione duplantur, pacto decidi non potest. Id est, (ut a veteri interprete exponi notat Heinecc.) hæ caussæ, quæ pulsatorum *negatione* duplantur, per pactum finiri non possunt. Imp. Constantin. in *l. ult. C. quib. ad libert. proclam.* Quod petitur, ait, si fuerit negatione dubium, per cautionem conservabitur, ac petitio differetur.

NEGATIVUS, *a, um*, quod sensum negandi habet. Gaius in *l.* 237. D. *de verb. signif.* Duobus, ait, negativis verbis quasi permittit Lex magis, quam prohibuit. *Negativam* actionem in §. 2. *Inst. de action.* eam intellige quæ alias dicitur *negatoria.*

NEGATORIUS, *a, um.* Negatoria actio: *l.* 5. *pr. D. si usufr. pet.* quæ & *negativa* dicitur §. 2. *Inst. de act.* nec non contraria actio: *l.* 8. *D. si serv. vind.* in rem actio est, qua libertatem prædiorum nostrorum defendimus, ac tuemur, negantes, aliquam ab his servitutem deberi: *l.* 5. §. *ult.* *l.* 6. §. *ult.* D. *si usufr. pet.* *l.* 2. *l.* 4. §. 1. D. *si serv. vind.* d. §. 2. *Inst. de act.* Negativis autem verbis semper fere concipitur, ut adparet ex *l.* 8. *pr.* *l.* 9. *l.* 13. *l.* 14. D. *si servit. vind.* quanquam & adfirmative concipiatur nonnunquam, ut in specie *l.* 4. §. 7. D. *eod. tit.* ut: cum intendo habere me jus altius tollendi, invito eo, cum quo ago: quantum enim ad eum pertinet, liberas ædes habeo. Quæ tamen verba in eo vim negandi habent, quod agendo nego, ædibus meis adhærere servitutem non altius tollendi. Negativæ actioni opponitur confessaria de qua suo loco.

NEGLIGENS, deses, segnis. Negligens amicus: *l.* 1. §. 4. *D. de obl. & act.* parum diligens, ut loquitur Justin. in §. *ult. Inst. de societ.* Negligens suorum, *l.* 5. §. 6. *D. de re milit.* Negligentem quasi non eligentem Isidorus interpretatur. Jurisperitis no-

negligens etiam plerumque dicitur eo ipso, quod quis non facit, quando agendum est, certo scilicet tempore & loco, nisi de impedimento doceat, ut per Felinum traditur in verbo *negligentia*, *de rescript.*

NEGLIGENTER, vel, ut in Florentino Codice est, neglegenter, adverb. notæ significationis. *Negligenter* agere: *l.* 26. D. *pro soc.* rem amittere *l.* 1. §. 5. *D. de obl. & act.* se gerere: *l. ult.* §. 4. *D. de admin. rer. ad civ. pert.* versari: *l.* 24. §.1. D. *de minor.* quid habere: *l.* 3. §. 5. D. *de jur. fisci.* colligare: *l.* 5. §. 7. *D. commod.*

NEGLIGENTIA, vel, ut Pandect. Florent. habent, neglegentia; est omissio debitæ diligentiæ, i. e. debiti usus virium quo quid vel præstandum vel præcavendum fuit. Varia ei tribuuntur epitheta, ut crassa, dissoluta, lata, magna, nimia: (quamvis & culpa lata simpliciter *negligentia* adpellatur. *l. ult. C. de suscept. tut.*) Alias fere synonyma est vox cum culpa, ut in *l.* 35. *D. de serv. præd. rust. l.* 22. §. 3. *D. de SC. Trebell.* Magna negligentia culpa est: *l.* 226. D. *de verb. signif.* Quod forte ita legendum: Magnæ negligentiæ culpa est: Nam a Paullo in *lib.* 1. *manualium* (unde petita est lex) de quadam in facto proposita negligentia, dictum esse suspicor; præsertim ob verba quæ statim ille subjicit: *magna culpa dolus est*; Magnam enim negligentiam placuit in doli crimine cadere, ait *l.* 1. §. 3. *D. de oblig. & act.* Negligentiæ nomine non teneri; in *l.* 1. §. 5. D. *de obl. & act. l.* 4. *D. de magistr. conven.* idem est, ac diligentiam non debere, seu, periculo negligentiæ non adstringi, ut loquitur *l.* 40. *D. de administr. & peric. tut. Negligentia* est noverca eruditionis, ait Anacletus Papa *epist.* 1. *Episcopis omnibus distinct.* 83. *c.* 6.

NEGLIGERE, contemnere aspernari: Negligere publica damna amore ædificandi: *l.*4. *C. Theod. de oper. publ.* id est damnum publico conciliare, (inusitato loquendi genere) si contumaciter præsentiam suam facere neglexerit: *l.* 8. C. *quamob. & quand. jud. sent.*

Negligere, cessare, omittere, nec curæ habere. Si filius bonorum possessionem petere neglexerit: *l. ult.* §. 1. *D. quis. ord. in possess.* Bonæ fidei possessor, quia quasi rem suam neglexit, nulli querelæ subjectus est ante petitam hereditatem; *l.*31. §.3. D. *de transact.* Licet tutoribus patris præceptum negligere: *l.* 5. §.9. D. *de admin. & peric. tut.*

NEGOTIARI, negotiationem aliquam exercere. *Negotiari* merce: *l.* 1. *pr. D. de tributor.* vel in merce, ut loquitur *l.* 3. §. 1. D. *eod. tit.* ex pecunia: *l.* 16. §. 16. *D. de usu & habitat.* ex vino: *l.* 22. §. 3. *D. de act. emt.* utensilia: *l.* 12. D. *de decurion.*

NEGOTIATIO pro mercatura. Cubicularii, vel obsonatores, vel ii qui piscatoribus præpositi sunt, non videntur negotiationis adpellatione contineri: *l.* 65. *D. de legat.* 3. Si hereditas negotiationis causa veniit: *l.* 48. D. *de hered. pet.*

Negotiatio lintearia: *l.* 5. §. 15. *D. de tribut. act.* sagaria: *l.* 51. §. 2. D. *pro soc. l.* 5. §. 15. D. *de trib. act.*

Negotiatio quoque earum rerum dicitur, quæ proprio *mercis* nomine non veniunt. Ita: qui servum navi aut tabernæ aut cuilibet negotiationi præponit: §. 2. *Inst. quod cum eo qui in al. pot.* Professiones aliquas seu negotiationes exercere: *l. ult. C. de jurisd. omn.*

omn. jud. Prætium hominis venditi non ex re, ſed propter negotiationem percipitur: *l.* 21. *D. de hered. vel act. vend.* Ita quoque caupona negotiatio adpellatur in *l.* 33. *pr.* D. *de inſtr. vel inſtr. leg.* juxta cujus ſententiam, cauponæ inſtrumento legato, cum *cauponæ* nomen ſit negotiationis ipſius cauponariæ, non modo inſtrumenta loci, ſed etiam inſtitores legato contineri accipimus. Porro, Tributi Edictum ad omnes negotiationes porrigendum eſſe diſcimus ex lege *l.* 1. §. 1. *D. de tribut. act.* veluti ad ſervos fullones, vel ſarcinatores, vel textores, vel venalitiarios, aliaſque negotiationes exercentes: niſi in his aliiſve harum negotiationum ſervus qua inſtitor fuerit verſatus: tunc enim parata eſt non *tributi* ſed inſtitoria actio, quemadmodum exercitoria ſi fuerit exercitor. Et ita intelligenda eſt *l.* 5. §. 4. D. *eod. tit.* ubi negatur omnem negotiationem factam cum ſervo, tributoriam inducere actionem.

NEGOTIATOR, i. e. mercator, quamvis eos ſeparare videatur Cicero *pro Cn. Planc. cap.* 26. Hottomannus *in obſerv. in Verrin.* 4. De hac vero differentia vide ſupra in voce *mercator. Negotiatores* qui annonam urbis adjuvant: *l.* 5. §. 3. D. *de jur. immun.* De his Tacit. *lib.* 13. *annal. c.* 51. Ne cenſibus, ait, negotiatorum naves adſcriberent, tributumque pro illis penderent, conſtitutum. Negotiatores frumentarii: *l.* 9. D. *de vacat. & excuſ. mun. Negotiator* marmorum: *l. ult.* §. *ult.* D. *qui potior in pign.* mercis: *l.* 1. *D. de his, quæ ut indign.* Negotiator ſervus: *l.* 9. D. *pro ſoc.* is eſt qui negotiis exercendis præponitur; juxta Labeonem in *l.* 65. *D. de legat.* Legatis, ait, ſervis, exceptis negotiatoribus, eos legato exceptos videri, qui præpoſiti eſſent negotii exercendi cauſſa, veluti qui ad emendum, locandum, conducendum, præpoſiti eſſent. *Negotiator* ſuarius: Plin. *lib.* 21. *c.* 3. Veſtiarius: *l.* 45. D. *de oper. libert.* Quicunque rem comparat, non ut ipſam rem integram & immutatam vendat, ſed ut materia ſit inde aliquid operandi, ille non eſt *Negotiator*. Qui autem comparat rem, ut illam ipſam integram & immutatam dando lucretur, ille eſt mercator, qui de templo Dei ejicitur. *C. ejiciens.* 11. §. *oſtendam ergo. diſt.* 88.

NEGOTIUM pro actu alicujus rei, cura ſeu occupatione, cujus contrarium eſt otium. Ita, ut negotium dare, idem ſit ac mandata dare, ſeu oneris aliquid imponere. Sic: Omnes poſſunt mandare & uni hoc negotium dare *l.* 8. §. *ult.* D. *de reb. auct. jud. poſſid.* In primis vero *negotium* dicebatur magiſtratibus dari, quum quid eis mandabatur, delegabatur, committebatur. Cicero in *Verr.* 4. *c.* 43. Quæſtoribus, ait, atque Ædilibus negotium datur, ut noctu vigilias agerent ad ædes ſacras. Idem *de Haruſp. reſp. c.* 8. Negotium magiſtratibus eſt datum. Vide & Liv. *lib.* 2. *lib.* 9. & 31.

Negotium pro negotiatione in *l.* 3. *l.* 5. D. *de inſtit. act.* Qui negotiationem per Panphilum & Diphilum, prius ſervos, poſtea libertos exercebat, ſuo teſtamento eos tutores reliquit, & cavit ut negotium eodem modo exerceretur: *l.* 58. D. *& adminiſtr. & peric. tut.* Sive principaliter negotium gerat, ſive alterius negotiationis acceſſione utatur: *l.* 4. §. D. *de his qui not. infam.* Inſtitor adpellatur ex eo quod negotio gerendo inſtet: *l.* 3. D. *de inſtit. act. Negotium* menſæ: *l.*

77.

77. §. 16. D. *de legat.* 2. tabernæ: *l.* 19. §. 2. D. *de instit. act.*

Negotium pro re. Ita: *negotia* administrare: *l.* 13. D. *de ann. legat.* curare: *l.* 5. D. *de magistr. conv.* deferere: *l. ult. D. ubi pupil. educ.* explicare: *l.* 9. D. *de curat. furios.* finire: *l.* 6. D. *de negot. gest.* gerere: *l.* 5. *D. de oblig. & act.* & passim. Hinc

Negotiorum gestor, qui se alienis negotiis ultro & sponte offert & immiscet: *l.* 3. §. 9. & 10. D. *de negot. gest.* Vetus glossarium Negotiorum gestor, ὁ πράγματα χειρίζων ἀλλότρια ϗ χωρὶς ἐντολῆς διοικῶν διὰ φιλίαν μόνην. qui negotia aliena suscipit, & sine mandato, ex sola amicitia administrat. Huc pertinet.

Negotiorum gestorum actio quam Justinianus §. 1. *Inst. de oblig. quæ quasi ex contract.* nasci ait, cum quis negotia absentis gesserit; quod verbum *absentis* ita accipiendum est ac si *ignorantis*, adeoque nec tacite quidem nedum expresse mandantis, dixisset. Nam alias & absens mandare potest, & præsens ignorare sua negotia ab altero geri. Hujus autem modi actio est bipartita, alia nempe *directa*; alia *contraria*. Illa competit domino rei gestæ adversus eum qui gessit; negotiorum autem gestori *contraria* datur, *dict.* §. i. *Inst. de oblig. quæ quasi ex contract.*

Negotium contractum, i. e. tractatum ultro citroque habitum, quod Græcis συνάλλαγμα, ut loquitur Ulpianus *l.* 7. D. *de pact.* Ita: *negotium* contrahere: *l.* 32. D. *de reb. cred.* *l.* 5. *D. de reg. jur.* gerere: *l.* 35. §. 3. *D. de mort. caus. don. l.* 22. *D. de præscript. verb. l.* 6. *D. de evict.* & passim, quod idem est ac contrahere. Eodem sensu & negotium suscipere dicitur in *l.* 4. D. *si mensor. fals. mod.* & negotiis intervenire: *l.* 48. D. *de oblig. & act.*

Negotium pro quæstione, lite, controversia, Ita: in negotio civile provinciare: *l.* 1. *C. Theod. de adpell.* Negotium cognoscere: *l.* 61. *C. Theod. eod. tit.* Negotii merita noscenda: *l.* 46. *C. Theod. eod. tit.* Negotium seu negotia movere: *l.* 16. §. 1. D. *de legation. l.* 34. *D. de jur. fisci.* Negotio provocare, *l.* 37. C. *Theod. de adpell.* Negotia ventilari: *l.* 49. *C. Theod. eod. tit.* Negotium sententia vulneratum: *l.* 15. *C. Theod. eod. tit.*

Negotium tandem est molestia. Nimia omnia nimium exhibent negotium hominibus. Plaut. *Pœnul. act.* 1. *Scen.* 2. *v.* 30. *Menechm. Act.* 5. *Scen.* 9. *v.* 13. & *Mercat. Act.* 2. *scen.* 2. *v.* 1. Eodem sensu *negotium* facere dicitur in *l.* 5. D. *de calumn. l.* 5. D. *de obsequ. parent. vel patr.* & facessere: Cic. *in Verr.* 4. *c.* 64. & negotium pati: *l.* 3. §. 3. *D. de calumn.*

Nema *sericum* in *l.* 16. §. 7. *D. de publican.* est filum, seu stamen, quod apud Seras conficitur. Suidas in voce σηρικὸν, νῆμα deducit a verbo νέω, quod est, filum e colo torqueo.

Nemesiaci, in *l.* 2. *C. Theod. de collegiat.* a Dea Nemesi sic dicti, vanissimorum hominum genus, qui videlicet madidi ligno bifurco ludos publice collecta turba agebant, ibique ligno modo succollato, modo deposito, bacchantes rotantesque fabulam aliquam fingebant, divinos se & prophetas agentes, fataque hominum explicantes, atque ita stipem emendicabant. De iis Jac. Gothofred. in *Comment. ad d.l.*

Nemo absolute, i. e. nullus hominum ut: nemo ambigit: *l.* 1. §. 7. D. *de vi & vi arm.* Nemo unus: *l.* 17. §. 2. *D. de recept. arb.* Ponitur etiam relative. Ut: *nemo* filiorum: *l.* 6. *D. ad SC.*

SC. Tertull. nemo servorum : *l.* 51. §. 1. *D. de manum. testam.* Nemine nihil faciente in *l.* 24. *pr.* D. *de damn. infect.* dicitur ut negatio augeatur non ut tollatur : ut in illo loco Lucilii : nihil neminem habere : Sic Cato : jam pridem sunt Cives quos non miseret neminis. Cujac. *observ.* 10. 26.

NEOPHITUS, nuper renatus, nuper ad fidem veniens, vel noviter. *Neophiti* præterea dicuntur novitii clerici, & nuper e monachorum vel laicorum numero in clerum adscripti. Hoc nomine etiam veniunt novitii, in monasteriis : Neophytorum hæresis, laicorum seu non meritorum pervicacia, dum simoniace ad ecclesiasticas dignitates procurat pervenire : *c. quisquis per quempiam* 1. *quæst.* 1.

NEPOS qui ex filio §. *ult. Inst. de patr. pot.* filiave natus est : *l.* 17. §. 1. *D. de dol. mal. except.* quod natus sit post patri quam filius, ut ait Festus : qui etiam deduci subindicant a voce πῶς, quod fundamentum significat ; & a Græcis νεποδὰς quod πȣ̃ς ipse, id est, fundamentum generis non essent, sed ἀπόγονοι ; citatque hoc Callimachi de Simonide ȣ̉ γαρ ἐργάτιν τρέφω τὴν μȣ̃σαν ὡς ὁ Κεῖος Ὑλλίχȣ νέπȣς. (Sic enim legendum docuit Scaliger) itemque Theocritum & Appollonium, qui id nominis hoc sensu usurpant.

Nepos aliquando latius extenditur. Apud Livium enim. 1. 5. *nepos Numitoris* vocatur Remus, qui esset ex Amulii fratris illius filia natus. At in Legibus nostris hæc loquendi forma in usu non est, cujus loco apud Paulum *l. ult.* §. 15. D. *de grad. & adfin.* legimus : Fratris sororisve ex (horum) filio filiave nepos ac neptis. item in *l.* 7. *D. de legit. tut.* Fratris filius, nepesve ex eo. Ibi enim dicitur nepos relate ad fratrem, ut non tibi sed fratri nepos sit. Multo minus Icti veteres fratris sororis ve filium *nepotem* nuncupant : Illud enim notandum est, ait idem Paulus *d. l. ult.* §. 14. *D. de grad. & adfin.* non, quemadmodum patris matrisve fratres & sorores, patrui, amitæ, avunculi, materteræ dicuntur, ita fratris sororisque filios filias nomen speciale cognationis habere : sed ita demonstrari : *fratris sororisque filios filias.* Nec movent Ulpiani verba in *l.* 27. §. 3. D. *de inoff. testam.* quæ sic sonant : De inofficioso testamento, *nepos* contra patruum suum, vel alium scriptum heredem, pro portione egerat. &c. Ibi enim *nepotis* adpellatio refertur ad avum, de cujus testamento in ea specie agitur, non ad patruum heredem ab avo scriptum ; quasi dixerit Ulpianus : *Nepos* testatoris contra patruum suum, eundemque testatoris filium, vel alium heredem scriptum &c. Neque satis intelligi potest, quid eruditis quibusdam hominibus in mentem venerit, cum in testamento C. Cæsaris, quod ita scriptum est, Sororum nepotes heredes instituit C. Octavium &c. ita interpretantur, Nepotes ex sororibus, id est, sororum filios : cum satis constet Octavium ex Accia Juliæ C. Cæsaris sororis filia natum esse, caussa de qua paulo supra Suetonius, Octaviam sororis ejus neptem adpellarat. Sed Ambrosius Lotum vocat nepotem Abrahami. *Off.* 1. 24. Et apud Petrum Blesensem *epist.* 131. nepos & avunculus relata sunt ; quemadmodum *feud. lib.* 1. *tit.* 5. §. 2. *& tit.* 23. *in fin.* Nepos pro fratris filio ponitur.

NEPTIS ex filio : *l.* 33. *D. de pact.* ex filia *l.* 17. *C. de nupt.* Ibi : Nemini liceat contrahere matri-

trimonium cum forore, fororis filia, & ex ea nepte. Hic dicitur neptis refpectu fororis ex cujus filia nata eft: quemadmodum de nepote modo dictum eft.

NEQUAM, improbus. Nequiffima fecta Eunomianorum: *l.* 25. *C. Theod. de hæret.* Gellius *lib.* 7. *c.* 11. Nequam dici ait, hominem nihili, neque rei, neque frugis bonæ, quod genus Græcis fere ἄσωτοι ϰ̀ ἀκόλαςον vocant.

NEQUAQUAM, minime, nullo modo, ut in *l.* 52. D. *de furt.* & paffim in jure noftro.

NEQUITIA. improbitas. Sic: Nequitiam fervilis ingenii recipere: *l.* 3. *C. de libert. & eor. lib.* Humilis calomniator notæ nequitiæ: *l.* 3. §. 4. *D. de lib. exhib.* Qui ad imam ufque fcelerum nequitiam pervenerunt Manichæi: *l.* 65. *C. Theod. & l.* 5. *C. juftin. de hæret.* Nequitia Procuratorum rei privatæ: *l.* 1. *C. de domib. ad rem privat. pertin.* Nequitiam frugalitati adverfariam conftituit Cicero *lib.* 3. *Tufcul. quæft. c.* 8. Gellius loco citato fupra in voce *nequam.* Et hanc vocabuli notionem clariffime perfpiciendam tradit Heineccius ex formula, qua Prætor olim bonis interdicebat Prodigis: Quando tibi bona paterna avitaque nequitia tua difperdis, liberofque tuos ad egeftatem perducis: Paull. *Sent. lib.* 3. *tit.* 4. §. 7. Ita & Cicero paffim loquutus eft: maxime vero *Philipp.* 2. *c.* 20.

• NERATIUS *Prifcus*, ut *l.* 19. D. *de dol. mal. l.* 71. *D. de reg. jur. l.* 67. §. 8. D. *de legat.* 2. vel *Prifcus Neratius*: *l.* 8. §. 1. *D. de liberat. legat.* & *l.* 3. D. *quæ res pignor.* Quando vero dicitur: *Prifcus & Neratius* putant, *l.* 10. §. 1. D. *de ufu & habit.* per Prifcum intelligitur Javolenus, de quo alibi. In veteris Icti *fragmento regularum* apud Schulting. vocatur *Neratius Proclus*, fed aut *Prifcus* refcribendum, quoad Pithoeo placuit, aut & *Proculus*, quod mavult Heineccius. Ceterum, quum apud Ulpian. *fragm. tit.* 11. §. 28. Prifcus dicatur inter Proculeianos & Caffianos in quæftione de pubertate ita fe medium geffiffe, ut amborum fententiam conjungeret, incertum eft, nofter ne fit intelligendus, an Javolenus, cum uterque & ejufdem cognominis, & maximæ auctoritatis fuerit. Fuit autem Prifcus ille Neratius de quo hic agitur, σύγχρονος P. Juventio Celfo, ejufque condifcipulus, fiquidem uterque Celfo patri in fchola Proculeiana fucceffit: *l.* 2. §. *ult.* D. *de orig. jur.* Jurifconfultus fuit Trajano, hujufque in confilio, *l.* 5. D. *fi a par. quis manum.* tam carus, ut moriens ei Imperator dixiffe feratur: Commendo tibi Provincias, fi quid mihi fatale acciderit. Spartian. *Hadrian. c.* 14. Fuit & in confilio Hadriani, tefte eodem *c.* 18. Pro Marcelli Icti fratre eum habet Merill. *lib.* 1. *Obferv. c.* 28. Sed Neratii ille frater: Marcellus, de quo *l.* 12. §. 43. *D. de inftr. vel inftrum. leg.* diverfiffimus fuit ab Ulpio Marcello Jurifconfulto, cognominatus non Ulpius, fed Neratius Marcellus, veluti apud Plin. *lib.* 2. *Epift.* 8. Nofter Neratius Prifcus Conful fuit, collega Annio Vero, *l.* 6. D. *ad Leg. Corn. de ficar.* quamvis de anno non liqueat. Regularum libros 15. Membranarum libros 7. Refponforum libros 3. Laudantur & ejus Epiftolæ: *l.* 12. §. 35. D. *de inftr. vel inftrum. leg.* libri ex Plautio: *l.* 5. *D. de ferv. præd. ruftic.* libri de nuptiis, apud Gell. *lib.* 4. *noct. c.* 4. notæ ad Fulcinium: *l.* 43. *D. de mort. cauf. don.* Viciffim ad eum ne-

notarum libros quatuor scripsisse Julium Paullum, satis constat. *Hein.*

NERONIANUS, *a, um*, Neronianum Senatusconsultum memoratur apud Ulp. *tit.* 24. *reg.* §. 11. quo cautum est, ut, quod minus pactis verbis legatum est, perinde sit, ac si optimo jure legatum esset. Alterum refert Paull. *sent.* 3. *tit.* 5. §. 5. quo cavetur, ut, occisa uxore, etiam de familia viri quæstio habeatur: idemque juxta uxoris familiam observetur, si vir dicatur occisus.

NERVA (M. Cocceius) Imperator, Domitiani successor, qui primus ex advenis Imperium rexit, Narniensi oppido genitus, ut Aurelius Victor *Epist. c.* 12. scribit. Primus omnium D. Nerva edicto vetuit, post quinquennium mortis cujusque de statu quæri: *l. ult. D. ne de stat. defunct.* Lege agraria, quam Divus Nerva tulit cavetur: *l. ult. D. de term. mot.* Divus Nerva Prætoribus unum adjecit, qui inter fiscum & privatos jus diceret: *l.* 2. §. 32. *D. de orig. jur.* Auctore D. Nerva introductum, ut civitatibus omnibus, quæ sub Imperio populi Romani sunt, legari possit. Ulpian. *tit.* 24. *reg.* §. 28.

Nerva (M. Cocceius) avus Imperatoris, & Jurisconsultus, qui & Cæsari familiarissimus fuit, ut narrat Pomponius in *l.* 2. §. 47. *D. de orig. jur.* id est Tiberio Cæsari ut Tacit. *lib.* 6. *annal. c.* 26. Haud multo post Cocceius Nerva continuus principis, omnis divini humanique juris sciens, integro statu, corpore illæso, moriendi consilium capit. Apud Frontinum *lib.* 2. *de aquæduct.* inter aquarum curatores refertur M. Cocceius Nerva, divi Nervæ avus scientia juris illustris. Ex quibus auctoritatibus nobis hujus Jurisconsulti silentio in pandectis obrutum prænomen innotescit. Porro hunc ipsum Nervam Consulem fuisse, argumento sunt hæc Celsi verba: Si ita legatum est, *si Nerva Consul factus erit. l.* 27. *D. de legat.* 2. ac plane ex vetustis lapidibus apud Gruter. *p.* 187. 13. *& p.* 502. 4. patet, anno ab V. C. 576. M. Cocceium M. F. M. N. Nervam cum C. Vibio Rufino Consulatum gessisse. Nervam utique hunc Labeoni, Nervæ vero Proculum successisse, idem Pomponius *l.* 2. §. *ult. D. de orig. jur.* tradit, inter quos tamen non bene semper convenisse, observare licet. Nam ut Labeoni Nerva consentit, in *l.* 1. *D. si usufr. pet. & l.* 14. D. *de in diem addict.* ita ab eo dissentit in specie *l.* 2. §. 28. D. *ne quid in loc. publ.* similique modo interdum Nervæ sententiam Proculus sequitur, ut *in l.* 13. *D. qui potior in pign. l.* 9. §. *ult.* D. *de reb. cred. l.* 26. §. *ult. D. de legat.* 1. & quidem adversus Sabinum & Cassium, in *l.* 7. §. 7. D. *de adquir. rer. dom. l.* 1. *D. de contrah. emt.* Alias vero ceu nullius addictus jurare in verba magistri libere ab ea diffidet, ut adparet ex *l.* 32. *D. de pos. l.* 12. §. 1. D. *de usu & habit. l.* 3. *D. de usufr. ear. rer. l.* 1. D. *de act. rer. amot.* Quin etiam a Sabino Nerva stat adversus Cassium, *in l.* 49. *D. ad leg. Falcid.* Derisus Nerva Jurisconsultus, qui per fenestram monstraverat, servos detentos ob pensionem liberari posse: *l.* 9. D. *in quib. caus.* Hunc etiam a Celso filio recte reprehensum, adnotat Pomponius in *l.* 28. *D. de evictiom.* Quamvis vero in Pandectis Nerva hic ab eo, quem juris civilis scientiæ æque atque nominis & bonorum heredem reliquit, patris adjectione non discernatur, nec ut Celsum *patrem*, ita Nervam patrem nominari inveniamus: Nerva tamen pater exaudiendus est in *l.* 5. §. 3. D. *de rei vind. l.* 6. §. 3. D. *commun.*

niun. divid. l. 11. D. *de reb. cred. l.* 7. *D. de condit. cauf. dat. l.* 11 §. 3. *D. de pecul. l.* 45. §. *ult.* D. *mandat. l.* 57. *D. de contrah. emt. l.* 56. *D. de jur. dor. l.* 36. §. *ult. D. de donat. int. vir. & ux. l.* 44. D. *folut. matrim. l.* 19. *l.* 52 §. 7. D. *de legat.* 3. *l.* 14. D. *de ann. legat. l.* 16. *D. de liberat. legat. l.* 3. §. 4. D. *quod vi aut clam. l* 4. §. 3. D. *de dol. mal. & met. except.*

M. Cocceius Nerva, prioris filius, Nervæ Imperatoris pater, Neroni tam carus, ut ejus Prætoris adhuc defignati imaginem fupra triumphalem in foro, & effigiem apud palatium quoque ftatueret. Tacit. *lib.* 15. *annal. c.* 72. Libros ejus *de ufucapionibus* citat Papinianus: *l.* 47. D. *de adquir. vel amitt. poff.* Fuit ex eodem tempore (quo Proculus) Nerva filius, *l.* 2. §. *ult. D. de orig. jur.* Minorem annis decem & feptem, qui eos non in totum complevit, Prætorem prohibet poftulare: quia moderatam hanc ætatem ratus eft ad procedendum in publicum: quia ætate, aut paulo majore fertur Nerva filius & publice de jure refponfitaffe: *l.* 1. §. 3. D. *de poftul.* Pegafus & Nerva filius refponderunt: *l.* 2. §. *ult. D. de his qui not. infam.* Nervam filium Fufidio contradicere, animadvertimus: *l. ult. D. de manum. vind.* Citatur & hic Nerva, filius: *l.* 1. *pr.* §. 1. *l.* 3. §. 13. & 17. *D. de adquir. vel admitt. poffef. l.* 21. D. *de acceptil. l.* 13. §. 7. *D. de ufufr. l.* 3. §. 8. D. *de pecul.*

NERVUS pro viribus. Nervus reipublicæ in tributis: *l.* 1. §. 20. *de quæftion.* Cic. *pro Lege Manil. c.* 7. fi vectigalia nervos effe reipublicæ femper duximus. Succifis quafi quarumdam virium nervis, *l.* 2. *C. de omni agr. defert. l.* 4. *C. Theod. de annon. & tribut.*

NESCIRE & fcire opponuntur: *l.* 1. *D. de jur. & fact. ignor.* itemque nefcire & cognoviffe: *l.* 6. *D. de calumn.* Nefcire litteras: *l.* 3. §. 1. *D. de accuf.* §. 8. *Inft. de excuf*

NESCIRE quis dicitur quod non valet affequi, fic: Nefcire fe dicunt Imperatores, quomodo Irenæus, ob Neftorianifmum condemnatus, poftea Tyriorum epifcopus factus fuerit. *l.* 3. §. *ult. C. de fumm. trinit. & fid. catholic.*

NESCIUS, *a*, *um*, nefciens, ignarus. Nefcius modeftiæ, & pudoris ignarus: *l.* 1. *C. Juft. & Theod. Si quis Imp. maledix.* Nefcia periculi fui latronum infania: *l.* 6. C. *de defenf. civit. l. ult. C. Theod. eod. tit.* Gellius *lib.* 19. *c.* 1. Repentinus nefcius periculi nuncius. *Nefcius* autem dicitur tam is, qui nefcitur, quam qui nefcit: quanquam de hoc frequentius, de illo rarius hæc vox ufurpatur. Gell. *lib.* 9. *c.* 12. *in fine.*

NESENNIUS Apollinaris. in *l.* 34. D. *de negot. geft.* Dionys. Gothofredo in notis dicitur Jurifconfultus Paullo familiaris, ceu patet ex *l.* 41. D. *de re jud.* Sed Cujacio eft judex datus, feu pedaneus, quod & confequentia exigant. Idem Nefennii Apollinaris nomen occurrit in *l.* 32. *D. de excufat. l.* 22. *D. ad leg. Falcid.* plurefque ejus nominis memorat Reinefius *Claff.* 1. *Infcr.* 47. *p.* 92.

NESTORIANI, a Neftorio epifcopo Conftantinopolitano dicti, fæculi V. hæretici Mariam non Θεοτόκον fed χριστοτόκον effe voluerunt, hinc unionem perfonalem, & quæ hanc confequuntur, fuftulerunt. Late fe extenderunt per orientem, ubi patriarcham habent; quamvis hodierni non parum a prifcis receflerint, ut eorum confeffiones teftantur. Quinque obfervant jejunia feu quadragefimas. Hi ab orientalibus *Syriani* communiter adpellantur. Neftorianorum mentio eft in *cauf.* 24. *quæft.* 3. *c.* 29. §. 63.

Nestorii nefariæ sectæ participes Simoniani vocentur, ut cujus scelus sunt in deserendo Deo imitati, ejus vocabulum jure videantur esse sortiti, *l. 66. pr. C. Theod. de hæret. l. 6. C Justin. eod. tit.*

NETA lana in *l. 70. §. 2. D. de legat. 2.* ut puta stamen & subtemen. Eam legato contineri ait Sabinus, si cui lana legetur.

NEUTER, *a*, *um*. Neutri prætor succurrere debebit. *l. 3. §. pen. D. de eo per quem fact. erit.*

NEUTIQUE pro neutiquam: *l. 3. C. Theod. de aquæduct.*

NEX a græco *νεκρός*, ut vult Festus. Auctore eodem, neci datus proprie dicitur, qui sine vulnere occisus est, ut veneno, aut fame. Ulpianus hac usus est phrasi; Qui quid fecerit, contra hominis necem, quod legibus permissum non sit: *l. 4. D. ad leg. Cornel. de Sicar.* Si necem domini detexit servus: *l. 3. §. 1. D. de suis & legit. l. 16. D. de SC. Silan.* id est, cædem arguit, vel indicavit, ut *l. 3. §. 13. §. 14. D. eod. tit.*

In necem frequenter dicit Ulpianus pro in fraudem, damnum, præjudicium, vel in perniciem, ut loquitur *l. 34. D. solut. matrim.* Non est æquum fidejussori in necem meam subveniri: *l. 13. pr. D. de minor.* Si libertus rem suam pro alio pignori dedit, in necem patroni, id est in fraudem ejus *l. 1. §. 19. D. si quid in fraud. patron.* Hujus modi Ulpiani loca vide *l. 3. §. 1. D. de Stellion. l. 10. §. 6. D. de in rem vers. l. 21. D. de pecul. l. 1. D. de litigios. l. 14. D. de adpell. l. 4. D. si quis omiss. caus. testam. l. 5. §. 15. D. ut in posses. legat. vel fideic. caus.* Pro hac loqutione, cujus apud alios bonos auctores exemplum nondum repertum est, quædam erudite disseruit Car. Andr. Ducker. *de latinit. vet. Ictor. p. 431.* Dubitat Heinecc. an non eodem sensu Ulpianus dixerit *in occisionem innocentium* apud Auctor. *Collat. Leg. Mosaic. & Rom. tit. 8. §. 7.* Vid. Corn. van Bynckersh. *lib. 3. obs. c. 19. p. 203.*

NEXUS, *a*, *um*. Nexa res alicui dicitur, quæ ei pignori obligata est, & nexa pignori *l. 2. l. 7. C. de distract. pignor.*

NEXI ob æs alienum. Erat hoc jus jam inde a condita fere Urbe, vel lege vel more, constitutum, ut liberi homines qui pecuniam deberent, cum solvendo non essent, contrahi a creditoribus atque ad operas serviles præstandas cogi possent, qua licentia abusi multi in terga miserorum crudelissime sævierunt. Idque ita observatum esse ante XII. Tab. Livii locus *lib. 2.* indicio est. Post autem in eas hæc verba relata sunt, teste Gellio *lib. 20. c. 1.* Æris confesso, rebus que jure judicatis 30. dies justi sunto. Post deinde manus injectio esto, in jure ducito, ni judicatum facit, aut qui locuples endo eo in jure vindicit, secum educito, vincito, aut nervo, aut compede XI. pondo ne majore, aut si volet minore vincito. Si volet, suo vivito, ni suo vixit, qui em (eum) vinctum habebit, librum farris endo (in) dies dato, Si volet plus dato. Ni cum eo pacit, 60. dies endo (in) vinculis retineto, interibi tribus nundinis continuis in comitium procitato ærisque æstimiam judicati prædicato. Ast si pluribus erunt rei (creditores) tertiis nundinis partes secanto. Si plus minusve secuerunt, se (sine) fraude esto. Verba hæc decemviralia accurate suo more exponit Io. Gottl. Heinecc. *Antiq. Rom. ad Inst. lib. 3. tit. 330.* ubi ostendit, nexos etiam addictos dici, non quod in servilem inciderint conditionem, ut vulgo existimant (sane enim ingenuitas non erat in commeriis, & tantum abest, ut

quis

quis pro ære alieno in servitutem rapi potuerit, ut ne ipse quidem si voluisset, voluntariam adire potuisset servitutem) sed quod creditoribus a prætore fuerant adjudicati, ad operas serviles quascunque præstandas. Serviebant ergo hi obærati creditoribus, sed non erant servi, inter quæ magnum discrimen erat. §. 1. *Inst. de ingen.* Porro observat idem Heinecc. recte Cornelium Van Bynkersh *obs. I.* 1. post Robertum *rer. jud.* 2. 6. de *sectione* illa *partium* sentire, quam de corporis sectione intelligunt Tertull. *Apol.* 4. Quinctilian. *Inst.* 3. 6. & ipsæ Cæcilius apud Gell. 20. 1. qui tamen negat tam durum hac inhumanum supplicium unquam sumtum esse ab obæratis, adeoque illud tantum terroris causa legi accessisse existimat. At de sectione bonorum id interpretantur illi recentiores Icti. Et sane ut corpus sæpe notat bona & facultates: (*l.* 26. §. 16. D. *de her. pet.*) ita qui bona hastæ subjecta publica auctionis lege emebant, *sectores* dicebantur. Cic. *pro Roscio.* 63. Ascon. Pædian. ad Cic. *Verrin.* 3. *p.* 1843. & 1815. Flor. 2. 6. adeoque *sectio* idem est ac auctio apud Varron. *de re rust.* 10. Minus ergo vero similis est prior sententia, permissum scilicet esse creditoribus corpus obærati secare. Quis enim adeo fuisset stolidus, ut non majore lucro & minore inhumanitatis fama servilibus obæratorum operis uti, vel ipsos trans Tiberim venundare maluerit. Ita Heinecc. apud quem *l. cit.* *decemviralis* hujus legis fata legere est.

NEXUS, *us.* Substantivo, pro quovis vinculo obligationis, maxime vero pignoris. Ita: nexus culpæ: *l. ult. C. quo quisq. ord.* pro obligatione ex culpa.. *Nexus* curiæ *l.* 64. *l.* 107. *C. Theod. de decurion.* curialis. *l.* 58. *C. Theod. eod. tit.* famulatus: *l.* 3. *C. Theod. de liber. causs.* generis & originis, *l.* 45. *C. Theod. de decurion.* juris: *l.* 29. *C. ad leg. jul. de adulter.* pignoris: *l.* 33. D. *famil. ercisc.* paternæ potestatis: *l.* 13. *C. de castrens. pecus.* Nexum facere prædiorum, id est, prædia pignori obligare: *l. pen.* & *l. ult. C. si alien. res pign.* Nexu venditi liberare: *l.* 26. §. 7. D. *de cond. indeb.*

Nexu vel *Nexo* olim etiam ab alienari res dicebantur, quæ erant mancipi. Cicer. *in Top. c.* 5. Abalienatio est ejus rei, quæ mancipi est, ut traditio alteri nexu. Idem in *paradox.* 5. *c.* 1. Ut mancipia, quæ sunt dominorum facta nexu, aut aliquo jure civili. *Et de harusp. respons. c.* 7. Multæ domus in hac urbe, atque haud suo, an pœne cunctæ jure optimo, sed tantum jure privato, jure hereditario, jure auctoritatis, jure mancipi, jure *nexi.* Varro *lib.* 6. *de lingu. Lat.* *Nexum* Manilius scribit omne, quod per libram & æs geritur, in quo sunt mancipi. Mucius Scævola, quæ per æs & libram fiant, ut obligentur, præterquam si mancipio dentur. Hoc verius esse, ipsum verbum ostendit, de quo quæritur. Nam idem, quod obligatur per libram, neque suum fit. Inde nexum dictum. Cicero *lib.* 3. *de orat. c.* 40. inter ea quæ proprium nomen habent, nexum enumerans, ea significari ait, quod per libram agitur. Festus: Nexum est, ut ait Gallus Ælius, quodcunque per æs & libram geritur: idque necti dicitur. Quo in genere sunt hæc, testamenti factio, nexi dando, nexi liberando. *Nexum* etiam æs, ut idem Festus ait, olim dicebatur pecunia, quæ per nexum obligabatur. Quibus ut clarius innotescat quid proprie *nexus* vel nexum sit addit hæc Heinecc: Mancipatio quidem erat inter modos transferendi dominium: at acce-

cedebat tamen & alis contractibus & negotiis, adeo ut & heredes, quibus legatum remittebatur, per æs & libram solvi dicerentur. Cic. *lib.* 2. *de legib.* c. 20. & 21. Quoties ergo cui res mancipi tradebatur per æs & libram ita, ut dominium ejus haud nancisceretur, rem illam habere dicebatur jure *nexi*; quoties in eum translatum esset Dominium, *jure mancipii. Nexus* ergo & mancipatio, non differebant ritu, sed differebant maxime effectu, quum ille & sine dominii translatione esse posset, hæc semper dominium juris Quiritium transferret, per eamque non posset fieri rei abalienatio Rem omnem erudite exposuit illustravitque Io. Frid. Gronov. *Epist.* 302. *ad Claud. Salmas. in Sylloge Epistolarum viror. illustr. Tom.* 2. *p.* 549.

NICÆNUS, *a*, *um*, a Nicæa, Bithyniæ mediterraneæ urbe, ubi notissimum Concilium a Constantino M. habitum. Conditum in eo concilio symbolum vocari solet fides Nicæna. Nicenæ fidei (ait Imp.) dudum a majoribus traditæ & divinæ religionis testimonio atque adsertione firmatæ observantiæ semper mansuræ teneatur. *l.* 2. *pr. C. de summ. Trinit.* & *l.* 8. *pr. C. Theod. de hæret.* Veræ ac Nicænæ fidei sacerdotia casta permaneant: *l.* 3. *C. Theod. de fid. cathol.*

NICOLAITÆ dicti a Nicolao, Diacono Ecclesiæ Hierosolymorum: qui cum Stephano, & cæteris constitutus est a Petro: qui propter pulchritudinem relinquens uxorem dixerat, ut qui vellet, ea uteretur: versa est in stuprum talis consuetudo, ut invicem conjugia commutarentur. Quos Joannes in *Apoc.* improbat dicens: sed hoc habes, quod odisti facta Nicolaitarum. *Caus.* 24. *quæst.* 3. *c.* 39. §. 4.

NICOMEDIENSES. His rescripsisse D. Hadrianum refert Callistratus *l.* 5. D. *de decret. ab ord. fac.* Nicomediensium ordo: *l.* 11. *D de decur.* Dicuntur autem Nicomedienses, quorum & Plin. *lib.* 10. *epist.* 43. 46. & 50. meminit, a Nicomedia Urbe, quam *Nicomediam Bithyniæ præclaram* vocat major Plinius *lib.* 5. *hist. nat. c. ult.* Zosimo quoque dicitur civitas maxima & beata, & cum ob opes, tum ob rerum omnium adfluentiam celeberrima: *lib.* 2. *hist. c.* 35. Et multo ante, maximam Bithyniarum urbium vocavit Pausanias, *Eliac.* 1. *c.* 12. Effloruit potissimum sub Diocletiano, qui ut plurimum ibi hæsit, & urbem illam Romæ æquare studuit, teste Lactantio *de mortib. persecutor. c.* 6.

NICOPOLIS civitas: *l.* 12. *D. de legation.* Duæ hujus nominis civitates memorat Brisson. unam in Epiro, ad ostium Ambracii sinus: alteram in Thracia juxta Hæmum montem. Seneca *lib.* 6. *nat. quæst. c.* 26. de terræ motu agens: Sic Paphos non semel corruit: sic nobilis & huic jam familiaris malo Nicopolis. His, notante Heineccio, aliæ ejusdem nominis Urbes addi potuissent. In ipsa enim Thracia non una Nicopolis ad Hæmum montem. Sed & altera juxta Nestum, flumen, ipsa Trajani opus, ut Nicopolis ad Danubium, quam indicium victoriæ contra Dacos idem Trajanus condidit. Ammian. Marcell. *lib.* 31. *c.* 16. In oriente Nicopolin suam habuit Bithynia, de qua Plin. *lib.* 5. *extr.* Cilicia, cujus de situ erudite disputat Cellarius *Notit. orb. antiq. lib.* 3. *c.* 6. *p.* 260. Lydia, de qua idem *ibid. c.* 4. *p.* 136. Fuit & Palæstinæ Nicopolis, olim Emmaus, de qua idem *lib.* 3. *c.* 13. *p.* 518. itemque Armeniæ minoris, a Pompeio condita, de qua Dio Cassius *lib.* 49. *p.* 415. denique Ægyptiaca,

ea, ab Augusto, oppresso Antonio, condita, de qua idem Dio Cass. *lib.* 51. *p.* 456.

NICOSTRATEGUS, *l.* 18. §. 12. D. *de munerib.* Sed pleræque melioris notæ editiones habent νυκτοςρατήγοι, *nyctostrategi*, id est, cohortes vigilum nocturnorum, de quibus Dionys. Gothofred. *ad d. l.* 18. §. 12.

NIDOR, odor ex re adusta. Nidore penates venerari: *l.* 12. *pr. C. Th. de pagan.*

NIDUS, *l.* 5. §. 2. D. *de adquir. rer. dom.* a nidore dictum volunt, quia male olent avium cubilia.

NIHIL, vel *nihilum*, vulgo dictum putant, quasi *ne hilum* quidem. In jure vero nostro nihil actum dicitur, quando, quod actum nullum, vel nullius effectus est: & *nihil* agere, idem, ac inutiliter, vitiose, inefficaciter; (§. 2. *Inst. de auct. tut.* juncto *pr. ejusd tit.*) *l.* 29. §. 1. *D. de testam. milit.* Hinc nihil agi, & valere opponuntur: *l.* 49. D. *de donat. int. vir. & ux.* vide & *l.* 1. *l.* 5. D. *de rescind. vend. l.* 51. *locati l.* 74. *pro soc. l.* 9. §. 1. *de auct. & conf. tut. l.* 13. *l.* 25. §. *ult. de adquir. vel omitt. hered. l.* 16. *D. de opt. vel elect. legat. l.* 18. *C. eod. tit.*

Nec personæ modo, sed & actus ipsi *nihil* egisse dicuntur. Sic: ademtio nihil egit; *l.* 24. *D. quand. dies legator.*

Nihil aliquando pure negativum pro non: ut in *l.* 5. *in fin. C. si cert. pet.* ubi nihil deberi de oleo tantum dicitur: id est illud non deberi, quum tamen debeatur pecunia.

Nihil interdum pro *nullo* ponitur, ἀρχαικῶς. Nihil præjudicium *l.* 7. *D. de agnosc. & alend. lib.* 1. Ita & Plaut. *Epidic. Act.* 2. *scen.* 2. *v.* 112. Nihil in ea re captio est, & in *Pseudol. Act.* 4. *sc.* 7. *v.* 100. Nihil quæstus.

Nihil nemine faciente, de hac loquendi forma vide in voce *nemo.*

Nihil minus, pro nihilominus, Græcorum exemplo qui οὐδὲν ἧττον dicunt, in *l.* 37. §. 3. *D. de legat.* 3.

NIHILUM, idem ac *nihil.* Nihilum differt: *l.* 55. *D. ad leg. Aquil.* Pro nihilo est: *l.* 1. D. *quæ in testam. del.* In nihilum liberaretur: i. e. nulla ex parte debiti: *l.* 2. §. 7. D. *de eo quod cert. loc.* Ad nihilum perduci: *l.* 3. §. 1. D. *de alim. vel cib. leg.* Nihilo magis: *l.* 12. *D. rat. rem. hab.* (§. 7. *Inst. de legit. adgn. succes. l.* 8. *D. de adim. & transf. leg.*) Nihilo magis rerum: *l.* 12. D. *de usu & usufr. leg.*

NIHILOMINUS, immo magis: *l.* 6. §. 2. *D. de negot. gest.* Nihilo minus ædificii est, quam situla, i. e. haud minus: *l.* 40. §. *ult. de contr. emt. Nihilominus* in Legibus nostris non semper adfirmare, sed aliquando tanto fortius negare, significans nullo modo, οὐδαμῶς, minus nihilo, nequaquam, minime gentium, Brissonius, Cujacius, aliique colligunt ex *l.* 56. *C. de decurion.* ubi tamen præcedens *vox etsi*, verbaque cohærentia adfirmativam significationem requirere videntur: item, ex *l.* 13. §. *ult. C. de judic.* at nulla ut videntur ratione: item ex *l.* 2. §. 1. D. *de vi bonor. raptor.* his nempe verbis: Sed utilius visum est, quamvis præjudicium Legi de vi privata fiat, nihilominus tamen non esse denegandam actionem eligentibus privatam persequutionem. Ibi vero vox *nihilominus* per se habet significatum adfirmandi, quod cum verbis duobus negativis sequentibus *non* est *deneganda*, vim adfirmativam habentibus copulatur; quasi dixisset Ictus, *nihilominus danda est*, quod vere est adfirmare. Aliud exemplum adfert Heineccius ex *l.* 106. D. *de condit. & demonstr.* quæ sic so-

ſonat: Hoc genus legati, ſi Titio non nupſerit, perinde habendum eſt ac ſi poſt mortem Titii legatum fuiſſet, & ideo nec Muciana ſatiſdatione interpoſita capere legatum poteſt: Sed & alii nubendo, nihilo minus legatum conſequitur. Verum, hæc ultima verba ita intelligi poſſunt; nihilominus legatum conſequitur poſt mortem Titii: ſic, *nihilominus* adfirmat. Si vero dixeris: nihilominus legatum ante mortem Titii (quod cautione Muciana non potuit) conſequitur: tunc negativus ſenſus erit, ac ſi dictum eſſet *nihilo magis*, quem quidem ſignificatum vocem illam haud raro habere apud Latinos obſervavit Priſcianus *lib.* 18. *p.* 1196.

NILOTICUS, *a*, *um*. Nilotica aqua: *l.* 10. *D. de extraord. crim.* Seneca *lib.* 3. *nat. quæſt. c.* 25. Quare aqua nilotica fæcundiorem fæminam faciat?

NILUS. Eam Græcam dictionem eſſe latineque Melonem vocari a Serv. *ad Æneid. lib.* 1. *v.* 745. tradit. Ejus fluminis Ægytiaci mentio fit in *l.* 10. *D. de extraord. crim. l.* 1. §. 5. D. *de flumin.* Senec. *Epiſt.* 104. & *nat. quæſt. lib.* 4. *c.* 1. & 2. *lib.* 6. *c.* 26.

NIMIETAS. Occurrit ea vox in *l.* 9. *C. Theod. de judæis.* Eadem, quamvis inter barbaras relata a Voſſio *lib.* 3. *de vitiis ſermon. p.* 539. utuntur Apul. *de Deo Socrat. p.* 43. *lib. metamorph. p.* 122. & alibi: Columella *lib.* 6. *c.* 23. Jul. Capitol. *in Vero. Trebell. Pollio in trig. Tyran. c.* 9. Macrob. *Comm. in ſomn. ſcip. c.*7. ſed & Palladius, Solinus, Hieronymus, Arnobius & alii.

NIMIRUM eleganter in *l.* 3. D. *de aur. arg. legat.* ad reſponſionem adhibitum videri poteſt his verbis: nimirum facti quæſtio eſt.

NIMIS. Nimis propere: *l.* 1. *C. de execut. rei jud.*

NIMIUM, ad (modo intenſivum eſt, & idem, ac valde; ut in *l.* 3. §. 1. D. *de contrar. tutel. ac util. act.*) modo exceſſum ſignificat. Ut: nimium credere tutori, *l.* 5. §. 11. D. *de reb. eor. qui ſub tut.* Nimium eſt licere: *l.* 12. §. 2. D. *de adminiſtr. & peric. tut.* Nimium ſumtuoſæ *l.* 5. *D. de jur. delib.*

NIMIUS, *a*, *um*, juſto major vel majus. *Nimia* ceſſatio: *l.* 6. D. *ubi pupill. educ.* culpa: *l.* 12. *D. de cuſt. & exhib. reor.* diligentia: *l.* 6. §. *ult. D. de bon. damnat.* ferocia: *l.* 3. §. 1. D. *ſi quadrup. paup.* indulgentia: *l.* 1. D. *de colluſ. deteg.* reverentia: *l.* 1. §. 6. *D. quar. rer. act.* ſecuritas: *l.* 6. D. *de jur. & fact. ignor.* ſubtilitas: *l.* 4. *D. de manum. teſtam.* Sed & perſona ipſa dicitur nimia, ut: Nimia (mulier) circa maritum: *l.* 22. §. 6. D. *ſolut. matrim.* i. e. nimis profuſa.

Aliquando hoc verbum tantum intendit ſignificationem, ut: *Nimia*, (i. e. magna vel plurima) ſubtilitas requirenda eſt, quum res per teſtium ſolemnitatem oſtenditur: *l. ult. C. de fideicom.* Eadem notione *nimiam* curam dixit Ælius Spartian. *in Hadrian. c.* 21.

NIPHANUS, *a*, *um*. Niphanæ regionis mentio fit in *l.* 35. §. 2. D. *de legat.* 3. ubi tamen pro Niphanæ, quod id regionis nomen alibi non occurrit, Aliphana legendum cenſet Ægid. Menag. *Amœnit. jur. civ. c.* 31. *p.* 181.

NISI exceptionis nota eſt, & quandoque refertur ad omnia præcedentia, ut: Niſi ſpeciliter contrarium actum eſſe probetur: *l.* 3. D. *de pact.* niſi ex hoc temporalis actio in peculium cadat: *l.* 2. §. D. *de cuſt. & exhib. reor.* quandoque non ad omnia refertur, ſed ad partem tantum, ut: diximus, uſumfructum a fructuario cedi non poſſe niſi domino proprietatis: *l.* 66. *D. de jure dot.*

Niſi,

Nisi, interdum pro quam ponitur. Alius nisi, id est, alius quam: *l.* 8. D. *de minor.* Ad nullum alium usum, nisi: *l.* 23. §. 2. D. *de aur. arg. legat.* Prius nisi, id est, priusquam: *l.* 2. *pr.* D. *de statulib.* Non aliter nisi: *l.* 10. *D. de re milit. l.* 3. D. *de collat. bonor. l.* 2. D. *quib. mod. pign.*

NISUS, *us*, conatus, molimen. Nisus exceptionis: *l.* 1. C. *Theod. de his qui condit. propr. relinq.* vide & *l.* 2. *ejusd. C. de pistorib. & catabolens.*

NITERE, splendere. Nitentia saxa, i. e. marmora: *l.* 2. *C. Theod. de metall.* Civitates quoque nitere dicuntur in *l.* 1. *C. Th. de his qui propr. cond. reliq.*

NITI. Omnis excusatio sua æquitate nititur: *l.* 1. *D. de excus. & vacat. mun.* niti auctoritate: *l.* 1. C. *qui pro sua*, niti obligatione: *l.* 21. *D. quod met. caus.*

NITOR, *ris.* Splendor. Nitor civitatum: *l.* 20. *C. Theod. de op. publ.* publici nitores: *l.* 25. *C. Th. eod. tit.*

NIVARIUS, *a*, *um.* Nivarium colum: *l.* 21. D. *de aur. arg. legat.* Erat instrumentum, quo nix potui miscenda excernebatur. Sic apud Martialem *lib.* 14. *Epigram.* 103. 104. 116. inter lemmata occurrunt colum nivarium, saccus nivarius, lagena nivaria. Vid. supra art. *colum.*

NOBILIS, *e*, pro præclarus, & a vulgo separatus. Nobiliores natalibus: *l.* 3. *C. de commerc. & mercat.* Nobiles & probatæ personæ: *l.* 19. *C. de testam.* Nobilis Comes Phœniceseos: *l. ult. in fin. C. de diverf. offic. & adparit.* Nobilis Ulpianus: *ll.* 2. *in fin.* D. *de excus.* Idem nobillissimus *in l.* 4. *in fin. eod. tit.* Nobilis Curia, pro Senatu: *l.* 105. C. *Theod. de decur.* Nobiles nuptiæ pro Senatoriis: *l.* C. *Theod. de nupt.* Nobiles Romæ dicebantur, quorum patres aut majores magistratum curulem gesserant: & novis hominibus opponebantur: Cicer. *in Verr.* 7. Videmus quanta sit invidia apud quosdam homines nobiles, novorum hominum virtus & industria. Fuit autem nomen hoc generale, & commune omnium, quorum majores magistratum, ut diximus, curulem gesserant: sive ii patritii essent, sive plebeii. Postea tamen accidit, ut illi generis sui nomen retinerent, & speciali ac proprio nomine nobiles dicerentur, qui plebeiæ gentis cum essent, majores tamen curulibus magistratibus honoratos habuerant. Itaque Pædianus perspicue ac dilucide Patritios a Nobilibus distinguit. Sex, inquit, competitores Cicero habuit: duos patritios, Galbam & Catilinam: quatuor plebeios, ex quibus duo nobiles &c. Non quod patritii nobiles non sint: Sed, quia e generali nobilium nomine, alii patritiorum honorabile nomen sibi retinebant, factum ut alii generis nomen sibi attribuerent. Sic Livius *lib.* 39. Omnes patritios plebeiosque nobilissimarum familiarum M. Porcius longe anteibat. Sic Fulviorum familia, quam plebeiam fuisse constat, *nobilium* cognomentum sumsit. Sic *in Sextiana.* Vosque adolescentes, & qui nobiles estis, ad majorum vestrorum imitationem excitabo, & qui ingenio & virtute nobilitatem potestis consequi, ad eam majorem, in qua multi homines novi & honore & gloria floruerunt, cohortabor. Nemo enim patritius ut esset, sua virtute consequi poterat.

Nobiles vero hodie in Europa plerumque intelliguntur ingenere hi, quibus jus est armorum & insignium, ut his quoque contineantur qui olim milites adpellabantur, equestrisque dignitatis esse di-

dicuntur, olim vocati quoque ingenui. Qui horum censu continentur conditione sua indignum putant mercaturam, quantumvis lucrosam facere; cujus rei originem nonnulli repetunt, ex *l.* 3. *C. de commerc. & mercat.* quamquam id e priscis Germanorum moribus alias deduci possit. Militaribus vero hi maxime præ plebe eminent. Eoque pertinet jus certaminum equestrium, quæ Torneamenta vulgo adpellantur, jusque armorum & insignium, ut certis tesseris gentilitiis militaribus, scuto nempe galeaque utantur, easque non modo in sigillis, sed & aliis occasionibus quibuscumque ostentent. Sed & venatio horum juribus accensetur: Diodor. Sicul. Καὶ τὰ ἀκροθίνια ταῦτα ταῖς οἰκείαις προσηλῶσι ὥσπερ ἐν κυνηγίαις τισὶ κεκειρωμένα: Et has manubiorum primitias non secus atque feras a se trucidatas vestibulis domorum affigunt.

Inter illos vero eminent Nobiles κατ' ἐξοχὴν dicti, seu majorum gentium, qui nempe sunt cum dignitate, quales sunt Duces, qui exercitus ducebant, & Comites, qui jura per pagos vicosque reddebant, quos promiscue principes vocat Tacitus *de morib. Germanor. cap.* 25. Hi quoque Graviones dicti. Accessere postea recentiora horum vocabula, aliique dicti Comites Palatini, alii Marchiones, vel Margravii, alii Landgravii, Burgravii &c. Quum porro Episcopi & Abbates inter Duces & Comites de republica conferre consilia cœperint, ac proinde ipsi ad principum dignitatem paullatim eveherentur, inter nobiles quoque majorum gentium cœperunt numerari.

Hi autem sunt septem Clypei nobilitatis. Primus clypeus, id est supremus nobilitatis gradus fuit Regis, alter Episcoporum & Abbatum, tertius Principum Laicorum, quartus Comitum, quintus liberorum, seu Baronum; sextus ministerialium, septimus denique eorum, qui, quamvis essent equestris originis, feuda tamen adquisiverunt. De his feudali ministerialive nexu obstrictis nobilibus sciendum est, ingenuos sese nobilioribus & potentioribus fide clientelari obstrinxisse, hinc bona horum ingenuorum plerumque sunt feudalia. Et ii etiam, qui prædia sua jure optimo maximo possidebant, qui *liberi nobilesque* dicebantur, illa tamen ultro nobilioribus in feuda obtulerant. Hinc soli nobiles atque ingenui capaces habentur feudorum. Et quamvis alicubi civici ordinis viri hujusmodi feuda adquirere possint, soli tamen ingenui sanguinis admittuntur ad Comitia provincialia interpares curiæ: Beyer. *Specim. jur. Germ. lib.* 1. *cap.* 2. §. 52. Ex eo feudali nexu porro sequebatur, ut non modo nobiles quælibet aulica munera ac officia, veluti dapiferorum, pincernarum, marescallorum, Camerariorum soli capesserent, sed & extra ordinem evocati in aulam adesse tenerentur, sive consilio eorum aut judicio in caussis feudalibus opus esset, sive ut globo eorum stipatus dominus tanto comitarior esset. Et hi sunt ministeriales. De Nobilitate scripserunt Tiraquellus & Anton. Matthæus.

Hoc elogium in specie tribuitur Imperatori. Ita: Valerianus, *nobilis* Cæsar, i. e. inclytus, dicitur in *inscript. l.* 11. *C. de transact. l.* 15. *C. de pact.* Nobilissimus Imperator *l.* 3. *D. de nat. rest.* Imperatoribus quidem paulo rarius: multo fræquentius Cæsaribus designatis imperatoribus; sic præter Valerianum, Honorius, N B. P. id est Nobilis puer: *l. ult. C. de privil. eor. qui in sacr. palat.*

palat. Conſtantinus & Maximianus. Nobiliſſimi Cæſares *l.* 5. C. *de jur. & fact. ignor.* Gratianus COS. NB. P. id eſt, nobiliſſimus puer: *l.* 6. *C. Theod. ad SC. Claud.* Valentinianus, NB. P. *l.* 7. *C. Th. de medic. & profeſſor.*

Sed & propinqui Imperatorum *Nobiliſſimatus* fulgebant dignitate. Sic Nobiliſſimæ puellæ, filiæ Arcadii: *l. ult.* C. *Theod. de privil. dom. Aug.* Nobiliſſimæ ſorores Theodoſii: *l. ult. C. Th. de luſtr. collat.* Gothofred. *ad. d. l.*

Nobilis etiam de rebus dicitur, ut: Nobilium operum ſubſtructiones: *l.* 19. *C. Theod. de oper. publ.* quin & de animalibus; Ita: Nobiles celebratis victoriis dicuntur equi currules in *l.* 6. C. *Theod. de ſcenic.* & nobilitas cautium, id eſt lapidum, marmorum *l.* 14. *C. Th. de metall.*

NOBILITAS. Cicer. *in Verr.* 47. Ut iſta præclara Nobilitas (i.e. nobiles) deſinat queri populum Romanum hominibus novis atque induſtris honores mandare.

Nobilitatem & ſæpe Ammianus Marcell. dixit pro Senatu.

Nobilitas virtutum, non generis, gratum Deo faciunt & idoneum ſervitorem, ad cujus regimen, non multos ſecundum carnem nobiles & potentes elegit, ſed ignobiles & pauperes: *c. Venerabilis frater. de præbend. & dignit.*

NOCENS dicitur, qui ſcelus, flagitium, crimen & delictum aliquod admiſit. Hinc nocens innocenti adverſatur in *l.* 5. D. *de pœn. l.* 1. §. *ult. D. de quæſtion.* ut & innoxio: *l.* 12. D. *de publ. judic.* Peccuta nocentium nota eſſe oportet, & expedit: *l.* 18. D. *de injur.*

NOCERE, obeſſe, malum aut incommodum afferre. Et dicitur primo de rebus; Sic nocere dicitur aqua: *l.* 1. §. 1. 2. 6. 12. 14. 15. 17. 21. item *l.* 2. §. 10. D. *de aqua & aqu. pluv.* & aquæ ductus: *l.* 5. D. *ne quid in publ.* & umbra: *l.* 1. §. *ult. D. de arc. cæd.*

Nocere facta hominum dicuntur, eaque illicita ſeu injuria, veluti: noxam nocuit ſervus: *l.* 45. §. *ult.* D. *de legat.* 1. *l.* 65. *D. ad Leg. Falcid.* vel etiam licita. Sic: nocet exceptio, vel non nocet, id eſt obeſt, obſtat vel non: *l.* 17. *D. de except. l.* 21. §. *ult. D. de pact. l.* 55. D. *ad SC. Trebell.* Ne conventio, in alia re facta aliave perſona, in alia re aliave perſona noceat: *l.* 27. §. 4. D. *de pact.* Nihil nocet patris exheredatio ad avitorum libertorum bona: *l.* 10. §. *ult. D. de bon. libert. l.* 27. D. *eod. tit.* Nocet juſjurandum: *l.* 28. D. *de jurejur.*

NOCTURNUS, *a, um.* Nocturna aqua & diurna opponuntur: *l.* 17. *D. de aqua & aqu. pluv.* Nocturni effractores: *l. ult. D. de effract. & expil.* Nocturnus fur: *l.* 9. D. *ad leg. Corn. de ſicar. l.* 1. D. *de fur. balnear.* id eſt, noctu deprehenſus, ut loquitur *l.* 4. D. *ad leg. Aquil.* Nocturnæ horæ: *l.* 2. *D. de aqu. quotid.* operæ: Paull. *lib.* 2. *Sent. tit.* 18. §. 1. Nocturnus populſator: *l.* 1. *C. quand. lic.* Nocturna ſacra: Paul. *lib.* 5. *Sent. tit.* 23. §. 15. ſacrificia: *l.* 5. *C. Theod. de pagan.* Nocturnis temporibus: *l.* 7. *C. Theod. de malef. & mathem.* Nocturni Triumviri qui incendiis arcendis præerant, de his *l.* 1. D. *de offic. præf. vigil.*

NOLLE. Si redire ad te cum poſſet noluit: *l.* 17. §. 7. *de ædil. edict.* Si ei nubere noluiſſet: *l.* 101. *pr.* D. *de cond. & demonſtr.* Filius qui ſe nolle adire hereditatem matris dixit: *l.* 6. §. 1. D. *ad SC. Tertyll.*

NOMEN, ut ait Diomedes *lib.* 1. *Gramm. p.* 306. dicitur quod unamquamque rem monſtret, ac notet, quaſi *notamen*, media ſyllaba per ſyncopen ſubtracta, vel a

a græca origine, παρὰ τὸ ὄνομα. Tribuitur & perſonis & rebus. Et perſonis quidem, vel Romanis, vel peregrinis ſeu exteris. Romani ferebant nomen, prænomen, cognomen: *l.* 1. *D. de lib. & poſth. l.* 22. §. 1. D. *qui teſtam. fac. poſſ.* Eaque ſunt tria nomina nobiliorum apud Auſon. in Grypho. *v.* 80. Sic & Juvenal. *Sat.* 5. *v.* 126.

Si quid tentaveris unquam
Hiſcere, tanquam habeas tria nomina.

Erant tamen gentes Romanæ quæ cognomina fugiebant, ut gens Maria. Quamvis enim & in hac occurrat M. Marius Gratidianus, is tamen id cognomen a patre naturali M. Gratidio tulit, poſtquam a M. Mario, C. fratre fuerat adoptatus. Jac. Perizon. *animadv. hiſt. p.* 98. *ſequ.* Poſterioribus ſæculis Romani aliquando ſex nomina adſumſerunt, & in his duo prænomina & plura cognomina ob adoptionem: ceu exemplo docuit Thom. Reineſ. *ad Inſcript. p.* 463. Ea nomina, quæ ultra cognomen adſcribi ſolebant, *adgnomina* vocant, quo vocabulo ipſe uſus eſt Cicero *de invent. lib.* 2. *c.* 9. ceu adverſus eundem Perizonium notat Heinecc. Nomen porro gentilitium erat & commune totius gentis, familiæ atque adgnationis. Unde ab Halicarnaſſeo *lib.* 3. συγγενικὸν καὶ πατρονομικὸν, gentilitium & paternæ gentis nomen vocatur. Theophilus vero in §. 29. *Inſt. de legat.* nomen interpretatur τὸ κύριον ὄνομα, οἷον Τίτιος. κόγνομεν ἐπώνυμον, ὅπερ ἀπὸ ψόγου ἢ ἐπαίνου λαμβάνεται. Eſt enim, inquit, nomen proprium vocabulum, ut Titius: cognomen, quod nomini ſubjungitur, & id modo in laudem, modo in vitium ſonat. *Diomed. lib.* 1. *gramm. p.* 306. Nomen proprium eſt gentilitium, id eſt, quod originem gentis vel familiæ declarat, ut Porcius, Cornelius. Cognomen eſt, quod uniuſcujuſque proprium eſt, & nominibus gentilitiis ſubjungitur, ut Cato, Scipio.

Nomina ſignificandorum hominum gratia reperta ſunt, qui, ſi alio quolibet modo intelligantur, nihil intereſt: §. 29. *Inſt. de legat.* Si quis nomen quidem heredis non dixerit, ſed indubitabili ſigno eum demonſtraverit, quod pæne nihil a nomine diſtat; *l.* 9. §. 8. D. *de hered. inſtit.* Nomen ſuum adſcribere: *l.* 22. §. 4. *D. qui teſtam. facere poſſ.* Nomen ſuum emtioni accommodare: *l.* 4. §. 1. *D. de manumiſſ.* Nomen adſumere: *l.* 63. §. 10. *D. ad SC. Trebell.* Famoſa & turpia nomina: *l.* 63. §. 10. D. *ad SC. Trebell.*

NOMEN pro perſona ipſa, Ut: Nomen curiis addere: *l.* 23. C. *de decurion.* militiæ dare: *l.* 43. D. *de oper. libert.* vel tradere, ut ait *l.* 43. *C. Theod. de decur.* Alieno nomine *l.* 1. §. 3. *D. de nov. op. nunc. l.* 20. *D. de adpell.* In nomen ſuum emere: *l.* 2. *D. quand. ex fact. tut.* hereditario, & ſuo nomine experiri, opponuntur: *l.* 93. D. *de ſolut.* quemadmodum, proprio nomine & ex perſona heredis in *l.* 55. §. 2. D. *ad SC. Trebell.* Ne ſacro nomini noſtræ pietatis oriatur invidia: *l.* 1. *C. Theod. de conduct. & hom. dom. Auguſt.* Suo nomine damnatus: *l.* 1. *l.* 4. §. *ult.* D. *de his qui not. inf.* id eſt, ex ſua perſona. Si præſes provinciæ, nominibus ab alio acceptis, ad Magiſtratus municipales miſerit, ut ſe de nominibus inſtruant--- utique enim intereſt, utrum ipſi magiſtratus nomina electa dederint præſidi, an ea, quæ ab alio præſes accepit, inquiſierint: *l.* 1. §. 3. *D. de magiſtrat. conven.* ubi per

per nomina intellige Tutores ipsos qui dandi sunt. Nomen infestum delatorum: *l.* 19. *de petition.* orborum nomen pro orbis: *l. un. C. Theod. de infirm. poen. coelib.* Nomina principum lacessere, i. e. principes ipsos: *l. un. C. just. & Theod. si quis Imperat. maledix.*

Nomen pro professione; Sic, qui Christianæ religionis & nominis dignitate neglecta *l.* 3. *C. Theod. de apostat.*

Nomen pro qualitate aut statu personæ, ut: Liberorum nomen amittunt adoptivi post emancipationem: *l.* 4. *D. si tab. testam.*

Nomen pro causa & ratione. Ita: si peculiari nomine servus emerit: *l.* 10. D. *de publician. in rem act.* id est, ratione peculii. Procuratorio nomine: *l.* 3. *D. famil. ercisc.* Si heres non sit a quo fideicommissum relictum est, sed alterius nominis successor: *l.* 5. §. 13. D. *ut in possess. legat.* id est, qui alio nomine seu alia ex causa successor sit quam hereditaria. Accessionis nomine: *l.* 27. *D. de ædilit. edict. Nomine* cessationis: *l.* 1. D. *de operib. publ.* crediti: *l.* 4. *D. de reb. cred.* culpæ: *l.* 25. §. 8. D. *famil. ercisc.* debiti: *l.* 25. §. *ult. D. qui & a quib. manum.* dignitatis: *l.* 1. §. 16. D. *de collat. bon.* hypothecæ: *l.* 4. *D. de pignor.* legati: *l.* 5. §. *ult.* D. *ut in possess. legat.* negligentiæ: *l.* 4. *D. de magistrat. conven.* operarum: *l.* 37. §. 6. *D. de oper. libert.* pignoris: *l.* 9. *D. de oper. nov. nunc.* servi: *l.* 28. *D. de noxal. act.* ventris: *l.* 12. D. *de coll. bon. rubr. D. si mul. ventr. nom.* i. e. ejus qui utero est.

Nomen pro nota seu signo rei cujusvis, sive corporalis sive incorporalis. Sic: Agris partes propria nomina habent: *ll.* 50. §. *ult. D. de hered. inst.* uti & actiones, &c. *Nomen* supremum pro Testamento: *l.* 3. *in fin. C. Theod. de apostat.*

Nomen etiam debitum, seu debiti obligationem significat. Et Justinianus quidem *Nomina* utique *fœneratitias cautiones* interpretantur in *l. ult. C. de pact. convent.* cujus significationis rationem exponens Asconius *in Verrin.* 3. titulos debitorum nomina adpellari, scribit, ab eo, quod Kalendariis solerent eorum, quibus pecuniæ credebantur, nomina perscribi. Unde & Scævola: Nomina, ex Kalendario, quæ elegerit filius meus, viginti dare damnas esto: *l.* 34. §. 1. D. *de legat.* 3. Ex qua vocis significatione ductus est elegans Bibaculi in Valerium Catonem Grammaticum, qui villa sua creditoribus cesserat, jocus, quem ex Suetoni libro *de illustr. gramm. c.* 11. subjicit Brisson.

Mirati sumus unicum Magistrum
Summum grammaticum, optimum poëtam,
Omnes solvere posse quæstiones
Unum difficile expedire nomen.

Huc pertinet quod ait §. 6. *D. de verb. signif.* nominis & rei adpellationem ad omnem contractum & obligationem pertinere: item *l.* 4. *D. eod. tit.* nominis adpellatione rem (debitam) significari.

Nomen bonum: *l.* 26. §. 2. *D. mandat. l.* 1. *D. ad SC. Maced.* Cic. *lib.* 5. *ad* Attic. *Epist. ult.* Bono nomine Centesimis usuris contentus erat, aut non bono, quatenus quaternas sperabat. In quo verbo scite lusit idem Cicero *lib.* 5. *ad famil. Epist.* 6. *ad Sextium.* Nam post expositam æris alieni, quo premebatur, magnitudinem, se tamen hoc consequutum, ait, ut bonum nomen existimaretur. Ceterum refert Columella *lib.* 1. *c.* 7. Alphium fœneratorem dicere solitum, vel optima nomina non adpellando fieri ma-

mala. Idem dicitur *nomen* idoneum: *l.* 21. §. 3. *D. de ann. legat. l.* 59. D. *ad leg. Falcid.* & passim. Huic opponuntur *Nomina* deperdita & male contracta: *l.* 16. *D. de administr.* & *peric. tut.* item perdita: *l.* 40. §. 8. D. *de statulib.* itemque *Nomen* deterius factum: *l. ult.* §. 9. D. *admin. rer. ad civit. pertin.* cujus nempe difficilior exactio est, propter inopiam debitoris, qui facultatibus lapsus minus solvendo est. *Nomen* dubium dixit Juvenal. *Satyr.* 7. *v.* 110. Qui venit ad dubium, grandi cum codice *nomen*, i. e. debitum, quod est in controversia, ut loquitur *l.* 1. *D. de solut.* Male contracta nomina: *l.* 16. D *de admin.* & *peric tut. Nomen* incertum: *l.* 1. D. *ad SC. Macedon.* cui certa nomina opponuntur, apud Cic. *Verr.* 3. Lenta vero *nomina* non mala dixit Seneca *de benef. lib.* 5. *c.* 22. quæ videlicet non quidem deperdita sunt, sed ad diem non respondent: segnesque & tardos debitores habent.

In *nominibus* pecuniam habere: *l.* 5. §. 9. D. *de reb. eor. qui sub tut.* vel fortunam: *l.* 40. §. 8. D. *de statulib.* item: in *nomina* collocare (pecuniam) *l.* 58. §. 3. *D. de admin.* & *peric. tut.* (vel) nominibus, ut loquitur *l.* 86. *D. de legat.* 3. Quod in *nominibus* est: *l.* 6. C. *famil. ercisc. l.* 37. *D. de adquir. vel omitt. hered.* Obligatio quoque *nominibus*, id est, scriptura fieri dicitur §. *un. Inst. de litterar. oblig.* Plures argentarii quorum nomina simul facta sunt: *l.* 9. *D. de pact.* Duo argentarii, quorum *nomina* simul eunt: *l.* 34. D. *de recept. arbitr.* Si ex nomine facto petatur: *l.* 1. *D. de legat. ann.* De *nominum* obligatione Vid. art. *litteræ.*

Nomen pecuniarum: & contra corporis alicujus; *l.* 18. *D. de pignerat. act. Nomen* usurarium vel non usurarium: *l.* 38. §. *ult.* D. *de agnosc.* & *al. liber.*

Nominum ususfructus legari potest: *l.* 3. D. *de usufr. ear. rer.* quod differt a legato ipsius nominis de quo *l.* 59. *D. de legat.* 3. *l.* 44. §. 5. D. *de legat.* 1. *Nominis* periculum: *l.* 7. §. 6. D. *de administr.* & *peric. tut.* Huc tandem pertinent phrases sequentes.

Nomen adgnoscere: *l.* 36. §. *ult. D. ad municip.* id est probare, ut loquitur *l.* 12. §. 15. *D. mandat.* cujus contrarium est recusare: *l.* 47. §. 5. D. *de administr.* & *peric. tut. Nomen* collocare: *l.* 58. §. 3. *D. eod. tit.* comparare: *l.* 7. *C. de oblig.* & *act.* confiteri, & confessum nomen *l.* 15. §. 9. D. *de re jud.* cui opponitur, nomen negare in *l.* 15. §. 9. *D. de re judic.* quod de eo dicitur qui negat se debere. *Nomen* contrahere: *l.* 1. *D. de ann. legat. l.* 3. *D. de jur. fisc. l.* 2. *D. de proxenet.* convenire, exigereque id quod debetur: *l.* 15. §. 10. *D. de re judic. l.* 5. §. 9. *D. de reb. eor. qui sub tutel.* delegare: *l.* 1. §. 12. D. *de collat. bonor.* eligere: *l.* 34. §. 1. *D. de legat.* 3. distrahere: *l.* 4. *D. de hered. vel act. vend.* emere: *l.* 3. D. *de hered. vel act. vend.* exigere: *l.* 86. D. *de legat.* 3. expungere: Plaut. *act.* 2. *cistell. scen.* 2. facere: *l.* 41. §. *ult. D. de fideic. libert. l.* 52. §. 1. D. *de pecul. l.* 39. §. 14. D. *de admin.* & *peric. tut.* legare: *l.* 34. D. *de legat.* 3. pignorare: *l.* 4. D. *quæ res pign.* persequi: *l.* 5. D. *de pecul. legat.* præstare: *l.* 30. *D. de hered. pet.* probare: *l.* 12. §. 15. D. *mand.* vendere: *l.* 14. *D. de hered. vel act. vend.* in solutum dare: *l.* 6. *C. de act.* & *oblig.* suscipere: *l.* 12. §. 15. *D. mand.*

NOMENCULATOR, *l.* 7. §. 5. *D. de oper. libert. l. ult.* §. 1. D.

D. de liberali cauf. a nomine calando, qui & nomenclator adpellabatur, nomina tranſeuntium, ſalutantium, obviorum, domino ſuggerens. Cicero *pro Murena c.* 36. Quid? quod habeo nomenclatorem. In eo quidem fallis & decipis. Nam ſi nomine adpellari abs te cives tuos, honeſtum eſt: turpe eſt eos notiores eſſe ſervo tuo, quam tibi. Si etiam noris, tamen per monitorem adpellandi ſunt. Cur non ante petis, quam inſuſurravit, aut, quid, quum admoneris, tamen, quaſi tute noris ſalutas? Soſipater *lib.* 1. *Inſt. grammat. p.* 82. Nomenclator ſine V dicitur, ut Verrius ait, veluti nominis calator. Eum autem Horatius *lib.* 1. *Epiſt.* 6. hac periphraſi deſignat: Mercemur ſervum, qui dictet nomina. Ex quo Plin. *lib.* 29. *c.* 1. ſcite dixit; Alienis oculis adgnoſcimus, aliena memoria ſalutamus. Seneca *lib.* 1. *de benef. c.* 3 Nomenclatori memoriæ loco audacia eſt: & cuicumque nomen reddere non poteſt; imponit. Idem *Epiſt.* 27. Nemo vetulus nomenclator, qui nomina non reddit, ſed imponit, tam perperam, quam ille Trajanos & Archinos perſalutabat. Et *Epiſt.* 19. Alioquin habebis convivas, quos ex turba ſalutantium nomenclator ſuggeſſerit. Quinctilian. *lib.* 6. *c.* 4. Ut Afer ingrato litigatori, conſpectum ejus vitanti, ut foro per nomenclatorem miſſum ad eum. De eo etiam Plutarchus *in Catone*, & ὀνοματολόγον vocat.

Nomenculatoribus quoque veteres in librorum adpellationibus ſuppeditandis uſos, indicant verba ejuſdem Senecæ, *lib.* 6. *de benef. c.* 33. Iſtos tu libros, quos vix nomenclatorum complectitur, aut memoria, aut manus, amicorum exiſtimas eſſe? Adde Barth. *lib.* 52. *adverſar. c.* 10.

Nominare, exprimere nominatim. Nominata conditione, nuptiis: *l.* 36. D. *de rit. nupt. Nominare* heredes: *l.* 124. *D. de legat.* 1. quantitatem: *l,* 5. §. *ult. D. de re jud.*

Nominare, interdum eſt creare: *l.* 14. §. 4. D. *de muner. & honor.* nominarique dicuntur, qui ad magiſtratum, decurionatum, tutelam, aliudve quod munus publicum vocantur. Igitur ea vox cadit in Curatorem Reipublicæ: *l.* 2. §. 7. *D. adminiſtr. rer. ad civit. pert.* exactores: *l.* 3. *C. de conven. fiſci debit.* fidejuſſores a tutoribus nominandos; *l.* 4. §. *ult.* D. *de fidejuſſ. tut.* magiſtratum; *l.* 11. *l.* 13. *l.* 17. D. *ad municipal.* hujuſque ſucceſſorem; *l.* 2. *D. l.* 15. §. 1. D. *eod. tit.* in tutores quos nominare dicuntur Magiſtratus municipales, qui nomina electa Præſidi dant, & mittunt, ut loquitur *l.* 1. §. 2. *D. de magiſtrat. conven.* Dare autem tutores & nominare, ſeparantur. Si Magiſtratus a tutoribus, ſeu curatoribus, quos tibi dederint, vel nominaverint, ſtipulati ſunt: *l.* 1. C. *eod. tit.*

Nominari etiam dicuntur, qui ut conſcii, & participes facinoris a reis adprehenſis indicantur & deferuntur. Hirtius *de bell. Alexandr. c.* 55. Caſſius eos, qui nominati erant, conſcii cædis, jubet comprehendi. *Nominatus* in homicidio & incendio: *l.* 6. §. *ult.* D. *de interd. & releg.* Sueton. *in Caligula c.* 26. Quæſtorem ſuum, in conjuratione nominatum flagellavit, veſte detracta. A latronibus nominati: *l.* 2. D. *de bon. eor.* Dum metuunt ne forte latrones adprehenſi eos nominent; *l.* 1. §. 26. *D. de quæſt.* In quæſtionibus nominatos capitalium criminum: *l.* 17. §. 12. *D. ad municipal.*

Nominatim expreſſo nomi-

mine, diserte. Nominatim a patre exheredari filius familias debet, aut heres scribi: *l.* 26. D. *de liber. & posthum.* Qui filium in potestate habet, curare debet, ut eum heredem instituat, vel exheredem eum *nominatim* faciat. Sed non ita de filiabus vel aliis per virilem sexum descendentibus liberis utriusque sexus antiquitati fuerat observatum. Nec enim *nominatim* eas personas exheredare parentibus, necesse erat, sed licebat *inter ceteros* hoc facere: *pr. Inst. de hered. lib.* id est, ut ibi Theophilus explicat, ἀορίςως, ἐν τῷ λέγειν, οἱ λοιποὶ ἔςωσαν ἀπόκληροι, indefinite dicendo: reliqui exheredes sunto. Nominatim ergo exheredare, & *inter ceteros* opponuntur, non illic modo, sed & apud Ulpian. *tit.* 22. *regul.* §. 20. Filius, inquit, qui in potestate est, si non instituatur heres, nominatim exheredari debet: reliqui sui heredes utriusque sexus, aut *nominatim*, aut *inter ceteros*. Postumus filius nominatim exherandus est: filia postuma, ceteræque postumæ vel *nominatim* vel *inter ceteros*. Nepotes & pronepotes ceterique masculi postumi, præter filium, vel nominatim, vel inter ceteros. Postumi per virilem sexum descendentes ad similitudinem filiorum nominatim exheredandi sunt: *l.* 3. *D. de injust. rupt. irrit.* Nominatim autem exheredari filius intelligitur, si nomen, prænomen, & cognomen dicatur, vel unum ex his: *l.* 1. D. *de lib. & postum.* Nominatim exheredatus filius & ita videtur: filius exheres esto, si nec nomen ejus expressum sit, si modo unicus sit: *l.* 2. D. *eod. tit.* Quod & Servius ad illa Virgilii *lib.* 14. *æneid. v.* 674. verba: *Et morientem nomine clamat:* notat: *Nominatim* quis exheredari videtur, sive ita exheredetur: Titius filius meus exheres esto, sive ita: filius meus exheres esto, non adjecto proprio nomine, scilicet, si alius filius non extet: §. 1. *Inst. de exher. lib.* Nominatim exheredatus postumus videtur, sive ita dixerit: Quicumque mihi nascitur, sive ita: ex Seia, sive ita: Venter exheres esto. Sed &, si dixerit: posthumus exheres esto: *l.* 3. §. 5. D. *de injust. rupt. irrit.*

Nominatim legatum accipiendum est, quod, a quo legatum sit, intelligitur, licet nomen (ejus a quo legatur) pronunciatum non sit: *l.* 90. *D. de legat.* 3.

Nominatim alteri vel alicui ex dominis stipulari communis servus dicitur, quum uni ex his proprio ejus nomine adjecto stipulatur: *l.* 23. §. *ult.* D. *de adquir. rer. dom* *l.* 5. *l.* 7. §. 1. *l.* 30. *D. de stipul. serv.* vel ubi nomen unius in stipulatione positum est, uti *l.* 31. *D. eod. tit.*

Nominatim servi testamento manumitti, secundum Legem Fusiam Caniniam possunt. Nominatim autem manumittere intelligitur hoc modo: Stichus liber esto. Quum autem obsonatorem, vel qui ex ancilla ista nascitur, liberum esse volo: ex Orphitiano SCo perinde libertas competit, ac si nominatim data sit. Officiorum enim & artium adpellatio nihil de significatione nominum mutat, nisi forte plures sint, qui eo officio designantur: tunc enim nomen adjungendum est, ut eluceat. de quo testator sensisse videatur: Paull. *lib.* 4. *sent. tit.* 14. §. 1.

NOMINATIO, id est, creatio, ut *rubr. & l.* 1. *C. si propt. inimic. creat. facta fuer.* Nominationes libellis, vel edictis factæ: *l.* 27. *C. de adpell.* Nominatio ad munera: *l.* 2. *D. ad municipal. l.* 2. *l.* 5. *C. de decurion.*

NO-

Nominatio in jure Canonico quandoque significat nudam præsentationem, & ita ab electione distinguitur; veluti *in C. quod sicut. 28. de elect. & electi potest.* ubi: Cum ex prima electione, quæ facta est de tribus, dicenda videtur potius nominatio, nihil juris acquisitum fuerit nominatis, licite procedi potuit ad electionem regulariter celebrandam &c.

NOMINATOR, qui aliquem ad magistratum, tutelam aliudve munus publicum nominavit: *l. 1. C. de decurion. l. 1. C. de sumt. recuperat. l. ult. C. quo quisque ord.* quique Creator dicitur: *l. 1. §. 7. C. de administr. rer. ad civit. pert.* Hinc nominatores tutorum sub *rubr. D. de fidejuss. & nominat. tut.* qui cum idoneos esse tutores affirmarint, fidejussorum vicem sustinent, & ideo *adfirmatores* adpellari videntur in *l. 4. D. eod. tit.*

NOMISMA, vel *numisma*, numus: *l. 27. §. 4. D. de aur. arg. leg.* Nomismata adulterina: *l. 1. C. Theod. de fals. monet.* aurea vel argentea, quibus pro gemmis uti solent: *l. 28. D. de usufr.* vide & *l. 9. §. 4. D. ad exhib. & rubr. C. de vet. nomism. potest.*

NON, pro non solum, vel non tantum: *l. 11. §. 2. D. de recept. arbitr. l. 9. D. ad leg. jul. de vi publ. l. 4. l. 96. in fin. D. de verb. signif. & passim.* Notavit hujus significationis exempla quædam Ant. Augustin. *lib. 2. emendat. c. 1. p. 1466. Tom. 4. Thesaur. jur.* Sic & Cicero, cum alias sæpe, tum *lib. 4. ad Attic. Epist. ult.* loquutus est.

Non, pro non tam: *l. 12. D. de offic. præsid. l. 20. in fin. D. de adquir. vel amitt. possess.*

Non pro non plane, non omnino, non simpliciter: *l. 20. D. de quæst. junct. l. 9. C. de test. l. 4. C. de edendo. l. 37. D. famil. ercisc.*

Non, pro non facile: *l. 24. l. 34. §. ult. D. de administr. & peric. tut.*

Non, pro non autem, vel nec: *l. 4. D. de sepulcr. viol.*

Non pro nondum: *l. 1. C. de pact. l. 16. D. de lib. & post. l. 2. D. si pars hered.* & passim.

Non utique, pro non tantum: *l. 9. D. ad leg. jul. de vi publ. l. 41. l. 96. §. 1. D. de verb. signif. l. 31. §. 12. de ædilit. edict.*

Non nihil, pro nihil non: *l. 23. §. 3. D. de ædil. edict.* quemadmodum non noxæ dederit, pro noxæ non dederit: *l. 22. §. 3. D. de noxal. act.*

Non nihil commoditatis, pro plurimum, *l. 2. pr. C. de primicer. & secundocer.*

Non minus, inversa loquendi ratione, de eo, quod tamen minus est: *l. 3. l. 4. D. bon. possess. contr. tab.* non minus ex dolo, quam ex culpa quisque hac lege tenetur: pro non minus ex culpa, quam ex dolo: *§. 4. Inst. de leg. Aquil.* Similis ὑστερολογία occurrit in *l. 3. §. 2. D. de incend. ruin. naufr. l. 7. §. 8. D. de pact. l. 22. C. Th. de suscept.*

Non jubere, pro inhibere, vetare, prohibere: *l. 5. C. Theod. quib. equor. l. 14. C. Theod. de operib. publ. Æl. Spartian. in Æl. Vero c. 4.* Ælius accepta potione, qua se existimaret juvari, Kalendis ipsis Januariis periit, jussusque ab Hadriano, quia vota interveniebant, non lugeri. Simili modo *non permittere* dixit Jul. Capitol. *in Maximin. c. 12.* Non tacere pro dicere vel scribere Spartianus *in Ælio Vero c. ult.* Trebell. Pollio *in Claud. c. 11.* Vopiscus *in Tacito c. 12.* Vid. Jac. Gothofr. *in not. ad d. l. 3. C. Theod. quib. equor. us.*

Non nolle, significat pati, & permittere: *l. 3. D. de reg. jur. l. 1. §. 3. D. de tribut. act.* Cicero *lib. 2. ad famil. epist. 16.* Quod

Quod tam fortaſſe non nollem, ſi poſſem ad ocium.

Non nullus. Non nullam vicem inſtrumentorum obtinere: *l.* 29. D. *de probat. junct. l.* 26. §. *ult.* D. *depoſ.*

His verbis, *ſi reus non ſolverit, fide tua eſſe jubes?* veroſimile eſt id actum, ut quum adpellatus reus non ſolviſſet, vel, antequam adpellaretur, deceſſiſſet, fidejuſſor teneretur: *l.* 16. §. *ult.* D. *de fidejuſſ.* Sed & in teſtamento verba hæc: *Si fundum non dederit, centum dato*, eodem modo accipiuntur, ſi heres interpellatus, non dederit: *l.* 24. *D. quand. dies legat.* Cæterum de hac ſtipulatione: Si fundum non dederis, centum dare ſpondes? Vide *l.* 44. §. *ult. D. de obl. & act. l.* 115. §. *ult. D. de verb. obl.* Item de hujuſmodi legato: ſi penum non dederis, centum dato, Vide *l.* 1. §. 8. *D. ad leg. falcid.*

Nona officium eccleſiaſticum diurnum quod hora diei nona peragitur & decantatur.

Nona etiam eſt pars fructuum nona, ex agrorum cultu perſolvenda. Decima ſcilicet fructus agri eſt eccleſiæ, cujus eſt diſtrictus: nona vero eccleſiæ altari delegatur, intuitu pietatis, ac ſi jure præcario ejus olim fuiſſet. *Nonæ & decimæ* ſimul ex prediis interdum ſolvebantur, eccleſiæ nempe, quorum ea fuerant, quæque ab iis in beneficium vel precarium data fuerat: ac nonæ quidem jure colonario, *decimæ* vero jure eccleſiaſtico. Nam cum earum eſſent prædia, nulli decimæ alteri eccleſiæ obnoxia erant: Si vero alienarentur, decimæ iis reſervabantur cum nonis: Capit. Car. M. *l.* 1, *c.* 163.

Nonæ dicuntur in martio, maio, junio, & octobri, ſex illi dies, qui primum ſequuntur: in reliquis vero menſibus quatuor tantum dies, primum ſequentes. Varro *lib.* 5. *de lingu. lat.* Nonæ appellatæ, aut quod ante diem nonum idus ſemper, aut quod ut novus annus Kalendæ januariæ a novo ſolæ adpellatæ, novus menſis, nova luna nonis. Eodem die enim in urbem ab agris ad regem conveniebat populus. Harum rerum veſtigia apparent in ſacris non alibus in arce: quod tunc ferias primas menſtruas, quæ futuræ ſint, eo menſe rex prædicit populo. Quinto *nonas martias*, in *l.* 20 §. 6. D. *de hered pet.*

Nonianus, *a*, *um.* Nonianum SCum de colluſione detegenda. Sic enim legendum eſſe in *l. ult. C. de Collus. deteg.* adjuvantibus libris ſcriptis, exiſtimat Briſſon. præſertim cum Domitiani temporibus factum ejuſmodi SCum conſtet, ex *l.* 1. *D. eod. tit.* cujus principatu Nonium Aſprenatem Conſulatum geſſiſſe, invenimus a quo probabile eſt, nomen ei SCo eſſe impoſitum.

Norma pro regula præſcripta, ut in §. *pen. Inſt. de Attil. tut.*

Nosocomium deductum a voce νόσος morbus & κομέω curo. De illo meminit Juſtinianus in *l.* 19. *C. de Sacroſ. Eccleſ.* Hieron. *ad Oceanum* de epitaphio Fabiolæ: Quæ habere poterat, diſtribuit, dilapidavit, ac vendidit, & in pecuniam congregatum uſibus pauperum præparavit, & primo omnium noſocomion, id eſt languentium villam inſtituit, in quo ægrotantes colligeret de plateis & conſumpta langoribus atque inedia miſerorum membra reſolveret.

Noseomus in *Novell.* 7. *tit.* 1. *c.* 1. apellatur is invenimus qui præſidet noſocomio.

Noster, *a*, *um.* Sæpe dominii, vel alterius cujuſcunque participationis vel vinculi nota. Sic: Non ideo minus recte quid noſtrum eſſe vindicabimus, quod abire a nobis dominium ſperatur, ſi

si conditio legati vel libertatis exstiterit: *l. 66. D. de rei vind.* Recte dicimus eum fundum totum nostrum esse, etiam quum ususfructus alienus est: *l. 25. D. de verb. signif.* Jus *nostrum*, id est, proprium populi Romani, quod civile vocatur. Jus enim quo populus Romanus utitur, jus civile Romanorum adpellamus, & jus Quiritium. Sed quoties non addimus nomen, cujus sit civitatis, nostrum jus significamus: §. 2. *Inst. de jur. nat. gent. & civ.*

Nostri sæpe adjungitur *Imperatoribus.* Et tunc verba *Imperatores nostri* aliquando latius accipi debent, & ad omnes, qui rerum potiti sunt porrigi: veluti apud Pomponium *l. 239. §. 1. D. de verb. signif.* Aliquando ICti eos Cæsares imperatoresque intelligunt, quorum sub principatu valebant: uti Lepidus apud Tacit. *annal. lib. 3. c. 50.* Sæpe audivi principem nostrum conquerentem. Sic: Cæsar noster, ait Celsus, *l. 13. D. de probat.* id est Hadrianus, qui ipse intelligendus est in *l. 8. D. de offic. præsid. l. 9. D. ad SC. Tertull. l. 73. §. ult.* D. *de legat.* 1. Optimi principes nostri rescripserunt: ait Papinianus, *l. ult.* D. *de accus.* id est, Severus & Antoninus Caracalla; ut & in *l. 16. §. 1. D. de his quæ ut indign. l. 11. D. de Decurion.* Quoties igitur apud Ulpianum legimus: Imperator noster rescripsit; Imperatoris *nostri* constitutio; rescriptum: ab Imperatore nostro constitutum, rescriptumve est: toties nobis Antoninus Caracalla in mentem venire debet, ut *l. 33.* D. *de fideic. libert. l. 33. §. 2.* D. *de procurat. l. 1. §. 3. D. de calumniat.* & passim. At apud Paullum in *l. 87. §. ult. de legat. 2.* verba hæc: Post litteras Imperatoris nostri, item: Imperator noster, non ad Antoninum Caracallam, sed ad Alexandrum Severum Augustum pertinent, ut adparet ex eadem *l. 87. §. 3. eod. tit.*

Noster etiam plerumque non de dominii, aut sanguinis, sed professionis societate dicitur. Nam & de his, qui non erant eorumdem temporum æquales, usurpatur. Sic Caius noster, ait Pomponius, *l. 39. D. de stipul. serv.* Justinianus etiam Caium, quod ex ejus potissimum commentariis Institutiones compositæ essent, non, quod Christianus fuerit Caius, ceu Ant. Vaccæ ipsique Franc. Hotomanno visum est, nostrum adpellat. Quamvis hic Heineccio Triboniani potius quam Justiniani stilus videatur. Celso & Juliano nostro placuit ait Mæcianus in *l. 30. §. 7. D. ad leg. Falcid.* Similes occurrunt passim loquutiones.

NOTA. Notæ sæpe sunt signa litterarum, celeritatis caussa a Tullio Tirone, vel juxta alios, in quibus est Dio, a Mæcenate inventa, quorum numerum a Seneca auctum fuisse censent. Plutarchus in Cicerone σημεῖα vocat, ipseque Cicero *lib. 13. ad Attic. Epist. 32.* Quod ad te de decem legatis scripsi, parum intellexti: credo, quod διὰ σημείων scripseram Notas autem hasce inde dictas, quod verba vel syllabas præfixis characteribus notent, & ad legentium notitiam revocent, Isidorus *lib. 1. orig. c. 21.* tradit, additque *c. 22.* quasdam litteras in libris juris verborum suorum notas fuisse, quo scriptura ceteris brevior fieret: cujus generis aliquot exempla profert, subjicitque: has juris notas novitii Imperatores a codicibus legum abolendas sanxerunt, quia multos per has callido ingenio ignorantes decipiebant, atque ita jusserunt scribendas in legibus litteras, ut nullos errores, nullas ambages adferant, sed sequenda & vitanda aperte demonstrent. Quo ipso Isidorum legem 2. §. *pen. C. de vet. jur.*

jur. enucl. a Justiniano latam ante oculos habuisse nemo non animadvertit. Sic accipiuntur *Notæ* in *l.* 33. §. 1. *D. ex quib. caus. major. l.* 6. §. *ult. D. de bonor. posses. l.* 1. §. 6. *D. de extraord. cognit. l.* 40. *D. de testam. milit. l.* 9. §. 1. *D. de hered. inst. l.* 21. §. 1. *D. qui test. fac.* Festus : *nota* nunc significat signum, ut in pecoribus: nunc litteras singulas aut binas.

Notæ, in *l.* 2. *D. de fugitiv.* signa, stigmata, puncta, servis scripta atque inusta significant, Cicero *offic. lib.* 2. thracem compunctum notis threiciis dixit. Et Plin. in panegyr. *c.* 34. Exsanguem & ferream frontem nec quidquam convulnerandam præbeant punctis, & notas suas rideant. Græco stigmatum verbo utuntur Imperatores in *l.* 3. *C. de fabricens.* Stigmatum quoque notas dixit Sueton. *in Caligula c.* 32.

Nota metaphorice pro labe & macula existimationis, pudoris, famæ ponitur, seu pro ignominia, ut Festus interpretatur. Sic: Nota aspersa : *l.* 17. §. *ult.* D. *de jure patron.* calumniæ nota : *l.* 6. *C. ad leg. jul. de adult.* nota exheredationis : *l.* 1. §. 5. D. *de adsign. libert.* & alibi. Removere cum nota : *l. ult. D. ubi pupill. educ.* ubi & nota dignus. Notæ caussa : *l.* 18. *D. de lib. & postum.* vel gratia, ut in *l.* 47. *D. de bon. libert.* id est consilio notam adspergendi. Nota Judaica fœdare, i. e. circumcidere : *l.* 22. *C. Theod. de judæis. Notum* evadere : *l.* 1. §. 6. *D. de postul.* effugere dicit : *l.* 2. *D. de obseq. parent. & patron.* inurere : *l.* 1. *C. Theod. de inoff. testam.* sustinere : *l.* 11. *C. Theod. de infirm. his quæ sub tyran.* Nota laborare : *l.* 2. *D. de his qui not. infam.* Servus notæ extremæ : *l.* 15. §. 44. *D. de injur.* Hujus notæ homo *l.* 44. §. 5. *de rit. nupt.*

Notæ alias deprehensionem sententiæ seu opinionis alicujus alienis scriptis adjectam significant. Sic : ex nota Marcelli constat : *l.* 10. *D. de castrens. pecul.* Unde *notæ* adpellantur alienis scriptis, corrigendi ampliandive caussa insertæ a jureconsultis opiniones & sententiæ. Ita hoc verbum intelligendum est in *l. un. C. Theod. de respons. prud. l.* 1. §. 6. *C. de vet. jur. enucl.*

NOTABILIS, e, plerumque pro infami accipitur, ut in *l.* 5. §. 2. *C. ad leg. jul. maj. l.* 3. *C. Theod. de exsequut. & exact.* In turpitudine notabiles : *l.* 1. §. 5. *D. de postul.*

NOTABILITER. Ea quæ notabiliter fiunt *l.* 15. §. 26. *D. de injur.* i. e. quæ fiunt notabilia seu notam merentia, aut quibus nota aliqua alteri aspergitur.

NOTARE, observare, indicare, docere. Herennius Modestinus & notando & disputando, bene & optima ratione decrevit : *l.* 18. §. 26. *D. de mun. & honor.* Notavimus supra *l.* 7. §. 5. D. *quod vi aut cl. Notare* in libris nostris ICti dicuntur, qui alterius scriptis opiniones suas adsuunt & anexant, vel improbandi reprehendendique caussa, vel addendi de suo. Ita: Quod ut pote probabile, non notant : *l.* 17. §. *ult.* D. *de hered. inst.* Non immerito Julianus a Marcello notatus est : *l.* 9. §. *ult.* D. *quod met. caus.* Quæ sententia Juliani recte a Marcello notata est : *l.* 42. *D. de adquir. vel omitt. hered.* Paulus *lib.* 4. Juliani digestorum notat : *l.* 11. *D. quod met. caus.* Quintus apud Labeonem notat : *l.* 7. §. 7. *D. de dol. mal.* Cujusmodi formæ loquendi passim occurrunt.

Notare etiam est infamiæ ignominiæque notam inurere : *l.* 1. §. 6. *D. de postul.* Factum lex notat : *l.* 43. §. 12. *D. de rit. nupt. Notare* ignominia : *l.* 6. §. 3. D. *de decur.*

decur. infamia: *l.* 42. D. *de injur.* ignominiæ pœna: *l. ult.* C. *ut lit. pend.* calumnia: *l.* 4. D. *de acusat.*

NOTARIUS a notis, quibus aliorum verba ac sermonem excipiebat, nomen traxit. D. Augustin. *lib.* 2. *de doctrin. Christ.* Ex eo genere, ait, sunt etiam notæ, quæ qui didicerunt, propric jam Notarii dicuntur. Quæ postrema verba credibile est, Isidorum ex eo descripsisse & in *lib.* I. *orig. c.* 21. transtulisse.

Notarii ergo in *l.* 41. *D. de milit. test. l.* 41. §. 3. D. *de fideic. libert. l.* I. §. 6. D. *de extraord. cogn. l. ult. C. de commun. serv. manumitt. l. 26. C. de pignor. l. pen. C. qui pot. pign.* & apud Quinctilian. *lib.* 7. *c.* I. & Lamprid. *in Diadum. c.* 9. sunt, qui notis loquentium verba celeriter excipiebant. Eleganter autem Notariorum genituram Manilius *lib.* 14. *astronom. v.* 197. expressit his verbis.

> *Hic & scriptor erit velox, cui littera verbum est:*
> *Quique notis linguam superet, cursumque loquentis:*
> *Excipiens longas nova per compendia voces.*

Hoc ita exprimit Ausonius: Puer notarum præpetum. Et Martialis: Nondum lingua suum, dextra peregit opus. Cassiodor. in *psalm. Notarium* interpretatur, qui velociter verba suscipit, & citius audita transcribit. Alias *tit. C. de primicerio & notar.* Verbum hoc pro secretario Principis usurpatur. Lamprid. *in Alexandro:* Eum Notarium, qui falsum caussæ brevem in Consilio Imperatoris retulisset, incisis digitorum nervis, ita, ut nunquam posset scribere, deportavit. Spartian. in *Diadumen.* Istæ litteræ per notarium proditæ, illi puero multum obfuisse dicuntur. Plin. in *Epist.* Ad latus notarios cum libro & pugillaribus. Animadvertit Heineccius: Notarios sæculo quarto dici consuevisse *exceptores*, iisque in primis usos esse Præsides ad conficienda acta, ceu ex instituto docuerunt Valesius *ad Ammian. Marcell. lib.* 17. *p.* 129. & Io. Columbus *ad Lactant. de mortib. persequut. c.* 46.

NOTHUS. Festus Pompeius: Nothum, ait, Græci natum ex uxore non legitima vocant: qui apud nos spurio patre natus dicitur, quod Servius Tullius qui Romæ regnavit, natus est ex concubina, Spurius Tullii, tribulis. Quinctilian. *lib.* 3. *c.* 8. Νόθον qui non sit legitimus græci vocant. Latinum rei nomen, ut Cato quoque in oratione quadam testatus est, non habemus: ideoque utimur peregrino. Thomas Magister: *φυσικὸς υἱὸς, ὁ ἐκ πορνείας γεγονως τινι ῷ ἐναντίον ὁ γνήσιος, ῷ πάλιν ἐναντίον ὁ νόθος, ὃν λέγουσιν υἱόθετον.* Naturalis filius ex stupro natus, cui opponuntur legitimus & huic rursum nothus quem *υἱόθετον* vocant. Nothi iidem igitur sunt qui in *Nov.* 74. & 89. naturales dicuntur. Quo differant a spuriis. Vide in voce *Spurius.*

NOTIFICARE est notum facere in *l.* 5. §. 2. *D. de jur. immunit.*

NOTIO. *Notionem*, accipere possumus & cognitionem & Jurisdictionem; Sunt verba Ulpiani in *l.* 99. D. *de verb. signif.* Proinde idem ad edictum Prætoris *de re judicata*, in quo ait Prætor: *cujus de ea re jurisdictio est*: Melius, inquit, scripsisset, *cujus ea de re notio est.* Etenim notionis nomen etiam ad eos pertinere, qui jurisdictionem non habent, sed habent de quavis alia caussa notionem: *l.* 5. D. *de re judicat.* Verba ergo, *is cujus ea de re notio est*, & in magistratus, & in alios quoscunque, qui super aliqua re cognoscunt, cadunt. Hinc: *Notio* est

prætoris: *l.* 3. §. 3. D *de liber. exhibend.* principis: *l.* 10. §. 1. *D. de adpell.* Rectoris provinciæ: *l. ult. C. de lib. exhib.* alias præsidis provinciæ, *in l 6.* C. *quomodo & quand. jud.* quæ & præsidialis notio dicitur in *l. ult.* C. *de vi honor. raptor.* itemque Notio præfecti Urbi, in *l.* 1. §. 4. *D. de offic. præf. urb.* ubi notio ad causas & animadversiones, capitales refertur. Cicero *in orat. pro Domo* scribit: omnem esse notionem Pontificum, cum quis adoptatur, quæ caussa cuique sit adoptionis. Notio propria: *l.* 2. *C. de jurisd.* id est non mandata. Notio publica: *l.* 9. C. *Theod. de adult* Notionem accommodare: *l. ult. C. de liber. exhib.* exhibere: *l. 6. C. quomod. & quand. jud.* præstare: *l.* 59. §. *ult.* D. *de re judic.*

NOTITIA, peritia, scientia, cognitio. sic:

Notitia castrensis: *l.* 8. *D. de castrens. pecul.* Divinarum atque humanarum rerum notitia: *l.* 10. D. *de justit. & jur.* pro philosophia; vide in voce Jurisprudentia. Sunt quidem tutores qui rei notitiæ gratia dantur: *l.* 14. §. 1. D. *de solut.* id est quia rerum pupillarium notitiam habent, seu, quia illis pupilli negotia nota sunt, cujusmodi erant liberti, qui patronorum filiis idcirco tutores dabantur, quod notas haberent pupillorum facultates, viresque & onera patrimonii tenerent. Quo spectant *l.* 1. *C. de peric. tut. l.* 14. §. 6. D. *de solution. l.* 1. §. 6. D. *de tutel. & rat. distrah. l.* 5. §. 11. *D. de reb. eor. qui sub tutel.*

Notitia ab Imperatoribus recentioribus vocatur brevis seu libellus, in quo descriptio officialium administrationisque cujusque continetur: *l.* 1. *C. de offic. præf. præt. Afric. l. un. C. de excus. artif. l.* 5. *C. de advoc. divers. judic. l. pen. & ult. C. de divers. off. l.* 1. *C. Theod. de divers. brevib.* Hinc, qui de statu Imperii tractat, liber *Notitii Imperii Romani* inscribitur, Utitur hoc vocabulo D. Gregorius *lib.* 7. *epist.* 23. *lib.* 6. *epist.* 23. *lib.* 10. *epist.* 47.

NOTORIA pro elogiis, & judiciis, quibus crimina ad magistratus deferuntur: *l. 6.* §. 3. D. *ad SC. Turpill. l.* 7. *C. de accus. l.* 31. *C. Theod. de Episc. & cler.* *Notoriam* eodem sensu non modo B. Augustinus, sed & Apuleius *lib.* 7. *de asin. aur. usurpat.* sed ille, ait, qui commodum falsam de me notoriam pertulerat. Trebellius Pollio in *Claud. c.* 17. Nihil me gravius accepit, quam quod notoria tua intimasti, Clodium parentem amicumque nostrum, insinuatis sibi falsis plerisque, graviter irasci. De hoc non optimæ latinitatis vocabulo vide Carol. Du Fresne *Glossar. med. & infim. latin.* Cujac. *lib.* 7. *obs. c.* 33. Turneb. *lib.* 15. *adverf. c.* 26. Casaubon. *ad Trebell. Poll. Claud. c.* 17. Salmas. *not. ad Vopisc. Aurelian. c.* 36. Ducker. *de latin. vet. jurisc. p.* 424. Non differre Notorias ab iis, quæ Tertullianus *ad Nation. lib.* 1. *c.* 2. elogia adpellat, observavit Jac. Gothofr. in notis ad hunc locum *p.* 70. vide supra in voce *Elogium.*

NOTORIUS, *a, um.* Nunciatores, qui per notoria indicia produnt, notoriis suis adsistere jubentur, *l. 6.* §. 3. *D. ad SC. Turpill.*

Notorium (crimen) est de quo præsbyter canonice condemnatur: *c.* 7. *de cohabitat, clericor.* Crimen ejusdem Presbyteri, usque adeo publicum fuerat & notorium, quod nullus inficiationi locus penitus existebat, utpote cujus universæ viciniæ populus testis erat. -- cum nimirum si crimen notorium existebat, non erat illi indicanda purgatio, sed in eum condemnationis sententia promulganda. *c.* 15. *de*

de purgat. annon. Si crimen eorum ita publicum est, ut merito debeat adpellari notorium, in eo casu nec testis, nec accusator audiendus: cum hujusmodi crimen nulla possit tergiversatione celari. Si vero publicum est non ex evidentia, sed ex fama, in eo casu ad condemnationem eorum sola testimonia non sufficiunt, cum non sit testimoniis sed testibus judicandum. Sunt verba Innocent. Papæ III. in *c. 8. de cohabitation. clericor.* ex quibus intelligimus hic notorium proprie accipiendum esse quod publicum est ex evidentia, nec tantum ex fama. Si etiam parentela esset publica & notoria, absque judicio Ecclesiæ, ab ea (uxore) separari non potuit, ait Alexand. Papa III. in *c. 3. de divort.*

NOTUS, *a, um.* *Notum* facere: *l. 4. C. de distract. pign.* habere: *l. 1. §. 2. de Ædilit. edict.* Notissimi juris est: *l. 4. C. Si reus vel accus. mort.* Servus male notus: *l. 15. §. 44. D. de injur.* Notæ nequitiæ homo: *l. 3. §. 4. D. de condit. & demonstr.*

NOVALIS, *e.* Novalis interprete Paullo, est terra præcisa, quæ anno cessavit, quam Græci *νέαχιν* vocant: *l. 30. §. 2. D. de verb. signif.* Varro *de lingu. lat. lib. 4.* Ager restibilis, qui restituitur, ac reseritur quotquot annis: contra qui intermittitur, a novando *novalis*. Festus: Novalis ager, novæ relictus sementi. Isidor. *lib. 15. orig. c. 13.* Novalis ager est primum proscissus, sive qui alternis annis vacat, novandarum sibi virium caussa. Plin. *lib. 18. c. 19.* Novale adpellat quod alternis annis seritur, in hoc proscindendum ut interim requiescat.

NOVALIA etiam dicuntur agri novi, cæsis silvis ad culturam redacti. Qui ex silva novale faciunt: *l. ult. D. de termin. mot.* Servius in *Virgil. eclog. 1. v. 71.* ad verba: *Hæc tam culta novalia*, inquit, nova rura, quæ per singulos annos renovantur per semina: vel etiam Novalia dicuntur, unde Silva tollitur. Idem Servius in *1. Georg. v. 71.* ad verba: *Tonsas cessare novales*: Dicimus, ait, & has novales, & hæc novalia. Proprie novales sunt arva, primum proscissa, & primum segetem ferentia. (Adde Car. Du Fresne, *Glossar. med. & infin. latin. hac voce.*) Novale intelligit Innocent. Papa III. in *c. 21. de verb. signif.* agrum de novo ad cultum redactum, de quo non extat memoria, quod aliquando cultus fuisset.

NOVARE proprie est novum vel recens facere, immutare, iterare, *ut l. 1. D. nihil innov. adpell.* & *l. un. C. Theod. de oblat. equ.* At Jurisconsultis propria est illa vocabuli notio, qua novare est prius debitum in aliam novam obligationem transferre & transfundere. *l. 27. D. de pact. l. 4. 5. 6. 7. & 8. §. 1. l. 14. 20. & 21. D. de novat. l. 72. §. 1. D. de solut.* & apud Paull. *lib. 5. sent. tit. 8. §. 1.* Sic: *Novare* actionem: *l. 13. D. de novat.* caussam judicati: *l. 2. C. de exsequ. rei judicat.* peculiaria debita: *l. 34. D. de novat.* obligationem: *l. 22. D. eod. tit.*

NOVATIANI a Novatiano Romæ Urbis presbytero exorti: qui adversus Cornelium Cathedram Sacerdotalem conatus est invadere: hæresim instituit, nolens apostatas suscipere, rebaptisans baptisatos. *c. 38. §. 33. caus. 24. quæst. 3.* Novatianorum mentio est in *l. 2. 59. & 65. C. Theod. de hæret. l. 6. C. Theod. ne sanct. baptism. l. 5. C. Justin. de hæret. & manich.*

NOVATIO est prioris debiti in aliam obligationem, vel civilem, vel naturalem, transfusio atque translatio: hoc est, quum

ex præcedente cauſſa ita nova conſtituitur, ut prior perimatur. Novatio enim a *novo* nomen accepit, & a nova obligatione: *l.* 1. D. *de novation.* Triplex autem Novatio eſt: prima, cum unius perſonæ obligatio in alterius perſonæ obligationem novatur, tunc *delegatio* in ſpecie dicitur *l.* 11. D. *eod. tit.* altera cum alterius generis obligatio in verborum obligationem novatur: tertia cum verborum obligatio in alteram formam commutatur, id eſt, cum ei adjicitur vel detrahitur, *l.* 1. *&* 2. D. *eod. tit.* Alio reſpectu novationem duplicem ſtatuunt, voluntariam nempe & neceſſariam; hanc per litis conteſtationem fieri volunt, *arg. l.* 29. D. *de nov.* per quam quaſi contrahunt: Verum etſi lis conteſtata ſit, manet tamen prior obligatio priorque actio, niſi quod ex temporali fiat perpetua & procurator dominus litis. Hinc admodum impropria hæc locutio eſt. Vid. Lud. Aug. Wurffel. *Juriſprud. definit.* §. 721. *in not.* Omnes res in novationem tranſire poſſunt: *l.* 39. D. *de novat.*

NOVELLETUM. Si novelletum in fundo factum ſit: *l.* 6. D. *de impenſ. in res hered. fact.* Eodem vocabulo & Caius uſus eſt *l.* 39. *pr. D. de hered. pet.* Utroque loco impenſis utilibus accenſentur, quæ in novelletum factæ ſunt, adeoque Novelletum dicitur locus, arboribus novellis vel vitibus conſitus, eadem forma qua olivetum, quercetum, palmetum. Sane *novellare* eſt novas vineas plantare apud Columell. *lib. de arbor. c.* 6. Hein.

NOVELLUM dixit Alphenus, *l.* 8. *D. de fund. dot.* Novellum ſucciderat: hoc ut novellum reſtitueret. Hoc, Heineccio notante, eſt adjectivum, adeoque pro re ſubintelligendum ſubſtantivum aliquod, veluti *arboretum*, vel *olivetum*, uti & Alberic. Gentil. *ad l.* 31. *D. de verb. ſignif.* exponit.

NOVELLUS, *a*, *um*, recens. Novella conſtitutio Leonis: *l.* 25. *C. de teſtam.* Zenonis: *l.* 29. *C. de inoff. teſt.* lex: *l.* 160. *C. Th. de decurion.* matricula: *l. ult. C. Theod. de agent. in reb.* profeſſio: *l.* 15. *C. Theod. de jur. fiſc.* religio: *Arnob. lib.* 2. *adverſ. gent.* ſecta: *Collat. Leg. Moſ. & Rom. tit.* 15. §. 3. ſuperſtitio: *l.* 3. C. *Theod. de his qui ſup. relig.* Novellum opus: *l.* 6. *C. Theod. de oper. publ.* ſtatutum: *l.* 9. *C. Th. de metall.* vinum: *l.* 25. *C. de erogat. milit. annon.*

Novellæ κατ ἐξοχὴν adpellatæ ſunt Juſtiniani conſtitutiones, ut quæ codicis editionem ſequutæ ſunt. Quod & Paulus Warnefridus *in Juſtiniano*, & *lib.* 1. *Hiſt. Langob. c.* 25. notat. Sæpiſſime a Græcis interpretibus vocantur νεαραὶ μετα τον κόδικα, & ab ipſo Juſtiniano *Novell.* 66. *& in conſtitut. de novo codice faciend.* Extant & legum novellarum Theodoſii, Valentiniani, Marciani libri. Conſtantinus Harmenopul. *lib.* 1. *c.* 1. Εισὶ δε νεαραὶ, αι παρὰ τῶν καὶὰ νόμȣς βασιλέων νέαι διατάξεις, πρὸς τὰς ανακυπτȣσας ὑποθέσεις γινόμεναι; id eſt: ſunt vero novellæ, novæ conſtitutiones, quæ ab Imperatoribus poſt leges latas de ſpeciebus novis obvenientibus factæ ſunt.

NOVEMBER, menſis, navigationi ſubtractus: *l.* 3. *C. Th. de naufr.*

NOVERCA dicitur uxor, liberis ex alia uxore natis: *l.* 4. §. 6. D. *de gradib. & adfin.* Paullus quærens, quomodo Noverca intelligatur, ut ſciamus, quas non liceret uxores ducere: Quidam, ait, Novercam per ſe patris uxorem intelligunt. Sed quod ad hanc cauſſam verum eſt, nec avi uxorem, nec proavi duci poſſe: *l.* 14.

§. 4.

§. 4. *D. de rit. nupt.* Festus: Noverca dicitur, quam quis, sublatis liberis, novam uxorem ducit, arcendæ familiæ gratia, id est, coercendæ: vel (ut alii legunt) adcrescendæ. Sponsa patris mei Noverca non proprie dicitur: *l.* 12. *D. de rit. nupt.* Novercæ locum habet patris adoptivi uxor: *l.* 14. *D. eod. tit.* Novercam prohibitum est ducere, quia matris loco est: §. 7. *Inst. de nupt.*

NOVERCALIS, *e.* Novercalibus delinimentis instigationibusve corrupti parentes plerumque maligne circa sanguinem suum inferunt judicium: *l.* 4. *D. de inoff. testam.*

NOVISSIMUM. Vid. *novus.*

NOVISSIME, id est, postremo, ultimo loco. Ut: Novissime Pomponius scribit: *l.* 13. §. 6. *D. quand. dies legat. ced.* Si merces tuæ cum ea nave perierunt, in qua novissime vectæ sunt: *l. ult.* §. 1. *D. de leg. Rhod.* id est, in quam translatæ sunt ex ea, in quam prius illatæ fuerant.

NOVIT. *Novisse.* In teste, qui latine non noverat: *l.* 20. §. *ult. D. qui test. fac. poss.*

NOVITAS decurionum, pro novis decurionibus: *l.* 23. C. *de decurion. l.* 54. *C. Th. eod. tit.*

NOVITIUS, *a*, *um.* Novitius servus: *l.* 17. *D. de Ædilit. edict. l.* 21. D. *de negot. gest.* Præcipiunt Ædiles ne veterator pro novitio veneat ... ut ecce plerique solent mancipia, quæ novitia non sunt, quasi novitia distrahere: ad hoc scilicet, ut pluris vendant: *l.* 37. *D. de Ædilit. edict.* Quotiens quis mancipia invecta professus non fuerit, sive venalia, sive usualia; pœna commissi est, si tamen novitia mancipia fuerint, non etiam veterana. Sunt autem veterana, quæ anno continuo in urbe servierint: novitia autem mancipia intelliguntur, quæ annum nondum servierint; *l. ult.* §. 3. D. *de publican. & vectig.* At Venuleius in *l. ult.* §. 2. *D. de Ædilit. edicto.* Servus, ait, tam veterator quam novicius dici potest, sed veteratorem, non spatio serviendi, sed genere & caussa æstimandum, Cælius ait: nam quicumque ex venalitio novitiorum emptus, alicui ministerio præpositus sit, statim cum veteratorum numero esse: novitium autem non tyrocinio animi, sed conditione servitutis intelligi. Hanc legem Zasius *Antinom. n.* 23. cum Ulpian. in *d. l.* 37. D. *eod. tit.* conciliat, quod Venuleius de servo in genere, Ulpianus in specie loquatur.

Novitius monachus, qui nondum est professus religionem. Non debet ante triennium recipi ad professionem si sit servus aut uxoratus: alias potest reperi: *XVII. qu.* 2. *c. si quis & c. monasteriis XIX. qu.* 3. In multis deferendum est novitiis, ne ratione nimiæ austeritatis, ut minus radicati retrocedant *XXV. qu.* 3. *c. quod scripsi.*

NOVUS, *a*, *um*, recens, aliud, ita novæ ædes: *l.* 9. D. *quib. mod. usufr.* novum beneficium: *l.* 12. D. *ad SC. Trebell.* Novus videtur homo esse servus, inter vivos manumissus, si in servitutem reciderit: *l.* 27. §. 1. D. *de adim. & transfer. leg.* id est, alius homo, ut *l.* 98. §. 8. D. *de solut.* Alias, *Novus homo* & novi homines apud Romanos dicebantur, qui nullis majorum imaginibus & nobilitate commendabantur, aditumque ad amplitudinem & nobilitatem posteris suis perfecerant: ut M. Cato Censorius, qui patre ignobili natus, ipse novus posteritati suæ nobilitatem reliquit: quemadmodum & Cicero de lege agraria loquens, se ipsum adpellat novum hominem.

Plutarch. *in Cat. maj.* novos homines adpellatos fcribit, qui non ex genere commendationem haberent, fed ex fe primum cognofci inciperent.

Novum jus antiquo & veteri, velut quod ex LL. XII Tabularum proficifcitur, opponitur: *l.* 1. D. *de hered. petit. l.* 91. *D. de regul. jur.* Tacit. *lib.* 2. *annal. c.* 30. Callidus, & novi juris repertor, de Tiberio, SCum vetus eludente. Ubi *novum jus* eft iniquum, æque ac in *l.* 1. §. 1. D. *quod quifque jur. in alt. ftat.*

Novæ leges in *l.* 7. §. 1. *D. de capit. minut.* intelliguntur, quæ poft LL. XII Tab. latæ funt: eoque nomine Juliæ & Papiæ leges fignificantur: *l. ult. D. de regul. Caton.* Sed & ad quafcumque recens latas leges ea adpellatio pertinet: *l. un. D. de condict. ex lege.*

Novum opus facere videtur, qui aut ædificando, aut detrahendo aliquid, priftinam faciem operis mutat: *l.* 1. §. 11. *D. de nov. oper nunc.* Qui autem vetus ædificium fulcit, novum opus non facit, fed veteri fuftinendo remedium adhibet: *d. l.* 1. §. 13. D. *eod. tit.* Quid novum opus nunciare & novi operis nunciatio, vide fis in voc. *nunciare* & *nunciatio.*

Novæ tabulæ adpellantur, quibus publice propofitis æs alienum obæratis remittebatur. Earum fit mentio apud Cicer. *lib.* 2. *de offic. c.* 23. *in Catilin.* 2. 8. & *lib.* 5. *ad Attic. Epift. ult.* Cæf. *lib.* 3. *de bell. civ. c.* 1. Senec. *lib.* 1. *de benef. c.* 4. Quinctilian. *declam.* 334. Sueton. *in Jul. c.* 42.

Novum quandoque opponitur ei quod auditum jam & cognitum eft. Hinc formulæ frequentes: Non novum: *l.* 19. § 1. D. *de Ædilit. edict. l.* 47. D. *de manum. teft.* Neque enim novum aut incognitum eft: *l.* 48. D. *eod. tit.*

Novum interdum non opponitur ei quod antiquum, feu cognitum, fed quod frequens & ufitatum eft. Ita pœna parricidarum dicitur nova: §. 6. *Inft. de judic. publ.* quæ tamen antiquiffima, & more majorum inftituta: *l.* 9. *pr.* D. *ad Leg. Pomp. de parricid.* Sic: nova ratione, *l.* 32. §. 18. D. *de don. int. vir. & ux.* §. 3. *Inft. quib. ex cauff. manum. lic.* Eodem fenfu articulus *do ut des*, dicitur novus in *l.* 22. D. *de præfcript. verb.*

Noviffimum, extremum, ultimum, poftremum fignificat. Varro *de lingu. lat. lib.* 5. A quo etiam extremum quoque dici noviffimum cœptum vulgo: quod mea memoria, ut Ælius Gallus, fic fenes aliquot, nimium novum verbum quod effet, vitabant. cujus origo, ut a vetere vetuftius ac veterrimum, fic a novo declinatum noviffimum. Quæ verba ex eo citat Gell. *lib.* 10. *c.* 21. aitque Ciceronem eo verbo uti noluiffe, quod non probaret. Verum fallitur Gellius. Apud Ciceronem enim *pro Rofcio Comœd. c.* 11. legimus: Qui ne in noviffimis quidem erat hiftrionibus. Ufum & aliis locis eo vocabulo Ciceronem, aliofque bonos auctores ex inftituto oftenderunt Muret *Comm. in Catull. p.* 22. Andr. Schott. *lib.* 3. *nodor. Cic. c.* 17. Franc. Florid. *Sabin. lect. fubcefiv. lib.* 1. *c.* 2. & Radulph. Forner. *lib.* 3. *rer. quotid.* Sic noviffima claufula ftipulationis: *l.* 19. D. *jud. folv.* Noviffimi codicilli: *l.* 88. §. 8. D. *legat.* 2. Noviffimo loco: *l.* 20. D. *de hered. inft.* Noviffimum judicium: *l.* 2. *C. de codicill. l.* 3. *C. quemadm. teftam. aper. l.* 9. C. *de collat.* id eft ultimæ voluntatis difpofitio extrema. Si Noviffimo tempore impleri poteft conditio: *l.* 5. D. *de hered. inftit.* ideft, ultimo vitæ tempore.

Noviffima fupplicia *in Nov.* 14. *præf.*

præf. de *Lenonibus*, ubi: omnia novissima sustinere supplicia, πασῶν ἐσχάτας ὑπομένειν ποινάς, non significat mortis naturalis pœnam; siquidem *ibid.* lenones dicuntur in corpore supplicium sustinere & a civitate expelli. Etsi alias Julianus ultimum supplicium esse mortem solam interpretetur in *l.* 21. D. *de pœn.* quæ audienda est naturalis *arg. l.* 28. *D. eod. tit.*

NOX. More Romano dies a media nocte incipit, & sequentis noctis media parte finitur: *l.* 8. D. *de fer.* Post sextam horam noctis: *l.* 5. D. *qui testam. fac. poss.* id est, post mediam noctem. Nocte: *l.* 22. §. *ult.* D. *eod. tit.* idem quod *noctu*. Nox geminat custodiam: *l.* 1. C. *Justin. & Th. de custod. reor.* id est, nocte geminatur custodia.

NOXA. Id vocabulum tria significare tradit Salmas. *de mod. usur. p.* 888. primum, damnum, ut quum servus dicitur noxam dedisse: deinde peccatum, seu delictum, ut quum eum noxam commisisse dicimus: denique pœnam, seu supplicium, ut quum noxæ dari vel dedi fertur.

Noxa & *noxia* a nocendo. Utrumque vocabulum ita distinguit Justinianus, quod *noxa* ipsum, quod nocuit, corpus; *noxia* delictum, quod quis commisit denotet: *pr. Inst. de noxal. act.* eademque legimus *l.* 1. *pr.* D. *si quadrup. paup. fec.* Nec abnuit usus veterum auctorum. Nam *Terent. Eunuch. Act.* 5. *sc.* 2. *v.* 13. Unam hanc noxiam omitte, si aliam admisero occidito. Plaut. *Mustell. Act.* 5. *sc.* 2. *v.* 56. Quid gravaris? quasi non cras jam aliam commeream noxiam. Et ita passim alibi. Festus: Noxa ponitur pro peccato, aut pro peccati pœna, quum lex jubet noxæ dedere pro peccato. Noxia apud antiquos damnum significat, sed a poëtis ponitur pro culpa. Serv. in *lib.* 1. *Æneid. v.* 41. ad hæc verba: *Unius ob noxam, & furias Ajacis Oilei*, noxam, inquit, pro noxia. Et hoc interest inter noxam & noxiam, quod noxia culpa est, id est, peccatum, noxa autem pœna. Caius etiam in Comment. XII Tab. noxiæ adpellatione omne delictum contineri ait: *l.* 238. § *ult.* D. *de verb. signif.* quamvis eo loco multæ editiones *noxæ* præferant. Sed tamen non raro neglectum istud discrimen animadvertimus. *Noxa* enim plane etiam maleficium & peccatum qualecumque denotat, non modo in jure nostro; *l.* 45. §. 1. D. *de legat.* 1. *l.* 4. *l.* 32. D. *de noxal. act.*

Noxæ dare: *l.* 69. *D. de solut. l.* 9. §. 4. D. *de dol. mal. l.* 7. §. 1. D. *quod vi aut cl.* & dedere: *l.* 11. D. *de noxal. act. l.* 1. §. 15. D. *de vi & vi arm.* ob noxam dedere Liv. *lib.* 21. *c.* 30. in noxam dedere: *l.* 1. §. 11. D. *si quadrup. paup. fec.* item noxam dare: *l.* 7. §. 1. D. *quod vi aut. cl.* id est corpus ipsum quod nocuit. Hoc autem tam de servo qui nocuit quam de animali dicitur. Si enim ab his nocitum sit. Dominus hominem animalve vivum tradit ei, cui damnum erat illatum, nisi damni æstimationem præstet, per *d. l.* 7. D. *quod vi aut cl.* & Paul. *lib.* 2. *Sent. tit.* 30. §. 7. Noxæ olim dabantur non solum animalia, non solum servi, sed & filii familias; *l.* 5. *pen.* D. *de oblig. & act. l.* 3. §. 4. D. *de liber. homin. exhib.* immo & filiæ familias, §. *ult. Inst. de noxal. act.* Magnum tamen hac in re inter servos liberosque intercedebat discrimen. Liberi enim homines noxæ dati serviebant quidem, sed non erant servi. Quinctil. *Inst. orat.* 7. 3. & *declam.* 311. Cujac. *observ.* 13. 9. Hinc si tantum adquisitum per eos esset, quantum dam-

damni dederant, manumittendi erant, quamvis nulla interposita esset, uti in mancipatione, fiducia. Papinianus *apud auctor. Collat. Leg. M.s. & Rom.* Manumissi quoque non erant libertinæ conditionis, sed ingenuitatem recuperabant, non secus ac filii, a parente venumdati. Quinctilian. *Inst.* 5. 10. Hæc ex Heinecc. *Antiqu. Rom. ad Inst. lib.* 4. *tit.* 8.

Noxa caput sequitur: *l.* 41. D. *de furt. l.* 17. §. 1. D. *de injur. & passim.* quo intelligitur noxalem dari actionem adversus quemcunque servi delinquentis possessorem §. 1. *Inst. de noxal. act.* Manumissum autem servum post delictum & ante litis contestationem, ipsum esse conveniendum: per *l.* 4. C. *an serv. pro suo fact. l.* 15. D. *de condict. furt.*

Noxa solutus: *l.* 72. §. 5. D. *de solut. l.* 45. §. 1. D. *de legat.* 1. *l.* 3. D. *si famil. furt. fec.* & passim, id est, qui noxali judicio subjectus non est. Ergo si noxam commisit, nec permanet (*si est sublata*) noxa solutus videtur: *l.* 17. §. 17. D. *de Ædil. edict.*

Noxæ aliæ sunt publicæ, quæ nempe publice coerceri solent, ut loquitur, *l.* 11. §. *ult.* D. *de eviction.* de his quoque *l.* 201. D. *de verb. signif.* Aliæ privatæ, quæcumque committuntur ex delictis, non publicis criminibus, ex quibus agitur judiciis noxalibus; *l.* 17. §. 7. D. *ædilit. edict.*

Noxæ deditio: *l.* 2. §. 16. D. *de vi bonor. rapt.*

Noxam accipere: *l.* 17. §. 2. D. *de usufr.* i. e. damnum. *Noxam* committere; *l.* 32. D. *de noxalib. act.*

Noxa vel noxia aliquando rixam vel jurgium notat: ut apud Ausonium *in Sechnopægn. v.* 32. Sæpe in conjugiis fit noxia, si nimia est dos. Vide Cujac. *in lib.* 4. *respons.* Papiniani *in l.* 26. §. *ult. D. de pact. dotal.* Similis locus est apud Claudian. *lib.* 1. *de laud. Stilich.* & apud Manil. *lib.* 2. *Astron. v.* 280. Diligerent alia, & noxas bellumque moverent.

NOXALIS, *e.* Noxales actiones, quales sunt, quæ non ex contractu, sed ex noxa, atque maleficio servorum adversus nos instituuntur, quarum actionum vis & potestas hæc est, ut si damnati fuerimus, liceat nobis deditione ejus corporis, quod deliquerit, evitare litis æstimationem: *l.* 1. D. *de noxal. act.* Si servus sua voluntate id admiserit, competere noxale, ut in cæteris maleficiis: *l.* 7. §. 5. *D. de arbor. furt. cæs.* ubi sua voluntate significat non voluntate aut jussu Domini, qui hoc in casu non liberaretur servum noxæ dando.

Per se autem nullæ sunt *noxales* actiones. Neque enim hoc proprium est speciale certæ alicujus actionis nomen, sed qualitas quædam, accedens actionibus, quæ ex admissis servorum adversus dominos instituuntur, veluti noxalis Aquiliæ actio: *l.* 9. D. *de noxal. act.* de dolo noxalis: *l.* 16. *D. ad exhib.* furti noxalis: *l.* 22. *D. commod. &c.* quæ diversæ actiones dicuntur *noxales* quibus is qui non nocuit, dominus nempe nocentis convenitur, & ita separantur a *directis* quibus convenitur ipse qui nocuit; §. 5. *Inst. de noxal. act.*

Noxales actiones constitutæ sunt aut legibus, aut edicto prætoris. Legibus, veluti *furti* lege XII Tabularum; *damni injuriæ* Lege Aquilia: edicto prætoris, veluti *injuriarum, & vi bonorum raptorum*, §. 4. *Inst. de noxal. act.* Eodem modo noxalia interdicta ob delictum servorum, quos in potestate habemus, adversus nos competunt, puta, si quem vi dejecerunt, vel vi aut clam opus fecerunt: *l. ult.* D. *de interdict.*

No-

Noxalis quoque adpellatur actio, quæ ob pauperiem datur, *l.* 1. §. 12. & §. 14. *D. si quadrup. paup. fec.* & *pr. Inst. eod. tit.* vid. *pauperies.*

Noxalis caussa: *l.* 4. § *ult. D. de noxal. act.* noxale judicium: *l.* 5. D. *eod. tit.* Interdum absolute *noxali* agere & agi dicunt, id est noxali judicio; *l.* 21. §. *ult. l.* 28. D. *eod. tit. l.* 4. *D. si ex noxal. causs.* Similem locutionem notavimus ex *l.* 7. §. 5. *D. de arb. furt. cæs.*

NOXIA, *æ*, damnum, delictum. Noxiam nocere: *l.* 4. *D. de noxal. act. l.* 45. §. 1. *D. de legat.* 1. idem quod noxiam committere: *l.* 1. D. *si quadrup. paup. fec.* §. 5. *Inst. de noxal. act.* vide in voce *noxa.*

NOXIUS, *a*, *um.* Noxius facinoris servus: *l.* 3. §. 12. D. *de SC. Silan.* id est reus facinoris. Noxii Manichæi: *l.* 35. *C. Th. de hæret.* Noxium servum dicere: *l.* 1. *pr. D. si famil. furt. fec.* i.e. noxæ reum.

NUBERE proprie dicitur mulier viro, quæque uxor ducitur: *l.* 23. *D. de condit. inst. l.* 17. D. *de ann. legat.* quod sponsæ dum viro tradebantur, nubere hoc est velare capita solebant. Cicero: *in Or. pro Cælio*; Cui cum ex amplissimo genere in familiam clarissimam nupsisset &c. Ab hujus verbi supino *nuptum* formatæ sunt loquutiones: *nuptum* collocare: *l.* 41. §. 7. *D. de legat.* 3. dare: *l.* 11. §. *ult.* D. *quod falsi tut. auct.* & *nuptui*: *l.* 59. *l.* 62. D. *de rit. nupt.*

Pessima significatione vir nubere dicitur: *l.* 31. *C. ad Leg. Jul. de adult. l.* 3. *C. Theod. eod. tit.* qui alteri viro succumbit. Vide Tacit. *lib.* 15. *annal. c.* 37. de Nerone uni ex contaminatorum grege Pythagoræ nubente. Suet. de eodem, *c.* 29. Apud bonos auctores, Heineccio notante, nubere viri non dicuntur sensu honestiori nisi per jocum, de viris uxoriis, quos immodicus amor mulierum suarum sub jugum misit. Et eo sensu Martial. *lib.* 8. *epigr.* 12. Uxori *nubere* nolo meæ. Est tamen, ubi & in bonam partem verbum hoc accipitur de viro, uxorem ducente, quemadmodum & ducere de femina: *l.* 3. *C. de solut. matrim.* Non. Marcell. *c.* 2. *n.* 575. Nubere veteres, non solum mulieres, sed & viros, dicebant, ita, ut nunc Itali dicunt. Pomponius *in Pannucreatis* apud eumdem: Sed meus frater major, postquam vidit me inde ejectum domo, nupsit posterius dotatæ vetulæ, varicosæ, Afræ. Addi potest Barth. *lib.* 6. *advers. c.* 14. Frequens in primis hic verbi usus est in Capitularibus: Si quis viduam uxorem duxerit, & postea cum filiastra sua fornicatus fuerit, seu duabus sororibus nupserit: *capitul.* 5. §. 168. Ut hi qui uxores dimittunt, non nubant. Capitular. *lib.* 6. §. 63. Adde *lib.* 6. *capit.* §. 55. & 91. unde desumptus est *Canon.* 13. *tit.* 11. Vide infra *nuptiæ.*

NUBILIS ætas: *l.* 10. *D. de cond.* & *dem.* id est viri potentis virginis.

NUCLEUS. Olivarum *nuclei* quibus ad nullam aliam rem, nisi ad comburendum possit uti, vel si qui alii nuclei: *l.* 55. §. 1. D. *de legat.* 3. vide & *l.* 167. D. *de verb. signif.*

NUDARE, plerumque metaphorice est spoliare, vel privare ut in *l.* 3. *C. Theod. ad leg. jul. repetund. l.* 1. *C. Just. eod. l.* 1. *C. Theod. de quæst.*

Nudari dicitur de naufragiis. *Nudatæ* res propter jacta: *l.* 4. §. *ult. D. de leg. Rhod.* id est, involucro suo evolutæ. Sed & ii, qui passi naufragium spoliantur, nu-

nudari dicuntur: *l. ult. C. Theod. de naufr.*

Nudare etiam est animi sui sensus & consilia prodere. Post nudata utriusque intima: *l.* 3. §. 1. *D. de recept. arbitr.* Sic & Livius *lib.* 31. *c.* 48. Ætoli defectionem nudabant.

NUDITAS, id est inopia, vel egestas in *l.* 12. *l.* 13. *C. Th. de bon. proscr.*

NUDUS, *a*, *um*, metaphorice pro bonis exuto; *l.* 7. *D. de capite minut.*

Nudus etiam est vacuus, ut: nuda culpa; *l.* 2. *C. Theod. de emendat. servor.*

Nudum pro *mero* frequentissime Icti usurpant. Sic: nuda adseveratio: *l.* 14. *C. de probation.* Nudo animo: Paul. *lib.* 5. *Sent. tit.* 2. §. 1. Nuda cautio: *l.* 2. §. 6. *D. de jud.* id est, sola promissio sine satisdatione: ibid. *Nudus* consensus, id est, solus, sine verbis, literis, scriptura; *l.* 52. §. *ult.* D. *de oblig. & act. l.* 14. D. *locat.* & alibi passim. *Nuda* contestatio: *l.* 20. D. *ad municipal.* *Nuda conventio*, interdum est, quæ placiti fine stetit, ut loquitur *l.* 27. *C. de locat.* quæ nullum negotium gestum, sive συνάλλαγμα in se habet. Vide & *l.* 15. *D. de præscr. verb.* Interdum vero *nuda conventio* est, quæ solo & nudo consensu nititur, absque ulla rei traditione. Ita: pignus contrahitur non sola traditione, sed etiam nuda conventione; *l.* 1. *pr. &* §. 1. D. *de pignor. act.* hoc est sola conventione, ut loquitur *l.* 44. §. 5. *D. de usurp.* per pactum conventum, quum quis pactus est, ut res ejus propter aliquam obligationem sint hypothecæ nomine obligatæ; *l.* 4. D. *de fid. instrum.* Nudum factum; *l.* 51. D. *de verb. oblig.* id est, solum. *Nuda* indulgentia; *l.* 1. *pr. D. und. cogn.* Nuda interrogatio, quæ non fit per tormenta, vel corporis dolorem ad eruendam veritatem: *l.* 15. §. 41. D. *de injur. Nudum* jus Quiritium, id est merum: *rubr. C. de nud. jur. Quirit. toll.* Nudum nomen sui hæredis: *l.* 2. §. 8. *D. ad SC. Tertull.* id est, inane & sine re, ut in *l.* 3. *C. de inoff. donat.*

Nuda pactio, quum nulla subest caussa, præter conventionem: cujusmodi pactio obligationem cum actione conjunctam non parit, sed exceptionem: *l.* 7. §. 4. D. *de pact.* Nudum *pactum* quod vetus Glossarium ψιλὸν vertit, intelligitur merum & solum placitum quod absque aliquo negotio gesto, aut caussa aliqua subsistente, intervenit. Ex *nudo* pacto jure nostro actionem nasci non posse, ait *l.* 27. *C. locat. l.* 10. *C. de pact.* & Paull. *lib.* 2. *Sent. tit.* 14. §. 1. Romanorum nempe philosophia non ferebat, ut aliquis e sola promissione, verbisque sæpius indeliberatis obligaretur; inde si civis Romanus tale quid fecisset, ei, cui promissum aliquid erat, formulam nullam dabant Pontifices, absque formula vero actio intentari nequibat. Ergo actio ex promissione non dabatur. Ne vero induci te in eam sententiam patiaris, pactorum valorem omnino abhorruisse Romanos. Si quis impleverat promissum, repeti quod erat datum, non poterat. Non igitur pacta damnarunt Romani, sed formulas actionum iis saltim non accommodarunt, si nullum admixtum esset negotium gestum, nullaque subesset caussa subsistens. Vide Wurffel. *jurispr. definit.* §. 144.

Nudum pactum alio sensu dicitur, non quod nullum ei sit admistum negotium nullaque subsit causa, nullaque ei jure civili sit accommodata actio, sed respective nudum dicitur, ratione hujus illiusve facti quod pacto alias non nudo

nudo adjectum non fuit. Et ita accipe pactum nudum in *l.* 20. *C. de pact.* ubi : Traditionibus dominia rerum, non nudis pactis transferri dicuntur : Ibi inquam, nuda pacta eo respectu dicuntur quo deest traditio, etsi alias nuda non essent. Emtionem enim & venditionem contractum esse constat, nec nudam conventionem, quippe ei accommodata est actio cognomina *emti* aut *venditi*; nec minus certum est, dominium ante traditionem ad emtorem non transire : §. 3. *Inst. de emt. vend.* Sententia igitur Legis hæc est : Sola conventione quantumvis alias vestita nec nuda, dominium non transferri, sed accessisse oportere traditionem. Ita : quod Paull. *lib.* 5. *Sent. tit.* 12. §. 9. ait : Ex nuda pollicitatione nulla actio nascitur : intelligendum est de pacto quod nudum priore sensu dictum est. Sed aliter intelligenda est nuda pollicitatio in *l.* 10. *pr.* D. *de his quæ ut indign.* Sive chirographum eo nomine dederit, sive nuda pollicitatione repromiserit. Id est, sive sola pollicitatione, nec dato chirographo. Nam ex stipulatu datam actionem, nec proinde conventionem ejus nominis nudam fuisse, nemo nescit.

Nuda possessio, quæ non habet mixtam proprietatis caussam : *l.* 22. §. 1. D. *quod met. cauf.* Add. *l.* 8. *D. de usu & usufr. legat.*

Nudum præceptum probabili nulla caussa adjecta, *l.* 114. §. 14. D. *de legat.* 1. *l.* 38. §. 4. *l.* 93. *D. de legat.* 3.

Nuda promissio, sive pollicitatio, stipulationi opponitur in *l.* 19. §. 1. D. *de Ædilit. edict.* Alibi *nuda* promissio cautioni adversatur : *l.* 63. §. 4. D. *pro soc.*

Nuda proprietas, a qua ususfructus abest : *l.* 33. D. *de rei vind.* seu abscedente usufructu, ut loquitur *l.* 8. D. *de usu & usufr. legat.* ita accipe nudæ proprietatis dominum in *l.* 33. D. *de rei vind.*

Nuda ratio, ubi aliquid quasi debitum in rationes refertur, quum tamen nulla debiti caussa præcesserit : *l.* 49. §. *ult.* D. *de pecul.* vide & *l.* 26. *D. de donat.*

Nuda repromissio satisdationi opponitur in *l.* 1. §. 5. *de stipul. prætor.* & *l.* 56. D. *de evict.*

Nuda traditio, quæ justa, & ad dominium transferendum habili & idonea caussa non nititur : *l.* 31. D. *de adquir. rer. dom.* Nuda venditio pro ficta : *l.* 55. *D. de contrah. emt.*

Nuda verba apud Paull. *lib.* 1. *Sent. tit.* §. 1. sunt communia & vulgaria, non certa & concepta.

Nuda voluntate in *l.* 3. §. *ult.* D. *de adim. vel transfer. legat.* *l.* 1. *l.* 15. §. 1. D. *de testam. milit.* *l.* 1. §. 4. D. *de adsign. libert.* idem est ac sine solemnibus. In *l.* 1. D. *de rer. permut.* *l.* 3. D. *de rescind.* *l.* 1. *C. quand. lic. ab emt. disced.* & sola conventione.

Nudæ voluntatis quid esse dicitur in *l.* 17. *D. commod.* ad quod quis nulla obligatione adstringitur.

Nuda quoque voluntas ea dicitur quæ nihil præstat. Seneca *lib.* 6. *benef.* c. 10. Beneficium nuda voluntas non efficit. Sic : nudæ voluntatis mendacio : *l.* 1. C. *de collus. deteg.*

Nudus usus, id est, sine fructu: *l.* 1. D. *de usu & habit.*

NUGATORIUS, *a*, *um.* In res nugatorias temporibus consumptis: *l.* 17. §. 14. D. *de Ædilit. edict.*

NULLATENUS in *Clementin. c. un. tit. de sequestr. possess.* id est, nequaquam.

NULLUS, *a*, *um*, qui non est in rerum natura. Ita : si nullus sit : *l.* 1. *D. de hered. vel act. vend.* *Terent. Andr. Act.* 2. *sc.* 4. *v.* 20. Nullus sum : id est perii.

Nullum esse jure civili dicitur, quod

quod inutile est, sic nulla actio, etiam quæ exceptione repellitur: *l.* 7. §. 8. D. *de dol. mal.* aut quæ propter inopiam adversarii inanis est: *l. 6. D. eod. tit.*

NULLUM quod jure non valet, nec consistit, ut: nullum fideicommissum erit: *l.* 41. §. 2. D. *de vulg. & pupil. substit.* legatum: *l.* 75. §. 1. *D. de legat.* 1. *Nullum* testamentum in specie dicitur, in quo quid peccatum adversus leges de persona testatoris, vel de libertate voluntatis ejus, vel de solennitate interna proditas. Hinc testamentum filii fam. vel in quo liberi sui præteriti, ipso jure nullum est: *per l.* 1. D. *de injust. rupt. irrit.* injustum vero vocatur in quo omissæ solennitates internæ, *per d. l.* 1. & ita utrumque differt ab *rupto*, *irrito facto*, de quibus in iis vocabul. infra.

Nullius esse res dicuntur quæ in nullius privatim bonis sunt, sed jure gentium omnibus vacant, & occupanti conceduntur; *l.* 51. *D. de contrah. emt.* §. 5. §. 12. *Inst. de rer. divis.* Alias *nullius* esse dicuntur, quæ in patrimonio commercioque hominum non sunt, veluti res sacræ, sanctæ, religiosæ, §. 7. *Inst. eod. tit.*

NUM, pro an? *l.* 7. §. *ult. D. commun. divid.* Num non, id est an non? *l.* 25. §. 15. *D. de hered. pet.*

NUMA Rex de quo in *l. un.* D. *de off. quæst.*

NUMARIUS, *a*, *um*, id est pecuniarius. Ita: *Numarii* judices apud Cicer. pro *Cluent. c.* 17. sunt qui de re pecuniaria cognoscunt. Sed apud Sueton. *in Domitian. c.* 8. ita vocantur, qui venales sententias habent, qui per sordes jus dicunt, qui pecuniam ob rem judicandam capiunt. Quo sensu idem Cicero *in Verr.* 3. *c.* 57. Numarium judicium vocat, quod acceptis pecuniis exercetur. At *numarios judices* in *l. un. C. publ. lætit. nunc.* perperam a Brissonio legi animadvertit Heineccius; sive sequamur vulgatam lectionem, sic se habentem: *hoc sine immodico pretio nunciari excipique sancimus: actum esse castissimum, indigentibus, non numerariis esse præbendum, judices statuimus esse sollicitos:* sive sequamur Cujacium, qui in *Comm. ad lib.* 12. *C. p.* 114. *Tom.* 2. *operum*, textum fide Codicis Theodosiani & MSC. ita restituit: *Gerulum jubemus esse castissimum, indices numarios esse prohibemus.* Sunt autem *indices numarii* qui pro indicio rei novæ & lætæ numos poscunt.

Numaria pœna; *l.* 10. §. 2. D. *de recept. arbitr.* quæstio; *l.* 2. §. 1. D. *de jur. fisc.* res; *d. l.* 2.

NUMEN ait Festus, *quasi nutus Dei ac potestas dicitur.* Sic: metu divini *numinis*; *l.* 8. §. 1. D. *de condit. institut.* At numinis nomen passim etiam sibi arrogant Imperatores in rescriptis suis, veluti *l.* 34. C. *de adpell. & consult. l.* 2. *C. de tempor. & repar. adpell.* Quo loquendi genere sæpe Imperatoribus blanditur Symmach. veluti *libro* 10. *Epist.* 12. 23. 27. 30. 35. 41. 52. 53. 55. 57. & 58. Quod Prosper Aquitanicus ridet, libro *de promiss. & prædict. c.* 7. immo & ipsi Imperatores; *l.* 1. C. *Th. de imagin. imperial.* Vide supra in voce *Divus.*

NUMERARE pro computare. Ita: annus numerari dicitur ex die quodam vel tempore in *l.* 6. D. *de calumniat. l.* 48. D. *de jur. dot.*

Numerare pro habere, accensere, rationem habere. Ita: inter seniores numerari; *l.* 63. §. *ult.* D. *de legat.* 3. Emancipatæ filiæ tutelam numerari inter onera ait *l.* 15. §. 16. D. *de excusat.*

Numerare etiam est pecuniam dare vel in solutum vel alio modo. Ut: numerare dotem; *l.* 41. D.

D. *solut. matrim.* In debitum numerare: *l.* 44. *D. de solut.* donationis causa pecunia numerata: *l.* 33. §. 1. D. *de donat.* Numerare pretium: *l.* 25. §. 1. D. *usufr.* vide infra *Numeratus*, *a*, *um*.

NUMERARIUS. Numerarii dicebantur, qui in officio præfectorum prætorio, consularium, præsidum, ducum, magistri officiorum, nec non in scholis, numeros agebant, rationes & chartas administrabant tractabantque, ut loquitur *l.* 6. *C. Theod. de numerar.* vide & Novell. Theod. *de offic. & numerar. præfect.* Eos chartarum notitiam habuisse, ait *l.* 7. *C. Theod. de numerar.* Isidor. *lib.* 9. *orig. c.* 3. numerarios vocatos scribit eos, qui publicum numerum ærariis inferunt. *Numerariorum* corpus, in *l.* 1. *C. Theod. de primicer. & notar.* Numerarii & Magistri eorum: *l.* 8. *C. Theod. de numer. actuar. & scrin.* Et ita numerarios accipe. *l. ult. C. de privil. scholar. l. ult. C. de numerar. l. ult. C. de fabricens. l.* 1. *C. de apoch. publ. l. ult. C. de exsequutor, & exactor.*

Valentinianus autem & valens tandem constituerunt, at, qui *Numerarii* adpellari consueverant Consularium ac præsidum duntaxat, hi *tabularii* in posterum vocarentur: *l.* 2. *C. de numerar.* Eaque de caussa Tribonianus *l.* 4. *C. eod. tit.* ad hæc verba: *In provinciis singulis duo numerarii collocentur*, de suo addidit: *qui & tabularii*, ut adparet ex *l.* 12. *C. Theod. eod. tit.* Similiterque in *l.* 13. *C. de suscept. præpos.* his verbis: *duos tabularios*, adjecisse eum: *seu numularios*, liquet ex *l.* 31. *C. Theod. eod. tit.* An *numerariorum* mentio sit in *l. un. C. publ. lætit. nunc.* vide supra in voce *Numarius*.

NUMERATIO pro computatione, ut: Numeratione millium passuum facta: *l.* 2. §. 2. D. *quis ordo in possess.* id est dinumeratione, ut *l.* 1. *D. qui satisd. cog.* §. 15. *Inst. de excus.* *Numeratio* pro datione in solutum, & ita accipe hoc verbum in *l.* 44. *D. de solut.* Sed & numeratio dotis: ut in *l. C. de dot. caut.* & ejus quod mutuo creditur, ut in *l.* 19. D. *de reb. cred.* his verbis: Non omnis numeratio eum, qui accipit, obligat.

Numeratus, *a*, *um*, Pecuniæ nomine non solum numerata pecunia, sed omnis res continetur: *l.* 222. *D. de verb. signif.* ubi numerata pecunia intelligitur quæ numis constat. Ita: Colonus qui ad pecuniam numeratam conduxit: *l.* 25. §. 6. *D. locat.* Eodem sensu pecuniam numeratam accipe in *l.* 1. §. 1. *D. de aur. arg. legat. l. ult.* D. *de adim. legat. l.* 66. D. *solut. matrim. l.* 59. *D. de legat.* 3. *l.* 44. *D. de solut. l.* 6. D. *de jur. delib.*

Numerata pecunia, pro ea quæ vel in solutum data, vel etiam in creditum, quo pertinet *non numeratæ pecuniæ* exceptio, §. 1. *Inst. de except.* seu de pecunia minime numerata, ut est in §. *un. Inst. de litterar. obligat.* quam exceptionem Theophilus *ibid* τὴν τῆς ἀναργυρίας παραγραφὴν exponit. Ibi ea locum habet, ubi quasi credita pecunia petitur: Quum autem ex præcedente caussa debiti in chirographum quantitas redigitur, non requiritur, an tunc, quum cavebatur, numerata sit, sed an justa caussa debiti præcesserit: *l.* 5. C. *de non numerat. pecun.* Exceptio hæc recte opponitur intra biennium a reo quem actor convenit ex chirographo, vide *d. l.* 5. 8. & 14. *pr. C. eod. tit.* & ea devolvitur in agentem onus probandi pecuniam fuisse numeratam, per *l.* 3. & 10. *C. eod. tit.* Etiam post biennium elapsum et per-

perpetua opponi poteſt, ſi intra biennium proteſtatione querelave coram magiſtratu interpoſita, qui ſcripſit, teſtatus fuerit, ſe pecuniam haud accepiſſe, per *l.* 8. 9. & 14. §. 4. *C. eod tit.* alias biennio elapſo, reus incaſſum opponet hanc exceptionem, etiam ſi onus probandi in ſe ſuſcipere velit. §. *un. Inſt. de litterar. oblig. l.* 8. & 14. *pr.* & §. 3. *C. de non. num. pec.*

In *numerato*, & in nominibus habere, ſeparantur: ut *l. ult.* D. *de donat.*

NUMERIUS *Nigidius.* Solemne nomen in formulis actionum & ſtipulationum, uti Aulus Agerius, Caius, Seius, Titius, Mævius: *l.* 16. *D. de excuſ. tut.* Id pronomen unica littera N. exprimi ſolebat. Numerius autem, teſte Varrone apud Non. Marcell. c. 4. §. 319. dicebatur qui cito naſcebatur. Nam *numero* idem erat veteribus ac cito, vel celeriter. Feſtus in *Numerius* auctor eſt, Numerii prænomen neminem patritiorum tuliſſe, ante Fabium illum, qui unus ex clade familiæ poſt Etruſcum bellum ſuperfuerit, quique Otacilii Maleventani filiam ob inſignes divitias ea lege duxerit, ut qui ex ea primus natus eſſet, Numerius adpellaretur. *Nigidius* quoque notum ſatis gentis Romanæ nomen eſt, ex qua in primis enituit P. Nigidius Figlus, vir doctus, & Ciceronis amicus, de quo Macrob. *lib.* 2. *Saturn. c.* 12. Ceterum elegans eſt obſervatio Petri Pithoei *ad auctor. collat. leg. Moſ.* & *Rom. tit.* 11. §. 6. juriſconſultos veteres plerumque ficto Auli Agerii nomine in actionibus, Numerii Nigidii in exceptionum formulis uſurpaſſe. *Hein.*

NUMEROSUS, *a*, *um.* Numeroſa juſſio: *l.* 5. *C. Theod. de hæret.* Numeroſæ provinciæ *in Conſtit. Juſt. de confirm. Inſt.* Numeroſis reſcriptis: *l.* 1. *C. in quib. cauſſ. in integr. reſt.* id eſt multis.

NUMEROSITAS Curialium: *l.* 3. *C. Theod. quemadm. muner. civil.* id eſt, multitudo.

NUMERUS. Numero conſtare, conſiſtere, continerive dicuntur ea corpora, quæ adnumerantur, ut pecunia: *l.* 28. *D. de judic. l.* 2. §. 1. *D. de reb. cred. l.* 1. §. 1. *D. de oblig.* & *act.*

Numero dividi & ex ſpecie dividi differre intelligimus ex his Juliani verbis: Cum ſpecies ſtipulamur, neceſſe eſt inter dominos, & inter heredes ita dividi ſtipulationem, ut partes corporum cuique debeantur. Quoties autem genera ſtipulamur, *numero* fit inter eos diviſio. Veluti; cum Stichum & Pamphilum (*quod exemplum eſt caſus prioris*) quis ſtipulatus, duos heredes æquis partibus reliquit: neceſſe eſt utrique partem dimidiam Stichi & Pamphili deberi, (& *tunc diviſio fit ex ſpecie.*) Si idem duos homines (quod exemplum eſt caſus poſterioris) ſtipulatus fuiſſet: ſinguli homines heredibus ejus deberentur: *l.* 54. *pr. D. de verbor. oblig.* hoc eſt, cuique homo ſuus deberetur, & ita diviſio eſſet ex *numero* non ex *ſpecie.* Papinianus porro in *l.* 117. D. *eod. tit.* ait. Si *centum homines quos ego hereſve meus elegiſſet*, ſtipulatus antequam eligerem, duos heredes relinquero: *numero* dividitur ſtipulatio; diverſum erit ſi jam electis hominibus ſucceſſerint. Quibus verbis Ictus ſignificat, priori caſu ab uno herede quinquaginta homines, ab altero totidem alios eligi poſſe, caſu vero poſteriori diviſionem ex ſpecie eſſe faciendum ita, ut uterque ſingulorum partem dimidiam habeat. Similiter Ulpianus in *l.* 29. *in fin.* D. *de ſolut.* ait: Quod in nu-

numero consistit, in numis, oleo, ac frumento, & similibus, quæ communi specie continentur, adparet hoc actum ut numero dividatur obligatio. Vide *l.* 15. §. *ult.* D. *de oper. libert.* Pro *numero* temporis: *l.* 3. §. 2. *D. de re milit.*

In *numero* esse & haberi dicuntur tam personæ quam res, & quælibet corpora: id est loco esse, vel locum obtinere. Ita: personæ quæ in numero parentium liberorumve sunt: *l.* 53. D. *de rit. nupt.* De rebus: Æstimatio rerum, quæ mercis numero habentur: *l.* 40. *D. fidejussor.* In eo numero esse, & *in ea caussa esse*, idem valent: *l.* 206. D. *de verb. signif.* Acetum quod vini numero fuit. *l.* 1. & 3. *D. de tritic. vin. ol.* ita: vestis numero in *l.* 26. *D. de aur. arg. legat.*

Numerus etiam catalogum militum seu breviculum, quo militum nomina continentur, significat: recentiores Imperatores *matriculam* vocant. Ita: Si quis militum ex alio numero translatus: *l.* 1. §. *ult.* D. *de bonor. possess. & testam. milit.* Et pro ipsis militibus in numerum relatis accipitur. Ut: Miles qui communem caussam omnis sui numeri persequitur: l. 8. §. 2. *D. de procurat.* Lamprid. in *Opilio Macrin. c.* 5. Quod si unius numeri consensus accessisset.

Crebrius autem *numeros* multitudinis numero jurisconsulti, atque Imperatores, aliique auctores usurparunt. Sic: qui de aliis numeris vel legionibus: *l.* 17. *C. Theod. de re milit.* Exercitum non unam cohortem, neque unam alam dicimus, sed numeros multos militum: *l.* 2. §. 1. D. *de his qui not. infam.* In numeros relatus: *l.* 42. D. *de testam. milit.* Tribunatus numerorum: *l. ult. C. de inoff. test.* Numeri suppleri dicuntur in *l.* 4. §. 9. *D. de re milit.*

Numeri quoque chartas & rationes publicas significant: *l. ult. C. de primicer. & secundicer.*

NUMIDIA, olim regnum, quod Juba victo a Cæsare in provinciam redactum, Dio *lib.* 43. *p.* 217. auctor est: ac cum eam Libyæ partem, quæ circa Carthaginem sita, a Romanis Africa dicebatur, veterem provinciam adpellatam, quod jam olim subacta esset: Numidiæ vero, ut recens subactæ novæ provinciæ nomen inditum. Numidiæ Legatus in *l.* 7. D. *de legat. præst.*

NUMISMA. Vide supra *Nomisma.*

NUMMARIUS. Vide *Numarius.*

NUMMUS, *Nummularius.* Vide *numus & numularius.*

NUMQUID, id est utrumne: *l.* 2. *D. quis ord. in posses. l.* 8. §. 10. D. *de inoff. testam Numquid*, pro *cur. non. l.* 8. §. 9. D. *eod. tit.* Sed in hac *l.* 8. §. 9. notante Heineccio, *& numquid minuant*? in melioribus editionibus uncinolis inclusa videas, tanquam suspecta & superflua. Adeoque ex eo loco probari non potest hæc particulæ notio, quam nec ejus natura, nec usus admittere videtur.

NUMULARIUS, *l.* 39. D. *de solut.* est mensularius, trapezita, seu qui mensam exercet. Numularii, sicut argentarii, rationes conficiunt, quia & accipiunt pecuniam, & erogant per partes, quarum probatio scriptura codicibusque eorum maxime continetur, & frequentissime ad fidem eorum decurritur: *l.* 9. §. 2. *D. de addend.* Apud eos quoque, ut & apud argentarios fide publica deponi pecunias consuevisse, ostendit Ulpianus. in *l.* 7. §. 2. *D. depos.* ubi qui vocantur Numularii iidem mensularii dicuntur in *l.* 24. §. 2. D. *de reb. auct. jud. possid.* De *numulariorum* corpore mentio

mentio eſt in *l.* 15. *C. Theod. de his qui ſup. relig. contend.*

NUMUS a Numa Rege, qui numos primum apud Latinos imaginibus notavit, & titulo nominis ſui præſcripſit, vocatum tradit Iſidorus *lib.* 16. *orig. c.* 17. Qui numos argenteos adulterinos flaverit, falſi crimine tenetur: *l.* 9. *D. de leg. Cornel. de fals.* Aſperum *numum* apud Perſ. *Sat.* 3. *v.* 69. & Suet. *in Neron. c.* 44. interpretatur Briſſon: recens percuſſum & ſignatum. Senec. *Epiſt.* 19. Nec voles, quod debeo, in aſpero & probo accipere. Vide in voce *aſper.* Quicumque numos aureos partim raſerit, partim tinxerit, vel finxerit, ſummo ſupplicio adfici debet: *l.* 8. *D. de Leg. Corn. de falſ.* Numis colere dicitur colonus, qui ad pecuniam numeratam conduxit: *l.* 16. D. *de furt.* conjuncta *l.* 25. §. 6. D. *locat. Numus* decargyrus: *l. ult. C. Theod. Si quis pecun. conſl.*

NUNC, non eſt hoc temporis momento, ſed laxius accipitur pro hodie, ſive hoc tempore, *l.* 1. §. *ult. D. de Ædilit. edict. l. ult. D. de injur. l.* 23. D. *de uſu & uſufr. leg.* Ulp. *tit.* 8. §. 5. Nunc primum: *l.* 33. §. *ult. D. de teſtam. milit.* Nunc uſque, id eſt huc uſque: *l.* 45. *C. Theod. de epiſcop.*

NUNCIARE opus novum, eſt denunciare, ne quid operis novi fiat: *l.* 3. § *ult. D. de alien. judic.* Vetus gloſſarium: Nunciare novum opus, eſt prohibere teſtatione, ne novum opus fiat. Vide & *l.* 1. §. 1. *de remiſſion.*

Nunciare alias eſt fiſco deferre: *l.* 38. & 43. *D. de jure fiſc.* Sic: *nunciare* bona: *l.* 22. *D. de SC. ſilan.* fideicommiſſum: *l.* 13. §. 7. *D. de jur. fiſc.* renunciare dicit *l.* 22. §. *ult.* D. *eod. tit.*

NUNCIATIO ad fiſcum fieri dicitur, quoties bona vacantia, vel caduca, vel ex aliis cauſſis in fiſcum cadentia, deferuntur: *l.* 13. §. 7. *l.* 38. *l.* 43. D. *eod. tit.*

Nunciatio novi operis, vel denunciatio, ut loquitur *l.* 5. §. 10. *D. de nov. oper. nunciat.* Ea in re noſtra ædificantem, vel adverſus ſervitutem nobis debitam quid molientem prohibemus. Idque vel per prætorem fit, vel lapilli jactu: *l.* 5. §. 10. *D. eod. tit. l.* 8. §. 1. D. *ſi ſervit. vindic.* Unde hæc nunciatio fieri, locum habere, procedere, tenere, & *contra* ceſſare, extingui, miſſa fieri, remitti, dicitur. Adde *l.* 1. §. 1. & 10. D. *eod. tit.* & *l.* 1. *D. remiſſion.*

NUNCIATOR, qui novum opus nunciat: *d. l.* 5. §. 6. *D. de nov. oper. nunc.*

Nunciatores etiam ſunt delatores, ut in *l.* 3. *C. de injur. l.* 6. §. 3. *C. ad SC. Turpill.*

Nunciator in primis dicitur qui fiſco nunciat, ut in *l.* 1. §. *ult. D. de jur. fiſc.*

NUNCIUS, ait Feſtus, & res ipſa, & perſona dicitur. Conſentit Servius. *ad lib.* 6. *Æneid. v.* 45. & *lib.* 11. *v.* 869. Iſidor. *lib.* 10. *orig.* Nuncius, qui nunciat, & quod nunciatur. Sed nuncius ipſe homo genere maſculino, id vero quod nunciatur, genere neutro, ut hoc nuncium hæc nuncia. Et quidem rem ſignificat hoc verbum, veluti: *Nunciorum* gerulus in *l.* 1. *C. ne quid publ. lætit.* In perſona vero *nuncius* eſt, qui ſpecialiter certi negotii gratia ad aliquem deſtinatur, & abſenti miniſterium præbet. Ita: conſtituere abſentes per nuncium poſſumus: *l.* 14. D. *de pecun. conſtit.* & aliæ hujuſmodi locutiones paſſim. *Nuncium* pro repudio etiam uſurpant: *l.* 3. *C. de repud.* Et ita nuncium mittere eſt repudiare, & ita: Nuncium mittere & remittere conjuges dicuntur: *l.* 2. *C. eod. tit. l.* 7. §. *ult. D. de jur. Dot.* Cic.

Top.

Top. c. 4. si mulier quum fuisset nupta cum eo, quicum connubii jus non esset, nuncium remisit. Idem *lib.* I. *ad Attic. Epist.* 13. Deinde ex SC. Consules rogationem promulgasse: uxori Cæsarem nuncium misisse. Sed nec uxor tantum, verum etiam pater nuncium mittere ac remittere dicitur: *l.* 5. §. *ult.* D. *de jur. dot. l.* 8. D. *de divort.* Si socer nurui nuncium remiserit: *l.* 32. §. 49. *D. de donat. int. vir. & ux.* Neque nuptiæ modo, sed & sponsialia, nuncio misso, dirimi dicuntur, sponsamque, necdum uxorem nuncium mittere legimus, ut in *l.* 45. §. 4. D. *de rit. nupt. l.* 6. & 10. D. *de sponsal. l.* 7. §. 3. *l.* 21. *D. de jur. dot.*

Nuncium mittere, metaphorice, est valere jubere, vel deserere quid. Cic. *lib.* 15. *ad famil. Epist.* 16. Quare si jam biennium aut triennium est, quum virtuti nuncium remisisti, delinitus illecebris voluptatis.

Nuncius in *c.* 21. *pr. de offic. & potest. jud. deleg.* est quem jus civile viatorem & adparitorem adpellat.

NUNCUPARE, decemvirale verbum, ut adparet ex his XII. Tab. verbis: Quum nexum faciet mancipiumque, uti lingua nuncupassit, ita jus esto: hoc est, ut Festus interpretatur, ita uti nominabit, loquutus erit, ita jus esto: Varro *lib.* 5. *de longu. lat.* Nuncupare, *nominare* valere, adparet in Legibus, ubi *nuncupatæ* pecuniæ sunt scriptæ. Festus: Nuncupata pecunia est, ut ait Cincius *lib.* 2. *de offic. Icti.* Nomina certa, nominibus propriis pronunciata. Vetus glossar. Nuncupare est palam nominare & confirmare. *Nuncupare* heredem, est pronunciare, & verbis exprimere & nominare, ut loquitur *l.* 12. D. *de jur. patron.* Nuncupare vero heredes & *scribere* opponuntur in *l.* 21. & 25. *pr.* D. *qui test. fac. poss. l.* 1. §. 5. *l.* 9. §. 2. D. *de hered. inst. l.* 8. §. *ult.* D. *de bon. possess. sec. tab.*

Nuncupari etiam testamentum dicebatur, quoties testaturus per æs & libram, peracto mancipationis ritu, tabulas testamenti tenens, ita dicebat: Hæc ut in his tabulis cerisve scripta sunt, ita do, ita lego, ita testor, itaque vos, Quirites, testimonium præbitote. Quæ nuncupatio & *testatio* vocatur ab Ulpiano, *tit.* 20. *regul.* §. 8. &, qui ex eo repetit Isidoro *lib.* 5. *etymol. c.* 42. Erat autem testator per ritum mancipationis illum quasi venditor familiæ, quam emptori ex imaginaria venditione mancipabat: qui emtor familiæ eo ipso hæres aperte fiebat, quemadmodum nec in comitiis hæres potuit in arcano esse. Hinc vero, cum periculum testatori immineret, ne ei struerentur insidiæ, alia ejus actus ratio introducta est, qua alius quidem heres in tabulis mystice scribebatur, alius vero emptor familiæ erat: vel, si emtor ipse heres scriptus esset (ut antiquissimis temporibus factum esse credibile est) hoc dicis saltem causa fiebat, & hereditas ad legatarium in tabulis clausis scriptum tota perveniebat; nondum enim Leges Furia & Voconia modum legatis imposuerant. Deinde, frequentia actuum eo ventum est, ut, cum familiæ emptor intelligeret lucrum hereditatis nunquam ad se spectare, circuitus ille tandem fit prætermissus, & alius scriberetur heres in tabulis, quas clausas tenens testator, ea verborum quam modo attuli formula post mancipationem utebatur. Id genus testandi ei successit, quod ante in comitiis calatis & ex Lege populi fiebat. Vide sis Editoris *dissert. de success. testam.* §. 24. *not.* 6.

Nuncupatio scripturæ opponitur. Si pater sibi *per scripturam*, filio per nuncupationem, fecerit testamentum: *l.* 20. §. *ult. D. de vulg. & pupil. substit.* adde *l.* 8. §. *ult. D. de bon. poss. secund. tab. l.* 21. *C. de testam. l.* 8. *C. qui testam. fac. poss.* Ceterum ut testamento per scripturam facto bonorum possessio secundum tabulas; ita per nuncupationem facto, bonorum possessio secundum nuncupationem defertur: *l. ult. C. de bonor. possess. sec. tab.* quod quidem fiebat ob deficientem mancipationis ritum de quo modo dixi, quo interveniente hereditas rotunde, non *bonorum possessionis* involucro defertur.

Nundinæ. Eas, teste Festo, feriarum diem esse voluerunt antiqui, ut rustici convenirent, mercandi vendendique caussa, cumque nefastum, ne si liceret cum populo agi, interpellarentur nundinatores. Earum originem Dyonis. Halicarnass. *lib.* 2. *p.* 98. ad Romulum refert, his verbis, sic latine e græco versis: Omnes adsuefaciens, ut ruri manentes incumberent operi rustico, nisi si quando opus esset mercatu, tum enim in urbem iri posse ac emi necessaria nona quaque die *nundinis* adsignata. Idem *lib.* 7. Nundinæ autem apud Romanos nono quoque die celebrabantur, ut nunc etiam. Iis nundinis plebs agrestis in urbem confluebat; venaliaque permutabat, & jure inter se agebat. Vide & Dyon. Cass. *lib.* 40. *p.* 142. & *lib.* 48. *p.* 377. *Nundinæ* certæ civitatibus territoriis ordinentur: *Novell. Theod. & Valentin. un. tit.* 51. Nundinarum quoque mentio est in *l.* 138. *D. de verb. oblig. l.* 29. §. 1. D. *de ann. legat. l.* 1. D. *l.* 1. *C. de nundin. & mercat. l.* 3. §. *ult.* D. *de fer.* Cessent in ecclesiis earumque cœmeteriis negotiationes, & præcipue nundinarum ac fori tumultus: *C.* 2. *de immunit. Eccles. in* 6.

Nundinæ turpes in *l.* 5. *C. Theod. de iis quæ administr. vel offic.* id est nundinationes.

Nundinæ pro epulis in *l.* 69. D. *pro soc.* Vide sub articulo *epulæ*.

Nundinari pro corrumpere, ita: Nulla remanente apud eum, qui ad exhibendum missus est, copia nundinandi: *l.* 2. *C. de exhib. & transmit. reis.* Sensus est, interprete Heineccio; reo exhibito nullam relinquendam esse facultatem vel commentariensem, vel accusatorem, vel ipsos judices pecunia corrumpendi. *Nundinari* alias est emolumentum & commodum aliquod & ferme furtivum, ut vocatur *l.* 2. *C. Theod. de liberal. caus.* quærere. Quo sensu hæc vox accipienda in *l.* 10. *C. Theod. de cohortal.*

Nundinatio. *l. ult. C. Theod. de his, qui cum dispens. contrax.* itidem pro corruptione ponitur: idque vocabulum & iis, qui corrumpunt, & qui corrumpi se patiuntur, tribuitur, sicuti apud Sueton. *in Tito. c.* 7. Constabat, in cognitionibus patris nundinari præmiarique solitum. Sic & nundinationem juris dixit Cicero *agrar.* 1. *c.* 3.

Nundinatio tamen aliquando & in bonam partem accipitur, veluti in *l.* 32. *C. Theod. de erogat. milit. annon.* ubi æstimationem seu pretium denotat.

Nuper, ait Festus, *quasi noviter.* Ea vox occurrit in *l.* 85. *D. de legat. l.* 42. *D. de donat. int. vir. & ux. l.* 23. *D. de usu & usufr. legat.*

Nuptalitius, *a, um.* Munus nuptalitium: *l.* 194. *D. de verb. signif.* i. e. nuptiarum.

Nuptiæ, ut ait, Modestinus, conjunctio sunt maris & fe-

minæ, & confortium omnis vitæ, divini & humani juris communicatio · *l.* 1. *D. de rit. nupt.* qua in definitione Modeftinus refpicit ad facra illa privata cujufque familiæ Romanorum. Juftiniano *nuptiæ*, five matrimonium, viri & mulieris conjunctio, individuam vitæ confuetudinem continens: §. 1. *Inft. de patr. pot.* Cujus vocis varias notationes Feftus adfert. Probabilior vero eft illa, quam Ælio Gallo & Cincio placuiffe, tradit, *quia flammeo caput nubentis obfolvatur*, *quod antiqui obnubere vocarint.* Ac plane Varro ab *nuptu*, id eft, opertione, dictas *lib.* 3. *de lingu. lat* Scribit. Ambrof. in *libr. de Patriarch.* Inde enim & nuptiæ dictæ, quod pudoris gratia fe puellæ obnuberent: quæ verba relata funt in *c.* 8. *cauf.* 30. *quæft.* 5. five quemadmodum Paulus Apoftolus interpretatur, ut admoneretur, quod iret in poteftatem mariti. Ifidor. *lib.* 2 *de offic. c.* 19. Fæminæ cum maritantur, ideo velantur, ut noverint fe femper maritis fuis fubditas effe: quæ verba leguntur in *c.* 7. *quæft.* 5. *cauf.* 30. adde *c. mulier.* 3. *quæft.* 5. *cauf.* 33. & *c. quæcumque* 2. *diftinct.* 30.

Nuptiæ & matrimonium in aliquot locis diftinguntur, veluti *l.* 10. *l.* 11. *D. de rit. nupt.* §. *pen. Inft. de nupt.* §. 2. *Inft. de hered. quæ ab inteft.* §. 1. *Inft. de patr. pot.* non quod nuptiæ de fæminis tantum, matrimonium de utriufque fexus perfonis dici confueverit; nam & de viris nuptias dictas effe notat Heinecc. ex *l.* 73. *pr. D. de jur. dot. l.* 10. *l.* 11. *D. de rit. nupt.* qui in eo ponit differentiam, quod *Nuptiæ* & *connubium* iis fynonyma fint vocabula juris civilis, ac proinde nuptiæ inter folos cives Romanos Romanafque conftituerent. *pr. Inft. de nupt.* peregrini contra non habere dicerentur *jus connubii.* Ulpian. *tit.* 5. §. 4. *&* 8. quum contra *matrimonium* effet vocabulum juris gentium, idque omnes ingenui, etiam inter quos non erat jus connubii, recte contraherent. Hinc in jure noftro matrimonium dicitur etiam de eo, qui uxorem injuftam babet: *l.* 13. §. 1. *D. ad leg. jul. de adulter.* Et quamvis maximam mediamve capitis deminutionem paffi paffæ. ve in connubio, & nuptæ effe, definant: *l.* 56. D. *folut. matrim.* manebat tamen inter eos vitæ confuetudo & matrimonium: *l.* 13. §. 1. D. *de donat. int. vir. & ux.* id eft *matrimonium fine connubio*, uti loquitur Papinianus apud auctorem *Collat. leg. Mof. & Rom. tit.* 4. §. 5. *Nuptiæ* juftæ. Vid. *Juftæ.*

NUPTIALIS, *e.* Nuptialia inftrumenta: *l.* 10. *l.* 11. *C. de natural. liber.* id eft dotalia, ut eft in §. *ult. Inft. de nupt.* & §. 2. *Inft. de hered. quæ ab inteft.*

NURUS adpellatur filii uxor: *l.* 4. §. 5. D. *de gradib. & adfin.* Sponfa filii nurus non proprie dicitur: *l.* 12. §. 1. *D. de rit. nupt.* Nurus tamen adpellatione eam contineri ait Ulpian. *l.* 6. §. *ult. D. de gradib. & adfin.* Adde *l.* 8. D. *eod. tit.* Immo nurus adpellatio ad *pronurum* & ultra porrigenda eft: *l.* 50. *D. de verb. fignif.* Et ita fe habet in cauffa prohibitarum nuptiarum, per *l.* 14. §. 4. D. *de rit. nupt.* edicto quoque, *qui fatifdare cogatur*, per *l.* 2. §. 2. *&*. § 3. D. *qui fatifd. cog.* edicto *de poftulando*, per *l.* 1. §. *ult. & l.* 3. *D. de poftul.* edicto *de legatis præftandis*, *per l.* 8. §. 4. *D. de legat. præft.*

NUNQUAM eft, id eft, non eft: *l.* 38. §. *ult.* D. *de furt.* Nufquam fecit mentionem: *l.* 1. §. 10. *D. de ventr. in poffef. mitt.*

NUTARE dicitur censsus magistratuum Antiochenorum : *l.* 169. *C. Theod. de decurion.* Nutare neglecta opera : *l.* 29. *C. Theod. de oper. publ.*

NUTRICIUS, *a*, *um*. Nutricia, in *l.* 1. §. 12. *D. de extraord. cognit.* subintelligi prætia monet Heinecc. Sunt autem mercedes, quæ nutricibus ob alimoniam infantium debentur. Eadem figura Senecam dixisse *nutricium* & sub intellexisse officium in *Consol. ad Helv.* c. 17. idem notat.

NUTRIRE, alere, in *l.* 10. D. *de his qui sui vel alien. jur.* *l.* 14. D. *de manumiss. vind.*

Nutrire, metaphorice est augere in *l.* 2. *C. de debit. civit.* *l.* 32. *C. Theod. de erogat. milit. annon.* *l.* 41. *C. Theod. de hæret.*

NUTRITOR in *l.* 27. D. *de instruct. vel instr. leg.*

NUTRIX in *l. ult.* D. *pro derelict.* *l.* 1. §. 12. D. *de extraord. cogn.* Nutricum fabulæ : *l.* 1. *C. Theod. de rapt. virgin.*

NUTUS, Nutu facta pleraque consistunt : *l.* 52. §. *ult.* D. *de oblig. & act.* id est, gestu, quo animi sententiam significamus.

Nutus pro voluntate in *l.* 14. *C. Theod. de legat. & decret.* Ita: nutu heredis : *l.* 46. D. *de fideic. libert.* nutu nostro : *l.* 9. *C. Theod. de agent. in reb.*

NUX. In *l.* 215. D. *de verb. signif.* *nuces* adpellatione *pomi* contineri, traditur. Macrob. utique *lib.* 3. *Saturnal.* c. 19. *nuces* ex quorumdam sententia dici omne pomum, quod foris duro tegatur, & intus habeat quod esui est, scribit : & a malis distingui docet. Nucum etiam varia genera idem c. 18. enumerat.

NYCTAGES a somno nuncupati, quod vigilias noctis respuant, superstitionem esse dicentes, jura temerari Divina, qui noctem ad requiem tribuit : *c.* 39. §. 61. *quæst.* 3. *caus.* 24.

NYCTALOPS, Ulpiano est, qui neque matutine tempore videt, neque vespertino : *l.* 10. §. 3. *D. de Ædil. edict.* Plin. *lib.* 28. *c.* 2. nyctalopes a græcis dictos tradit, quos latini lusciosos vocant. Idem *lib.* 8. *c.* 50. de capris agens : Tradunt & noctu non minus cernere, quam interdiu. Ideo si caprinum jecur vescantur, restitui versspertinam aciem his, quos nyctalopes vocant. Adde Paul. Æginet. *lib.* 3. *c.* 22. Aet. *lib.* 7. Alexand. Trallian. *lib.* 2. *Actuar. lib.* 2.

NYCTOSTRATEGUS *l. ult.* §. 12. D. *de mun. & honor.* ita enim legendum esse non autem juxta vulgatam & Haloandrinam *nicostrategus*, ceu in hac voce supra dictum est.

NYMPHÆUM. Nymphæa a thermis separantur in *l.* 5. & *l.* 6. *C. de aquæduct.* Apud Zonar. *annal. Tom.* 3. *p.* 42. & Cedren. *p.* 286. Nymphæa sunt ædes publicæ nuptiarum festivitati nuptialibusque epulis ac choreis deservientes, maxime in gratiam eorum, qui domibus carebant. Sed ut Græcis νύμφη, tam πηγὴν *fontem*, quam νεόγαμον sponsam significat, Suida teste : ita præter ista nuptialia *Nymphæa* fuisse, quæ aquæ copiam populo præpræbebant, non dubium est. Etenim in Nymphæis non minus, quam in thermis, ex aquæductu fistulis aquam ductam, docet *d. l.* 6. *C. de aquæduct.* Huc spectant Cedreni ipsius verba *p.* 255. sic latine versa : Victo Procopio, Valens reversus, magnifico urbem aquæductu exornavit, quem Valentem adpellavit, unde magna aquæ copia urbi fuit. At cum præfectus urbi, gaudium ejus beneficii caussa obortum, ut ostenderet *Nymphæum* condidit in Tau-

Tauro, magnitudine urbis dignum, diemque festum egit. Hæc enim Cedreni verba ad nymphæum non nuptiale sed aliud aquarium intelligimus ex Socratis *hist. Eccles. lib.* 4. *c.* 8. verbis sic latine redditis: Postea autem contigit, ut aquæductus, a Valente ædificatus, maximam aquæ copiam urbi Constantinopolitanæ præberet.... Quumque aquæductus ille in urbem perductus esset, Clearchus præfectus urbi, in foro, quod nunc Theodosii dicitur, ingens lavacrum ædificavit, quod διαψιλὲς ὕδωρ, id est, copiosa aqua adpellatum fuit. Adde Josephi verba, *lib.* I. *de bell. jud. c.* 26. quæ ita vertit Ruffinus: Maritimis autem Laodicensibus aquæductum condidit, apud Ascalona vero *Nymphæa*, sive lacus ornatissimos & balneas. Jul. Capitol. *in Gordian. III. c.* 32. Opera Gordiani Romæ nulla exstant, præter quædam Nymphæa & balneas; vide *& ibid.* Salmas. *not.* At νυμφικὰ λουτρὰ apud Suidam vocabantur nuptialia lavacra, quæ ex fonte, qui erat in foro, sumebantur. Moris enim erat apud Athenienses, ut illi, qui nuptias faciebant, lavacra ipso nuptiarum die sibi adferenda curarent, misso ad id puero mare, qui generis proximus erat. Et hic dicebatur λουτροφορεῖν, ipse vero λουτροφορός.

NYSSENUS Episcopus, Gregorius: *l.* 3. C. *Theod. de fid. cathol.* Nyssam autem urbem in Pontica dioecesi fuisse, eadem lex ostendit.

O

OASIS. Mittere in Gypsum & Oasin: *l. ult.* §. 2. *C. de poen.* vide infra sub voce *Ouasis.*

OB, præpositio, observante Festo, alias ponitur pro *circum*, ut quum dicimus urbem obsideri, obsignari, obvallari: alias ponitur in vicem præpositionis, quæ est *propter*, ut *ob* merita, *ob* superatos hostes. Priore sensu accipitur in XII Tab. in illis: Cui testamentum defuerit, is tertiis diebus *ob* portum evagulatum ito: id est ut Festus sub voce portus, interpretatur, *ob domum* vel *circa domum*, ut idem docet in voce evagulatum. Eodem modo dici videtur a Marcello: Si causam adrogationis ob alia probabit: *l.* 18. D. *de adopt.* id est, interprete Heineccio: Si circa aliam justam caussam, cur pupillum adrogare velit, adprobaverit.

Ob significat sæpius *propter*, veluti: ob has caussas in *l.* 73. §. *ult.* D. *de jur. dot.* *Ob* referendam vicem sponsione se adstringere: *l.* I. *pr.* C. *de suffrag.* id est, ad referendam vicem.

OBCANTARE, vide infra *occantare.*

OBCLAUDERE, vide occludere.

OBDORMIRE, vel *obdormiscere*, in somnum incidere, in *l.* 27. §. 9. *D. ad leg. Aquil.* & *in Collat. leg. Mos. & Rom. tit.* 12. §. 7.

OBDUCERE. Obducitur umbra exquisitæ defensionis, aut muniminis, id est, obtenditur: *l.* 3. *C. de apostat.*

OBDURARE. Obdurata malitia: *l.* 2. *C. de exactor. tribut.*

OBEDIENTIA. Qui ad percipienda hæc obedit, *obedientiæ* sibi virtutem evacuat, si ad hæc etiam ex proprio desiderio anhelat, *c.* 10. *quæst.* I. *caus.* 8. Cic. *paradox.* 5. I. Si servitus sit, sicut est, obedientia fracti animi, & abjecti, & arbitrio carentis suo. Idem, *off.* I. 29. Obedientiam relinquere & abjicere.

OBEDIRE, obtemperare, obsequi, &, ut ait Festus, obaudire, id est, dicto audientem

tem esse. Obedire legibus: *l.* 3. §. 1. D. *de muner. & honor.*

Obesse, obstare, officere, nocere, Ita. Si obest exceptio: *l.* 11. *l.* 30. §. *ult. D. de except. rei jud.* id est, si obstat. Obesse famæ: *l.* 24. D. *de his quæ ut indign.* i. e. nocere.

Obex pro impedimento vel obstaculo. Sic obicem præscriptionis dicunt Imperatores in *l.* 33. *C. ad leg. jul. de adult. & l.* 164. *C. Theod. de decurion.*

Objectus, *us.* Objectu corporis: *l.* 19. D. *ad SC. silamian.* criminis: *l. ult. v. nemo C. de accus.* exceptionis: *l. ult. C. quib. ex caus. major.* id est oppositis corpore, crimine, exceptione. Eodem forma dicitur, objectus sequestrationis in *l. un. C. Theod. si cert. pet.* *Objectus* debilitatis a lienat: *l.* 84. *C. Theod. de decurion.* id est, objecta debilitas.

Objicere, id est, projicere. Ita: si corpus suum objecit: *l.* 1. §. 34. D. *ad SC. Silan.* *Objicere* bestiis: *l.* 11. §. *ult.* D. *de poen.* feris: Cic. pro *Rosc. c.* 26. Spartian. *in Caracall. c.* 1.

Objicere pro opponere. Ita: *objicere* compensationem: *l.* 7. *l.* 8. *C. de compens.* exceptionem: *l.* 9. *D. de rei vind. l.* 19. §. 2. *D. de probat.* Falcidiam: *l.* 78. D. *de legat.* 2. præscriptionem: *l.* 15. §. 7. *D. ad leg. jul. de adulter.* replicationem: *l.* 2. §. 1. D. *de except.* *Objici* etiam dicuntur appellationes; id est, interponi, vel interjici; *l.* 44. *l.* 58. *l.* 53. *Cod. Theod. de adpell.*

Objicere pro exprobrare, ut; *Objicere* crimen; *l.* 4. D. *de expil. hered. l.* 11. D. *ad leg. jul. de adult.* lenocinium; *l.* 2. §. 4. *D. eod. tit.*

Obire, id est fungi. Legationes quæ obeuntur; *l.* 6. *D. de legation.* Obire munus; *l.* 2. *D. eod. tit.*

Obire judicium, id est se judicio sistere; *l.* 5. *C. Theod. de reparat. adpell.* Eadem forma dixit Cicero, *Obire* auctionis diem, in *lib.* 3. *ad famil. Epist.* 14. *Obire* vadimonium, *lib.* 8. *ad Attic. Epist.* 18.

Obire etiam est mori: *l.* 1. *C. de condit. insert. l.* 3. *D. de cond. indeb.* Eodem sensu, *Obire* diem suum; *l.* 6. §. 1. *D. de bon. libert. l.* 26. D. *de Leg. Cornel. de fals.* ultimum diem; *l.* 5. C. *si reus vel accus.* mortem; *l.* 14. D. *de jure codicill.* & passim, Sed &, fatali sorte obire, est in *l.* 4. *C. ad SC. Tertull.*

Obiter liberari; id est per consequentias; *l.* 1. D. *de rescind. vend.*

Obitus. Post obitum; *l.* 78. §. 7. D. *ad SC. Trebell.* id est, post mortem.

Objurgare; castigare verbis, ut in *l.* 2. §. 43. *D. de orig. jur.* sed & ii dicuntur objurgare, qui poenam infligunt. Sic; verberibus objurgare dixit seneca *lib.* 3. *de ira.* colaphis; Petron. *in satyr. c.* 34. Denique Pers. *sat.* 5. *v.* 169. Solea, puer, objurgabere rubra. Quapropter Festus ait in genere; Objurgatio, post turpe factum castigatio.

Oblatio. æstimationis: *l. ult. D. de legat.* 2. cautionis; *l.* 15. §. 32. *D. de damn. infect.* debiti; *l.* 9. C. *de solut.* instrumentorum; Paul. *lib.* 2. *sent. tit.* 17. §. 14. prætii; *l.* 4. C. *de fid. & jur. hast.* rei furtivæ; *l. ult. C. de condict. furt.*

Oblationes dicimus quæcumque de propriis & licitis rebus Ecclesiæ a fidelibus offeruntur. C. *caussa* 13. *de verb. signif. c. videntes* 16. *quæst.* 1. *Caus.* 12. adde; *c. cum inter* 29. *de verbor. signif.* Si maritus ad *oblationem* Dei uxori donaverit; *l.* 5. §. 12. *D. de donat. int. vir. & ux.* Vide in voce sequenti.

Oblatitius, *a*, *um*. Oblatitium aurum; cujus mentio fit in *l.* 5. *l.* 9. *C. Theod. de Senator. l.* 14. *C. Inst. eod. tit.* ubi & oblatio amplissimi ordinis vocatur. Ita vero dicebatur, senatores Imperatoribus certo tempore, veluti sub principatus auspicia, quinquennalibus, decennalibus, quindecennalibus, vicennalibus ultro offerebant. Jac. Gothofred. *ad d. l.* 5. *C. Theod. de Senator.* ubi diversum id esse ab auro glebali, contra Cujacium ostendit. *Oblationum* tamen *universarum* nomine, in *l.* 17. *C. Theod. de prætor.* utrumque comprehendi ait in *paratitl. tit. de senat.*

Obligare, aliquo juris vinculo obstringere. *Obligari* civiliter: *l.* 1. *D. de contrar. tutel. l.* 1. §. 2. *D. de verb. oblig.* id est; jure civili, ut est *in* §. 1. *Inst. de except.* obligari naturaliter; *l.* 14. *D. de oblig. & act.*

Obligari verbum construitur cum casu sexto nominis vinculi quo tenemur, vel rei aut facti quibus inducitur obligatio. Ut, obligari re, aut verbis, aut consensu, aut lege, aut jure honorario, aut ex peccato; *l.* 52. *D. de oblig. & act.* id est, contractu reali, vel verbali, vel consensuali, vel lege immediate, aut prætorio edicto, aut ex delicto tam jure civili quam honorario. *Obligari* actione temporali; *l.* 9. §. 2. D. *de administr. & peric. tut.* ære alieno; *l.* 8. D. *adquir. vel omitt. hered.* cautione; *l.* 103. D. *de legat.* 1. chirographo; *d. l.* 103. D. *eod. tit.* pigneratio contrario judicio (seu actione) *l.* 6. *C. si alien. res.* judicio communi dividundo; *l.* 46. *D. de oblig. & act.* ipso jure: *l.* 34. §. *ult.* D. *de aur. arg. leg.* jurejurando: *l.* 10. D. *de obsequ. parent.* voto: *l.* 2. *de pollicit.*

Eodem significatu construitur hoc verbum cum genitivo sub intelligendo aliud quid in casu auferendi. Veluti; Obligari damni infecti, subaudi, cautione: *l.* 5. §. 1. D. *ut in possess. legator vel fideic.* furti, sc. actione seu delicto: *l.* 25. *D. de donat.* negotiorum gestorum: *l.* 6. *l.* 24. D. *de obl. & act.* n. actione. Sed & conjungitur hoc verbum vel cum ablativo ejus rei ad quam præstandam obligamur, addita præpositione *in*, ut: in ære alieno: *l.* 28. *D. de reb. auct. judic. possid.* in totis quinque libris: *l.* 34. §. *ult.* D. *de aur. arg. leg.* vel cum dativo, ut, *obligari* æri alieno: *l.* 6. *l.* 8. D. *adquir. vel omitt. hered.* muneribus: *l.* 5. *C. de incol.* id est, ad munera obeunda. Item legatis: *l.* 87. §. 7. D. *ad leg. falcid.* ministerio: *l. ult.* §. 11. D. *de muner. & honor.* operis: *l.* 43. D. *de oper. libertor.* tributo capitis: *l.* 3. D. *de cens.* ad ea omnia præstanda.

Etiam *obligari* dicimur alicui, in cujus gratiam quid præstare nos oportet, ita; *Ei obligatur*, in *l.* 6. *l.* 24. *D. de oblig. & act.*

Obligari hereditati, in *l.* 12. *D. qui test. fac. poss.* de eo dicitur qui heres esse tenetur. *Obstringi* dixit *l.* 21. §. 1. D. *de adquir. vel omitt. hered.*

Obligare fidem suam: *l.* 54. *D. de fidejuss. l.* 22. *C. ad SC. Macedon.* Singularis vero est loquutio; Pignoris obligatio etiam inter absentes recte ex contractu *obligatur*; *l.* 23. §. 1. D. *de pignor.* Vere esse Atticam loquutionem observat *Heinecc.* Quemadmodum enim Attici dicunt γελᾶν γέλωτα, risum ridere, μανίαν μαίνεσθαι, furere furorem, πόνον πονεῖν, laborare, laborem, χαρὰν χαίρειν, gaudere gaudium: ita & optimi scriptores latini habent jurare jusjurandum; Cicer. *lib.* 5. *Epist.* 2. gaudium gaudere.

re. Cœlius apud eundem *lib.* 1. *Epist.* 2. vitam vivere; Proper. *lib.* 1. *eleg.* 4.

Obligari sæpe dicuntur res, quæ pignori vel hypothecæ dantur. Ita; obligatus fundus; *l.* 45. §. *ult.* D. *de legat.* 1. Obligata prædia; *l.* 38. D. *de legat.* 3 Sed & eo sensu hominem noxæ nomine vel alias obligatum ait *l.* 18. §. *ult.* D. *de mort. causs. donat.* Et aliquando substantivum *pignus* additur. Ut; pignoris obligatæ ædes; *l.* 44. §. *ult.* D. *de damn. infect.* id est pignoris nomine, aut pacto, vel pignoris jure, ut habet *l.* 49. *D. de furt.* *l.* 12. D. *de aliment.* Item; *pignori*, ut pignori obligata ancilla; *l.* 9. *C. de serv. pign. dat.*

Præterea *obligare* est obnectere, ut in illo Paulli *lib.* 5. *sent. tit.* 23. §. 15. Qui sacra impia nocturnave, ut quem obcantarent, defigerent, *obligarent*, fecerint. Festus; Obnectere, *obligare* maxime in nuptiis frequens est. Obligati dicuntur notante *Hein.* qui veneficiis, ceu vinculis ligati sunt, & illecebris quibusdam veluti defixi tenetur, ut non nisi unam ament. Turneb. *adversar. lib.* 2. *c.* 30. O præligatum pectus; apud Plaut. *Bacchid. Act.* 1. *sc.* 2. *v.* 28. vide supra *defigere.*

Obligatio, est juris vinculum, quo necessitate adstringimur alicujus solvendæ rei secundum nostræ civitatis jura; *pr. Inst. de oblig.* Latori sensu etiam naturalis dicitur obligatio a civili diversa. Et ita, obligationis hæ sunt species, naturalis, civilis, honoraria; *l.* 1. §. *ult.* D. *de novat.* *l.* 21. §. 2. D. *de fidejussor.* Filio familias mortuo, nulla (ex credita ipsi pecunia mutua vivente patre) obligatio aut naturalis aut civilis, superest; *l.* 18. D. *de SC. Macedon.* Naturalis (mere talis) obligatio pupilli, cui sine tutoris auctoritate pecunia credita est; *l.* 64. D. *ad SC. Trebell.* vide supra in voce *naturalis.*

A Civilibus porro *obligationibus* separantur honorariæ, veluti his verbis: Deinde omnium obligationum summa divisio in duo genera deducitur. Namque aut *Civiles* sunt aut *prætoriæ. Civiles* sunt, quæ aut legibus constitutæ, aut certe jure civili comprobatæ sunt. *Prætoriæ* sunt, quas Prætor ex sua jurisdictione constituit, quæ etiam honorariæ vocantur; §. 2. *Inst. de oblig.*

. Sequens *obligationum* divisio in quatuor species deducitur. Aut enim *ex contractu* sunt, aut *quasi ex contractu*, aut *ex maleficio*, aut *quasi ex maleficio.* Earum quæ ex contractu sunt, quatuor sunt species. Aut enim *re* contrahuntur, aut *verbis* aut *litteris*, aut *consensu*, §. 2. *Inst. eod. tit.* adde *l.* 1. D. *de oblig. & act.* Et *obligatio* dicitur comprobari; *l.* 39. §. *ult. D. de oper. libert.* constitui: *l.* 8. §. 1. D. *de acceptil.* contrahi; *l.* 18. *D. de donat.* distrahi; *l.* 5. §. 3. *D. de obl. & act.* fieri; *l.* 13. §. *ult.* D. *de re judic.* resuscitari; *l.* 27. §. 3. D. *de pact.* parere actionem; *l.* 42. §. 2. D. *de procurat.*

Obligatio doni, muneris, operarum; Paul. *lib.* 2. *sent. tit.* 32. §. 1. fidejussoria, hereditaria, major, minor; *l.* 12. §. 2. *l.* 50. D. *de fidejus.* juris; *l.* 40. §. *ult.* D. *de aur. arg. leg.* legati; *l.* 82. D. *de legat.* 1. locationis; *l.* 1. D. *mand.* pignoris: *l.* 73. D. *de reb. eor. qui sub tut.* principalis; *l.* 3. D. *de separat.* pristina; *l.* 24. *D. de mort. caus. don.* voti; *l.* 2. §. *ult. D. de pollicit.*

Obligatione liberare; *l.* 22. D. *de alim. leg.* solvi; *l.* 23. *D. de oper. libert.* In *obligatione* retineri; *l.* 44. D. *eod. tit.* In *obligatio-*

tio-

tionem redire; *l.* 30. D. *de oblig. & act.* Eodem modo vinculum obligationis solvitur, quo quæri solet; *l.* 46. D. *de adquir. vel amitt. possess.*

Obligationem aliquando pro pignore poni docet Cujacius *in recitat. ad l.* 1. D. *eod. tit.* Singularis est loquutio; Si quis societatem coierit ad *obligationem* innocentium; *l.* 1. D. *de leg. Cornel. de fals.* in cujus verbi haud quaquam mutandi significatione exponenda Heinecc. adstipulatur Cornelio Van Bynkersh. ostendenti *lib.* 3. *obs. c.* 19. *p.* 223. accusatos dici a veteribus solere litibus implicitos, crimine nexos, adeoque *obligatos*, adeoque heic *obligationem* accipiendam esse pro *accusatione*.

Obligatio pro maleficio quo quis defixus tenetur. Glossa; Defixiones νεκρομαντεῖαι, κατάδεσμος, maleficium, *obligatio*. Vide supra in voce *obligare in fin.*

OBLIGATORIUS, *a*, *um*, Non est obligatorium mandatum, quod contra bonos mores est; §. 7. *Inst. de mandat.*

OBLINERE coeno, luto; *l.* 1. D. *de extraord. crim.* Ibi *oblinuerit* legitur, & apud Paull. *lib.* 5. *sent. tit.* 4. §. 13. oblinierit, quum grammaticis præteritum formandum videatur *oblevi*. At non refragari analogiæ hanc formam notat *Heinecc.* ex Ducker. *de latin. vet. Ictor. p.* 367.

OBLITERARE, vide *l.* 42. D. *de bon. libert. l.* 11. *C. Theod. de privil. eor. qui in sacr. palat. milit. l.* 4. *C. Theod. l.* 3. *C. Justin. de Apostat.* est oblivioni dare.

OLIVIO. Per oblivionem; *l.* 3. D. *quæ res pign. vel hypot.*

OBLIVISCI passive usurpari observant in *l.* 60. §. 6. D. *de rit. nupt.* A qua passiva hujus verbi notione non abhorrent auctores veteres; interquos Virgilius *Eclog.* 9. *v.* 53. Nunc oblita mihi tot carmina. Et Priscianus *lib.* 7. *p.* 791. verbum *obliviscor* refert inter verba communia, quæ & active & passive accipiuntur. Attamen in lege 60. §. 6. *D. de rit. nupt.* nihil impedit, verba *adoptivæ familiæ obliviscuntur*, accipiantur in casu genitivo, & ἀπὸ τοῦ κοινοῦ repetamus *adoptivi emancipati*, ut sensus sit: *quia adoptivi emancipati post emancipationem in totum familiæ adoptivæ obliviscuntur. Hein.*

OBLOQUI. Nec huic obloquitur, id est, refragatur, adversatur; *l.* 10. *C. de non numer. pec.*

OBMUTESCERE, mutum fieri, silere, in *l.* 25. D. *qui testam. fac. poss.*

OBNOXIUS, *a*, *um*. Ita dicitur, qui crimine vel pœna tenetur, & qui vinculo aliquo obligationis obstringitur. Quod adeo verum est, ut & *obnoxius*, absolute, pro reo ponatur, *l.* 3. *C. de lege Aquil.* Tunc vero varie constituitur; modo cum casu tertio, quod frequentissimum, modo cum secundo, modo cum quarto cum præpositione, modo cum sexto, ceu docent exempla sequentia; *Obnoxius* accusationi; *l.* 15. *C. ad leg. Cornel. de fals.* criminum; *l.* 11. C. *de religios.* ad præstationem; *l. ult.* D. *de contrah. empt.* lege Aquilia; *l.* 1. §. 7. D. *de serv. corrupt.* crimine; *l.* 1. D. *de lege Fab.*

Sed & res dicuntur *obnoxiæ* ut in *l.* 6. *C. quæ res pign.* id est obligatæ. Et *obnoxia* absolute dicuntur pignori nexa.

OBOLUS in *l.* 2. *C. Theod. de aquæd.* est mensura, seu modulus certus aquarum. *Obolus* facit sex siliquas. Alex. ab Alex. *lib.* 2. *genial. dier. c.* 20. Vide & Coel. Rhodig. *lib.* 10. *c.* 2.

OBPIGNORARE, vide *oppignorare.*

OB-

OBPUGNARE vide *oppugnare.*

OBREPERE dicitur, qui taciturnitate & reticentia veri aliquem circumvenit, quique id celat, & reticet, quo expresso non fuisset postulata impetraturus. Eo significatu est in *l.* 1. §. 9. *C. l.* 29. D. *de lege Cornel. de fals. l.* 29. D. *mandat. l.* 3. §. 3. D. *de Carbon. edict. l.* 1. D. *si a par. quis manum. l.* 10. §. 2. D. *de in jus voc. Obrepere* prætori: *l.* 26. §. 7. D. *de fideic. libert. l.* 55. §. *ult.* D. *de admin. & peric. tut. l.* 1. *l.* 15. §. 15. D. *de reb. eor. qui sub. tut.* id est, eum circumvenire.

OBREPTIO, reticentia, qua quis alicujus ignorantiam circumvenit. Per obreptionem; *l.* 5. C. *quom. & quand. jud. l.* 10. §. 2. *D. de in jus voc. l.* 49. *D. de bon. libert.* Obreptio precum: *l.* 1. *C. si nupt. ex rescr. pet.* Obreptiones rescriptorum dixit Ambros. *lib.* 5. *Epist.* 24.

OBREPTITIUS. *Obreptitia* cognitio: *l. ult. C. qui legit. person.*

OBREPTIVE aut clanculo supplicare: *l.* 4. *in fin. C. Theod. de fid. cathol.*

OBROGARE, mutare aliquid ex priore Lege Ulpian. *tit.* 1. *regul.* §. 3. vel ut Festus mavult, legis prioris infirmandæ caussa, legem aliam facere. Ut adeo non omnibus eadem fuisse videatur verbi notio. Prior tamen, tanquam a Icto profecta, sola videtur genuina esse, quam suo suffragio firmat Suet. *in Claud. c.* 23. dum scribit, Claudium. Imperatorem, capiti Papiæ legis, a Tiberio Cæsare, quasi sexagenarii generare non possint, addito *obrogasse.* Sed vide supra art. *abrogare. Heinecc.*

OBRUERE. Si navis alteram obruisset: *l.* 29. §. 4. D. *ad Leg. Aquil.*

OBRYZA: in *l.* 13. *C. Theod. de suscept. præpos. l.* 2. *l.* 3. *C. Theod. de ponderat. l.* 4. *C. de aur. coronar.* est aurum, plenissime coctum, & flammæ edacis examine purgatum ac probatum, & ad summam puritatem redactum. Alias *obrussa* & *obrysa* vocatur. Usurpatur & adjective, ut *obryzum* aurum. Hieronymus *in Jeremiam* Obrysum quasi *Ophirisium*, adpellatum tradit, quoniam ex Ophir insula laudatissimum aurum adveheretur. Isidorus vero *lib.* 16. *Etymol. c.* 17. ab eo dictum censet, quod *obradiet* splendore. Est enim, addit ille coloris optimi. At neutrum rem acu tetigisse notat Heinecc. Quamvis enim Hieronymus præeuntem habeat Chaldeum interpretem, qui Psalm 45. 10. aurum *ophir* vertit, *obryzum* quod est ex ophir, certissimum tamen est, vocem esse græcam. Aurum enim ἔυρυζον, vel ὄβρυζον, quod sæpius despumavit, & excoctum est. Græcis enim βρύειν, βρύζειν, ὀβρύζειν, de illis rebus dicuntur, quæ effervescendo spumam ejiciunt; Unde & *obrussa* latinis est auri experimentum, quod igne sumitur, ceu ostenderunt Claud Salmas. *exercit. Plinian.* Sam. Bochart. in *phaleg. lib.* 2. *c.* 27. *p.* 139. Hanc vocem metaphorice Seneca *Epist.* 13. usurpat, his verbis: Sic verus ille animus, & in alterius non venturus arbitrium, probatur hæc ejus *obrusa* est.

OBRYZATUS, *a*, *um.* Obryzati solidi: *l. ult. C. de vet. numism. potest.* dicuntur etiam *obryziaci* solidi: *l.* 1. *C. de oblat. votor.* qui auro puro & cocto conflati sunt.

OBSCENITAS impudicitia in *l.* 1. §. 8. *D. de offic. præf. urb. junct. l.* 2. *D. de his qui sui vel alien. juris.*

OBSCENUS, *a*, *um.* Obsceno

ceno nomine insectari: Paul. *lib.* 5. *sent. tit.* 4. §. 21. Obscenos pro impudicis dixit Seneca *in controv. lib.* 4. *præf.* Obscenum autem id est turpe, unde dictum sit, vide Varron. *de ling. lat.*

Obscurare, obscurius reddere. Sic: obscurare ædes: *l.* 30. *D. de usufr.* lumina: *l.* 10. *l.* 15. *l.* 17. *de servit. præd. urb.* Metaphorice accipitur, obscurare quæstionem: *l. ult. D. de termin. mot.* obscurata præscriptione: *l.* 11. §. 3. D. *de instit. act.*

Obscure dicere: *l.* 5. §. 1. *D. quod vi aut cl.* nuncupare vel scribere: *l.* 21. §. 1. *D. qui test. fac.* id est ambigue.

Obscuritas pacti: *l.* 21. D. *contrah. emt.* id est ambiguitas, perplexitas. Obscuritatis veteris amovendæ gratia: *l.* 2. §. 1. *D. fin. regund.*

Obscurus, *a*, *um*, id est ambiguum, dubium. Semper in obscuris quod minimum est sequimur: *l.* 9. D. *de regul. jur.* In obscuro libertatem prævalere ait *l.* 50. D *de manum. testam.* In iis quæ vel dubia fuerint, vel obscura, id noverimus sequendum, quod nec præceptis Evangelicis contrarium, nec decretis sanctorum patrum inveniatur adversum *c. ult. in fin. distinct.* 14.

Obscura impetratio: *l.* 10. *C. Theod. de oper. publ.* id est, obreptitia, ut ibi legit interpretaturque Jac. Gothofred.

Obsecundare, obsequi. Obsecundare functionibus municipalibus: *l.* 172. *C. Theod. de decurion.* Officium quod sublimitatis tuæ jussionibus obsecundat: *l.* 13. *C. Theod. de palatin. sacr. larg.* Hinc *obsecundatio*, obsequium in *l.* 92. C. *Th. de decurion.*

Obsecundator sacrorum scriniorum: *l.* 3. *C. Theod. de proxim. comit. dispos.* qui in scriniis operam navat, uti explicat Jac. Gothofred. *in Comment.*

Obsepire copiam ad judicia veniendi: *l.* 7. C. *Theod. de reparat. adpell.*

Obsequelam præbere: *l.* 49. *C. Theod. de jur. fisc.* id est, obsequium.

Obsequi imperio: *l.* 4. D. *de reg. jur.* verecundiæ: *l.* 41. D. *de oper. libert.* voluntati: *l.* 70. *D. de condit. & demonstr.* id est obtemperare.

Obsequium exhibere: *l.* 3. *C. de legation.* præbere: *l.* 45. *D. ad SC. Tertull.* præstare: *l.* 16. *D. de legat. præst.* quod non modo refertur ad imperium jussionesque, ut in dictis locis, sed & amicorum quoque obsequia dicuntur, veluti: Titio, viro bono, cujus *obsequio* gratias ago: *l.* 13. *D. de ann. legat.*

Obsequium alias speciatim ministerium, & officium, quod filii parentibus, servi dominis, liberti patronis exhibent, significat; *rubr. D. de obsequ. parent. & patron.* Vide & *Nov.* 88. *c.*2. *princ.*

Obsequia etiam onera & munera civilia significant in *l.* 17. C. *de postlim. revers. l.* 3. *C. quemadm. civ. mun. l.* 4. §. 2. *D. de mun. & hon. l.* 6. *C. de pign.* Necessitatis publicæ obsequium: *l.* 2. *C. quib. non objic.* de eo dicitur, qui ob medendi curam a comitatu principis discedere non possit.

Observantia catholica: *l.* 12. *l.* 44. §. 3. *C. Theod. de decurion.* id est cultus religiosi observatio. Observantia legum: *l.* 1. D. *de testam. milit.*

Observare, id est, custodire, ut est in *l.* 20. *D. de fideic. libert.* Ita observare jus: *l.* 3. §. *ult. D. de offic. prætor.* judicium: *l.* 23. *C. de adpellat. bonor.* ordinem: *l.* 5. §. 3. D. *ut in poss. legat. seu fideic. l.* 4. §. 5. *D. de legation.* pacta: *l.* 27. §. 4. D. *de pact.* præscriptionem: *l.* 1. §. *ult. D. de jur. fisc.*

Obser-

Obſervare pro attendere, ſpectare, rationem habere. Ita: Non ſemper mortis tempus obſervatur; *l.* 56. *D. ad leg. Falcid. l.* 19. *D. de condit. & demonſtr.* Hoc quinquennium obſervari legislator voluit: *l.* 29. §. 6. D. *ad leg. jul. de adult.* Tempora quæ in excuſationibus obſervanda D. Marcus ſtatuit: *l.* 16. *D. de excuſ.*

Obſervare, colere, diligere, obedire. Si eum aliter quam ut filium obſervaſſet: *l.* 132. *pr. D. de verb. oblig.* Obſervare comiter alicujus majeſtatem: Vide ſupra *art. comiter.* Pars obſervans, id eſt, obediens; *l.* 3. C. *fin. regund.*

OBSERVATIO, cuſtodia, obſequium. Animos divina obſervatione devinctos legimus in *l.* 104. *l.* 112. *C. Theod. de decurion.* Obſervatio fidei: *l.* 1. *C. quib. ex cauſ.* juris: *l.* 3. *C. de ſuis & legit.* codicilli; *l.* 14. *D. de jur. codicill.* legum; *l.* 19. §. 2. *D. de pecul.* temporis, pro præſcriptione: *l. ult. C. Theod. fin. regund.* uſurarum: *l.* 1. *C. de naut. fœn.*

OBSERVATOR. Obſervatores legis catholicæ: *l.* 1. *C. Th. de hæret.* id eſt, orthodoxi. Obſervatores actus ejus qui gerit, & cuſtodes: *l.* 3. §. 1. *D. de admin. & peric. tut.* qui nempe ejus actiones inſpiciunt.

OBSES, *idis.* Feſtus obſides dici ait, pro *obſides*, qui ob fidem patriæ præſtandam dantur. Varro *lib.* 4. *de lingu. lat.* Exquiliis, vicus Africus, quod ibi *obſides* ex Africa bello Punico dicuntur cuſtoditi. *Obſidum* ab exteris datorum, mentio eſt in *l.* 31. *l.* 32. *D. de jur. fiſc. l.* 4. *D. ad leg. jul. maj. l.* 11. *D. qui teſt. fac.* Hi autem obſides ſenſu juris gentium ita ſunt, ut ſi dator obſidum a fide recedat, accipienti ſit poteſtas in corpus & vitam eorum ſæviendi. *Obſides* Monachos ab Abbate datos memorat *c.* 9. *de jurejur.* Sane haud ita datos videmus ut ſimile quid in eos exercere poſſit creditor accipiens; hi quippe ad conventionem ob quam obſides jurato adpromittentes dati ſunt ſervandam interdicto eccleſiaſtico compelluntur. Obſcurum vero eſt *in dicto cap.* an ita obſides dati ſint ut penes creditorem detineantur, an tantum, ut tanquam accedentes obligationi conveniri poſſint. Et illud verius eſſe videtur, ſiquidem ibi obſides a fidejuſſoribus ſeparari cernimus. *Obſes* malim derivare ab *obſidendo*, quemadmodum præſes a præſidendo; Obſidere enim eſt manere, ut: Obſidere Domi. Terent. *adelph.* 4. 6. *extr.* Circa obſidem vide amplius in voce *obſtagium.*

OBSIANUS, lapillis annumeratur, *l.* 19. §. 17. D. *de aur. arg. leg.* Obſidianus lapis memoratur apud Plin. *lib.* 36. *c.* 26. *nigerrimi coloris, aliquando & tranſlucidi, craſſiore viſu, atque in ſpeculis parietum, pro imagine umbras reddens.* Ita forte adpellatus ab Obſidio a quo in Æthiopia fuit inventus. Idem Plin. *lib.* 34. *c.* 10. ait; Inveniuntur gemmæ eodem nomine ac colore, non ſolum in Æthiopia Indiaque, ſed etiam in Samnio, ut aliqui putant, & in littoribus Hiſpanienſis Oceani: quæ verba, ut & ſuperiora, ex eo deſcripſit Iſidor. *lib.* 16. *orig. c.* 15. apud quem non *Obſidianus* ſed *obſianus* hic lapis adpellatur, ut & ὀψιανὸς λίθος, ab Arriano *in peripl. mar. Erythr. p.* 145. *edit. Blancardi.*

OBSIDERE in honeſtis factis atque indecentibus machinationibus; *l.* 28. *C. de inoff. teſt.* Obſidere itinere frequentata inſidiis adgreſſionibus; *l.* 1. *C. quand. lic. unicuiq. ſine jud. ſe vind. l.* 2. *C. Theod. ad leg. Corn. de ſicar.* Obſeſſus a latrunculis: *l.* 1. *D. de legat.* 3.

OBSE-

OBSIDIO, in *l.* 18. D. *excusat.*

OBSIGNARE, est anulo signum imprimere, & ut Apuleius *lib.* 10. *metam.* loquitur, *anulo prænotare.* Quod maxime ad res occludendas refertur. Ita: *Obsignare* aurum; *l.* 20. *D. de furt.* bona: *l. ult.* D. *de requir. reis.* epistolam; *l. ult.* D. *de legat.* 2. pecuniam: *l.* 41. §. 1. D. *de usur.* Obsignari autem dicebatur pecunia, quæ creditori oblata, eo recusante accipere, in sacculum condebatur, qui signatorum sigillis impressis signabatur: quo facto solebat publice, seu in publico deponi, ut adparet ex *l.* 19. *C. de usur. l.* 11. *C. de compens.* Adde *l.* 56. §. 1. D. *mand. l.* 1. §. *ult. l.* 7. D. *de usur. l.* 2. *l.* 6. *C. eod. tit. l.* 1. *C. qui potior. in pign. l.* 1. §. 24. D. *de ventr. in posses. l. ult.* D. *de leg. commiss.* Obsignare tabulas; *l.* 7. D. *testam. quemadm. aper. l.* 2. *C. eod. tit.*

OBSIGNATIO. Consignationem pecuniæ significat in *l.* 9. *C. de solut. l.* 7. *C. de pact. int. emt. & vend.* Obsignatio autem sic fiebat, ut sacculus lino trajiceretur, signisque ceræ impressis obsignaretur. *Obsignatio* etiam tabularum est, apud Gell. *lib.* 14. *c.*2.

OBSONATOR servus: *l.*65. D. *de legat.* 3. & apud Paull. *lib.* 4. *Sent. tit.* 14. §. 1. qui obsonia coemit. Seneca *Epist.* 47. Adde obsonatores, quibus dominici palati notitia subtilis est, qui sciunt, cujus rei sapor illum excitet. Spartian. *in Hadrian.* eum Imperatorem ad deprehendendas *obsonatorum* fraudes fercula de aliis mensis, etiam ultimis quibuscunque adponi jussisse memorat. Risu ergo omnino digna est interpretatio Accursii, qui obsonatores esse, ait, qui custodiunt dominum, operam somno dantem, seu qui sonant, & cantant domino in mensa.

OBSTACULUM exceptionis: *l.* 20. C. *de negot. gest.* id exceptio obstans.

OBSTAGIUM est vinculum quo tenetur obses. Ita: in obstagio ponere; *c.* 9. *de jurejur.* id est obsidem dare.

OBSTARE est obesse, impedimento esse, nocere. Sic dicitur *obstare* ædificium usui publico; *l.* 2. §. 17. D. *ne quid in loc. publ.* capitis deminutio; *l.* 5. D. *si tab. test. null. exst.* exceptio; *l.* 3. *l.* 7. *l.* 9. D. *de except. rei jud. & passim.* lex; *l.* 33. D. *de usurp.* necessitas; *l.* 4. *C. Th. de collat. donat.* præscriptio; *l.* 42. D. *de liberal. caus.* servitus; *l.* 3. D. *de offic. præt.* triplicatio; *l.* 7. *l.* 2. D. *de curat. fur.*

Obstare etiam dicitur qui alium in hereditate vel successione antecedens, & impedimento est, quique, ut propior, remotiorem excludit. Sic: *sui* obstare dicuntur legitimis in *l.* 2. D. *und. legitimi.* Et ita *obstare* intellige in *l.* 1. §. 8. D. *und. cogn. l.* 3. §. 9. *l.* 7. *de bon. libert. l.* 7. D. *si tab. testam. l.* 2. *und. legitim. l.* 1. §. 8. D. *und. cogn. l.* 2. §. 6. D. *ad SC. Tertull. l.* 6. §. 1. D. *de injust. rupt.* Quod autem obstaturam exceptionem legimus in *l.* 20. D. *de except. rei jud.* quam loquendi formam tanquam parum latinam quidem reprehendunt, adprobat Heinecc. cum Voss. *lib.* 3. *de analog. c.* 20. Ulpianus utique in *l.*5. D. *si servit. vind.* dixit *obstaturus.*

OBSTETRIX, ait Donat. *in Andr. Act.* 2. *sc. ult.* dicitur, quæ opem tulerit parturienti. Inde, inquit idem, obstetrix quod opem tulerit. Venter inspicitur per quinque obstetrices, &, quod maxima pars earum denunciaverit, pro vero habetur. Paull. *lib.* 2. *Sent. tit.* 24. §. 8-9. Adde *l.* 30. §. 1. D. *de adquir. vel omitt. hered. l.* 3. *C. de posth. hered. l.* 9. §. 1. D. *ad leg. Aquil.* Et hæ sunt feminæ me-

medicæ, quarum fit mentio *l.* 1. §. 5. *C. de comm. serv. manumitt.* Apud Gruter. *inscr. p.* 255. 12 4. & interpretem Paulli ad verba modo allata. Vide supra in artic. *medicus.*

OBSTINACITAS. Ulpianus apud pariatorem *Leg Mos. & Rom. tit.* 15. §. 2. scripsisse fertur: Interdicta est mathematicorum callida impostura, & *obstinacitate* persuasio. Enim vero quum hæc verba ne commodum quidem sensum fundant: nemo dubitaverit quin in mendo cubent, legendumque sit: obstinata persuasio. *Hein.*

OBSTINATIO, pertinacia. Consuetudo obstinationis pertinax; *l.* 7. *C. Th. de summ. trinit.*

OBSTINATUS, *a, um.* Obstinati & pertinaces spiritus hæreticorum; *l.* 25. *pr. C. Theod. de hæret.*

OBSTRINGERE, obligare & aliquo vinculo adstringere. Ita: obstringi actione; *l.* 8. D. *de reg. jur.* condictione: *l.* 16. D. *de condict. furt.* sceleris conscientia: *l.* 2. *C. qui testam. fac.* fideicommisso: *l.* 108. §. 13. D. *de legat.* 1. fisco: *l.* 1. *C. ne tut. vel cur. vectig.* furti; Gell. *lib.* 11. *c. ult.* hereditati: *l.* 21. §. 1. D. *de adquir. vel omitt. hered.* judiciis; *l.* 36. *D. ad SC. Trebell.* muneribus: *l.* 17. §. 2. D. *de excus.* necessitate; *l.* 34. *D. ad leg. Falcid.* ex obligatione; *l. ult. C. si mat. indemn. promis.* onere: *l.* 1. *D. de oper. publ.* de peculio; *l.* 1. §. *ult.* D. *de pecun. constit.* Obstringere res; *l.* 2. *C. de crim. stell.* id est pignore obligare. Obstrictum pignus; *l.* 11. §. 3. *D. de pignor. act.*

OBSTRUERE iter: *l.* 2. §. 6. *D. de aqu. & aqu. pluv.* fenestras; *l.* 6. D. *de servit. præd. urb.* Obstruere luminibus dixit Cic. *in Brut. c.* 17. id est officere. Obstruere alienandi viam: *l.* 11. *C. de præd. minor.*

OBTEMPERARE, obsequi, obedire, parere. Ita: *Obtemperare* decreto: *l.* 31. D. *de reb. auct. jud.* domino jubenti; *l.* 2. §. 1. D. *de noxal. act.* datæ formæ: *l.* 5. *C. de sent. & interloquut* jus dicenti: *rubr. tit. si quis jus dicenti non obtemp.* legi: *l.* 1. *C. de donat. quæ sub mod.* mandato: *l.* 8. §. 4. *D. mand.* patriæ muneribus: *l.* 17. §. 6. D. *ad municipal.* placitis: *l.* 3. *C. ad SC. Turpill.* præceptis: *l.* 41. *D. de pœn.* scripturæ testamenti: *l.* 3. *C. de condit. insert.* sententiæ: *l.* 3. *C. de recept. arbitr.* statutis; *l.* 135. D. *de verb. signif.* stipulationi: *l. ult.* D. *si quis caut. in jud. sist.* voluntati: *l.* 1. *D. de cond. & demonstr.*

Sed & *obtemperare* significat subesse, veluti: Quo res externæ nationis populo Romano minus obtemperet: *l.* 4. *D. ad leg. jul. majest.*

OBTENTUS, *us.* Obtentu, id est, specie, prætextu, colore; ut: Obtentu æris alieni; *l.* 5 §. 3. *D. de reb. eor. qui sub tut.* Sub obtentu judicii de inofficioso; *l.* 7. §. 1. *D. de hered. pet.* Ita enim cum vel sine præpositione usurpatur.

OBTERERE, innocentem *l.* 14. C. *Just. l.* 21. *C. Theod. de judæis* & id est opprimere.

OBTINERE, vel, ut in Pandectis Florentinis scribitur, *optinere*, interdum est habere, possidere, nancisci, consequi. Ita: obtinere dominium: *l.* 66. §. 1. *D. de legat.* 2. hereditatem; *l. ult.* D. *ad SC. Trebell.* prædium; *l.* 1. C. *commun. divid.* quadrantem; *l.* 41. §. 6. *de vulg. & pupil. subsi.* rem: *l.* 12. *D. de injust. rupt. irrit.* successionem: *l.* 1. *C. de collat.* tutelam: *l.* 1. §. 1. D. *de legit. tut.* jus: *l.* 5. D. *de liberal. caus.* locum: *l.* 13. §. 5. *D. quod vi aut. cl.* primum locum; *l.* 19. *D. de cond. & demonstr.* id est habere.

bere. Obtinere proconsulatum: *l.* 1. D. *de tut. & cur. dand.*

Obtinere caussam, est judicio vincere & superare, quod de absolutione, si de reo agatur, vel de condemnatione, si de actore sermo fiat, contingit. Ita: rea postulata caussam obtinebit; *l.* 3. §. 6. *de carbon. edict.* Idemque genus Cicero *in Verr.* 2. *c.* 7. & *in orator. c.* 21. usurpat.

Eodem sensu *obtinere*, absolute, jurisconsultis plerumque in usu est. Proinde *obtinere* & *vinci* adversantur; *l.* 5. §. 6. D. *judicat. solv. l.* 12. §. 4. D. *de bon. libert. l.* 1. §. 7. D. *si quid in fraud. patron.* De inofficioso egit & obtinuit; *l.* 16. *l.* 19. D. *de inoffic. test.* Qui me potior est, quum ego te superaturus sim, multo magis adversus te obtinere debet; *l.* 14. D. *de divers. temp. præscript.* Heres scriptus obtinuerat fiscum; *l.* 27. §. *ult.* D. *de legat.* 3. id est, vicerat.

Atque ut *obtinere* dicitur qui superior a lite discedit; ita *non obtinere*, qui judicio vincitur & superatur. Sic: Filia quæ non egit, aut non obtinuit: *l.* 16. D. *de inoff. test.* Fiscus in quæstione falsi testamenti non obtinuit; *l.* 38. D. *de jur. fisc.* Idem & in publicis judiciis publicis dicitur. Postquam Q. Ligarium accusavit, nec obtinuit apud C. Cæsarem; *l.* 2. §. 46. D. *de orig.* Sunt alibi in jure nostro passim hujusmodi loquendi formæ.

Obtinere, tam absolute positum, tam aliis additum nominibus, interdum prævalere significat. Ita: Obtinuit; *l.* 3. D. *de cond. & demonstr.* Fuit quæstionis & obtinuit; *l.* 24. *D. de adquir. vel omitt. hered.* Quod & in judiciis publicis obtinere debet; *l.* 38. *D. de re judic.* Obtinuit sententia Bruti; *l.* 68. *D. de usufr.* Contra sententiam Q. Mucii obtinuit; §. 2. *Inst. de societ.* Pro liberta te statutum obtinet; *l.* 38. *D. de re judic.*

Obtinere etiam pro existimare vel judicare dixerunt veteres. Ita: obtinendum est: *l.* 34. D. *de jur. fisc. l.* 13. D. *de dol. mal. & met. except.* Quod & humanitatis gratia obtinendum est: *l.* 86. *D. de adquir. vel omitt. hered.* Sallust. *orat.* 1. *de rep. ordin.* Populus Romanus antea obtinebat, regna atque Imperia, fortunam dono dare. Apulei. *Apolog. princ.* Certus equidem eram, proque vero obtinebam: ubi vid. Scip. Gentil. *not. p.* 2.

OBTINGERE, vel, ut in Pandectis Florentinis constanter scribitur *optingere*, est obvenire, accidere, contingere. Ita: ut quid obtingat: *l.* 35. §. 1. *D. de mort. causs. don.* id est fiat. Ne fiat, ne obtingat; *l.* 60. D. *de cond. & demonstr.*

Obtingere etiam ea dicuntur, quæ ex aliquo eventu nobis quæruntur. Si per hereditatem obtigit hæc actio; *l.* 20. D. *de sepulcr. viol.* Cum his omnibus agris, qui ad conjunctionem cujusque fundorum emtione, vel quolibet alio casu obtigerint; *l.* 92. *D. de legat.* 3. Honores, qui filio decurionis obtigerunt; *l.* 15. *D. de mun. & honor.* non autem *obtingerunt* ut quidam legunt. Obtingit libertas; *l.* 47. *D. de manum. test.*

Obtingere denique res dicitur per divisionem, v. g. nomina, obtigerunt; *l.* 77. §. 18. D. *de legat.* 2. loca divisione; *l.* 4. *C. de religios. & sumt. fun.* adde *l.* 31. D. *de usu & usufr.*

OBTURARE, vel Florentinæ *opturare*, idem valet, ac obstruere. Foramen obturare; *l.* 6. D. *de servit. urban. præd.*

OBTÚTUS, *us*, quod Græci proprie πρόσωπον, hoc est, stultum dicunt. Serv. ad Virgil. *Æneid.* 12. *v.* 665. in verba *& obtutus tacitus stetit.* Plerumque, inquit,

inquit, *obtutus* de eo usurpatur, qui alium, seu rem aliquam defixis in eam oculis intuetur. Unde idem Virgil. *lib.* I. *Æneid. v.* 498. *Dum stupet, obtutuque hæret defixus in uno.* Sic: obtutus intuentium polluere dicuntur statuæ Eutropii: *l.* 17. *C. Theod. de pœn.* Alias obtutus pro aspectu, ut: Nostris per Magistrum obtutibus offeratur, ait Imp. Constantin. in *l.* I. *fin.* D. *de offic. magistr. officior.*

OBVAGULARE, & *obvagulatio*, vocabula Leg. XII Tab. Ait enim illa Lex: Cui testimonium defuerit, is tertiis diebus ob portum obvagulatum ire. Ubi Rævard. *c.* II. ob portum evagulare interpretatur, adversario justum, adhibitis testibus convicium facere: quod *pipulo differre ante ædes*, Plauto dicitur, *Aulul. Act.* 3. *sc.* 2. *v.* 32. Pipulum enim idem esse, quod convicium Varro scribit; *lib.* 6. *de lingu. lat.* indeque Festum obvagulationem definivisse quæstionem, hoc est, inquisitionem cum convicio. Add. Cujac. *lib.* 7. *observ. c.* 15.

OBVENIRE, id est, obtingere, deferri. Quod plerumque dicitur de hereditate, ut in *l.* 3. §. 1. D. *pro soc. l.* 150. D. *de verb. signif. l.* 28. D. *de reb. auct. jud.* Nec hereditates modo, sed & legata, obvenire dicuntur, & quidquid aliis capiendi figuris accedit. Hereditas vel legatum, vel donationis mortis caussa -- quia non sine caussa obveniunt, *l.* 9. D. *pro soc.* Sacerdotio *obveniente*, dixit *l.* 32. §. 4. D. *de recept. arb.*

OBVENTIO, generaliter accessionem significat, quæ vel ex ipsa industria hominis proficiscitur, veluti mercedes, pensionesque ex locationibus prædiorum urbanorum debita, vecturas jumentorum, naula navium: *l.* I. §. 15. *D. de exercit. act. l.* 34. D. *de usur.* Adde *l.* 7. *pr.* D. *de usufr. l.* 5. §. 9. D. *de reb. eor. qui sub. tut.*

OBVIAM ire, occurrere, obicem ponere, ut: Avaritiæ obviam itum est: *l.* 6. D. *de extraord. crim.*

OBVIARE hoc quoque significatu accipitur, ut: Obviare ambientibus: *l.* 2. *C. Theod. ad l. jul. maj.* suæ confessioni: *l.* 20. *D. de donat.* cupiditatibus: *l.* 161. *C. Theod. de decurion.* fraudibus: *d. l.* 161. Obviare muneribus publicis: *l.* 3. *C. Theod. de patroc. viar.* Ita Varronem *de re rust. lib.* I. *c.* 35. *& lib.* 4. *c.* 10. & Quinctilian. *declam.* 307. loquutos fuisse ostendit Ducker. *de latin. vet. jurisc. p.* 393. Hein.

OBVIUS, *a*, *um*, pro eo, quod obstat alicui, vel impedimento est. Si cogendis obvium debitis provocationis suffugium fuerit objectum: *l.* 39. C. *Theod. de adpellat.* Sic, obvias manus dixit Symmach. *lib.* 5. *epist.* 5. & obviam urbem Virgil. *lib.* 5. *Æn. v.* 499.

OBUMBRARE, umbram suffundere, ut aliquid non conspicuum sit. Ita: *obumbrati* latebris: *l.* 33. *C. Theod. de hæret.*

OCCANTARE, vel, vetustiore scribendi ratione, *obcantare*, pro incantare. Paull. *lib.* 5. *Sent. tit.* 23. §. 15. Qui sacra impia, nocturnave, ut quem obcantarent. *Occentare* paullo aliud est apud Amm. Marcell. *lib.* 30. *c.* 20. Bubo, occentans funebria; id est, funebria cantu præsagiens. Occentare ostium, id est, convicium ante ostium dicere apud Plaut. *Mercat. act.* 2. *sc.* 3. *v.* 73.

OCCASIO, ait Festus, *oportunitas temporis, casu proveniens est.* Verum & quælibet alia, quovis eventu contingens oportunitas hoc nomine continetur. *Occasio* obvenire dicitur in *l.* 31. *D. de mort. caus. don.* Litigandi occasio: *l.* 3. *C. Theod. de matern. bon.* Id domino magis ex occasione quam ex

ex jure contingere: *l.* 2. *D. de riv.* Occasione hereditatis: *l.* 59. §. *ult. D. ad SC. Trebell.* Crimen majestatis a judicibus non in *occasionem* habendum est, sed in veritate: *l.* 7. §. 1. *D. ad leg. jul. majest.* In occasionem habere, idem hoc loco esse ait Heinecc. ac obtentui habere; quemadmodum *per occasionem* idem aliquando, ac sub specie, vel obtentu. Sic per occasionem juris civilis; *l.* 1. §. 1. *D. de dol. mal.* & *sub occasione* titulorum ad se pertinentium: *Novell. Theod. & Valentinian.* 11. Per hujusmodi occasionem; *l.* 1. §. 1. *C. si secund. nupt. mul.* Observavit singularem hanc vocabuli notionem Jos. Nerius *Analect. lib.* 1. *c.* 10. Rapienda occasio est quæ præbet benignius responsum: *l.* 168. *D. de reg. jur.*

Occasio pro causa; ut: Quum calcis ictu mortis occasio præbita videatur; *l.* 5. *C. ad leg. Cornel. de sicar.*

OCCASUS, participium, quo usi Decemviri in XII Tab. teste Gellio *lib.* 17. *c.* 2. & Censorin. *de die nat. c. ult.* Sol occasus, pro solis occasu. Itaque apud Macrob. *lib.* 1. *c.* 3. ubi vulgo est: *Solis occasus suprema tempestas esto*, emendandum est: Sol occasus.

OCCIDERE, est interimere, necare. Occidisse dicitur vulgo quidem, qui mortis caussam quolibet modo præbuit; *l.* 51. D. *ad leg. Aquil. l.* 15. *D. ad leg. Cornel. de sicar.* Nam ut Cicero *Philipp.* 9. *c.* 16. Is profecto mortem attulit, qui caussa mortis fuit. Quod & confirmat Quinctilian. *Declam.* 270. Sed lege Aquilia is demum teneri visus est, qui adhibita vi, & quasi manu caussam præbuisset, tracta videlicet interpretatione vocis a cæde; *l.* 51. D. *ad Leg. Aquil.* Occisum itaque, quod ad legem Aquiliam attinet, accipere debemus, sive gladio, sive etiam fuste, vel alio telo, vel manibus, si forte strangulavit eum, vel calce petiit, vel capite, vel qualiter: *l.* 7. §. 1. *D. eod. tit.* In SCo Silaniano occisorum adpellatione hi continentur, qui per vim, aut cædem sunt interfecti, ut puta, jugulati, strangulati, præcipitati, vel saxo, fuste, lapide percussi, vel quo alio telo necati, non etiam si veneno, vel quo alio, quod clam necare solet, sint interemti: *l.* 1. §. 18. *D. de SC. Silan.* At Paull. *lib.* 3. *Sent. tit.* 5. §. 2. Occisus videtur, ait, non tantum, qui per vim, aut per cædem interfectus est, vel jugulatus, aut præcipitatus, sed & is qui veneno necatus dicitur. Ibi tamen ob textus miro consensu aliud inculcantes, veluti *l.* 1. §. 18. *l.* 20. *l.* 21. *pr. D. de SC. Silan. l.* 9. *C. de his, quib. ut indign. hered. auf.* Aniani manum sensum turbasse, tum hoc §. 2. tum §. 10. non sine ratione suspicatur Schulting. *Jurispr. vet. antejust. p.* 351. Festus: Occisum a necato distinguunt quidam, quod alterum a cædendo atque ictu fieri dicunt, alterum sine ictu. Itaque in Numæ Pompilii, Regis legibus scriptum esse: *Si hominem fulminibus occisit*, & alibi: homo si fulmine occisus est. Quinctil. *Declam.* 350. Cædes videtur significare sanguinem & ferrum. Si quo alio genere homo fuerit *occisus*, ad illam legem revertemur: Si inciderit in latrones, aut in aquas præcipitatus, si in aliquam immensam latitudinem dejectus fuerit, eadem lege vindicabitur, qua ille, qui ferro percussus est.

Occidere, antepenultima correpta, dicuntur stellæ, quæ horizontem subeunt. Metaphorice idem est, ac exstingui, vel finiri. Sic: occident cum personis delicta: *l.* 1. *C. Theod. de liberal. caus.* Nec

alia notione spes *occidere* & *occidisse* passim dicitur.

OCCISIO, cædes in *l.* 23. §. 2. *D. ad leg. Aquil.*

OCCLUDERE, vel, ut Cod. Theod. scriptum reperitur, *obclaudere*, idem, ac claudere. Obclaudere aditum implendæ devotionis; *l.* 1. *C. Th. de patrocin. vicor.*

OCCULTARE, celare, abscondere, in *l.* 1. *C. de iis qui latron. & al. crim. reos occultant.* Si circa columnas, aut stationes se occultat; *l.* 7. §. 23. *D. quib. ex caus. in possess. eat.* Hujusmodi latitationis *post columnas* frequenter mentionem faciunt Veteres. Ambrosius *de Tobia. c.* 7. Ille gressus debitoris singulos numerat, aucupatur deflexus: iste continuo post columnas caput obumbrat. Sidon. Apollinar. *lib.* 1. *Epist.* 11. Alii, ne salutarent, fugere post statuas, occultari post columnas. Et erant sane circa fora veterum porticus, intercolumnia, statuarumque ingens multitudo, intra quos labirinthos facile erat hominibus, sese fœneratorum oculis subducere. *Hein.*

OCCULTATIO sui: *l.* 7. §. 4. *D. quib. ex caus. in possess.*

OCCULTUS, *a*, *um*, Occultum compendium; *l. ult.* C. *de crim. stell.* Occultæ delationes: *l.* 4. *C. Theod. de petition.* Si hoc in occulto sit; *l.* 4. *D. de peric. & comm. rei vind.* id est, in obscuris, ut *l.* 9. *l.* 114. *D. de reg. jur.*

OCCUPARE, interdum est invadere. Si ager ab hostibus occupatus sit; *l.* 26. D. *quib. mod. ususfr.* Si quis nunciet domum a latronibus occupatam: *l.* 3. §. 8. *D. de adquir. poss.* Numis datis tutelam occupare: *l.* 1. §. 7. *D. de offic. præf. vigil.* res debitoris: *l. ult.* D. *ad leg. Jul. de vi priv.*

Occupare pro apprehendere. Ita: Occupare bona: *l.* 21. D. *de adquir. vel omitt. hered.* possessionem; *l.* 6. §. *ult.* D. *de adquir. possess.* *l.* 4. §. 28. *D. de usurp. & usuc.* res debitoris, res hereditarias: *l.* 49. *D. de hered. petit.* Eodem fere sensu Fiscus dicitur occupare bona: *l.* 68. §. 1. *D. de fidejuss.* & passim. Ita etiam: Intestatorum bona a civitatibus occupata dicuntur in *l.* 1. *C. de bon. vacant.* Quod nullius est, id ratione naturali *occupanti* conceditur; *l.* 3. D. *de adquir. rer. dom.* Item: Si res pro derelicta habita sit, statim nostra esse desinit, & occupantis statim fit; *l.* 1. D. *pro derelict.* Hic autem occupare est capere inter alios, si capiendo alios prævenire; vid. *l.* 9. D. *de verb. oblig.* Ubi igitur res nullius cedere dicitur *occupanti*, intelligendum est, *capiendo alios prævenienti*, id nempe ante alios agenti quo qui prior egerit, dominus jure postulante intelligatur. Illud autem factum quo alios prævenisse requiritur ad dominium *rei nullius* consequendum, nec est nuda rei adprehensio sine animo sibi habendi, aut cum alio animo, veluti rem tantum ad se recipiendi custodiendam. Sed &, cum Cicerone teste, adprehendamus non animo, sed manibus, *lib.* 1. *de orator. c.* 56. non utique adprehensio semper requiritur in facto capiendi illo, ut vacua dominio res fiat nostra: *arg. l.* 79. D. *de solut. l.* 1. §. *pen.* D. *de adquir. rer. dom.* & Trebatius vulneratam a nobis feram nostram dixit; *l.* 5. *D. eod. tit.* Sane apud Romanos veteres moris erat, ut si duo rem invenerant, quorum alter adprehenderat, alter eam adprehendi viderat, communis ea res utriusque videretur. Unde solemnis formula: In commune. Seneca *Epist.* 117. Quoties aliquid inveni, non exspecto, donec dicas: *In commune*; ipse mihi dico. Vide Heinecc. *Antiquit. Rom. ad Inst. lib.* 2. *tit.* 1. §. 21.

§. 21. ubi ex Plaut. *Rudent.* 4. *sc.* 3. *v.* 76. & *sequ.* adfert verba quibus non solum hic veterum ritus, sed & complura juris nostri loca lucem haud mediocrem capiunt. Vide in voce *occupatio.*

Occupare pro, *prior quid agere*, ad alia quoque refertur, veluti ad accusationem instituendam, *l.* 4. D. *ad leg. jul. de adulter.* Quemadmodum *occupasse* is quoque dicitur, qui prior litem contestatus est, cujus exempla sunt *l.* 11. §. 21. D. *de legat.* 3. *l.* 3. §. 9. D. *de sepulcr. viol. l.* 14. *D. de noxal. act. l.* 19. D. *de re judic. l.* 32. *D. de procur. l.* 9. *D. de verb. oblig.* Alias occupare dicitur, qui prior ad sententiam pervenit. In actione sane de peculio occupantis melior est conditio; Occupare autem videtur, non qui prior litem contestatus est, sed qui prior ad sententiam pervenit: *l.* 10. D. *de pecul.* Tributoria, non sicut de peculio actio, occupantis meliorem caussam facit: sed æqualem conditionem quandoque agentium: *l.* 6. D. *de tribut. act.* Et ita occupantis meliorem esse conditionem, accipe *l.* 4. D. *de in rem. vers. l.* 3. D. *quod cum eo qui in alien. pot.*

Occupare flumen dicitur eum locum, quem per inundationem operit, veluti in *l.* 24. D. *quib. mod. ususfr. l.* 7. *D. de peric.* & *comm. rei vend. l.* 14. *D. quemadm. serv.* Idem de mari dicitur in *l.* 3. §. 17. *l.* 30. §. 3. D. *de adquir. possess.*

Occupare, id est tenere, habere. Ita: Consobrinus qui sequentem gradum occupat: *l.* 6. *comm. success.* Si plures institutiones ex eadem parte sub diversis conditionibus fuerint; conditio, quæ prior exstiterit, occupabit institutionem, *l.* 17. D. *de cond. instit.* id est committet institutionem in gratiam ejus, qui sub ea conditione fuerit institutus. Occupare quid legatorum nomine: *l.* 1. D. *quod legator.* partem: *l.* 19. §. 2. *D. de condit.* & *demonstr. l.* 18. *D. de legat. præst. l.* 16. §. *ult. D. de bon. libert.* fundi pignus: *l.* 2. *C. qui pot. in pign.* vacantem portionem: *l.* 6. §. *ult.* D. *de adquir. possess.* totius domus usum: *l.* 22. §. 1. D. *de usu* & *habit.*

Occupare, distinere, distringere. Occupare domum secundis nuptiis: *l.* 10. *C. Theod. de matern. bon.* Occupat accusatorem pœna: *l. ult. C. Theod. ad leg. Cornel. de fals.*

Occupari re aliqua vel circa rem, ut in *l.* 2. §. 2. D. *qui ord. in bon. poss.* reipublicæ caussa: *l.* 3. C. *de dol. mal.* somno aut morbo: *l.* 1. §. *ult. D. de auct.* & *cons. tut.* originalibus vinculis ad munera subeunda: *l.* 82. *C. Th. de decur.*

Occupare, etiam est pecuniam collocare, Nonio interprete. Et ita Cic. *pro Flacco c.* 21. alibique loquitur. Auson. *in Epist. ad Symmach. Grypho præmissa*: Ut avidus fœnerator, improbum nummum malui occupare, quam condere. Quemadmodum pecuniam vocamus *ociosam*, quæ nullas parit usuras, nec non vacuam pecuniam: *l.* 28. *D. depos.* ita occupare eam dicitur, qui eam fœnori collocat, eadem loquendi forma, qua sterilem terram vineis occupare, apud Pallad. *lib.* 1. *de re rust. c.* 6. & aream occupare fundamentis, apud Liv. *lib.* 1. *c.* 38. Cic. *pro Flacc. c.* 21. Pecuniam adolescentulo grandi fœnore, fiducia tamen accepta occupavisti.

OCCUPATIO. Occupatione sua fecisse eos qui primi in vacua venerunt, ait Cicero in *lib.* 1. *de offic. c.* 7. Quis vero prior in vacua venisse, atque ita per occupationem sua fecisse dici debet? Id enim ipsum est definiendum. Respondes: Qui id egit ex quo con-

concipimus, quomodo res nullius, dominii capax, propria fiat. Ita quidem Wurffel. *injurispr. definit.* §. 530. occupationis speciem de qua hic agitur definit. Neque vero sic rem satis intelligo. An id non nisi ex adprehensione corporali cum animo rem sibi habendi conjuncta intelligitur? Sane, animi intentionem manifestam semper, adprehensionem vero corporalem non ita requiri supra evictum est, in voce *occupare*, & ipse notavit Wurffel. Igitur quis occupasse rem nullius cum effectu dominii dici debeat, id diversimode pro variis rerum nullius adquirendarum casibus accipiendum est. Aliud, v. g. factum præveniendi requiritur in re inventa, ac speciatim in casu quo unus adprehendit, alter adprehendi vidit, vel ante vidit, de quo supra in verbo *occupare*; aliud deinde requiritur in feris, de quo *l.* 5. *D. de adquir. rer. dom.* Aliud denique in missilibus, quorum is dominus non fit nisi qui corporaliter adprehendendo prævenit. Nec utique omnium præveniendi figurarum, quibus dominium *rei nullius* adquiritur, pro varietate casuum alias diversarum, genus adæquata satis definitione distinctaque exponere facile est, si saltem eam ex legibus nostris petere volueris.

Occupatio pro cura, sollicitudine, studio labore. Ita: majoris caussæ occupatio: *l.* 23. §. 1. D. *de re judic.* Occupatio negotiorum propriorum: *l.* 15. D. *de recept. arbitr.* Occupationes militares: *l.* 3. *C. de negot. gest.* publicæ: *l.* 21. *C. ad leg. jul. de adulter.*

OCCUPATORIUS ager Siculo Flacco dicitur, qui & arcifinalis, seu arcifinius, sic dictus, quod in tempore occupatus sit a victore populo, territis inde fugatisque hostibus, quia non solum tantum occupabat unusquisque, quantum colere præsenti tempore poterat, sed quantum in spe colendi habuerat, ambiebat. Sed de hoc vide quæ ex Heineccio attulimus in art. *Arcifinius.*

OCCURRERE, proprie est, obviam ire, & proficisci, in *l.* 14. D. *de re milit. l.* 27. *C. Theod.* Ita: *Occurre* ad examen: *l.* 27. C. *Theod. de petition.* ad judicium; *l.* 1. §. 2. *l.* 2. §. 1. *D. si quis caut. in judic. sist. caus.*

Occurrere, metaphorice significat obsistere, obstare, impedimento esse. Ita: Occurrere calliditati: *l.* 1. D. *si quis omiss. caus. l.* 14. D. *de liberal. caus. l.* 1. D. *quod vi aut cl.* fraudi: *l.* 15. §. *ult.* D. *de excus.* venditionibus: *l* 46. D. *de fidejuss.* contra fidem testatoris venienti: *l.* 20. D. *de donat.*

Occurrere etiam dicuntur, quæ accidunt, vel eveniunt, seu adsunt. Occurrit æquitas rei: *l.* 6. D. *de collat. bon.* id est æquum est. Comparatio nulla legatorum occurrit: *l.* 20. §. *ult. D. de legat. præst.* Occurrunt tempora, *l.* 3. §. *ult. D. de Carbon. edict*

OCCURSUS, quando quis alteri obvius est. Si occursus creditoris evitetur: *l.* 7. §. 13. *D. quib. in poss.* Occursus judicis: *l.* 1. *C. Theod. de judic.* ubi Jac. Gothofr. *in not.* Occursus, inquit, judicis est, quum judex litiganti silentium imponit, & metas comprimit, uti laudata lex loquitur.

OCTAVA, vectigalis species, cujus fit mentio *l. ult. C. de eunuch.* Cujusmodi vectigalium inde, ab Alexandri Severi temporibus exerceri solitum, testimonio est ejusdem Imperatoris rescriptum: *l.* 7. *C. de locat.* in quo est: Si cum Hermes vectigal octavarum in quinquennium continuum conduceret, fidem tuam obligasti: Duo in primis memorantur hujusmodi vectigalis genera: alterum ex

ex diurnis gerulorum quæstibus, quam *octavam* institnerat C. Caligula, teste Suetonio *c.* 40. de qua Burman. *de vectigal. pop. Rom. c.* 12. *p.* 207. alterum, quod pro mercibus exigebatur, & *more constitutum* esse dicitur, *l.* 7. *C. de locat.* De eo idem Burmann. *c.* 5. *p.* 67. quamvis nec iste, quæ enormis hujus vectigalis origo sit, potuerit expedire. *Hein.*

OCTAVARIUS, publicanus, qui *octavæ* vectigal exigebat: *l.* 8. *C. de vectigal.* Iis adjunctos fuisse milites stationarios & urbanos, qui octavariis adversus vim & fraudem mercatorum adessent, ex Dionis Cass. *lib.* 48. & *l.* 5. *C. de vectigal.* collegit laudatus Burmann. *de vectigal. pop. Rom. c.* 9. *p.* 145. Hein.

OCTAVENUS, non levis juris auctor, citatur ab Alburno Valente: *l.* 67. D. *ad SC. Trebell.* aliisque pluribus Ictis in legibus nostris, ex quibus, eum Cassio, Proculo & Aristone posteriorem fuisse adparet. Floruit omnino sub Vespasiano, ceu recte suspicatus est Guil. Grot. *in vita Ictor. lib.* 2. *c.* 5. ubi, eum quædam ad Edictum, immo & ad Legem Juliam & Papiam, scripsisse, suspicatur. Enimvero: quamvis posterius ex *l.* 32. D. *qui & a quib. man.* colligat: eum tamen locum rem non conficere, ostendit Heinecc. *in Comment. ad Leg. Jul. & Pap. Popp. lib.* 1. *c.* 1. §. 4. *p.* 14.

OCULATUS, *a*, *um*, Oculata fide: §. *ult. Inst. de grad. cogn.*

OCULUS. *Ante oculos* habere: *l.* 4. §. *ult.* D. *de eo quod cert. loc.* collocare: *l.* 4. *C. Theod. de collat. donat.* Oculis conniventibus: *l.* 4. §. 1. D. *de manum.*

ODIOSUS, *a*, *um.* Odiosæ artes, id est, magicæ *in* §. 5. *Inst. de publ. jud.*

ODO, *nis*, vel *udo* usum calceamenti præstat, *l.* 25. §. 1. D. *de aur. arg. leg.* Apud Martial. *lib.* 14. *epigr.* 140. Udones Cilicii celebrantur hoc disticho: Non hæc lana dedit, sed olentis barba mariti: Cinyphio poterit planta latere sinu. In *can.* 14. *dist.* 96. scriptum est: Et sicut noster Senatus calceamentis utitur cum *udonibus*, id est, candido, linteamine illustratis. Ex loco Martialis certissimum est, *odones* vel *udones* ex caprinis pilis fuisse textos. His vero pilis utebantur veteres, ad corpus ab humoribus tuendum. Sane eo consilio Cilicia, ex iisdem pilis facta militibus in castris dabantur. Ascon. Pædian. *in Verr.* 3. Ceterum tum de ipso hoc calceamentorum genere, tum de origine vocis, disputant Claud. Salmas. *ad script. hist. Aug. p.* 221. Isaac. Voss. *Epist. ad Græv. in addend. ad Hesiod. p.* 69. *v.* 17. sed ita, ut parum extricent. Vid. Corn. van Bynkersh. *lib.* 3. *obs. c.* 17. Hein.

ODORES in *l.* 3. §. 10. *D. de pen. leg. l.* 7. §. 3. D. *de in rem vers.* sunt res fragrantioris odoris, & plerumque unguentis junguntur. Sane coctis odoribus unguenta fieri, ait Pompon. *l.* 27. §. 1. D. *de adquir. rer. dom.* & odorati ignes memorantur apud Ovid. *lib.* 1. *fastor. v.* 75.

OECONOMI adpellantur quibus res ecclesiasticæ gubernandæ mandantur: *l.* 24. C. *de sacros. Eccles.* Dispensatorem pauperum Leo & Anthemias definiunt: *l.* 33. §. 4. C. *de Episc. & cler.* Alias oeconomi definiuntur, qui ecclesiasticas tractant rationes; *l.* 3. *C. Theod. de his qui ad Eccles. confug.* Ii e clericis sunt constituendi non e laicis. *Can. in nova.* 22. *caus.* 16. *quæst.* 7. Talis oeconomus etiam post mortem episcopi curam bonorum gerebat, de iis episcopo successuro rationem redditurus. *Concil. Chalced. c.* 25. *c.* 29. Id autem

tem muneris olim fuit archidiaconorum. Monasteria quoque suos habuerunt œconomos.

Interdum *œconomus* idem est, ac defensor, advocatus Paris. *an.* 1245.

OECUMENICUS. Patriarcha, Constantinopolitanus dicitur: *l. 7. C. de summ. trinit.*

OENOMELI, dulcissimum vinum: *l.* 9. D. *de trit. vin. ol.* quod vini adpellatione contineri, *ibid.* traditur. Mellitum vinum esse origo verbi declarat. Vid. Dioscorid. *lib.* 5. *c.* 16. Constantin. *lib.* 8. *Geopon. c.* 26. Isidor. *lib.* 20. *orig. c.* 3. sane τὸ τῦν μελίκρατον, *quod hodie melicratum*, a priscis οἰνόμελι adpellatum Jul. Pollux. *lib.* 6. *c.* 2. *segm.* 17. testis est.

OENOPHORUM, Paull. *lib.* 3. *sent. tit.* 6. §. 90. inter ea numerat, quæ ad poculorum speciem comparata sunt. Codices ibi habent *Oenophorium*. Attamen & *Oenophorum* dixerant Juven. *Sat.* 6. *v.* 425. & Martial. *lib.* 4. *epigr.* 89. *Hein.*

OFFENDERE, est aliquem dicto facto ve lædere, & eo modo ejus iracundiam provocare. Unde, offendere & promerere opponuntur: *l.* 77. §. 25. D. *de legat.* 2. *l.* 11. §. 8. *D. de legat.* 3.

Offendere etiam Edictum, legem, SCum dicuntur, qui adversus ea quid faciunt committuntve. Et ita accipitur in *l.* 5. §. 1. D. *si quis omiss. caus. testam. l.* 40. §. *ult. D. de judic.* Sed &, in SCum offendit ait *l.* 3. §. 1. D. *de SCto Maced.* Quin, & legi offendere in *l.* 1. D. *de usur.* quod potius ex usu & auctoritate veterum, quam per antiptosin vel enallagen casuum defendendum existimat Heinec: Ea enim constructione non modo Ulpianum usum esse, *l.* 15. D. *de servit. præd. urb.* ubi *servitutis, ne prospectui offendatur*, meminit, verum etiam Horat. *lib.* 2. *serm. sat.* 1. *v.* 77. 78. Fragili quærens illidere dentem, offendet solido. Vid. Bynkersh. *lib.* 6. *observ. c.* 25. *p.* 269. ubi monet, in *l.* 14. *C. de legit. hered.* quosdam libros veteres habere *naturæ offendere*.

OFFENSA, est animo inhærens indignatio, ex alicujus malo, merito concepta. Sic: offensa domini irati in servos: *l.* 5. *C. famil. ercisc.* Offensam placare: *l. ult. D. si quis aliq. test. proh.* Causam offensæ præstitisse: *l.* 22. *l.* 23. *C. de inoff. test.* Cujus contrarium est sine offensa esse: *l.* 51. §. *ult. D. de manum. testam.* id est, non offendisse. Si testatorem pœnituit prioris offensæ: *l.* 4. *D. de adim. leg.* id est, eam deposuit.

Offensa, violatio, vel, ut vulgo loquuntur, contraventio. Ita: offensa edicti: *l.* 6. *D. de postul.*

OFFENSIO, idem quod offensa priore significatu. Ita: justas offensionis caussas præstare: *l.* 20. *C. de inoff. testam.*

OFFERRE adpellationem in *l.* 19. & 31. *C. de adpell.* id est interponere. *Offerre* æstimationem: *l.* 54. §. *ult. D de verb. obl.* cautionem: *l.* 50. D. *de manum. test.* conditionem meliorem: *l.* 1. *C. comm. divid.* debitum: *l.* 1. *C. de crim. stell.* fidem suam: *l.* 3. *C. ad leg. falcid.* libellum: *l.* 7. D. *de divort.* pecuniam: *l.* 1. §. *ult.* D. *de usur.* pretium: *l.* 2. *C. de usur.* pecuniæ reum idoneum: *l.* 34. §. *ult. D. de statulib.* satis: *l.* 21. §. 1. D. *de nov. op. nunciat.* vel, satisdationem, ut est in *l. ult.* D. *quod legat.* satisfactionem: *l.* 21. §. *ult. D. de pecun. constit.*

Offerre se defensioni dicitur qui defensionis loco judicium pro aliquo accipit Is, qui se obtulit defensioni sine caussa: *l.* 25. D. *de rei vind. Offerre se* procurator dicitur, qui se liti offerat, id est, qui sine mandato litem pro alio exce-

excipit: *l.* 6. D. *de procurat.* Obtulisse se liti videtur non is, qui in rem suam procurator datus est, tutor & curator in ea conditione sunt, ut non videantur videri se liti obtulisse: *l.* 4. *pr.* & §. 1. D. *de re judic.* *Offerre se* deposito: *l.* 1. §. 35. *D. depos.* id est, ad depositum recipiendum. *Offerre se* negotiis alienis *l.* 3. §. 9. D. *de negot. gest.* id est ultro ea suscipere.

Offerre etiam est sistere, quod Barbari dicunt præsentare, sic: offerantur judicibus: *l.*14. *C. Theod. de judæis.* Offerre judicibus latrones: *l.* 1. *C. de iis qui latron.* Miles, qui post quinquennium desertionis se obtulit: *l.* 13. §. *ult.* D. *de re milit.* Servus, si a domino ad tormenta offeratur: *l.* 18. §. 7 D. *de quæst.*

Offerre furtum, & furtum oblatum quid sit, vide in art. *furtum.*

OFFICERE, obesse, nocere, præjudicare. *Officere* cui arbor dicitur, quæ ex vicini ædibus in ædes ejus impendet: *l.* 1. §. 1. D. *de arb. cæd.* *Officere* luminibus, est obscurare lumina, sive obscuriora ea facere, veluti altius ædes tollendo: *l.* 10. *in fin.* *l.* 11. *l.* 13. *D. de servit. præd. urban.* vide in art. *lumen.* *Officere* prætorio vicini. *l.* 2. D. *de servit. præd. rust.* vide voc. prætorium. *Officere* prospectui: *l.* 3. *D. de servit. præd. urb.* vide voce *prospectus*

OFFICIALES operæ sunt quæ in officii & obsequii præstatione consistunt, & a *fabrilibus* separantur, *l.* 26. §. 12. *D. de condict. indeb. l.* 6. *l.* 9. *D. de oper. libert.* vide art. *Operæ.*

OFFICIALIS substantive vocatur, qui alicui magistratui judicive præsto est, ministeriumque vel officium exhibet. Sic: Quoties sine auctoritate judicati *officiales* alicujus bona occupant vel describunt, vel sub observatione esse faciunt. Paul. *lib.* 5. *tit.* 12. §. 6. Missus in possessionem, si non admittatur, per *officialem* Præfecti introducendus est in possessionem: *l.* 5. §. 27. D. *ut in possess. legat.* Præsides Provinciæ *officiales* perpetui sunt: *l.* 34. D. *de reb. cred.* Officiales Proconsulis: *l.* 6. §. 1. *D. de pæn.* Officialis publicus: *l.* 2. *C. de decurion.* Usurpat hoc verbum & Tertull. *de idolatr. c.* 17. *adv. Praxeam. c.* 3. Apulei. *lib.* 1. *metam. p.* 113.

Officiales vero qui in *tit.* 2. *de officio vicarii*, *in sexto* memorantur, sunt Vicarii Episcopi generales, qui vel ad ecclesiastica, vel ad secularia constituuntur. Hi præsunt tribunalibus secularibus in Germania, in qua Episcopi duplicem gerunt personam, Episcopi & Principis secularis, adeoque conveniens est, ut diversa quoque erigant tribunalia. Illi vero judiciis Ecclesiasticis præsunt, & speciatim dicuntur Vicarii generales in spiritualibus, inter Prælatos relati, & idem auditorium cum Episcopis habentes per *c.* 2. *de consuetud. in* 6. Et ab his adpellatur ad Archiepiscopum vel Pontificem, non ad ipsum Episcopum, per *c. cit.*2. Vide Boehmer. *Instit. Jur. can. lib.* 1. *tit.* 28. §. 15. & *sequ.* Vid. *Vicarius generalis.*

OFFICINA locus in quo artifices operas exercent seu fabricantur. Ea vox occurrit in *l.* 19. §. 2. D. *de judic.* ubi a *taberna* & *pergula* separatur. Item, *l. ult. D. de proxenet.* & *l.* 4. D. *de his qui not. infam.* ubi pro parte balnei habetur.

Officinæ, *metaphoriæ* variæ & innumeræ Manichæorum sectæ vocantur in *l.* 9. *C. Theod. de hæret.* Ita, officinam nequitiæ dixit Cicero.

OFFICIOSE agere: *l.* 21. *D. de his quæ ut indign.*

OF-

Officium ut ait Donat, in *adelph. Act.* 1. *sc.* 1. est quasi *efficium*, ab efficiendo, quod unicuique congruit. Id autem verbum quandoque gratuitam operam significat, quam quis, mera voluntate & amicitia ductus, præstat. Sic: Voluntatis & officii magis quam necessitatis est commodare: *l.* 17. §. 3. D. *commod.* Iniquum est, officium cuique Damnosum esse: *l.* 7. *D. quemadm. testam. aper.* Mandatum originem ex officio atque amicitia trahit: *l.* 1. §. *ult.* D. *mand.* Contrarium est officii merces: *ibid.* Si negotium ex officio amicitiæ gesserit: *l.* 1. §. 9. D. *de tutel. & rat. distr. Officium* alias est eorum quæ sunt necessitatis præstandorum, & hoc Seneca *lib.* 3. *de benef. c.* 18. quosdam a beneficio & ministerio ita ait separasse, ut beneficium esse dicerent, quod alienus det, qui potuerit sine reprehensione cessare: *Officium* filii, uxoris, & aliarum personarum, quas necessitudo suscitet, & ferre opem jubeat: *Ministerium* servi, quem conditio sua eo loco posuerit, ut nihil eorum, quæ præstet, imputet superiori. Idem, *lib.* 2. *controv.* 5. Non est *beneficium* sed *officium* facere quod debeas, ut si filius patri dicat, se beneficium dare.

Officium tamen vocatur etiam obsequium privatum, & ministerium ac operæ, quæ a libertis servisque exigebantur. Nam & servile ministerium familiæ, quæ circa patrem familias est, *officium* adpellatur, distinguiturque ab *artificio*, quod ipsi personæ domini non deservit, sed in opere aliquo faciendo arteque exercenda versatur: *l.* 24. D. *de manum. testam.* Officium utique erat servorum, quos usus sui caussa paterfamilias habebat, qui ad ejus corpus tuendum atque ipsius cultum præpositi destinatique erant. Quo in genere erant junctores (vel, ut alii legunt, unctores) cubicularii, coqui, ministratores, atque alii, qui ad ejus modi usum parati: *l.* 203. *fin. D. de verb. signif.* Quales etiam erant ostiarii, tonsores, obsonatores, pistores: *l.* 61 & 65. *D. de legat.* 3. Artificium vero erat e. gr. lecticariorum, textorum, fullonum: *l.* 28. D. *de reb. dub.* Adde *l.* 65. §. 1. D. *de legat.* 3. *l.* 4. §. 5. *de censib.* Paull. *lib.* 4. *sent. tit.* 14. §. 1. *l.* 27. §. 1. *D. de inst. vel instr.* Hæc quidem de servis. Quod vero libertos attinet: Operæ sunt diurnum officium: *l.* 1. *D. de oper. libert.* Libertæ, quæ voluntate patroni nuptæ sunt non coguntur officium patronis suis præstare: *l.* 2. *C. de obseq. patron.* Et ita officium intellige in *l.* 3. & 22. D. *de oper. libert. l.* 46. §. 7. D. *de jur. fisc. l.* 26. §. 12. D. *de cond. indeb.* Sed & uxor in officio mariti esse debere dicitur in *l.* 48. D. *de oper. libert.*

Officium adpellatur tam id quod naturaliter est præstandum, quam ea quæ ex legibus institutisve civilibus præstanda sunt. Hinc Seneca *lib.* 2. *de ira c.* 27. Quis est iste, qui se profitetur omnibus legibus innocentem? Ut hoc ita sit, quam angusta innocentia est, ad legem bonum esse? Quanto latius officium patet, quam juris regulæ? Quam multa pietas, humanitas, liberalitas, justitia, fides exigunt, quæ omnia extra publicas tabulas sunt? Ita: Paternum est officium dotem, vel ante nuptias donationem, pro sua dare progenie: *l.* 2. *C. de dot. promis.* Intelligis matrem non officium pietatis in petendo tutorem deservisse: *l.* 9. *C. qui pet. tut. vel cur.* Non ex officio pietatis testamentum fecisse parentes dicuntur, quum falso instimulati liberos suos vel

vel exheredarunt, vel præterierunt: *l.* 2. *&* 3. D. *de inoff. test.*

Officium, aliud est privatorum hominum, aliud publicarum personarum. Prius iterum est vel *commune*, vel quod vocant *civile*. Ad commune pertinent sequentia. Officii tuendi caussa interdicta competunt, veluti de libero homine exhibendo: *l.* 2. §. 1. *fin.* D. *de interd.* Sic & Quinctilian. *lib.* 6. *c.* 8. caussas abdicationis, dementiæ, malæ tractationis, orbarum nuptias interdicentium, quosdam *officiorum caussas* vocasse, scribit.

Officium civile erat quod quis non nisi in conspectu civium poterat peragi, quo pertinet postulare, pro alio intercedere, & procurator existere per *l.* 2. *D. de reg. juris.* cujusmodi ab officio fœminæ per *l.* 1. *D. ad SC. Velleian.* itemque impuberes per *d. l.* 2. *de reg. jur.* arcentur. Juvenal. *sat.* 7. *v.* 107. Dic igitur, quid caussidicis civilia præstent officia? Adde Suet. *in Tiber. c.* 8. Senec. *de tranquill. anim.* 1. 3. Plin. *Epist.* 8. 63. Quinctil. *Inst. or.* 2. 4. *&* 3. 10. Officium advocationis dixit Ulp. *in l.* 54. D. *de rei vind.* Huc respicit quoque arbitri officium de quo *l.* 109. §. *ult. D. legat.* 1. *l.* 3. *C. commun. divid. l.* 4. §. 3. *D. de dol. mal. & met. except. l.* 25. *D. de recept. arb.* Aliud autem erat officium, civile quod quis privato arbitrio obibat, qualia fere sunt quæ modo diximus, aliud civile officium quod quis more, lege, imperio ejus qui jubendi habet potestatem, obire debet: quo spectat *officium* tutoris vel curatoris, quod memoratur in *l.* 7. §. 1. *l.* 20. *l.* 46. §. 1. D. *de administr. & peric. tut.* & alibi passim. Quin, officium civile illud necessarium, quatenus propter publicam utilitatem est introductum, *publicum* etiam adpellatur. Unde Pompon. Munus publicum esse *officium* privati hominis, ex quo commodum ad singulos universosque pertineat, scribit in *l.* 239. §. 3. D. *de verb. signif.* & Arcad. Charis. Hæc omnia, inquit, munera quæ trifariam divisimus, una significatione comprehenduntur. Nam & personalia & patrimoniorum, & mista munera, *civilia* seu *publica* adpellantur: *l. fin.* §. 28. D. *de muner. & honor.*

Officia publica alias dicuntur publicarum personarum, eaque maxime quæ cum dignitate sunt conjuncta. Eo pertinet officium Advocati fisci, in *l.* 5. §. 13. D. *de his quæ ut indign. Officium* censitoris: *l.* 4. §. 1. *D. de censib.* cohortale: *l.* 33. *C. de adpell.* fiscale: Paul. *lib.* 5. *sent. tit.* 12. §. 5. judicis: *l.* 7. D. *de negot. gest.* juris dicentis: *l.* 1. *D. de jurisd.* legationis: *l.* 1. *C. quib. ex caus. major.* magistratus: *l.* 11. *C. de compensat.* militare, apud Tertul. *libro de fuga in persequ. sub fin.* præsidis provinciæ: *l.* 38. D. *de relig. & sumt.* Prætoris: *l.* 4. *D. test. quemadm. aper.* Militum medici: *l.* 33. §. *ult. D. ex quib. caus. maj.* regentis exercitum: *l.* 12. *D. de re milit.* tribunorum, vel eorum qui exercitui præsunt: *d. l.* 12. Qui officium in provincia administrat: *l.* 3. *l.* 38. *D. de rit. nupt.* vel gerit, ut loquitur *l.* 57. *D. eod. tit.*

Officium pro officialibus, ministris & adparitoribus magistratuum ponitur: *l.* 1. *C. de bon. voc. l.* 1. *C. ne fisc. rom. vend. Officium* annonæ: *l. ult. D. de pign. act.* censuale: *l.* 18. *C. de testam.* & apud Symmach. *lib.* 1. *epist.* 46. comitianum: *l.* 2. *C. de offic. milit. jud.* procuratoris fisci: *l.* 3. *C. quand. fisc. vel priv.* judicum rectorumque provinciæ: *l.* 33. *C. de decurion.* & ita accipe officium in *l.* 45. §. 9. *D. de jur. fisc. l.* 6. §. 5. *D. de offic. præsid. l.* 17. D. *de in jus*

jus voc. *l.* 1. *C. ad SC. Turpill.* *l.* 7. §. *ult. qui satisd. cog.* *l.* 11. *D. ad exhib.* Paul. *lib.* 5. *Sent. tit.* 34. §. 1. *l.* 74. *D. de evict.* *l.* 2. *C. de fid. & jur. hast*: Legimus quoque eodem sensu *officium* militare in *l.* 2. *C. si mancip. ita ven. ne prostit.* moderatoris provinciæ: *l.* 54. *D. de decurion.* præsidiale: *l.* 1. *C. de præscript.* 30. *vel* 40. *ann.* *l.* 6. *C. de sent. & interloq.* præsidis provinciæ, vel proconsulis: *l.* 4. §. *ult. de fugitiv.* amplissimæ sedis: *l. un. in fin. C. de coll. don.* Tertullianus de anima *c.* 11. Gravior, ait, invidia est in præsidem, quum *officia* pulsantur. Plus cæditur, qui jubet, quando nec, qui obsequitur, excusatur.

Officium etiam dicebatur, interesse sponsalibus amicorum, ad signandum advocatos adesse, & alia id genus. Juven. *Sat.* 2. *v.* 134. Quæ caussa *officii*? quid? quævis? Nubit amicus. Plin. *lib.* 6. *epist.* 15. Interest officiis, adhibetur consiliis. Tertullian. *de Idololatr. c.* 16. Circa officia vero privatorum, & communium solemnitatum, ut togæ puræ, ut sponsalium, ut nominalium. *Apul. lib.* 6. *metam.*, *p.* 154. speciosus adolescens --- votisque nuptialibus pacto jugali pridem destinatus, consensu parentum tabulis etiam maritus adpellatus ad nuptias, *officio* frequenti cognatorum & adfinium stipatus templis & ædibus publicis victimas immolabat.

Sed & in obscenis usurpatum esse *officii* verbum, M. Seneca *in proœm. lib.* 4. *controv.* indicat, de Haterio loquens in hunc modum: Memini illum quum libertinum defenderet, cui objiciebatur, quod patroni concubinus fuisset, dixisse: Impudicitiæ in ingenuo crimen est, in servo necessitatis, in liberto *officium*.

Officium publicum etiam est solemnitas initi magistratus, veluti consulatus, præturæ, quæsturæque, ad quam & amicos suos advocabant, muneraque & dona iisdem missitabant, magistratum auspicantes. Mentio horum officiorum fit *l.* 1. *C. Theod. de expens. ludor.* *l.* 7. *pr.* *l.* 8. *C. Theod. de honorar. codicil.*

Ofilius, (Aulus) ICtus de quo supra sub *Aulus*. Ofilius ad Atticum citatur in *l.* 234. D. *de verb. signif.* Scipio Gentilis *lib. de aliment. c.* 11. *p.* 7. existimat ibi pro *ad Atticum* rescribendum esse *ad Appium*. intelligendumque Appii Claudii librum de actionibus, de quo Pomponius *l.* 2. §. 36. D. *de orig. jur.* Nam & Ofilii librum de actionibus extitisse, intelligi ex *l.* 3. §. 5. & §. 8. *D. de penu legat.* At hanc divinationem minus necessariam censet Heineccius. Ofilium enim librum suum inscribere viro suæ ætatis T. Pomponio Attico, atque ita librum æque nomen *Ofilii ad Atticum* ferre potuisse, ac illum *Ciceronis ad Trebatium*.

Olea, modo pro arbore, modo pro fructu, id est, ipsa oliva, accipitur. Ita: olea excutitur, vel per se decidit: *l.* 13. *D. quib. mod. usufr.*. Ad premendam oleam fiscis utimur: *l.* 19. §. 2. *D. locat.* Adde *l.* 15. §. 2. *D. eod. tit.* *l.* 42. *D. de usu & usufr. legat.*

Oleaginea pocula: *l.* 30. *D. de legat.* 3.

Olearius, *a*, *um. Olearia* merx: *l.* 13. *D. de instit. act.* vasa: *l.* 19. §. 2. D. *locat.*

Oleariæ mensæ, de quibus est singularis titulus *C. Theod.* puta *tit.* 24. *lib.* 14. *Oleariæ* mercatores: *l.* 4. §. *ult.* D. *de mun. & honor.* subandi *mercis*; sunt qui vendunt emuntque oleum: *l.* 5. §. 14. D. *de institor. act.*

Olere os alicui dicitur, cui anima fœtet, quod ex illuvie oris acci-

accidere solere, vel corporis vitio, veluti quod jecur, quod pulmo, aut aliquid similiter olet: *l.* 12. §. *ult.* D. *de ædilit. edict.*

OLEUM, ex olivis expressa pinguedo. Oleum ex olivis alienis facere: *l.* 12. §. 3. *D. ad exhib.* Si oleum vir pro uxore in æde sacra posuerit: *l.* 5. §. 12. *D. de donat. int. vir. & ux.*

OLFACERE, odore percipere. Mulam equus olfecit: *l. ult.* D. *si quadrup. paup. fec.*

OLITORIUS, *a*, *um.* ab olere. Olitorii horti: *l.* 13. §, 4. *D. de usufr.* sunt horti in quibus crescunt quæ esui sunt, & ab hortis vineariis separantur, nec ad urbana referuntur, prædia in quibus eorum plurimi in reditu sunt; per *l.* 198. *D. de verb. signif.*

OLIVA fructus oleæ. Olivarum nuclæi: *l.* 55. D. *de legat.* 3. *l.* 167. D. *de verb. signif.*

OLIVARE. Oleum ad olivare reverti non potest: *l.* 7. §. 7. *D. de adquir. rer. dom.*

OLIVARIÆ molæ: *l.* 21. *D. de instr. vel instrum.* Eædem oleariæ molæ, Varroni *de ling. lat. lib.* 4.

OLIVETUM: *l.* 58. D. *de contrah. emt.* Si oliveta fecerit: Ulpian. *tit.* 6. §. 16.

OLUS in *l.* 12. §. 1. *D. de usu & habit. pr. Inst. eod. tit.* sunt herbæ quibus & homines vescuntur.

OMITTERE hereditatem, proprie est prætermittere, uti veteres loquuntur. Unde omittere & adquirere hereditatem, pugnant. *l.* 54. *D. solut. matrim. & rubr. tit. D. de adquir. vel omitt. hered.* itemque omittere & adire: *l.* 50. §. *ult. D. de hered. inst. l.* 34. *D. de vulg. & pupill. substit.* Interdum tamen & *omittere* & *repudiare* separantur: Si quis juvenili ætate ductus omiserit, vel repudiaverit hereditatem: *l.* 24. §. 2. *D. de minor.* Non tantum enim qui repudiat, sed & qui tempore excludi se patitur, omittere dicitur. Nec extraneus tantum homo, heres institutus, verum etiam suus, patris hereditatem omittit. Et sic omittere hereditatem legimus: *l.* 7. §. *ult.* D. *de adquir. vel omitt. hered. l.* 4. *D. unde legit. l.* 23. D. *de cond. & dem. l.* 53. *D. und. legit.* & passim. Qui occasione adquirendi non utitur, veluti qui omittit hereditatem.

Omittere adire hereditatem: *l.* 9. *D. de suis & legit.* aditionem *l.* 76. §. *ult.* D. *adqu. vel omitt. hered.* Sive omiserint instituti, sive non omiserint: *l.* 12. D. *de legat. præst.* Subintellige hereditatem.

OMITTERE bonorum possessionem. *l.* 2. *D. de except. rei jud. l.* 2. §. 8. D. *de bon. poss. secund. tab. l.* 14. & 15. *pr. D. de legat. præst.* cui contrarium est *accipere*: *l.* 14. *pr.* D. *eod. tit.* Omisisse bonorum possessionem intelligitur, qui vel tempore exclusus non petiit, vel repudiavit, ut loquitur Julianus *l.* 20. §. 4. *D. de bon. libert.*

Omittere fideicommissum: *l.* 34. §. 2. *D. de legat.* 2. causam testamenti: *l.* 17. §. 1. D. *de castr. pecul.* id est prætermittere institutionem, ut loquitur Neratius: *l.* 13. D. *de test. milit. Omittere* legatum: *l.* 31. *D. de test. milit.* partem suam: *l.* 76. D. *de adqu. vel. omitt. hered.* successionem ex testamento: *l.* 3. *C. de impub. & al. substit.*

Omittere etiam est silentio præterire, & neque instituere, neque exheredare. Ita: Si quis filium quem in potestate habuit, instituerit heredem, vel exheredaverit, ex eo nepotem omiserit: *l.* 4. §. D. *de bon. possess. contr. tab.* Si filius heres institutus sit, omisso postumo: *l.* 16. D. *de lib. & postum.*

Omittere & generatim est, præter-

termittere, deferere, vel negligere aliquid eorum, quæ agi, fieri, exerceri, interponi, objici, allegarive poterant. Sic: *omittere actiones*: *l.* 25. §. 4. D. *locat. conduct.* allegationem: *l.* 36. D. *de minor.* auxilium adpellationis: *l.* 8. §. 8. D. *mand.* beneficium SCi: *l.* 2. §. 20. D. *ad SC. Trebell.* cautionem: *l.* 6. D. *de magistrat. conven.* conditionem: *l.* 8. D. *de condit. inst.* id eft, ei non parere.

Omittere debitorem, & fidejusforem convenire: *l.* 49. D. *de fidejus.* *Omittere* defenfionem: *l.* 5. §. 3. *judic. folvi.* emolumentum: *l.* 44. D. *de minor.* exceptionem: *l.* 10. §. 12. D. *mandat.* inquifitionem cauffæ: *l.* 34. D. *de jur. fifc.* injuriarum judicium: *l.* 33. D. *de minor.* jus fuum: Ulpian. *lib.* 28. *reg.* §. 6. necem inultam: *l.* 1. *C. de iis quib. ut indign.* nunciationem novi operis: *l.* 5. §. 12. D. *de nov. oper: nunc.* verborum obligationem: *l.* 6. D. *de tranfact.* officium pietatis: *l.* 1. *C. de iis quib. ut indign.* pactum: *l.* 5. D. *quæ res pign.* perfecutionem pignoris: *l.* 24. *C. de pignor.* perfonam interpofiti: *l.* 57. *D. ad leg. falcid.* pignus: *l.* 18. D. *quæ in fraud. credit.* poffeffionem: *l.* 4. §. 1. D. *de alienat. jud. mut. cauf.* præfcriptionem: *l.* 6. D. *de except.* querelam: *l.* 6. *C. de tranfact.* rationem Falcidiæ: *l.* 19. D. *quæ in fraud. credit.* retentionem: *l.* 14. §. 1. D. *ad leg. falcid.* reum promittendi: *l.* 56. D. *mandat.* ftipulationem: *l.* 1. §. 17. D. *ut legat. feu fideic. cauf.* vectigal: *l.* 9. §. 6. *D. de publican.* verba fideicommiffi: *l.* 67. *D. de legat.* 2. Inter cauffas omittendi, id eft, deferendi: *l.* 26. D. *mandati.*

OMNIFARIAM, omnibus modis. *l. ult. C. de his quæ fub mod.* Ea lex quidem, ut & ceteræ ubi illud verbum legitur, ex eo ævo funt, quo jam pridem labem contraxerat latinitas: at vocabulo tamen non folum analogia adfiftit, quum recte dicatur bifariam, trifariam, multifariam, fed & vetuftioris fcriptoris, puta Gellii auctoritas *lib.* 12. *c.* 13. Oceanus, inquit, terras omnifariam & undique circumfluit. Apulei. *lib.* 2. *metam. p.* 123. Et nefcio qui fimile paffus, ore undique omnifariam deformato, truncatus eft. Tertull. *lib.* 2. *adv. Marcion. c.* 19. *& in Scorpiac. c.* 2. Prifcian. *lib.* 18. *p.* 1197. Nos, inquit, *omnifariam* quidem pro, *per omnes*, ponimus, *ubique* autem, in loco, *undique* de loco, & *quoque* ad locum. *Hein.*

OMNIMODIS, pro omnibus modis, in *l.* 17. *pr. C. Theod. de bonor. codicill.* Gell. *lib.* 2. *c.* 18. Non omnes omnimodis Diis exofos effe, qui in hac vita cum ærumnarum varietate luctantur.

OMNIMODO. Vox hæc interdum neceffitatem imponit, cui quis, velit, nolit, fubjicitur, idemque valet, quod *districte*, & ut vulgo loquimur, *præcife*. Sic: Natum omnimodo cogitur alere: *l.* 1. §. *ult. D. de agnofc. & al. liber.*

Omnimodo alias idem valet, quod *indistincte*, & abfolute, nulla adhibita diftinctione. Et ita accipitur in *l.* 38. D. *de hered. pet. l.* 19. *D. de fideic. libert. l.* 24. §. 2. D. *de minor. l.* 8. D. *qui fin. manumiff.*

Omnimodo pro in omnem cafum. *l.* 18. *D. de reb. cred. l.* 65. *D. ad SC. Trebell.* & paffim.

Omnimodo, id eft, omnino. *l.* 35. D. *de hered. pet. l.* 38. *D. ad leg. Aquil.* & alibi.

Omnimodo, pro re vera, *l.* 1. §. 1. *D. de ventr. in poffef. mit.*

OMNINO non, in *l.* 1. §. *ult.* D. *de oblig. & act. l.* 26. §. 3. *D. de cond. indeb.* id eft, neutiquam. At in *l.* 8. §. 7. *D. de fidejuf.*

dejuſ. Non omnino obligari, eſt *non in totum*, nec in duriorem cauſſam, ſed pro parte, puta in ſummam debitam obligari fidejuſſorem. *Hein.*

Omnino interdum idem, ac generatim. Sed quum omnino de teſtamentis & de heredibus, qui in teſtamento inſtituuntur, loquuti ſimus: *pr. Inſtr. de legat.*

OMNIS, *e*, univerſalitatem denotat. Hinc Tertullianus *de virgin. velund. c.* 8. omnem ait intelligi omnis ordinis, omnis conditionis, omnis dignitatis, omnis ætatis, additque, ſi quidem omne totum eſt, & integrum, & nulla ſui parte defectum. Per *omnia*, id eſt in omnibus, ſeu in totum: *l.* 1. D. *de legat.* 1. *l.* 1. §. 1. D. *de SC. Silan.*

Omnes, pro ſinguli: *l.* 22. D. *de uſu & uſufr. leg.* Omnibus menſibus, ait Cic. *lib.* 2. *de fin. c.* 31.

ΟΜΟΟΥΣΙΑ, ejuſdem ſubſtantiæ. Incorruptæ Trinitatis indiviſa ſubſtantia, quæ græco verbo ὁμουσία recte credentibus dicitur: *l.* 2. §. 1. *C. de ſumm. Trinit.* quæ eſt *l.* 6. *C. Theod. de hæret.* ubi tamen pro ὁμουσία vocabulum ἐσίας habetur, de quo infra.

ONERARE eſt aliquid oneris imponere. *Onerare* navem: *l.* 6. §. *ult.* D. *locat.* parietem: *l.* 40. §. 1. *D. de damn. infect.* quadrupedem: *l.* 1. §. 1. *D. ſi quadrup. paup. fec.*

Onerare, prægravare. Sic: *Onerare* actionibus hereditariis, Paul. *lib.* 4. *ſent. tit.* 2. §. 1. annonam: *l.* 6. §. *ult. D. de extraord. crim.* ſupervacua cautione: *l.* 14. §. *ult. D. ut legat. ſeu fideic.* creditores: *l.* 1. §. 1. *D. de ſeparat.* duplici damno: *l.* 4. §. 2. D. *de leg. Rhod.* facto alieno: *l.* 27. *D. de procurat.* fidejuſſorem: *l.* 54. D. *de fidejuſſ.* libertatem: *l.* 1. §. 5. D. *quar. rer. act. non det.* mendaciis: *l.* 1. D. *quand. adpell.* opinionem, id eſt famam: *l.* 13. *C. ex quib. cauſ. infam.* provinciam: *l.* 4. *D. de offic. proconſ.* patronum: *l.* 44. *D. de bon. libert.* ſatiſdatione: *l.* 39. §. 1. *D. de noxal. ait.* ſumtibus: *l.* 32. §. 5. *D. de adminiſtr. & peric. tut.* tutela: *l.* 32. §. *ult.* D. *de teſtam. tut.* tutores; *l.* 34. D. *de adminiſtr. & peric. tut.* verecundiam: *l.* 17. *C. ex quib. cauſ. infam.* uſuris: *l.* 9. §. 4. *D. de adminiſtr. & peric. tut.*

Onerare nos & ea dicuntur, quæ diſpendio ſunt, non uſſi fructui. Ita: onerare teſtator dicitur heredes, a quibus quid legat vel fideicommittit, relinquit, ſeu dare præſtare facereve quid jubet: *l.* 36. §. *ult. D. de uſu & uſufr. legat. l.* 76. *D. de legat.* 1. *l.* 3. §. 4. *D. de adim. leg.* Res quæ patrimonia onerare magis impendio, quam augere fructibus conſueverunt: *l.* 1. §. 20. *D. de ventr. poſſeſſ. mitt.*

ONEROSUS creditor, id eſt, durus & acerbus: *l.* 25. D. *de pignor. act.* Oneroſus ſervus, qui ſumtui magis eſt, quam uſui, cujus nullæ ſunt operæ: *l.* 8. §. 4. D. *mand.*

ONESIPHORUS, ſervi nomen, in *l.* 59. §. *ult.* D. *de manum. teſtam.* idem, ac utilitatem adferens, ὠφέλειαν φέρων. De quibus ſimilibuſque nominibus vid. Menag. *Amoen. jur. civ. c.* 31. *p.* 181. *ſequ.*

ONUS, *eris*, vulgo ſarcinam ſignificat, vel hominibus vel animalibus impoſitam: quanquam Cornel. Fronto de *differ. voc. p.* 2198. onus vehiculorum, & majus eſſe, *ſarcinam* hominum, tradit. Ita: ſi quis onere preſſus, rem in viam abjecerit: *l.* 8. *D. de leg. Rhod.* Si mulæ retinere onus nequiſſent: *l.* 52. §. 2. *D. ad leg. Aquil.* Adde *l.* 1. §. 4. D. *ſi quadrup. paup. fec. l.* 11. *D. quemadm. ſervit. amitt.*

Onus etiam vocant merces navi impositas: *l. 61. §. ult. D. locat.* *Onus* avertere phrasis est nautica, qua usus est Tertullian. *lib. 5. adv. Marcian. c. 1.* dum ait: Quamobrem, Pontice nauclere, si numquam furtivas merces, vel illicitas in acatas tuas recepisti, si nullum *onus avertisti.* Hinc *oneris aversi* actio: *l. 31. D. locat. cond.* Eam ab actione furti ita discrepasse censet Corn. Van Bynkersh. *lib. 8. observ. c. 3.* quod hæc daretur si nauta dolo malo & lucri faciendi caussa aliquid e rebus, navi impositis, averterit & subtraxerit: illa si onus anteverterit culpa, non dolo, vel dolo quidem, sed damni dandi, vel alterius cujusque rei, quam lucri faciendi caussa: Quo loco vir doctissimus simul Cujacii *lib. 8. observ. c. 39. & in Comm. ad l. 5. C. de navicul.* Franc. Connani *Comment. lib. 8. c. 11.* Charondæ *lib. 3. verosim. c. 5.* Pancirolli *lib. 2. var. lect. c. 43.* de hac actione oneris aversi sententias erudite expendit. *Hein.*

Onus vel *onera* dicuntur etiam ædificia, quibus parietes premuntur, in *l. 33. D. de servit. præd. urb. l. 35. l. 40. §. 1. D. de damn. infect.* *Oneris ferendi* servitus est jus ædium nostrarum partem imponendi vicini columnæ vel parieti: *§. 1. Inst. de servit. præd. urb.* Eam vulgo dicunt anomalam, quia dominus parietis aliquid facere, puta, parietem reficere, teneatur, per *l. 33. D. eod. tit. l. 6. §. 2. D. si serv. vind.* & eo respectu differre aiunt a servitute tigni immittendi, arg. *l. 8. D. eod. tit.* Tamen, in istis legibus non est quæstio, an dominus prædii servientis teneatur reficere columnam vel parietem, sed an tale pactum iniri possit, ut reficiat? Quidam id negabant, quod servitus consistere nequeat in faciendo. Alii adfirmabant, quod eo facto quis non cogatur ad faciendum, siquidem ei salva sit libertas, derelinquendi columnam, vel parietem. Itaque, si non intercesserat hujusmodi pactum, procul dubio sequendum erat jus commune. Heinecc. *in pand. lib. 8. tit. 2. §. 142. in not.*

Onus quoque dicitur metaphorice; veluti de actionibus: *l. 3. D. fam. ercisc.* Itemque *onus* æris alieni: *l. 53. D. de legat. 2.* alimentorum: *l. 15. pr. D. de alim. & cib. leg.* calefactionis & præbitionis: *l. 35. §. ult. D. de legat. 3.* cautionis *l. 12. D. ut legator.* deductionis: *l. 5. D. de legat. 2.* fideicommissi: *l. 15. D. de aur. arg. leg.* fidejussorum: *l. 7. D. de fidejus. & nominat.* fructuum *l. 14. D. de impens. in res dot.* hereditatis, & hereditarium: *l. 1. C. si cert. pet. l. 20. §. ult. de bon. libert.* indictionum: *l. 28. D. de usu & usufr.* legatorum: *l. 18. D. de legat. præst.* liberandorum prædiorum: *l. 57. D. de legat. 1.* liberorum: *l. 5. §. 12. D. de agnosc. & alend. lib.* matrimonii: *l. 56. §. 1. D. de jur. dot.* obligationis: *l. 48. D. de fidejus.* patrimoniorum: *l. 2. D. de veteran.* petitoris: *l. 62. D. de judic.* probandi: *l. 22. D. de legat. 2.* probationis: *l. 15. C. de probat.* satisdationis: *l. 18. D. de interrog. in jur. fac.* usurarum: *l. 54. D. locat.*

Onus pro munere. Onera civilia: *l. 6. D. de curat. furios.* decurionatus: *l. 21. §. 3. ad municipal.* dignitatis: *l. 1. §. 16. de collat. bonor.* municipale: *l. 3. C. ne ux. pro marit.* navicularium: *l. 12. C. Theod. de decurion.* primipili: *l. 11. C. de compens.* tutelæ: *l. ult. C de in lit. jur.* Tria onera tutelæ dant excusationem: *l. 3. C. eod. tit.*

Ceterum passim obviæ sunt loqu-

quutiones : *Onus* adgnoscere : *l.* 15. *pr.* D. *de alim.* & *cib. legat.* excipere *l.* 48. D. *de fidejuss.* habere : *l.* 5. *D. de legat.* 2. recipere : *l.* 13. *D. de alim.* & *cib. legat.* subire : *l.* 42. *D. de adquir. vel omitt. hered.* suscipere : *l.* 28. §. *ult.* D. *de bon. libert.* sustinere : §. 5. *Inst. de fideic. hered.* in se sustinere : *l.* 34. *D. de legat.* 2. *Onus* redundat ad heredem : *l.* 50. §. 2. *D. de legat.* 1. *Oneribus* implicari : *l.* 34. D. *de adquir. vel omitt. hered.* obstringi : *l.* 14. §. *ult. D. ad SC. Trebell.* se subjicere : *l.* 6. *D. de fideic. libert.* Quibus adversantur : *Onus* detrectare, *Onere* levari vel liberari, ut est in *l.* 12. *D. de vulg.* & *pupill. subst.* carere : *l.* 50. §. 2. D. *de legat.* 1. ab oneribus se emergere : *l.* 20. §. 1. *D. de adquir. vel omitt. hered.*

ONUSTUS, *a*, *um*, onere gravatum. Onusta navis : *l.* 4. *D. de leg. Rhod.* onusta plaustra : *l.* 52. §. 2. *D. ad Leg. Aquil.*

ONYX arabicus : *l. ult.* §. 7. D. *de publican.* ad differentiam Indici, a quo colore distat. Nam Indicus igniculos habet, albisque cingentibus zonis. Inde autem nomen habet, quod habeat permixtum candorem in similitudinem unguis humanæ : ut Isidor. *lib.* 16. *c.* 8. tradit. Meminit & onychum, in solis Arabiæ montibus nascentium, Plin. *lib.* 36. *c.* 7.

OPERA, & frequentius plurativum, *operæ* significant quicquid fit in alterius lucrum, commodum aut voluptatem. Ita : quidam exceptor operas suas locasse dicitur, in *l.* 19. §. *ult.* D. *locat.* Locat artifex operam suam, id est faciendi necessitatem : *l.* 22. *D. de præscr. verb.* Qui operas suas, ut cum bestiis pugnaret locaverit : *l.* 37. D. *de oper. serv.* Mulier, quæ operas suas in scenam locavit : *l.* 10. §. *ult. D. ad leg. jul.* Amicorum ludis gratuitam operam præbere : *l.* 27. *D. de operib. libert.*

Operæ quandoque significant ipsos homines qui operas præstant, ut : Qui insulam fieri spopondit, non utique, plurimis operis adhibitis festinare debet : *l.* 173. §. 3. D. *de verb. oblig.* Cic. *Att.* 4. 3. prohibere operas aditu. Plaut. *Amph.* 1. 16. Ipse dominus dives *operis*, & laboris expers &c. *operis*, id est, operariis servis. Horat. 2. *sat.* 7. *v.* 118. Accedes opera agro nova Sabino : id est, vinctus traderis in agrum Sabinum, ut pro mancipio ibi novo opus facias. Hinc translate Cicero *Phil.* 1. 9. Mercenarias operas vocat, conductitiam multitudinem in foro vel comitiis, quæ accepta pecunia velle se simulat, quicquid, qui eam conduxit, voluerit. Fabri *thesaur. erud. scholast.* voce *opera.*

Operæ maxime sunt officii vel ministerii, a servo, libertove debiti præstatio. *Operæ* sunt diurnum officium : *l.* 1. *D. de oper. libert.* operæ per singulos dies dantur : *l.* 20. §. 5. *D. de statulib.* Eas pro numero dierum quibus debentur, unam vel plures dici, certoque numero definiri videmus; veluti : Si non una sed plures operæ sint : *l.* 15. §. 1. D. *de oper. libert.* Si communis libertus patronis duobus operas mille daturum se juraverit, quingenas potius deberi, quam singularum operarum dimidias : *l.* 15. §. *ult. D. eod. tit.* Operæ necessario singulæ edendæ sunt : *l* 20. §. 5. *D. de statulib.* nec pars operæ per horas solvi potest, quia id officii diurni : *l.* 3. D *de oper. lib.*

Operæ patrono a liberto debitæ aliæ *officiales*, aliæ *artificiales* sunt. *Officiales* intelligimus quæ immediate in commodum personæ re-

redundant; veluti: Ut cum patrono moretur, peregre proficiscatur, negotium ejus exerceat: *l.* 38. D. *de oper. libert.* Eæ alii deberi non possunt quam patrono, cum proprietas earum & in edentis persona, & in ejus, cui eduntur, consistit: *l.* 9. §. 1. *D. eod. tit.* Artificiales quæ *fabriles* in jure nostro dicuntur *in d. l.* 9. eæ sunt quas secundum modum artificii quod tenet libertus præstare debet. Eædem a quocumque cuicumque solvi possunt. Sane enim jubente patrono & alii edi possunt; *d. l.* 9. D. *de oper. lib.*

Operæ liberales: *l.* 26. *D. eod. tit.* pictoriæ: *l.* 24. D. *eod. tit.* *pistoriæ: l.* 73. §. 1. D. *de legat.* 3. mancipiorum: *l. ult. C. de pact. pign.* diurnæ: *l.* 3. *de ann. leg.* histrionicæ; *d. l.* 73. §. 3. turpes: *l.* 6. D. *de oper. lib.*

Operarum actio: *l.* 30. §. *ult.* D. *de oper. libert.* editio, id est præstatio; *l.* 24. D. *eod. tit.* exactio; *l.* 48. D. *eod. tit.* judicium; *l.* 2. D. *eod. tit.* id est, judicium de operis, ut in *l.* 13. §. 1. D. *eod. tit.* legatum; *l.* 5. §. *ult.* D. *usufr. quemadm. cav.* obligatio; *l.* 34. D. *de oper. libert.* persequutio; *l.* 7. §. 4. D. *de verb. obl.* petitio; *l.* 20. §. 2. *D. de adquir. vel omit. her.*

Operas edere; *l.* 24. D. *de oper. libert.* exercere; *l.* 16. *pr.* D. *eod. tit.* exhibere; *l.* 26. §. 12. D. *de condict. indeb.* exigere: *l.* 13. §. 3. *de oper. lib.* imponere; *l.* 32. D. *eod. tit.* indicere: *l.* 23. §. *ult.* D. *eod. tit.* præbere: *l.* 27. *D. eod. tit.* præstare: *l.* 10. *D. de fidejus.* reddere: *l.* 20. §. *ult. D. de oper. lib.* suscipere: *l.* 22. D. *de præscr. verb.*

In eo, quod dicitur, servos, in quibus usumfructum habemus, item alienos liberosve homines, qui bona fide nobis serviunt, quod ex *operis* suis parant, nobis adquirere, qualem intellectum habeat, vide *l.* 19. *D. de adquir. rer. dom. l.* 25. §. 3. D. *de usufr.* §. 4. *Inst. per quas person. cuiq.* & apud Gaium *lib.* 2. *Inst. tit.* 1. §. 7.

Nec hominis modo, sed cujusvis animalis *operæ* dicuntur; *l.* 5. §. *ult.* D. *usufr. quemad. cav.*

Operam dare ut, id est, efficere ut; veluti in *l.* 1. *D. si quid in fraud. patron. l.* 41. D. *de adquir. rer. dom.* Hinc; *data opera*, est de industria, consulto, studiose, ex proposito, in *l.* 1. D. *de alien. jud. mut. cauf. l.* 1. D. *de eo quod cert. loc.* Donat. *in Ter. Hecyr. Act.* 2. *sc.* 1. Opera est, si scientes læserimus, culpa si nescientes.

Operam dare dicitur judex, qui notioni caussæ vacat, laboremque impendit. Si forte aliqua occupatio judicem non patiatur operam judicio dare: *l.* 18. D. *de judic.* Adde *l.* 14. *D. de vacat. & excus. mun.*

Opera etiam advocatorum dicitur; ut apud Ciceron. *lib.* 1. *ad famil. Epist. ult.* Hominem occidat oportet, qui tua opera uti vult. Et *lib.* 2. *Epist.* 14. Novi ego vos magnos patronos: hominem occidat oportet, qui vestra opera uti velit. Plaut. *Asinar. Act.* 5. *sc.* 1. Senatui operam dare, aut clientibus.

Operam etiam dare dicitur auditor magistro, quo utimur. Sic Tubero *Ofilio* operam dedit: *l.* 2. §. 46. *D. de orig. jur.*

Porro & qui vel magistratum gerebant, vel stipendia faciebant, dabant operam. Ita: *operam* dare castris: *l.* 3. §. 1. D. *de mun. & hon.* militaribus laboribus: *l. C. de restit. in integr.* reipublicæ: *l.* 1. D. *ex quib. cauf. maj.* 20. *an.*

Operas quoque dare dicebantur, qui vectigali exigendo inserviebant,

bant, ut in *l.* 34 D. *eod. tit.* Cic. *in Verr.* 2. 70. Canuleius vero, qui in portu Syracusis *operas* dabat, furta quoque istius permulta nominatim ad socios perscripserat. Idem *lib.* 13. *Epist.* 65. Familiæ qui *operas* in scriptura pro magistro dat. Donat. *in Ter. Phorm.* 1. 2. Magistri tributorum, id est, qui publicanis operam in portu dabant. Ulpian. de his, qui publicanis serviunt: Plerumque, inquit, vagi Servi & fugitivi publicanorum operis, etiam a scientibus habentur: *l.* 12. D. *de publican. & vect.*

OPERARI, opus facere; *l.* 3. §. 7. D. *statulib.* servi, qui operari in agro consueverunt: *l.* 35. §. 3. *D. de hered. inst.*

Operari reipublicæ, id est, operam dare: *l.* 15. §. 1. D. *ad leg. jul. de adult.*

Operari, vires & effectum habere significat in *l.* 7. *C. de jur. dot. l.* 5. §. 1. *C. de liberal. caus.*

OPERARIUS. Si rusticis ejus fundi operariis moleretur: *l.* 18. §. 5. *D. de instr. vel. instrum. leg.*

OPERCULUM putei: *l.* 7, §. 2. *D. de act. emt. vend.*

OPERIRE, tegere, obturare: *l.* 13. §. *ult. D. l.* 14. *D. eod. tit. l.* 1. §. *ult. D. de riv. l.* 24. *D. de aqu. & aqu. pluv.*

OPERULA, deminutivum ab *opera.* Operula ista defuncti sunt: *l. ult. D. de proxenet.*

OPHITÆ, hæreticorum genus, de quibus in *l.* 5. *l.* 10. *l. pen. C. de hæret.* a colubro nominati sunt. Coluber enim græce ὄφις, dicitur. Colunt enim serpentem, dicentes ipsum in paradysum induxisse virtutis cognitionem: *c.* 38. §. 9. *caus.* 24. *quæst.* 3. Philastr. *in Catal. hæres. c.* 1. Ophitas seu *serpentinos* ab eo dictos tradit, quod colubrum colant, adserentes, initium scientiæ boni & mali nobis eum primitus attulisse. D. Augustin. *de hæres.* Ophitæ a colubro nominati sunt. Coluber enim græce ὄφις dicitur. Hunc autem colubrum Christum arbitrantur. Sed habent etiam verum colubrum, adsuetum panes eorum lambere, atque ita eis velut eucharistiam sanctificare. Quidam dicunt *Ophitas* e Nicolaitis, seu Gnosticis exstitisse, & per eorum fabulosa figmenta ad colubrum colendum fuisse perventum. Ita vetus codex habet. Si vera sunt, quæ de ophitis scribunt Epiphan. *hæres.* 37. *c.* 5. & scholiastes Basilicorum *ad lib.* 21. *p.* 581. eos vere serpentem coluisse, cistæ inclusum; procul dubio hi pagani fuerunt, qui quædam sacræ scripturæ testimonia ad se mira audacia rapiebant. Illo enim cultu, serpentum cistarumque usu nihil fuit apud paganos notius. Sane Ophitas a Jesu doctrina plane alienos, Jesum omnino abnegare scribit Origen. *adv. Cels. lib.* 3. *p.* 119. & *lib.* 7. *p.* 358. immo idem *lib.* 6. *p.* 294 testatur, neminem in coetum suum admisisse, ἐὰν μὴ ἀρὰς θῆται κατὰ τοῦ Ἰησοῦ. Vid. Jo. Alb. Fabric. *in not. ad Philastr. p.* 7. *sequ. Hein.*

OPIFEX seu artifex: *l.* 1. §. 7. D. *de extraord. cogn.*

OPIMUS, *a*, *um.* Opimi fundi: *l.* 1. *C. Theod. sine cens. & reliqu. l.* 8. *C. Theod. de censitor.* Syriam quoque opimam & fertilem, dixit Cicero *pro domo*, *c.* 9. & opima arva Virgil. *Æneid.* 2. 781.

OPINARI, id est, putare, existimare: quo verbo suas de juris quæstionibus sententias Jurisconsulti concipiunt: *l.* 7. §. 7. D. *de contr. tut. l.* 4. §. *ult.* D. *de hered. inst.* At & vulgus opi-

nari dicitur in *l.* 56. D. *de evict.* Nec sufficit opinari, sed & donatum esse oportet: *l.* 1. *pr.* D. *pro donat.*

OPINATOR, exactor militaris annonæ, ipso interprete Triboniano, in *l.* 11. *C. de erogat. milit. annon.* Hanc enim interpretationem eo loco Tribonianum de suo dedisse, planum fit ex *l.* 16. *C. Theod. de exaction.* Sic cum eo hoc verbum accipiemus in *l.* 7. *C. de exact. tribut.* *l.* 1. *C. de exact. & transl. milit. annon. l.* 34. *C. Theod. de annon. & tribut.* D. Augustin. *Epist.* 13. Faustus ait, cum debito decem & septem solidorum ab *opinatoribus* urgeretur, ut redderet, quod ad præsens, unde explicaret se, non inveniebat, ne corporalem pateretur injuriam, ad auxilium sanctæ Ecclesiæ convolavit. Eosdem mox *exactores* adpellat. Glossa vetus apud Salmas. *in hist. Aug.* *p.* 300. Opinato ὁ τῆς στρατιωτικῆς ἀννώνης ἀπαιτητής militaris annonæ exactor. Alia apud eundem: *Opinator*, æstimator, vel qui conducit aliquid, trutinat, vel adpendit. Quæ verba, in quo constiterit opinatorum officium, & unde id nomen acceperint, satis planum facere videntur. Nec improbabilem tamen dixeris interpretationem Bynkersh. *lib.* 6. *observ. c.* 22. qui quum in glossa vetere apud eundem Salmas. *ad Trebell. Pollion. de 30 tyrann. in Victorin. c.* 5. observasset, opinionem significare σύνοψιν, *opinatores* inde dictos censet, quod militarem annonam secundum certam opinionem, id est σύνοψιν, vel formam præscriptam exigerent. *Hein.*

Opinatores præterea dicuntur auxilia fœderatorum in *l. ult. C. de locat. Nov.* 116. *c.* 1. *Nov.* 117.

OPINIO, quod quis credit, existimat, arbitratur. Aliquando amplius est in opinione, quam in veritate: *l.* 15. D. *de adquir. vel omitt. hered.*

Opinio, pro fama, & existimatione, itemque pudore accipitur: *l.* 8. §. 11. D. *de transact.* *l.* 7. §. 6. *C. de curat. furios. l.* 7. *D. quemadm. test. aper. l.* 28. *C. de episc.* Opinionem ejus onerant: *l.* 13. *C. ex quib. caus. infam.* id est, verecundiam: *l.* 17. *C. eod. tit.* Bonæ opinionis cognati: *l.* 6. *C. de suspect. tut.*

Opinio sententia aliqua doctoris. Mea fert opinio: *l.* 7. §. 3. *D. de reb. eor.* In qua opinione ego sum: *l.* 24. D. *de Ædilit. edict.* Opiniones autem a sententiis ita differre docet Theophilus *ad* §. 8. *Inst. de jur. nat. gent. & civ.* ut sententia sit perfecta & indubia responsio: veluti hoc facere licet, hoc facere non licet. Opinio vero suspensa & timida ac cum dubitatione elata responsio: ut existimo hoc fieri licere, existimo hoc fieri non licere. Sic *opinionum* libros 6. scripserat Ulpianus, ut ex Indice Florentino & inscriptione *l.* 61. D. *de regul. jur.* intelligere licet.

Opinio pro relatione judicis: *l.* 5. *C. Theod. de relation. l.* 7. 8. 9. 14. 16. *C. Theod. de adpell.* *l.* 6. §. 3. *l.* 18. *l.* 19. C. *eod. tit.*

Opinionem, pro censu, & professione censuali, vel potius pro συνόψει, & forma præscripta exigendarum censuum, annonarum & specierum usurpant Imperatores, *l. ult. C. de præd. & omn. reb. navicul. l. ult. C. de collat. fund. fisc. vel rei priv.* vide art. *Opinatores.*

OPISTHOGRAPHUS, charta, in tergo scripta. Si in opistographo quis testatus sit: *l.* 4. D. *de bon. possess. sec. tab.* Ejusmodi est scriptura de qua dixit Juven. Scriptus & in tergo, nec

nec dum finitus Orestes. Et Martial. Scribit in aversa Picens epigrammata charta. Plin. *in lib. 3. Epist.* 5. Reliquit, ait, commentarios & minutissimis litteris scriptos. Hæc quidem scribendi ratio ab usu veterum recedebat qui plerumque una tantum in parte scribebant, quia scriptas chartas postea involvebant, unde volumina dicta sunt. Adde Cujac. *lib.* 8. *observ. c.* 15. *& Comment. ad l.* 1. *D. de bon. poss. sec. tab.* Guid. Panciroll. *lib.* 2. *var. c.* 108.

OPORTET, necesse est. Oportet enim necessitatem importat: *l.* 3. §. 13. *D. de mun. & honor. l.* 39. §. *ult. D. de procur. l.* 3. §. 5. D. *de sepulcr. viol.* In formula *oportet*, *oportebitve*, prius verbum præsens tempus demonstrat. Et ideo quum stipulamur: *Quidquid te facere oportet*, non amplius in stipulationem deducitur, quam quod præsenti die debetur. Et ideo, ut futura obligatio deducatur adjici debet: *oportebitve: l.* 76. §. 1. *l.* 89. *l.* 125. *D. de verb. oblig.* ut in Aquiliana stipulatione: Quidquid te mihi ex quacumque caussa dare facere *oportet oportebit*: *l.* 18. §. 1. *D. de acceptil.* Simili modo, si quis legaverit, quidquid mihi Lucium Titium dare facere *oportet*, ea pecunia legato non comprehenditur, cujus dies, moriente testatore nondum venerat: *l.* 46. D. *de legat.* 2. His autem verbis: *dare facere oportet*, concipi solitam esse eorum intentionem, qui in personam agebant, docet Brisson. *lib.* 5. *formul.* §. 12. Porro verbum *oportere* non ad facultatem judicis pertinet, qui potest vel pluris, vel minoris condemnare, sed ad veritatem refertur: 37. D. *de verb. signif.* Sic adpellari *oportere* & posse: *l.* 1. §. 6. D. *quand. adpell.* Solvere eum non oportet, id est, non necesse habet: *l.* 29. §. 7. D. *mand.*

Oportet, etiam de his, quæ æqua, & juri ac rationi consentanea sunt, jurisconsulti dicunt, *l.* 13. §. 1. D. *commod.* & contra non oportet usurpant de his, quæ vel a jure, vel ab æquo & bono abhorrent. *l.* 7. D. *de Verb. signif. l.* 21. D. *de his, qui not. infam. l.* 39. §. *ult D de oper. libert.*

Oportet, aliquando non absolutam necessitatem, sed idem quod opus, vel commodum est, significat, ut in *l.* 14. §. 7. §. 8. D. *de religios. l.* 27. *in fin.* D. *de oper. libert.*

Oportet cum dativo seu tertio casu. Inter æquitatem jus que interpositam interpretationem nobis solis & oportet & licet inspicere *l.* 1. *C. de legib. & const. princ.* Ex Plaut *Milit. glorios. act.* 2. *sc.*6. 80.81.verba adfert Heinecc. Hominem servum suos domitos habere oportet oculos, & manus, orationemque, Non autem *homini servo*, ut legit Sanctius *in Minerv. lib.* 2. *c.* 4. *p.* 123.

Oportune, commode in *l.* 17. D. *de usufr. l.* 2. §. 7. *D. de religios.* crebrius in bonis libris opportune.

OPORTUNITAS. Ita adpellari a latinis εὐκαιρίαν, Cicero *lib.* 3. *de fin. c.* 14. testatur. Adfectio opportunitatis, vel vicinitatis, vel cœli. *l.* 1. §. 15. D. *si quid in fraud, patron.* Adde *l.* 33. *D. de dol. l.* 12. *D de religios. l.* 26. §. 12. D. *de condict. indeb. l.* 27. *C. de donat.*

OPORTUNUS, A, UM, Oportunus locus: *l.* 32. D. *de usur.* Oportunum tempus, *l.* 2. §. 8. D. *si quis caut.*

OPPIDANEUS, *a*, *um.* Oppidanea obsequia, onera, commoda, munia, munera, necessitas: *l.* 38. 40. 43. 45. 46. 168. *C. Theod. de decurion.* Oppidanei ordines: *l.* 47. *eod. tit.*

OPPIDUM ab ope dictum ait Ictus, quod ejus rei caussa moenia sint constituta: *l.* 239. §. 7. *D. de verb. signif.* Attamen usu invaluit, ut Roma non temere oppidum vocetur, sed Urbs κατ᾽ ἐξοχὴν. Vid. Savaro ad Sidon. *lib.* 1. *Epist.* 11. sicut Athenæ olim ἄςυ dicebantur. Aliquando tamen & pro ipsa urbe Roma usurpatur, ceu docet Scalig. *in adpendice conjectan.* immo potius pro vetere oppido palatino, quod Romam quadratam vocavit Festus in *Quadrata. Hein.* Adde Varr. *lib.* 4. *de lingu. lat.*

OPPIGNORARE liberos suos; *l.* 2. *C. Theod. de alim. quæ inop. parent.*

OPPONERE est objicere. Ita: *Opponere* allegationem defensionis: *l.* 1. §. 1. *C. de satisd.* adversarium: *l.* 1. *D. de alien. judic. mut. caus.* compensationem: *l.* 42. §. 2. *D. solut. matrim.* exceptionem: *l.* 57. D. *de procur.* fortunam suam & casus tristiores: *l.* 2. *D. de muner. & honor.* infamiam: *Coll. leg. Mos. & Rom. tit.* 4. §. 5. legem Falcidiam: *l.* 95. §. *ult.* D. *ad leg. falcid.* manum: *l.* 20. *D. quod vi aut cl.* præscriptionem: *l. ult. C. si advers. credit.* replicationem: *l.* 3. *C. de except. sent. præs.* Septa, quæ ad incile opponuntur: *l.* 1. §. 4. *D. de riv.*

Opponere, etiam pignori dare significat. Terent. *Phorm.* 4. 3. Ager oppositus est pignori ob decem minas. Senec. *lib.* 7. *de benef.* c. 14. Rebus meis in securitatem creditori oppositis. Quæ verbi significatio dedit occasionem lepido joco apud Catull. *Epigr.* 26.

Furi, villula nostra non ad Austri
Flatus opposita est, nec ad Favoni,
Nec sævi Boreæ, aut Apeliotæ,
Verum ad millia quindecim & ducentos.
O ventum horribilem atque pestilentem.

OPPRIMERE, obterere. Opprimere desertores: *l.* 11. *l.* 13. *C. Theod. de desert.* Sed & trabes & ruina hominem opprimere dicuntur: *l.* 11. §. 4. *D. ad leg. aquil. l.* 8. *D. de hered. inst.*

OPPRIMI alias est gravari, lædi, molestia adfici, ut in *l.* 1. §. 1. *C. ne lic. potenti. l.* 9. §. *ult.* D. *de offic. procons.*

Opprimi argumentis & probationibus dicitur qui convincitur in *l.* 18. §. 1. D. *de quæst. l.* 7. *C. Theod. quor. adpell. non recip.*

OPPROBRIUM, idem est ac probrum auctore Ulpiano in *l.* 42. *D. de verb. signif.* Eam observationem suo more acriter insectatur Laur. Valla *lib.* 6. *de eleg. lat. ling. c.* 44. ejusque hyperaspistes, Franc. Floridus Sabinus. Sed nihil & illa Ulpiani observatione verius, quam ab ipso Cicerone habet, qui apud Augustin. *lib.* 2. *de civit. Dei c.* 9. usurpatum a Decemviris in LL. XII. Tab. vocabulum *convicium*, interpretatur *id, quod probrum & opprobrium est*, non quod alter uter ignoravit, *probrum & opprobrium* differre, uti caussam & effectum, sed quod *probrum* semper sit *opprobrio*, & neutrum sine altero intelligatur. Vid. Ducker. *de latin. vet. jurisc. p.* 110. *Hein.*

OPPUGNARE, impugnare. *Oppugnare* exceptionem: *l.* 2. §. 1. *D. de except.* testamentum; *l.* 13. §. 9. D. *de jur. fisc.* utilitati publicæ: *l.* 2. §. 44. D. *ad SC. Tertull.* Rariorem esse hanc constructionem nec analogia tamen destitutam, ait Heinec. Eadem enim ratione ac forma dici: Impedire alicui, & offendere alicui.

OPSONATOR vide supra *obsonator*.

OP-

Optabilis conditio: *l.* 17 *C. de postlim. revers.*

Optare, vovere, in votis habere. *Opto*, des, fideicommissi verbum: *l.* 115. D. *de legat.* 1. Optare interdum, ut & Non. Marcell. notat, idem est, ac eligere, ut in *l.* 28. D. *de condit. & dem.* Terent. *Eunuch.* 1. 9. 27. Quodvis donem præmium a me optato, id optatum feres. Sunt qui sibi persuadent, *optare* e duobus, *eligere* pluribus dici, quos tamen refellit Virgil. *Æneid.* 5. *v.* 247. Muneraque in naves ternos optare juvencos, Vid. *l.* 2. *l.* 6. *D. de opt. leg. l.* 18. *fam. ercisc.* In eam sententiam adducere illi potuerunt verba Donati *in Ter. Andr.* 46. optare est unum de duobus eligere. Quemadmodum vero *optio & electio*, ita & *optare & eligere* non nunquam separantur, veluti in *l.* 9. §. *ult.* D. *de opt. vel elect. leg.* Ulpian. *reg. tit.* 24. §. 14. vide infra art. *optio.*

Optime merito: *l.* 31. §. 4. *D. de liberat. leg.* optime novit: *l.* 2. D. *de testam. milit.*

Optimus, *a*, *um*. Quandoque absolute ponitur, ut: Optimum est: *l.* 13. D. *quod met. caus.* Optimum consilium; *l.* 67. §. *ult. D. de rit. nupt.* Verba hæc, uti optimus maximus est, in fundi traditione adjecta, liberum esse significant: *l.* 126. D. *de verb. signif.* Si fundus ita legatus sit, uti optimus maximusque, liber præstandus est; *l.* 69. §. 3. D. *de legat.* 1. Si ut optimus maximusque esset, traditus fuerit fundus, liberum ab omni societate præstandum: *l.* 75. *D. de evict.* Vera est Q. Mucii sententia, ut, qui optimum maximum fundum tradidit liberum præstet, non etiam deberi ei alias servitutes: *ibidem.* Siculus Flaccus *de condit. agror.* p. 9. scribit: Quidam etiam conveniunt precario, ut servitutem præstent his agris, ad quos necesse habent transmittere pervium. Nam & id his verbis comprehenditur: *uti optimus maximusque est.* Ad hæc Siculi verba Guil. Gœsius *p.* 130. in notis, ait: Ejus clausulæ hæc vis est, ut quod ita venditum, stipulatum, traditum est, liberum præstetur, non item, ut servitutes ei debeantur, secundum *l.* 169. *D. de verb. signif.* At hic contrarium statuitur, fundo nempe vendito deberi servitutem, vel precario constitutam, deficientibus viis vicinalibus, per quas aditus ad fundum pateat. Adeo ut hæc regulæ vulgaris sit exceptio. Deficiente quippe aditu, fundus optimus maximus existimari neutiquam potest. Et si aditus semper sequitur usumfructum, ut definitur *l.* 1. §. 1. *D. si usufr. pet.* certe & proprietatem sequi debet, maxime ubi fundus venditus erit *ut optimus maximus.* Quod non, ut oportet, considerasse videtur Rad. Forner. ad illam *l.* 169. Hæc Gœsii verba affert Heinecc. quibus illa Flacci Siculi cum legibus allatis concilientur. Plerumque hæc verba: *Fundus uti optimus maximus est*, etiam ad instrumentum vel instructum prædii referuntur: *l.* 92. 93. §. *pen.* D. *de leg. l.* 3. *l.* 22. D. *de instr. vel instrum.* Paull. *lib.* 3. *Sent. tit.* 6. §. 45.

Optimo jure, id est perfectissimo, in *l.* 1. *C. de usur. l.* 31. D. *de minor. l.* 1. *C. quand. & quib. quart.*

Optimo jure admissi codicilli: *pr. Inst. de codicill.* id est, habere cœperunt νόμιμον σύστασιν, legitimam subsistentiam, ut Theophilus vertit. *Optimo* jure possessa domus: *l.* 26. §. 1. D. *de pignor.* id est, nulli obligata, nulloque nexu pignoris obstricta, ab hypotheca libera.

Optima lex, ut Festus *lib.* 13.

 sori-

ſcribit, quum nominabatur in dictatore faciendo, quam pleniſſime poſſet eſſe, jus ſignificabatur. *Optima* lege capta Veſtalis apud Gell. *lib.* 1. *c.* 12.

Optimum vinum frumentumve quum quis ſtipulatur, id ſtipulari intelligitur, cujus bonitas principalem gradum bonitatis habet: *l.* 75. D. *de verb. obl.*

Optimus a Senatu adpellatus C. Scipio Naſica: *l.* 2. §. 37. D. *de orig. jur.*

Optimi cognomen Trajano impoſitum eſſe, Plin. *in panegyr. c.* 88. tradit. Eodem cognomine & Juſtinianus ornatur, §. 1. *Inſt. quib. non eſt permiſſ.* Sed & Claudio optimi elogium tribuitur in eo SC. quod a Plinio *lib.* 8. *Epiſt.* 6. refertur. Quin & ante hunc Caligulam inter cetera cognomina, quæ adſumſerat, optimum maximumque vocatum, Suet. *in Calig. c.* 22. refert. Optimus princeps Hadrianus *l.* 2. §. 47. D. *de orig. jur.* Quin in marmoribus *optimi maximique* ſæpiſſime vocantur Hadrianus apud Gruter *p.* 249. 2. Reineſ. *Claſſ.* 3. *inſcr.* 13. & 15. Etiam Severus & Antoninus Caracalla, apud Cujac. *obſ. lib.* 2. *c.* 33. Idem Hadrianus & ἀσυνθέτως *optimus maximus* cognominatur in lapide, quem ex Capacii *Hiſt. Neapol. lib.* 2. *c.* 12. deſcripſit Reineſ. *Claſſ.* 3. *inſcr.* 13. Optimus Imperator Severus: *l.* 67. §. 9. D. *de legat.* 2. Adde *l.* 78. §. 7. D. *eod. tit. l.* 7. D. *de vacat. & excuſ. mun. l.* 30. *D. de excuſat.*

Optio, id eſt, electio: *l.* 2. §. 3. D. *de eo quod cert. loc.* Ab electione tamen ſeparatur optio: *l.* 2. & *rubr.* D. *de opt. vel elect. legat. l.* 3. *D. qui & a quib. manum.* Sane optio ſolemni aliquo actu, & certis verbis, ac plerumque, interveniente prætore, fiebat. Nam & ad exhibendum agere poterat is, cui ſervi optio data erat, ut ex mancipiis exhibitis optare vel vindicare poſſet; quemadmodum indicat *l.* 3. §. 6. D. *ad exhib. l.* 80. §. 1. D. *de furt.* Unde & *ſervi optio* inter actus legitimos numeratur: *l.* 77. D. *de reg. jur.* At eligendi arbitrium generalius & quo quomodo fieri potuiſſe putat Cujac. *in parat. ad tit. de opt. vel elect. leg.*

Optionis legatum, id eſt, ubi teſtator ex ſervis ſuis, vel aliis rebus optare legatarium juſſerat: §. 23. *Inſt. de legat.* Optione legata: *l.* 16. D. *de opt. vel elect. legat.* Optione legati per vindicationem data: Ulpian. *tit.* 24. §. 14. Quod legatum in ſe conditionem tacitam habet, ſi legatarius vivus optaſſet, ideoque quod Juſtinianus *in* §. 23. *Inſt. de legat.* ait, ex conſtitutione ſua datum heredi legatarii optare, etiam ſi legatarius vivus non optaverit, id Vulteius ad *d.* §. 23. *n.* 2. intelligendum eſſe putat de optione legata non de electione. Quod autem Paulus in *l.* 19. D. *de optione* vel electione legata dicit, non de optione ſed electione, in qua ante Juſtinianum placuit ut tranſmittatur, in optione non placuit, niſi demum auctoritate Juſtiniani, cujus tamen ea de re conſtitutio non extat. Nam *l. fin. C. comm. de legat.* conſtituit quomodo controverſia inter plures legatarios definiri debeat, non etiam definivit, quod tranſmittatur legatum optionis, quod in iſta lege ut certum ac definitum præſupponitur in illis verbis: *ipſe autem moriens reliquerit plures heredes.*

Optio in re militari ſubjective dicitur ab optando, qui antecedentis ægritudine præpediti, tanquam adoptatus vicarius univerſa curat, ut Vegetius *lib.* 2. *de re milit. c.* 7. & Non. Marcell. exponunt. Quo in ſignificatu accipi

optio

optio poteſt in *l. ult.* D. *de jur. immun.* Feſtus : optio, inquit, eſt optatio : Sed in re militari is adpellatur, quem decurio aut Centurio optat ſibi rerum privatarum miniſtrum, quo facilius obeat miniſteria publica. Idem : *Optio*, inquit, qui nunc adpellatur, antea adpellabatur *accenſus*. Is adjutor dabatur Centurioni a Tribuno militum, qui, quia cooptare quem velint, Centurionibus permiſſum eſt, ex facto nomen ſortitus eſt. Varro 1. *de lingu. lat.* Primi, inquit, ſingularum decuriarum decuriones dicti, quos ii primos adminiſtros ſibi adoptabant, *optiones* vocari cœpti, quos nunc propter ambitiones tribuni faciunt. Non. Marcell. Optiones, inquit, in cohortibus dicuntur, qui ſunt honeſti gradus, ut optatos, hoc eſt electos : & adoptatos, hoc eſt, aſcitos. Varro *de vita patr. lib.* 2. exiſtimat appellatos, qui referentibus Centurionibus adoptati in cohortes ſubibant, ut ſemper plenæ eſſent legiones : a quo *optiones Decurionum* in turmis, & in cohortibus *Centurionum* adpellati : Tacit. *hiſt. lib.* 1. *c.* 25. A quo Barbium Proculum Teſſerarium ſpeculatorum, & Veturium *Optionem* eorumdem perductos. Vid. Lipſ. *de milit. Rom.* 2. 8. *p.* 74. Stenech. *ad Veget.* 2. 7. *p.* 78.

Optiones, latius prolato hujus vocabuli uſu, vocantur omnes alii, qui aliorum vices gerunt. Sic optiones commentarienſibus adjunguntur : *l.* 6. D. *de bon. damn.* fœderatis item : *l. ult. C. de loc. & cond.* & *Nov.* 116. 117. & 130. ubi Cujac.

Optiones etiam pro adparitoribus ponuntur, in *l. pen. C. de jur. fiſc. l. ult.* C. *Theod. eod. tit. l. penult.* C. *Theod. de apoch. publ.* Hinc qui in *Act. Apoſt. c.* 16. *v.* 27. δεσμοφύλαξ dicitur, id eſt, carceris cuſtos, vel Commentarienſis, is a D. Ambroſ. *in Comm. in Ep. ad Epheſ. c.* 4. carceris optio vocatur.

Optiones etiam a Juſtiniano adpellantur militaris annonæ erogatores. *Nov.* 130. *c.* 2. Eos Juſtinianus jubet recautas facere, id eſt apochas, de his, quæ collationibus in tranſitum militum expenduntur. Latiſſime ſane patuiſſe hoc vocabulum oſtendit Heinecc. ex Gruter. *inſcr. p.* 36. 8. *p.* 74. 1. *p.* 1066. 5. *p.* 1070. 1. ubi : Optio & exactor auri, argenti, æris, *p.* 80. 5. ubi optio carceris. Item ex Reineſ. *inſcr. p.* 2. ubi : Optio Centurionis, cohortis. *Optio* fabricæ : *l. ult.* D. *de re milit.* frumentarii Legionis : Grut. *inſcr. p.* 12. lanciariorum, legionis, magiſtri equitum, ſigniferi : Reineſ. *p.* 2. *ſequ. Optio* Teſſerarius apud Tacit. *l. c.* tribuni, item turmæ : Reineſ. *ad inſcr. ibid.* valetudinarius : Gruter. *p.* 12. 1. *l. ult.* C. *de jur. immun.* Immo & *ſub optio*, id eſt optionis optio, apud Grut. *p.* 529. 8.

Optio, curiæ Romanæ terminus, quando ſcilicet Cardinalis mutat titulum ſui Cardinalatus, quæ tempore Alexandri V. inter Cardinales introducta eſt.

OPULENTA hereditas : *l.* 1. D. *de offic. pro. Cæſ.*

OPUS, aliud factum aliud imperfectum dici intelligimus ex *l.* 30. §. *pen. D. locati.* At, opere legato, vel conducto ſignificari Labeo ait id opus, quod Græci ἀποτέλεσμα non ἔργον vocant, id eſt, ex opere facto corpus aliquod perfectum : *l.* 5. §. *ult.* D. *de verb. ſignif.* Edictum vero de operis novi nunciatione non omnia *opera* complectitur, ſed ea ſola, quæ ſolo conjuncta ſunt. Unde ſi quis meſſem faciat, arborem ſuccidat, vineam putet, quanquam opus faciat, ad illud edictum non pertinet, quia id ad corpora, quæ in

in solo fiunt, pertinet: *l.* 1. §. 12. D. *de op. nov. nunc.* Contra interdicto quod vi aut clam teneri eum, placet, qui arbores succidit, quanquam ad ea quoque opera, quæ in solo fiunt, id interdictum pertineat: *l.* 7. §. 5. D. *quod vi aut cl.* Rursus: *Opus* in edicto de novi operis nunciatione accipimus, non si unum aut alterum cæmentum fuerit impositum, sed si proponatur instar quoddam operis, & quasi facies quædam facti operis: *l.* 21. §. 3. D. *de nov. op. nunc.*

O P U S dicitur adprobari, *l.*24. D. *locat.* effici: *l.* 113. *D. de verb. obl.* fieri: *l.* 49. §. *ult.* D. *de legat.* 2. itemque, metiri opus: *l.*30. §. 3. D. *locat.*

Opus queque facere medici liberti dicuntur: *l.* 26. D. *de oper. lib.* Sed & animalia, veluit bos. *l.* 17. §. 3. *D. de præscr. verb.*

Opus privatum: *l.* 21. §. 1. *D. de re milit.* publicum: *tit.* D. *de oper. publ.* rusticum: *l.* 21. §. *ult.* D. *de op. nov. nunc.* *Operis* novi nunciatio quid sit, vid. art. *nunciatio.*

Opus aliquando pro opera. Ita: Operibus servi uti, *l.* 36. *D. de stipul. serv.* id est, operis.

Opus indeclinabile, pro eo, quo carere non possumus. Opus est ut de hoc primum referendum sit: *l.* 1. D. *adquir. rer. dom.*

Opus publicum, species pœnæ, quando rei vincti opus facere cogebantur, quale erat metalli, *l.* 7. *D. de pœn.* seu metallicum, ut est in *l.* 28. §. 6. D. *de pœn.* salinarium: *l.* 6. *D. de capt. & postl.* vel perpetuum, vel temporarium: *l.* 1. §. 1. *D. de effractor.* Ad opus publicum dari: *l.* 6. D. *de extraord. crim.* In *opus* damnari, vel in ludum operis publici: *l.* 5. *l.* 14. *C. de pœn.*

O R A, regio, tractus. Quum Africæ oram teneret: *l.* 2. §. 46. D. *de orig. jur.*

O R A C U L U M. Id M. Seneca *in præf. lib.* 1. *controv.* definit voluntatem divinam, hominis ore denunciatam. Cic. *in Top. c.* 20. Oracula ex ipso adpellata sunt, quod inest his Deorum oratio. Ac plane oraculum ab *ore* ductum esse, Priscianus notat.

At Imperatores, qui sibi divina omnia adrogabant, ita sacros adfatus suos, seu sacra rescripta vocabant: *l. pen. C. de divers. rescr. l.* 10. *C. de sacros. Eccl.* Quo genere loquendi utitur Symmach. *lib.* 15. *Epist.* 13. Vetus Glossar. Sacrum oraculum est rescriptum, quod Imperator precibus & supplicationi respondens, rescribit, vel ei fieri, vel non fieri debere, quod postulat. Sic: Adoptio, quæ sacro oraculo fit: §. 11. *Inst. de adopt.* Et dicitur ita quod orando indeptum.

Oraculum, ædes sacra, in qua oratur, capella, vel oratorium: Anastas. *in Leone.*

O R A L E, vestis episcopalis, in formam sindonis, quam R. Pontifex capiti quasi in modum veli imponit & replicat super humeros & ante pectus. Innocent. III. *lib.* 1. *myst. miss. c.* 53. Durand. *lib.* 3. *c.* 9.

O R A R E pro agere dixisse veteres ex eo probat Festus *lib.* 13. quod & oratores, & ii, qui nunc quidem legati, tunc vero oratores, quod reipublicæ mandatas partes agebant. Hinc, *caussas orare*, id est, agere in *l.* 2. §. 43. *D. de orig. jur. l.* 1. *C. Theod. unde vi.* Terent. *Phorm. Act.* 1. *scen.* 2. *v.* 62. Virgil. *lib.* 6. *Æneid. v.* 850. Tacit. *Annal. lib.* 6. *c.*29. Gell. *lib.* 5. *c.* 10. *lib.* 10. *c.* 15.

O R A R I U M, vel ab *ora*, pro extremitate vestium, derivatur: vel ab *ore*, peplum designat. Proprie dicitur sudarium, quo os abstergitur: Hieron. *op. ad Nepotian.* In habitu sacerdotali est pannus

nus oblongus, brachio ſacerdotis imponi ſolitus, cujus in Græcis liturgiis frequens mentio, quamque manualem laciniam modo πρόχειον, modo λῶρον Græci vocant. Alcuino, *de divin. off. c.* 39. orarium, id eſt, ſtola, dicitur, eo quod oratoribus, id eſt prædicatoribus concedatur. Græci tamen videntur diſtinguere ſtolam ab orario, hoc diacono tribuentes, illam ſacerdoti. Sed inter Latinos ſtola & orarium promiſcue accipiuntur. Sacerdotibus circa collum ponitur, diaconis ſuper humerum & quidem ſiniſtrum. *Concil. Tolet. IV. c.* 40. Apud Græcos orarium diacono per modum crucis cancellatur, & in eo nomen ἅγιος tripliciter effigiari ſolet. Habuerunt & epiſcopi orarium ſuum, velut quoddam dignitatis inſigne; ſed hoc peculiaris fuit formæ, nec ut cetera oraria, ſimplex tantum faſcia, quare etiam pallium eſt vocatum. Lectores & ſubdiaconi, *Concil. Aurel. I. c.* 20. *Bracar. I. c.* 9. *III. c.* 1. 4. ut & monachi, orarium ferre prohibentur. Hoc autem orario privari erat ſignum degradationis in omnibus ordinibus, *Anaſtaſ. in Agath. Steph. IV.*

ORATIO, pro quolibet ſcripto. Orationis paginæ, in *l.* 16. *C. Theod. de navicul.* ubi ponitur pro precibus & querela naviculariorum Imperatori exhibitis.

Orationes principum in jure dicuntur, quibus illi Senatum, aut coram orante, aut abſentes per epiſtolam conſulebant: *l.* 3. *C. de leg. & conſtit.* Hujuſmodi pleræque exſtant D. Marci, ut de tranſactione alimentorum, de bonis maternis, de fugitivorum requiſitione, de confeſſis, *l.* 8. *D. de tranſact. l.* 6. §. 1. *de confeſſ. l.* 56. *de re judic.* Item Marci & Commodi, de prohibitione nuptiarum inter tutores & pupillas ſuas: *l.* 62. & 67. §. 3. D. *de rit. nupt.* Item eorumdem de ſervorum & libertinarum nuptiis: *l.* 16. D. *de ſponſal. l.* 16. *D. de rit. nupt.* Antonini, *de don. int. vir. & ux. l.* 32. D. Severi *l.* 1. *de reb. eor. qui ſub tut.* Eaque eſt D. Severi oratio, cujus fit mentio *l.* 9. *C. de præd. min.* quam etiam ſingulari libro Paullus interpretatus erat, ut ex aliquot capitum inſcriptionibus, & indice Piſano adparet. Tacitus *Annal. lib.* 11. *c.* 25. Orationem principis ſecuto patrum conſulto, primi Ædui ſenatorum in urbe jus adepti ſunt. De Antonini & Commodi oratione in ſenatu recitata, vide Ulpian. *tit.* 26. *regul.* §. 7. ſæpius enim orationem principis a quæſtoribus, qui candidati vocabantur recitatam fuiſſe oſtendit Briſſon. *Antiquit. Rom. I.* 17. *p.* 19. Oratione igitur Principis cantum in *l. pen. D. ad SC. Tertull.* & paſſim, idem eſt, ac SCo, ad orationem principis conſtitutum.

Oratio, licentia exeundi apud monachos, quia licentia dabatur oratione ſeu benedictione Prioris, *Reg. Fructuoſi c.* 8.

Oratio dominica, quæ etiam *paterna*, *hærilis*, *quotidiana* dicitur, poſt canonem in miſſa recitatur ex ſtatuto Gregorii *Rupert. de D. O. l.* 2. *c.* 21.

Oratio ſuper populum, vocatur *ultima benedictio*, quæ fit in officio miſſæ: *Microlog. c.* 51.

Oratio plebis, quæ poſt evangelia legitur, *Concil. Lugd.* 1. *c.* 6.

Orationes vocant rituales libri eas preces, quas in ſacris liturgiis peragunt, quæque a verbo *oremus* initium habent & ſemper ad Deum patrem diriguntur: *Capitul. Car. M. lib.* 6. *c.* 66. Has collectas adpellant. Durandus obſervat in eccleſia Lateranenſi numquam dici orationem, ſed in miſſa & in omnibus horis alta voce pronunciari ora-

orationem dominicam; sicque fieri consuevisse in primitiva ecclesia.

Orationale, liber in quo continentur orationes, quæ in ecclesia recitantur, quæ a voce *oremus* initium habent.

ORATOR. Ita olim dictus legatus. Virgil. *lib.* 11. *Æn. v.*100. Jamque oratores aderant. Ad quæ verba Servius: Oratores, ait, legati a perorando pro republica, nominati. *Oratorem* etiam Plutarchus *in quæst. Rom.* 103. dici, ait, προτρεπτικὸν τινὰ καὶ παρορμητικὸν. Quod ad legatos, Oratores comitesve attinebit: *l.* 7. D. *ad leg. jul. de vi publ.*

Oratores pro advocatis in *l.* 33. §. 5. *C. de Episc. & cler.* Sic & disertissimos legum oratores, & oratores maximos, id est, ICtos & caussarum patronos egregios, reperimus in *Const. omnem reip.* §. 2. & §. 6. *ad Antecess.* item ῥήτορας *in Const. græca de pand. conf.*

Oratores pro grammaticis: *l.* 2. D. *de usurp. & usuc.*

Oratores, peregrini, qui ad SS. limina orationis & pietatis ergo pergunt: *Can. illi, qui peregrinis vel oratores alicujus sancti* 24. *quæst.* 3.

ORATORIUM. De oratoriis mentio est in *l. pen.* §. 5. C. *de reb. cred.* Oratorium templi: *l.* 3. *pr. C. de his, qui ad eccles. confug. l.* 4. *C. Theod. eod. tit.* Oratoria templaria, hospitalaria & privata memorantur in *c. patentib.* 10. *de privil.* Est autem *Oratorium*, εὐκτήριον, locus orationi dicatus, *Aug. ep.* 121. Oratoria deinde dicta sunt sacella, monasteriis adjuncta, *Reg. S. Bened. c.* 38. 52. 58. quæ non erant omnibus pervia ut ecclesiæ, quas ideo catholicas vocabant, quod utriusque sexus populo paterent, & in quibus collectas celebrare non licebat; sed erant tantum ad monachorum preces & assiduos cantus accommodata. *Oratoria* tandem dicta sacella quædam domestica, aut privatæ ædes sacræ, in agris & villis exstructæ; quæ parochiarum jus non habebant, & a magnatibus ex fundis suis dotabantur & ab episcopis consecrabantur. *Conc. Agath. c.* 21. *Epaun. c.* 25. *&c.* Differt oratorium, secundum nonnullos a Capella, quia hæc dicitur publicum oratorium, & non potest erigi absque diœcesani licentia; sed oratorium simpliciter, in quo non celebratur, quælibet privata familia absque ulla licentia erigere potest. Vid. *c.* 33. *de consecr. dist.* 1.

ORBARE. Orbatus luminibus: *l.* 1. §. 5. *D. de postul.* Lactant. *lib.* 2. *divin. inst c.* 8. Appius Claudius, Censor, quum adversus responsum ad servos publicos sacra Herculis transtulisset, luminibus orbatus est.

ORBIS terrarum universus in tres dividitur partes, Europam, Asiam, Africam, ait Plinius *lib.* 3. *hist. nat.* & ita accipitur orbis terrarum in *l.* 20. §. *ult.* D. *de op. libert. l.* 2. C. *de jurejur. propt. calumn.*

Sæpe *orbis* terrarum est Imperium Romanum, ut *l. un. C. de usuc. transform.* ubi: omnis orbis terrarum, in quo antiqui usucapionem extendebant, quod per *terram, quæ nostro imperio gubernatur* exponitur, *pr. Inst. de usuc.* D. Hieronymus *lib.* 8. *Epist. ad Demetriad.* Orbem terrarum circumivit, & multa ædificavit. Plerumque tamen veteres utuntur verbis: orbis Romanus; ut in *l.* 17. D. *de stat. hom.* Cassiodor. *lib.* 3. *var. c.* 52. Variis Augusti siquidem temporibus orbis Romanus agris divisus, censuque descriptus est. Idem *lib.* 10. *c.* 8. *ad Justinian. Aug.* Decet enim, ut & iste orbis juvamine vestro splendeat.

deat. Apulei *in Florid. p.* 344. de Alexandro Macedone: Edixit universo orbi suo, ne quis effigiem regis temere adsimilaret ære, colore, cælamine.

ORBITAS, parentis conditio, qui liberos amisit. Plagiarii qui viventium filiorum miserandas infligunt parentibus orbitates: *l. ult. C. ad Leg. Fab. de plagiar.* De eo quoque dicitur qui liberos non suscepit. *rubr. tit. C. de infirm. pœn. cœlib. orbitatis.* De hujus orbitatis pœna vide Gœdd. in *Comm. ad l.* 128. *in pr. & passim. D. de verb. signif.* Dicitur etiam orbitas de liberis & vidua, qui patre carent & marito, ut in *l.* 20. *C. de inoff. test.*

ORBUS, ait vetus Glossarium, est qui liberos non habet. Ulpianus in *inscript. reg. tit.* 13. De cœlibe, *orbo*, & solitario patre. (Isidorus *lib.* 10. *orig.* Orbus quod liberos non habet, quasi oculis amissis. Justin. *lib.* 26. *hist. c.* 1. Hellanicus Senex, & liberis orbus.) Nec vero quisquam orbus habeatur, & proposita huic nomini damna non noceant, aiunt Impp. Constantin. & Const. in *l.* 1. *C. de infirm. pœn. cœlib.* Nempe antea pœnæ orbitatis constitutæ erant de quibus præter laudatum supra Gœd. edisserunt plenius Heineccius *in Comm. ad Leg. Jul. & papp. popp. lib.* 1. *c.* 2. Orbos autem Romæ summa observantia coli consuevisse ab his, qui eorum testamenta captabant, Ammian. Marcellus testis est locuples, qui *lib.* 14. *c.* 19. de corruptis Romanorum moribus agens: Nunc vero, inquit, inanes flatus quorumdam, utile esse, quidquid extra urbis pomœrium nascitur, æstimant, præter *orbos* & cœlibes: nec credi potest, qua obsequiorum diversitate coluntur homines sine liberis Romæ. Adde Plaut. *in milit. gloriof. act.* 3. *scen.* 1. *v.* 111.

ORCHESTRA nomen a saltando nacta; ὀρχῦμαι enim græcis est salto, sive gesticulor; locus erat in medio theatro, ubi senatorum spectantium sedes collocat Vitruv. *lib.* 5. *c.* 6. Sacram fecimus constitutionem, nemini permittentes, neque invitam mulierem ancillam, aut liberam in scenam, aut orchestram pertrahere, *l.* 33. *C. de Episcop. aud.*

ORCINUS libertus adpellatur, qui testamento manumissus, id est, liber esse jussus est, seu qui testamento directam libertatem accepit, quasi testatoris, orco demissi libertus, seu, ut Apuleius loquitur, qui jam in peculio Proserpinæ & in orci familia numeratæ, libertus, §. 2. *Inst. de singul. reb. per fideic. relict. l.* 23. *D. de pecul. legat.* Is qui directo liber esse jussus est, *Orcinus* fit libertas. Is autem cui per fideicommissum data est libertas, non testatoris, sed manumissoris fit libertus. Ulpian. *tit.* 2. *regul.* §. 8. Hi orcini liberti testatoris funus pileati sequebantur, & ad eos pertinent, quæ scribit Dionys. Halicarn. *lib.* 4. *p.* 228. *sequ.* In glossis Palæmonis Orcinus definitur, *morte manumissus.* Vetus glossar. græcum: ἀπελεύθεροι τῦ τεθεῶτος, ὓς χαρονιανὺς λέγυσιν ἀπελευθερύς. Liberti ejus, qui mortuus est, quos vocant libertos charonianos seu orcinos. Inde est, ut Ulpianus ait, statu liberum ea conditione esse, sive alienetur, sive usucapiatur, sive manumittatur, non perdat spem orcini liberti: *l.* 2. *D. de statulib.* Obtingente enim ejus conditione vel die in quam statutam & destinatam libertatem habet, in libertatem eripitur, & tanquam testamento manumissus testatoris libertus efficitur. Præterea, qui ob necem detectam domini præmium libertatis consequitur, fit *orcinus* libertus: *l.* 5. D.

qui

qui sine manum. Sed & qui ex SCo Rubriano ad libertatem pervenit, *Orcinus* libertus efficitur: *l.* 3. *D. de legit. tut.* Quin etiam si is, cui servus legatus est, rogatus manumittere, latitet, *orcinus* fiet libertus: *l.* 49. D. *de fideicomm. libert.* Hoc amplius, si minor viginti quinque annis adierit hereditatem ejus, qui libertatem fideicommissam debebat, & in integrum sit restitutus, abstinendi caussa, ex successione servo libertas perinde competit, atque si ex testamento libertatem consequutus esset. Erit igitur libertus *orcinus*, non ejus, qui fideicommissam libertatem debebat: *l.* 30. §. 11. *sequ. D. de fideic. lib.*

Orcinus heres in *l.* 8. *D. de hered. inst.* est servus quem testamento dominus liberum & heredem esse jussit, qui heres & libertus orcinus est testatoris heri.

ORDINARE, instituere, conficere, componere. Ita: ordinare caussam: *l.* 24. D. *de liberal. causs. l.* 1. *C. ad SC. Turpil. l.* 3. *C. de codicill.* judicium: *l.* 1. D. *de bon. possess. ex testam. mil. l.* 24. §. 1. *l.* 25. §. 1. *D. de liberal. causs.* libellos inscriptionum; *l.* 3. §. 1. D. *de accus.* litem: *l.* 24. *D. de liberal. caus.* opus novum, id est condere, incipere, inchoare: *l.* 3. *C. Theod. de op. publ.* rem inofficiosi: *l.* 8. §. 1. D. *de inoff. test.* suprema sua; *l.* 25. §. 1. D. *de lib. & post.* id est testamentum ut habet *d. l.* 25. §. *ult.* D. *eod. tit.*

Ordinari porro dicuntur qui in officio aliquo constituuntur. Ita: curator ordinatus: *l.* 12. C. *qui dar. tut. vel cur.* Tutores vel curatores ordinati; *l.* 24. *C. de admin. tut. vel cur.* Ea vox usurpatur etiam de iis quibus officium ecclesiasticum confertur; ut in *c.* 1. *de ordin. ab Episc.* & passim in jure canonico.

ORDINARIUS, *a*, *um*, quod ordine fit, vel ex ordine est. Ita: ordinarium est: *l.* 1. D. *de pecul. l.* 1. D. *de possess. hered. pet. l.* 1. *pr.* D. *si tab. test. null. exst. Ordinaria* actio: *l.* 32. §. 9. D. *de recept. arb. l.* 155. §. 2. D. *de reg. jur.* bonorum possessio: *l.* 5. §. 3. D. *de legat. præst. l.* 3. §. *ult.* D. *de carbon. edict.* ubi ordinaria opponitur Carbonianæ, quæ extraordinaria est.

Ordinarius, loci episcopus, qui habet ordinariam jurisdictionem in caussis ecclesiasticis.

Ordinarii etiam dicuntur ex ordine ecclesiastico, quibus competit aliqua jurisdictio.

Ordinarius etiam erat dignitas canonicorum regularium, Innocent. *lib.* 1. *ep. p.* 30.

Ordinarium ordinariorum dicitur summus Pontifex quod collationem beneficiorum habeat, *Concil. Lateran. c.* 5. *cap. Antiqua de privileg.*

Ordinarius Consul. Vide in art. Consul.

Ordinarius Judex. Vide voc. *Judex.*

Ordinarium judicium & jus; Vide in his vocibus.

Ordinariæ potestates, *vicariis* oppositæ: *l.* 7. *C. Th.*

Ordinaria sedes, idem ac judicium ordinarium in *l. ult.* C. *Th. de his qui cond. propr. reliq.*

Ordinarius servus, quemadmodum vetus glossarium interpretatur, est, qui aliis servis præest: Si servus meus ordinarius vicarios habeat; *l.* 17. *D. de pecul.* Et ita ordinarius servus vicario opponitur: *l.* 19. D. *eod. tit. l.* 5. §. 1. *D. de tribut.* Adde Theophil. *in* §. 4. *Inst. quod cum eo, qui in alt. pot.* Interdum tamen ordinarius servus vulgari & mediastino opponitur, ut *l.* 15. §. 44. D. *de injur.* Ad ordinarios etiam servos alludens Seneca Epist. 111. Unicuique nostrum, ait, pædagogum dare

dare deum, non quidem ordinariam sed inferioris notæ, ex eorum numero, quos Ovidius ait de plebe Deos. Idem *lib. 3. de benef. c.* 28. Ad hortos alicujus, ne ordinarium quidem habentis officium.

Ordinarii tabularii in *l. 3. C. de tabular.*

Ordinarii, inter officiales judicum, seu adparitores: *l. 3. C. Theod. de iis quæ administr. l.* 16. *C. Theod. de cohortal.* Appellantur & *ordinarium* officium *l. 7. C. Justin. & Theod. de bon. proscript.*

ORDINATIM, ut, pro *ordinati* reponit Leoninus in *l.* 11. *D. fin. regund.* id est, ordinibus locorum inspectis, ut, aliter ac ille, interpretatur Jac. Gothofr. *in Comm. ad. l.* 1. *C. Theod. fin. regund.* notatque vocem propriam fuisse agrimensoriam; vide infra in voce *ordo verb. ad locorum ordines.*

ORDINATIO testamenti: *l. 25. C. de jure dot.* id est confectio.

Ordinatio pro institutione in ecclesiastico officio. Itaque ordinatio hoc sensu est personæ ad certum officium ecclesiasticum lectæ solennis benedictio, qua mediante potestas illius obeundi cum efficacia & gratia spirituali confertur: de ea vide *c. 9. caus.* 1. *qu.* 3. Concil. Trident. *sess.* 23. *c.* 4. *& sess.* 23. *de sacram. ord. c.* 2. item *c.* 4. *Caus.* 1. *qu.* 7. & tot sunt ordinationes quot sunt ordines seu gradus ecclesiastici. Sacerdotum creandorum ordinationes: *l,* 12. C. *Theod. de hæret.*

ORDO est rerum relatio qua aliæ aliis tempore aut loco præcedunt. Ita: *Ordo* edictorum: *l.* 72. D. *de judic.* exsequutionis: *l.* 4. §. 4. D. *de re judic.* institutionis: *l.* 41. §. 4. D. *de vulg. & pup. subst.* interdictorum: §. *ult. Inst. de interd.* judiciorum: *l.* 4. *C. de sent. & interloc.* juris: *l.* 1. *C. de liberal. caus.* possessionis: *l.* 1. §. 4. *D. uti possid.* postulationum: *l.* 9. §. 4. D. *de offic. proconf.* publicorum capitalium: *l.* 8. D. *de publ. judic.* rei gestæ: *l.* 3. *C. de exsequut. rei judic.* sententiarum dicendarum: *l.* 2. *D. de decurion* Ordine facere: *l.* 2. D. *ad SC. Vell.* ire: *l.* 4. D. *de usuc.* item ex ordine: *l.* 10. §. 1. *C. de fidejuss.* ordine turbato mortalitatis: *l.* 15. D. *de inoff. test.* ordine incerto nascentes: *l.* 15. *D. de stat. hom.* suo ordine: *l.* 1. §. 11. D. *de success. edict.* ordinem facere: *l.* 5. *D. de adsign. libert.* habere: *l.* 12. *C. qui pot. in pign.*

Ad locorum ordines: *l.* 1. *C. Theod. fin. regund.* interpretatur in re præsenti Jac. Gothofr. in *com. ad d. l.* ordines enim locorum proprium in limitibus constituendis significatum habere, & quidem in adsignatis seu datis, de quibus in ea lege agitur, locis docet idem ex his Aggens Urbici *pag.* 145. *edit. Rigalti & pag.* 66. *edit. Goes.* verbis: Secundum signa in formis nominata, locus quicumque erat, restituatur, aut artificio signorum loca requirantur: Si erunt (ut frequenter evenit) turbata, docere nos angulorum positiones poterunt. Sic erit, ut & artis sinceritas servetur, & *ordo* veteris adsignationis non prætermittatur.

Ordinis beneficium quod & excussionis dicitur, quo fidejussor ante principalem conventus excipit de non servato ordine, & de debitore prius conveniendo, excutiendo *Novel.* 4. *c.* 1. Vid. *excussionis beneficium.*

Ordo gradus, dignitas. *Ordo* amplissimus, id est, senatus. Item *ordo* senatorius: *l.* 27. D. *de rit. nupt.* equestris: *l.* 2. §. 47. D. *de orig. jur.* inferior & superior: *l.* 4. *D. de senator.* ingenuorum: *l.* 44. D. *de excus.*

Tom. II. Nn Sed

Sed & mancipiorum *ordo* dicitur, ut : sufficienter alere & vestire debet secundum ordinem & *dignitatem* mancipiorum *: l.* 15. §. 2. *D. de usufr.* id est, secundum conditionem & qualitatem ministerii, quod in familia exhibuit.

Ordo, absolute positus, ordinem decurionum notat, *l. 9. C. de episc. aud. l. 6. & 14. 37. 44. 47. & 66. & passim C. Theod. de decurion.* Ordines civitatum *: l. 29. & 50. C. Th. eod. tit.* curiarum & curiales, *l. 66. &* 80. *eod.* decuriarum *: l.* 1. *C. Theod de lucr. off.* municipales : *l.* 2. *C. Th. de quæstion.* oppidanei *: l.* 47. *C. Theod. de decurion.* patriæ : *l.* 79. *C. Th. eod. tit.* urbium *: l.* 2. *C. Th. quid prob. deb. ad quamc. milit. ven.*

Ordo in ecclesia rom. est ordinis sacramentum, quod ei confertur, qui in aliquem ordinem ecclesiasticum cooptatur. Sunt autem ordines alii majores seu sacri: Subdiaconatus, Diaconatus, Presbyteratus, Episcopalis : alii minores audiunt, Cantoratus, Psalmistatus, Ostiaratus, Lectoratus, Exorcistatus, Acolytatus. In ordinibus majoribus constituti ad celebrationem missæ concurrunt, ministri altaris dicti *: c.* 16. *dist.* 50. *c.* 4. *dist.* 61. non æque in minoribus constituti : *c.* 3. 12. *dist.* 32. *c.* 3. *dist.* 60. Memoratur ordo & gradus presbyterorum in *l.* 10. *C. Theod. de fid. test.* Ordo clericalis, seu clericatus. Conferre ordinem, pro ordinare in *c.* 11. *de ætat. & qual. & ordin. præfic.* Cur ordines in quatuor temporibus fiant, & cur episcopi diebus Dominicis, presbyteri vero & ceteri ministri ecclesiæ sabbato ordinentur, indicabunt officiorum divinorum scriptores.

Ordo, liber ecclesiasticus, qui vulgo, *ordo romanus*, editus cum scriptoribus de ritibus ecclesiasticis, cujus mentio fit in capitular. *lib.* 7. *c.* 143.

Ordo, regula & observatio monachica. Aliquando nude ponitur pro *ordine religioso*.

ΟΡΓΥΙΑ, ΑΣ. in *l. ult. D. famil. ercisc.* ulna, mensura senum pedum, Herodot. quaternorum cubitorum passus Valca interprete. Dioscor. *lib.* 4. *δέκα ὀργυιάς ἔχων ὕψος*, decem ulnas altus, ut exponit Ruellius. Hesychius *ὀργυιὰν* ait esse *τὴν τῶν ἀμφοτέρων χειρῶν ἔκτασιν, καὶ τὸ μέτρον ἀπὸ τοῦ τὰ γυιὰ μετρεῖν*, amborum brachiorum extensionem, mensuram ex eo sic dictam quod ea mensurant *τὰ γυιὰ* id est, agros. Jul. Pollux exponit, spatium quantum protensa hominis utrinque brachia ab altero summo medio digito ad alterum trajecta per pectus longitudine patent.

ORFITIANUM SCum. *l.* 6. D. *de adquir. hered.* vide *Orphitianum.*

ORICHALCUM vide *aurichalcum.*

ORIENS, modo pro parte orbis, cui proprius præfectus prætorio attributus erat, modo pro diœcesi, quæ provincias quindecim continebat, Palestinam nimirum, Phœnicen, Syriam, Cyprum, Ciliciam, Palestinam Secundam, Palæstinam Salutarem, Phœnicen Libani, Euphratensem, Syriam Salutarem, Osroenam, Mesopotamiam, Ciliciam, Isauriam, Arabiam. Quanquam Guill. Tyrius *Orientem*, ex veterum auctoritate. *Antiochium diœcesin* appellare se scribat *lib.* 3. *de bell. sacr. c.* 18. Supra dictæ autem provinciæ omnes sub dispositione viri spectabilis, Comitis orientis erant, ut ex *Notitia Imp.* patet. Cujus comitis curæ *Seleucena Classis* mandata vulgo legitur, *l. un. C. de Classic.* Quo in loco mendum esse, Brissonius docet ex scriptis Codicis Justinianei libris, & impresso Theodosii Codice, in quibus longe rectius

ctius scriptum est: *ad auxilium purgandi Orontis*, qui fluvius est Syriæ Seleuciam affluens: cujus loco vulgo legitur *orientis*. Vide *Orontes*.

ORIGINALIS dicitur, qui ipsa nativitate, seu origine sua conditioni alicui adstrictus est. Sic: conditio originalis: *l.* 14. *C. Theod. de privil. eor. qui in sacr. palat. milit.* *Originales* coloni: *l.* 14. *C. Theod. de annon. & trib.* curiales: *l.* 13. *&* 96. *C. Theod. de decur.* *Originalis* levamentarius: *l.* 1. *C. Theod. de navicul.* qui parentes habuit levamentarios. *Originales* suariorum: *l.* 5. *C. Theod. de suar.* Vide *art. Suarius*. Originalia vincula: *l.* 82. *C. Theod. de decur.*

ORIGINARIUS, *a*, *um*. *Originaria*, (mulier) seu colonaria alienæ possessionis: *l.* 7. *C. de murilcg.* quam confer cum *l.* 10. *C. Theod. eod. tit.* Originarii coloni: *l.* 7. *&* 11. *C. de agric. & censit.* originarium solum: *l.* 22. *C. Theod. de cohortal.*

ORIGO initium cujusque rei significat & causam. Origo emendi vendendique a permutationibus cœpit: *l.* 1. *de contrah. emt.* Bonorum possessio ex jure civili originem non habet: *l.* 1. D. *und. cogn.*

Origo etiam dicitur unde quis est, & unde ortum ducit: *l.* 6. *D. ad municipal.* Cives origo facit: *l.* 7. *C. de incol.* Ejus qui justum patrem non habet, prima origo a matre numerari debet: *l.* 9. *D. ad municipal.* Vide & *l.* 1. *&* 6. §. *ult.* *l.* 7. D. *eod. tit.*

Origo etiam significat initium adquisitionis dominiive alicujus: *l.* 19. *C. de donat.* *l.* 24. *C. de fideicom.* Ad hanc loquutionem acute adludit Tertullianus, dum *libro de carne Christi c.* 2. originalia instrumenta Christi, & *in libro adv. Hermog. c.* 19. originale instrumentum Moysi memorat.

ORIGENIANI ab origene auctore exorti sunt; dicentes; quod non possit videre Filius patrem, nec Spiritus sanctus filium. Animas quoque in mundi principio peccasse dicunt, & pro diversitate peccatorum e cœlis usque ad terras diversa corpora, quasi vincula meruisse: eaque caussa factum esse mundum *c. Quidam* 39. §. 39. *caus.* 24. *quæst.* 3.

ORIRI, id est nasci, vel originem capere. Unde cum de corporalibus rebus veluti de aqua in *l.* 8. *C. de servit. & aqu.* *l.* 1. §. 13. *D. de aqu. & aqu. pluv.* tum de incorporalibus, ut de actionibus, *l.* 9. §. *ult.* D. *de reb. auct. jud. possid.* usurpatur.

Oriri etiam dicuntur quæ repente accidunt, ut incendium: *l.* 7. §. 4. D. *quod vi aut cl.* tempestas: *l.* 13. §. 2. *D. locat.*

ORIUNDUS quis dicitur, unde originem trahit, ut in *l.* 6. *D. ad municipal.* *l.* 31. *D. de verb. signif.* *l.* 11. *D. de Senat.*

ORNAMENTA in loco sacro: *l.* 1. *D. ne quid in loc. sacr.* in sepulchris: *l.* 5. *C. de Sepulcr. viol.* publicorum operum: *l.* 25. *C. Theod. de pagan.*

Ornamenta muliebria sunt, quibus mulier ornatur: veluti inaures, armillæ, viriolæ, anuli, præter signatorios, vel omnia, quæ ad aliam rem nullam parantur, nisi corporis ornandi caussa, quo ex numero etiam hæc sunt, aurum, gemmæ, lapilli, quæ aliam in se nullam utilitatem habent: *l.* 25. §. 10. *D. de aur. arg. mund. leg.* Hinc ornamenta a mundo muliebri separantur: *l.* 8. 13. *&* 30. *D. eod. tit.* *l.* 100. §. 2. *D. de legat.* 3. Differentiam utriusque exponit Ulpianus *d. l.* 25. §. 10. Tertullianus *de habit. mulier. lib.* 1. *c.* 4. Habitus fœminæ, ait, duplicem speciem circumfert, *cultum & ornamentum*.

Cultum dicimus, quem mundum muliebrem vocant. Ornatum quem immundum muliebrem convenit dici. Ille in auro, argento, gemmis & vestibus deputatur: iste in cura capillorum, & cutis, & earum partium corporis, quæ oculos trahunt.

Hinc *ornamenti* adpellatione signatorius anulus non continetur: *l.* 47. D. *de verb. signif.* Ornamentorum adpellatione vestis muliebris non continetur: *l.* 37. *D. de aur. arg. legat.*

Ornamenta honoris & dignitatis, observante Heineccio, habere dicuntur, quibus honorum dignitatumque insignia, sine re, conferuntur. Qualia erant ornamenta consularia, triumphalia, duumviralia, quatuorviralia. Quin & principalia ornamenta ab Imperatoribus data legimus, apud Lamprid. in *Elagab. c. 6.* Dabantur porro illa non modo viris, sed & feminis. Ulpianus: speciosas personas accipere debemus clarissimas utriusque sexus, item eorum qui *ornamentis* senatoriis utuntur: *l.* 100. D. *de verb. signif.* Quin & personis vilissimis concessa esse talia ornamenta ab Elagabalo, observant Lamprid. *ibid.* & Dio Cass. *in excerpt. Peiresc. p. 766.* Quumque alias feminæ, nuptæ prius viris consularibus, & postea in inferioribus conditionis virorum toros concedentes, prioris matrimonii dignitate exciderent: *l.* 8. *D. de Senator.* aliquando tamen impetrabant a Principe, ut manerent in consulari dignitate, velut Antoninum Caracallam id Juliæ Mammææ, consobrinæ suæ indulsisse, testatur Ulpianus *l.* 12. *D. eod. tit.* Luciliam quoque, L. Veri viduam, amisso viro principe, Pomponio, privato, nuptam, sellam Imperatoriam, aliosque honores, Commodi Imperatoris indulgentia retinuisse, testis est Herodianus *lib.* 1. *hist. c.* 20.

Ornamenta honoris metaphorice in *l.* 14. C. *Theod. de proxim. Comit. dispos.*

ORNARE corpus: *l.* 25. §. 10. *D. de aur. arg. legat.* jumenta: *l.* 38. D. *de Ædil. edict.* municipium: *l.* 29. *D. de reb. auct. jud. poss.* sepulcrum: *l.* 11. §. 2. D. *quod vi aut. cl.* speciem: *l.* 79. *D. de verb signif.*

ORNATRIX Ita vocabatur ancilla quæ matronis comendis deserviebat, eisque ministerium in capillis disponendis, dirigendis, crispandis, ac torquendis exhibebat: *l.* 65. §. 3. D. *de legat.* 2. Ovid. *lib.* 2. *amor. eleg.* 14. Non acus abrupit, non vallum pectinis illos. Ornatrix tuto corpore semper erat. Suet. *in Claud. c.* 40. Inducta teste in Senatu: Hæc, inquit, matris meæ liberta & ornatrix fuit. Macrob. *lib.* 2. *Saturn. c.* 5. Eadem Julia mature habere cœperat canos, quos legere secreto solebat. Subitus interventus patris aliquando oppressit ornatrices. Exstat in lapide quodam Romæ inscriptio hujusmodi: *Cineribus Camillæ Alpionillæ Quiritiæ ornatrici.* De ornatricibus plura Io. a Wouveren ad illud Petronii: Dic, Chrysis, numquid indecens sum? numquid incompta? *in not. p.* 472. Taubman. *in Plauti mustellar.* 1. 3. *v.* 97. sed magis operæ prætium fuerit, legisse, quæ de ornatricibus & cosmetis plena manu ferunt Laur. Pignor. *de serv. & eor. apud vet. condit. p.* 191. *sequ. edit. Patav.* & Thom. Reines. *comm. ad inscript. p.* 214. *& sequ.*

ORNATUS civitatis: *l.* 122. D. *de legat.* 1. domus: *l.* 3. §. 7. D. *de usur.* Imagines quæ in aliquo ornatu villæ fuerunt: *l.* 12. §. 36. D. *de instruct. vel instr. legat.*

ORONTES *l. un.* C. *Theod. de class.* ex qua corrigenda est *l. un.*

tur. C. *Justin. eod. tit.* ubi *Orientis* vulgo legitur. Est autem Orontes Syriæ amnis, qui inter Libanum & Antilibanum juxta Heliopolin nascitur, teste Plinio *lib. 2. hist. nat. c. 103. & lib. 5. c. 21. 22.* Strabo *lib. 6. & 16.* ait eum amnem, quum prius Typhon diceretur, mutato nomine, ab illo, qui in eo pontem fecit, Orontem esse adpellatum. *Eous Orontes* adpellatur a Statio Papinio *lib. 4. silv. 7. v. 46.* Guil. Tyrius *lib. 4. de bell. sacr. c. 8. p. 685.* Fluvius, inquit, cui pons super impositus est prædictus, *Orontes* adpellatur, verbo vulgari *Fer* dictus, qui ab eo loco secus Antiochiam defluens, inde ad mare descendit. Meminit hujus fluvii idem auctor *lib. 4. c. 10. & c. 10.* Male ergo Hegesippus *lib. 3. c. 5.* eum *Orientem* adpellari dicit.

ORPHANOTROPHIUM, *l. 16. l. pen. pr. C. de sacros. eccles. l. 34. C. de episc. & cler.* est locus, in quo filii orbi & parentibus orbati aluntur.

ORPHANOTROPHUS, *l. 30. & 34. C. de Episc. & cler. & Nov. 7. tit. 1. c. 1.* qui præponitur orphanis nutriendis, tamquam tutor, seu curator minorum. Vetus Glossar. Orphanothrophus est orphanorum & pupillorum tutor, & adolescentium curator, qui eos parentibus & facultatibus destitutos suscipit educandos.

ORPHITIANUM SCum, Orphito & Ruffo Coss. factum Marci temporibus, ut testis est Justinianus, *pr. Inst. de SC. orphit.* Ejus autem SCi auctorem fuisse D. Marcum, oratione in senatu recitata, indicat Caius, *l. 9. D. ad SC. Trebell.* Sacratissimi inquiens, Imperatoris nostri oratione cavetur, ut matris intestatæ hereditas ad liberos, tametsi in aliena potestate erunt, pertineat. Ulpianus vero *tit. 26. §. 7.* D. Marco socium adjungit Commodum filium. Ait enim: Sed postea Imperatorum Antonini & Commodi oratione, in senatu recitata, id actum est, ut sine in manum conventione matrum legitimæ hereditates ad filios pertineant, exclusis consanguineis & reliquis adgnatis.

Hoc autem SC. effectum, ut liberi ad bona matrum intestatarum admitterentur, ait Justinianus *pr. Inst. de SCo Orphit.* idemque ex toto tit. *C. eod. tit* adparet. add. *l. 1. D. ad SC. Tertull. l. 2. §. ult. D. und. legit. l. 6. D. de adquir. vel omitt. hered. l. 1. §. 9. D. und. cogn.*

Quod vero Paull. *lib. 4. sent. tit. 14 §. 1.* his verbis prodit: *Quum autem* ita manumiserit: *obsonatorem vel qui ex ancilla illa nascitur, liberum esse volo: ex orficiano SCo perinde libertas competit, ac si nominatim data sit:* Id non ejusdem illius SCi caput alterum, sed aliud ejus nominis SCum esse arbitratur Heineccius cum Guil Ranchino *de success. ab intest. §. 5. n. 2.* & Ant. Schultingio *jurispr. vet. antej. p. 427.*

ORTHODOXA ecclesia: *l. 14. C. de sacros. eccles.* religio: *l. 12. & 15. C. eod. tit.* Ut cunctis orthodoxis Episcopis, qui Nicænam fidem tenent., catholicæ Ecclesiæ toto orbe reddantur: *l. 6. C. Theod. de hæret.* Orthodoxus, ait Isidorus *lib. 8. orig. c. ult.* est *recte credens.* Ὀρθῶς enim græce *recte* dicitur: δόξα gloria: hoc est, vir rectæ gloriæ, quo nomine non potest vocari, qui aliter vivit quam credit. Verum δόξα heic est *Sententia.*

ORTUS imperii: *l. 7. in fin. l. ult. C. de feriis.* id est, primordium, origo.

OS, ORIS. Os alicui percussum: *l. 7. §. ult. de injur.* Quod avibus

avibus ex ore cecidiſſet : *l.* 40. §. 3. D. *de contr. emt.* hunc locum corrigit Heinecc. reſcribens *auribus* pro avibus, huicque diſplicet quod reponit Briſſon *ære* pro ore.

Ossa hominis condita: *l.* 2. §. 5. D. *de relig.* ab alio illata: *l.* 8. *D. eod. tit.* Eſt Lex in XII. Tab. Hominis mortui *oſſa* ne legito, quo poſt funus facias, extra quam ſi belli endove (in) hoſtico mortuus eſcit. Id eſt, homini mortuo e cadavere membrum aliquod ne adimito, cujus cauſſa poſtea funus, funeriſque impenſæ de novo iterentur; niſi ſi quis in bello mortuus eſſet, vel peregre.

Osculum in ſponſalibus: *l.* 16. *C. de donat. int. vir. & ux.* & in ſalutationibus magiſtratuum adhibebatur: *l.* 119. *C. Theod. de decur.* *l.* 4. *C. Theod. de domeſt. & protect.* & ibi Jac. Gothofr. *l.* 1. *C. juſtin. eod. tit.*

Ὀσίας χάριν apud Modeſtinum in *l.* 2. *D. qui pet. tut.* idem eſt, ac defunctorie, ut loquitur *l.* 2. §. 32. D. *ad SC. Tertull.* At apud Dionem *lib.* 37. ὁσίας ἕνεκα, eſt ſervandæ conſuetudinis cauſſa, ſeu, ut loquitur Gellius *lib.* 4. *c.* 18. veteris moris uſurpandi gratia.

Ospratura apud Alexandrinos patrimonii munus exiſtimatur: *l. ult.* §. 19. *D. de mun. & honor.* Heineccius probat Jo. Brodei divinationem *miſcell. lib.* 10. *c.* 20. pro *oſpratura* legentis *oſprionia* quod verbum ἀπὸ τοῦ ὀσπρίου *legumine* eſt & verbo ὠνεῖσθαι, *emere*; adeoque leguminum coemtionem ſignificat.

Osrhoena, provincia Orientis, cujus fit mentio *l.* 10. *C. de ædif. priv.* *l.* 5. *C. de cohortal.* *l.* 8. *C. de fund. patrim.* Quibus omnibus locis hujus verbi ſcriptura mendo non caret. Regebatur vero per Ducem, ut *ex Notitia Imperii Rom. patet.*

Ossuaria, *æ*, pro loculo, in quo hominis oſſa condita ſunt, *l.* 2. *D. de Sepulcr viol.* *Oſſuaria* probum eſt, quamvis in marmoribus frequentius *Oſſarium*, genere neutro & omiſſa littera *u*. Reineſ. *inſcr. claſſ.* 19. 24. Spon. *Miſcellan. p.* 290. *Oſſuarius* enim, & *Oſſarius* ſunt adjectiva, & ſic apud Ulpian. *d. l.* 2. ſubaudiendum eſt ſubſtantivum *Olla.* Ita enim *olla oſſuaria* eſt apud Gruter. *inſcript. p.* 616. *Oſſua* pro *oſſa* reperias in lapide apud Vignol. *de columm. Antonini p.* 225. Adde de hac voce pluribus differentes Cujac. *lib.* 10. *obſerv. c.* 37. & Ducker *de latin. vet. Ictor. p.* 423.

Ostendere, monſtrare, & declarare eſt, item, docere ac probare, paſſim in *L L.* noſtriſ.

Ostentum, Labeo definit, omne contra naturam cujuſque rei genitum factumque: *l.* 38. *D. de verb. ſignif.* ibidemque duo eſſe genera oſtentorum Ulpianus tradit. Origo hujus vocis a Cicerone *lib.* 2. *de nat. Deor. c.* 3. his verbis demonſtratur: Prædictiones vero & perſuaſiones rerum futurarum, quid aliud declarant, niſi hominibus ea, quæ ſint, oſtendi, monſtrari, portendi, prædici? Ex quo illa oſtenta, monſtra, portenta, prodigia dicuntur. Feſtus *lib.* 13. Oſtentum quo nunc utimur *prodigii* vice. Idque ab oſtendendo dictum eſſe, idem *lib.* 11. in voce *monſtrum* ſcribit. Non. Marcellus: Monſtra & oſtenta ſimiliter intelliguntur, quod imminentia monſtrent, & oſtendant. Porro quid inter monſtrum, *oſtentum*, portentum & prodigium interſit, vide Feſt. *lib.* 4. in verbo *portentum*, Nonium Marcellum in verbo *monſtrum*, & Iſidor. *lib.* 2. *different*,

Ostiarius *l.* 24. *C. Theod. & l.* 6. *C. Juſt. de Epiſc. & cler.* Dicti autem oſtiarii, quod præ-

ſint

sint ostiis templi. Ipsi enim tenentes clavem, omnia intus, extraque custodiunt, atque inter bonos & malos habentes judicium, fideles recipiunt, & respuunt infideles. *c.* 1. §. *fin. dist.* 21. Adde *c.* 1. §. 1. *dist.* 25. Eorum jam fit mentio in Concil. Laod. *can.* 21. & 24. vide Ziegl. *de diacon. & diaconiss. c.* 1. §. 6. *sequ.*

Ostiarii etiam servi, forium custodes, in *l.* 61. *D. de legat.* 3. *l.* 12. §. 9. & §. 42. *D. de instr. & instrum.* Hi plerumque in cellula prope fores etiam catenati; perinde ac canes excubabant. Suet. *de clar. rethor. c.* 3. L. Ottacilius Pelitus serviisse dicitur, atque etiam ostiarius veteri more in catena fuisse. Ovid. *lib.* 1. *amor. eleg.* 6. Janitor indigne dura religata catena. Addi de iis possunt Pet. Faber. *lib.* 2. *semestr. c.* 12. Brodæus *lib.* 3. *miscell. c.* 3. Sagittar. *de jan. vet. c.* 16. Laur. Pignor. *de serv. p.* 216.

OSTIENSIS panis, *rubr. tit. C. Theod. de pretio pan. ostiens.* qui alias fiscalis dicitur, Nempe e fiscali canone frumentario conficiebatur, quod pistores emebant a caudicariis & mensoribus ut docet *l.* 1. *C. Theod. de frum.* Dictus autem fuit Ostiensis, quia ad portum Ostiensem canon fiscalis omnis subvehebatur inque eo portu pistores horrea cellulasve habuere: vide Jac. Gothofr. in *comm. d. tit. C. Theod. de pret. pan.* vide supra voce *fiscalis.*

OSTIUM *l.* 11. §. 2. D. *quod vi aut cl. l.* 59. D. *de rei vind.* est introitus ædium. Τὰς θύρας Aristophanis Scholiastes in Plut. latine *Ostia* dici tradit, παρὰ τὸ ἔξωθεν ἐπερχομένων. *Ostium* fluminis, ubi nimirum illud se in aliud flumen, vel in mare præcipitat.

OTIOSUS, *a*, *um.* Ictis sæpe ita adpellatur quod lucrum non fert, vel unde nihil redit. Ita: Otiosis ædium cultibus provincialium patrimonia fortunæque lacerantur: *l.* 15. *C. Theod. de curs. publ.* Otiosi mancipatus functioni addicendi: *l.* 1. *C. Theod. de mancip.* ubi *otiosi* iidem, qui in *l.* 3. *C. Theod de tabular.* vocantur *vacantes & vacuo officio publico*: *l.* 3. *C. Theod. de naufr.* Otiosum & immune patrimonium: *l.* 2. *C. Theod. de præd. & omn. reb. navicul* Otiosa pecunia, quæ alias & vacua, dicitur ea, quæ non occupatur, id est, non exercetur, neque in nomina, vel in emtionem prædiorum collocatur: *l.* 13. §. *ult. D. de usur.* Plin. *lib.* 10. *Epist.* 62. Pecuniæ publicæ & exactæ sunt, & exiguntur, quæ vereor ne otiosæ jaceant. Nam & prædiorum comparandorum aut nulla, aut rarissima occasio est, nec inveniuntur, qui velint debere reipublicæ. Quinctilian. *Declam.* 345. Pecuniam dedi, & ex otiosa jacente patrimonii parte aliquid numeravi. Contra *occupari* pecunia dicitur, quæ exercetur. Vide supra in art. *occupare.*

OTIUM civile, & domestica quies: *l. un. C. de gladiat. penit. toll.* pro pacis tempore.

OVASIS vel *Oasis*, tam parva quam magna, locus desertus est Africa, in quem nocentes relegari solebant: nam utriusque meminit Ptolemæus in tertia tabula Africæ, & Plin. *lib.* 5. *c.* 9. Arsinoitæ, inquit, duo sunt: hi Memphites usque ad summum Delta perveniunt, cui sunt contermini ex Africa duo Oeasitæ. Mentio etiam est utriusque apud Curt. Et Strabo *lib.* 17. scribit Ovases loca habitata esse in magnis desertis, quasi insulas quasdam in mari. Socrat. *in hist. eccles. lib.* 2. *c.* 28. de Gregorio quodam Arriano loquens, ait eum quosdam catholicos interfecisse, alios vero superstites in exilium ad magnam *Oasin* relega-

relegaſſe. Evagr. *lib.* 1. *hiſt. eccleſ. c.* 7. *refert.* Neſtorium hæreticum, edicto Imp. Theodoſii, in Oaſin relegatum fuiſſe, quam & Ibim vocari ſcribit: ut & teſtatur Plin. *lib.* 5. *c.* 4. Sic enim apud eum legendum: *Ibis* civitas *Oenſis*, &c. Sunt alii auctores, qui hujus vocis mentionem faciant: ut jam non ſit dubitandum, quin apud Ulpian. *l.* 7. §. 5. D. *de interd. & releg.* ſic legi debeat: Eſt quoddam genus quaſi in inſulam relegationis, in provincia Ægypto in Ovaſin relegare. Hinc Oaſena deportatio: *l.* 1. *C. Theod. de Nil. agger.*

OVILE: *l.* 25. §. *ult. D. de inſtr. vel inſtr. leg.*

OVILIO, alias opilio, paſtor ovium. *d. l.* 25.

OVILIS, grex: *l.* 12. §. 2. D. *de uſu & habit.*

OVES lanigeræ: *l.* 2. *C. Theod. quib. equor. uſ.* Ovibus legatis agni non continentur, niſi annuales ſint Paull. *lib.* 3. *ſent. tit.* 6. §. 74. neque arietes: *l.* 81. §. *ult.* D. *de legat.* 3. Grege autem ovium legato, arietes & agnos deberi, nemo dubitat: *d. l.* 81. & paull. *cit. l.*

ΟΥΣΙΑ, eſſentia vel ſubſtantia. Incorruptæ Trinitatis indiviſa ſubſtantia, quæ Græcis adſertione verbi *ὀσία* recte credentibus dicitur: *l.* 6. *C. Theod. de hæret.* Ad quem locum ita Jac. Gothofr. ΟΥΣΙΑ apud Patres Græcos aliter, atque apud Philoſophum Ariſtotelem, ſignificat generale & commune quid inter plures perſonas, ſicut *ὑπόςασις* individuum ſingulare. In Juſtiniano Codice *ὁμȣσία* dicitur: *l.* 2. *C. de ſumm. trinit. & fid. Cathol.*

FINIS TOMI SECUNDI.





